BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 A
57
E. 751.
11033

499

1

Alex. Porphyrij Feliciani emptus
Romae die 9a 7bris 1580 835

II · 0 33

TRACTATVS
DE
ANTIQVITATIBVS
TEMPORVM,

DN. AYMONIS CRAVETTAE A Sauiliano Iureconſulti clariſsimi, et Senatoris Illuſtriſsimi Ducis Ferrarienſis.

Quæſtio item in utranque partem ſuper STATVTO FERRARIENSI, de mulierum indemnitatibus.

Quibus D. CRAVETTAE *repetitionem* RVBRICAE DE LEGATIS PRIMO, *noue adiecimus.*

Bibliotheca Carm. S.ti M. Transpontinae.



BIBLIOTECA ... IN ROMA

Venetijs, apud Beuilaquam. 1565.

13 G A 57

[redacted]

TRACTATVS DE ANTIQVITATE TEMPORVM,

Longe inſignes & Docti, Aymone Crauetta à Sauiliano Iureconſulto Clariſsimo Authore.

OPERIS PARTITIO.

DIVINO prius ſubſidio ex corde inuocato: Quia ex diuiſione aut diſtinctione quæſtionum negotium fit clarius, c. ſuper literis de reſcrip. Abbas in conſ. 96.col.j.ad fin.lib.j.& diuiſa ſeu diſtincta melius intelliguntur.l.j.in princip. iuncta glo.de doli except.§. ſed nō uſque.inſtit.de legatis.Iaſon in conſi.24. col.ij.lib.j.ſed ante Iaſ.illa iura citauit gl.in procœmio inſtitut.§.igitur.in uerbo, eaſdem.ubi glo.quòd partitio ſeu diuiſio librorum tria operatur: Animum legentis incitat: mentem intelligentis præparat: memoriam artificioſe reformat, ideò diuidendum duxi hunc tractatum Antiquitatis, in quinque partes. In prima parte dicemus, quid dicatur antiquum in materia probationis.& in hac prima parte in ſpecie dicemus de multis quæſtionibus: quomodo & qualiter probationes leuiores ſufficiant in antiquis. In ſecunda parte dicemus, quid dicatur antiquum, aut de antiquo in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ in actibus iudicialibus: puta in ſententia. In tertia parte, quid dicatur antiquum in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ in actibus extraiudicialibus: puta in alienationibus bonorum eccleſiæ, uniuerſitatis,& minorum. In quarta parte quid dicatur de antiquo in materia præſcriptionis

 tempo-

temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. In quinta uidebimus quid dicatur de antiquo in materia feudali. & ſingulæ partes ſuas habebunt quæſtiones & declarationes, non ineptè accommodatas & appoſitas.

ARGVMENTVM.

Quid dicatur antiquum in materia probationis. Tum quæ probationes admittantur in antiquis, An etiam leues.

SVMMARIVM.

1 *Probationes leuiores ſufficiunt in antiquis.*

2 *Antiquum quando quid dicatur in materia probationis.*

3 *Antiquum quando dicatur in materia probationis, pendet ex iudicis arbitrio.*

4 *Antiquum ut quid dicatur, an requiratur tempus centũ annorũ.*

5 *Tempus excedens quadraginta annos, licet non dicatur de antiquo in probationibus: tamen facit, ut inde facilius habeatur plena probatio.*

6 *Tempus quadraginta annorum, ſuffict ad plenam probationem, ubi quæſtio eſt leuis præiudicij.*

7 *Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, probant, in antiquis.*

8 *Verba enuntiatiua in priuilegijs aut reſcriptis Principis propter aliud facti alieni emiſſa, probant.*

9 *Verbis enuntiatiuis Papæ aut Principis, ſuper facto alieno, non creditur. Limit. nu. 10.*

11 *Principis aſſertioni ſuper facto tertij, in antiquis, quãdo credatur.*

12 *Principis aſſertioni ſuper facto ſui genitoris, creditur, in antiquis. Idemque iudicium de facto aliorum prædeceſſorum.*

13 *Principis aſſertioni ſuper facto alieno, etiam in non antiquis, creditur, ubi agitur de leui præiudicio.*

14 *Principis aſſertio de facto alieno, inducit præſumptionem.*

15 *Principis aſſertio ſuper facto alieno, quando probandi onus non transferat in aduerſarium.*

16 *Principis aſſertioni ſuper facto proprio, ex quo eius pendet intentio, an credatur diſtinguen.*

17 *Princeps non poteſt de plenitudine poteſtatis priuare uaſallum feu de ſine cauſa.*

18 *Principis aſſertioni an credatur, ſi uaſallum feudo priuet cauſa expreſſa: ea quidem concernente factum proprium Principis.*

19 *Principi creditur in his, quæ ſunt iuris poſitiui.*

20 Principis

20 *Principis aſſertioni contra ius, uel in præiudicium iuris iam quæſiti, non ſtatur.*

21 *Citatio partis requiritur, ubi agitur de interpretatione alicuius actus.*

22 *Papa non poteſt quid reſcribere contra ſtatum uniuerſalem eccleſiæ ſine cauſa.*

23 *Principis aſſertioni in his, de quibus liberè ſtatuere non poteſt, an aut quando credatur. & nu. 24.*

25 *Cauſa in quibus non præſumatur in principe, niſi expreſſa. & nu. 26. 28. & 29*

27 *Cauſa quando præſumatur in his, quæ princeps ſine cauſa facere non poteſt.*

30 *Princeps non poteſt procedere parte non citata, in his, quæ non dependent à libera poteſtate principis.*

31 *Citatio eo inſtituta, quòd ſola cauſæ expreßio non ſufficeret.*

32 *Cauſa non præſumitur in principe, in his, de quibus ex arbitrio diſponere non poteſt.*

33 *Princeps iuri alteri quæſito ex contractu uel aliter, de iure gentium derogare non poteſt.*

34 *Principis aſſertioni non credendum, quando in actu ſuo cauſam mittit & exprimit.*

36 *Lex dicitur omne quod in ratione conſiſtit.*

37 *Caſus diuerſificare non ſat eſt, niſi reddatur ratio diuerſitatis.*

38 *Principis poteſtas circa ius poſitiuum, tanta eſt, ut facta etiam ab eo, pro infectis haberi poßint, quò ad omnem iuris affectũ.*

39 *Princeps poteſt derogare ſtatutis municipalibus.*

40 *Princeps conſuetudinem tollere poteſt.*

41 *Conſuetudo non ualet, per quam ligantur manus ſuperioris; eiuſque edictum potentius eſt conſuetudine.*

42 *Conſuetudo potentior ne ſtatuto.*

43 *Conſuetudo potentior priuilegio. limit. nu. 44.*

45 *Princeps rerum naturam mutat in his, quæ ſunt iuris poſitiui, aut conſuetudinis: & de nihilo aliquid facit.*

46 *Principe potentior eſt ratio naturalis & ciuilis: eaque ipſe ligatur. & nu. 47.*

48 *Princeps licet poßit auferre iura & defenſiones iuris ciuilis: poteſt tamen is, cui auferuntur: implorare iudicis officium latum, & manu regia conſequi, quod primæuo iure ſibi com-*

petebat.

49 *Princeps ius quæſitum mediante iure ciuili poſitiuo, ſine cauſa auferre non poteſt. & nu. 51. & 52.*

50 *Iaſon ſibi diſsimilis, circa poteſtatem principis in quæſitis iure ciuili poſitiuo.*

53 *Princeps poteſt reſtituere condemnatum ad audientiam cauſæ non obſtante ſententia: tam de iure, quàm de æquitate.*

54 *Princeps ius alij quæſitum ex ſua conceſsione aut priuilegio, poteſt tollere: dummodo non tranſierit in contractum abſque iniuria: etiam ſine cauſa. nu. 55. Secus, ſi tranſierit in contractum, nume. 56.*

57 *Iudex duos ſales habere debet, ſapientiæ, & conſcientiæ.*

58 *Iuris quæſiti per aditionem hæreditatis ex cauſa, ubi quæſtio agitur, non requiritur, illam cauſam ſpectare utilitatem publicam. limit. nume. 62.*

59 *Patris uoluntas legitimandi filium, unde colligatur eo mortuo.*

60 *Patris uoluntas de legitimatione filij, non præſumitur. Limit. nume. 61.*

63 *De iure auferendo, quæſito de iure poſitiuo, ad ſupplicationem partis, cauſa conſtare debet. Et quid ita. Secus, ſi non opponatur de falſa aſſertione impetrantis. nu. 64.*

65 *Impetrans non tenetur probare ea, quæ narratiue in reſcripto cõtinentur, non conditionaliter.*

66 *Reſcriptum dicitur nullum, & obreptitium, continens quid, ad quod is eſt minus habilis, cuius nomine fit impetratio.*

67 *Habilitas præſupponitur aliunde in eo, de quo diſputatur.*

68 *Reſcriptum legitimationis non continens ætatem legitimandi, uitiatur.*

1 CIrca primam partem, non te præterit illud Doctores fere in ore † habere, quod in antiquis propter difficultatem probationis, probationes leuiores ſufficiunt. l. pe. ff. de proba. c. cum cauſam. eo. tit. ca. ueniens. j. de teſtib.
2 & latiſſime infrà dicemus. Videndum † eſt igitur, quando aliquid dicatur de antiquo in hac materia probationis: puta ut admittantur teſtes de auditu aut credulitate, ut uerba enunciatiua aut fama plene probent: & cætera id genus ſimilia. In hac difficultate tres fuerũt opiniones. Vna fuit.

Ant.

Ant.de Butr.in d.c.ueniens.j.de teſtib. quòd ſufficiat tempus 40.an.quam opi.ſequitur Ale.in conſ.iiij.col. v uer.po teſt alius modus ſeruari. in conſ. 187.col.ij. uerſ. hoc præſuppoſito.lib. ij. Eandem opi. uidetur ſe qui idem Alex. in conſ.70. col.ij.uer.præterea Hoſti.lib. iij. dum dicit, quòd ad minus requiruntur 40.an.& idem Alex.in conſil.90.col. iij.uerſic.ad prædicta benefacit.lib.vj.Soc.in conſ.106.col. ii.lib.iii.ubi Soc.ꝙ tp̃s antiquũ in hac materia dicitur, uel quod excedit 40. an. uel cuius memoria non extat in contrarium uel ad minus,quando non eſt de facili factum pro-
3 babile. ¶ Secunda † fuit opinio,quòd illud relinquatur arbitrio iudicis, quando tempus dicatur de antiquo in materia probationis:quam tenet Ant.de Butr.in c.quoniam cõtra de probat.& idem Ant.poſt Hoſtien.in c.illud. de præſumptio.& hanc opinion.ſequitur Alex.in d.conſ. iiij.in cõſil.187.lib.ij.in conſil.ix.ante fi.uerſ.nec ob. id quod habetur.lib.iij.& in d.conſ.90.col.iij.lib.vj.Soc.in conſ.89. col. ij.poſt medium.uer. prætereà iſta concluſio. lib. j. deciſio. Neapol.deciſion.83.col.iij.uer.item probatur, quòd dictæ duæ apothecæ. & iſtam opin. ſatis uidetur uelle Soc. in d.
4 conſ.106.col.ij.lib.iij. ¶ Tertia † fuit opi.quod requiratur tempus excedens metam centum annorum. quam opi.finaliter tenet Inno.in c.ueniens.de uerb.ſigni.quam opi.dicũt communem Ale.& Moder.in l.cùm aliquis.C. de iure deli be.Idem Alex.in conſil.vj.in fin. lib.j. in conſ. 208. col.pe. uerſic.nec etiam prædictis obſtat.lib.ij. in conſi. 12. in fin. in conſi.75.Viſis.col.j.lib.iiij.in conſ.89.col.ij.uer.item po ſito, ꝙ probata eſſet fama.lib.v.in conſ.24. col. pe.in fi. & in conſ.140.col.penult.poſt med.lib.vij.Cor.in conſ.35.in fin.& in conſil.329.col.pe.poſt medium.lib.j. Curt. ſenior in conſil.pe.col.fin.deciſ.Neap.deciſ.245.col.iij. Dec. in c. j.col.iiij.de appellat.in conſil.13.col.pen. poſt medium. in conſ.42.col.ij.& in conſil.321.col.iiii. poſt medium . uerſ. unde primò non obſt. Iaſ.in d.l. cùm aliquis.in repetit. l. admonendi.col.88.nu.209.ff.de iureiurand.in conſ.81.col. ii.in conſil.114.col.pe.poſt medium.uer.ego tamẽ non pono.lib.j.in conſ.24.col.pe.circa medium.lib. iii. & in conſ. 148.col.fin.lib.iiii.Curt.iun.in conſi.17.col. ii.& in conſil.

90.col.fi. Aufrer.in deciſio.Toloſa.q.379.Addo ultra Moder.Pau.de Caſtr.in conſil.139. Pro declaratione eius, de quo quæritur.ante fin.uer. præterea antiquitas inſtrumenti.lib.j. Ex † quibus patet hanc ultimam & tertiam opi.eſ-
5 ſe communem,licet Doct. uario modo legantur locuti. In qua etiam difficultate Dec. uariauit.in conſil. 595. col. ij. poſt med.uerſ.iiii.accedit.ubi,quòd tempus 90. an. dicitur de antiquo. Placet tamē opinio Dec.in d.ca.j.col.iiii.de appellat. ubi, quòd licèt tempus excedens 40. an. non dicatur de antiquo in hac materia probationis, ut admittatur probatio leuior,quæ ſufficit in antiquis: operabitur tamen tale tempus,ut faciliùs habeatur plena probatio:ideo licet uerba enuntiatiua aut fama nō plenè probent poſt tempus 40.an.probabunt tamen aliquid plus,quàm ſemiplenè. Dicens iſtud uelle Fulgo.in conſ.154.Quoniam plurima. Negari enim nō poteſt, quin poſt tale tempus dicatur res difficilioris probationis: ob id ratione difficultatis, relaxari aliquid debet de neceſſitate probandi:argumen.l. filiū diffinimus.ff.de his,qui ſunt ſui uel ale.iur.l.nō omnes. §.à Barbaris.ff.de re mili.l.conſenſu.C.de repud.¶Putarem etiam
6 ultra † Dec. quòd iſtud tempus 40. annorum ſufficeret ad plenam probationem, ubi non ageretur de graui præiudicio,non dico de ita modico,in quo etiam in facto de recenti probatio alias imperfecta admitteretur:ſed quando præiudicium eſſet alicuius conſiderationis, non tamen multùm graue. Quod totum in arbitrio iudicis uidetur poſitū. ¶ Viſo quid dicatur de antiquo in materia probationis,ſequitur uidere, quomodò & qualiter probationes leuiores ſufficiunt in antiquis. Et principiò uideamus de uerbis enūtiatiuis emiſsis propter aliud an probent in antiquis. Nam
7 † ubi non ſumus in antiquis,clarum eſt, quòd talia uerba non probant.l.non nudis.& l.non epiſtolis. C. de proba. l. ex his uerbis.ubi Moder.C.de teſt.mi.c. ſi Papa. de priuil. lib.vj.gl.in l.unic.C.quando non pet. par. In antiquis autē dicitur,quòd probant.gl.& Doct.in c.cum olim. in gl.j.de cenſib. Ant.de But.& Doct.in c.fi. de ſucceſ. ab inteſt. Bal. & Doct.in l.cum aliquis.C.de iure delib. Alex. in conſ. 12. col.fi.in conſ.74.col.ij.li.iiij.& in conſ.90. colum.iij.ad fin. lib.

8 lib.vj.Iaſ.in conſ.24.col.ij. poſt mediũ.li.iij. ¶ Quod † procedit non ſolum in uerbis enuntiatiuis priuatorum contrahentium,ſed etiam in priuilegijs aut reſcriptis principis: in quibus uerba enuntiatiua etiam facti alieni, emiſſa propter aliud,probant in antiquis.Domini. in d.c. ſi Papa.col. ij.de priuil.libr.vj.Alex.in conſil.vj.col.fi.lib. j. & in conſ. 15.col.ij.libr.v.Dec.in conſ.146.col.penul.uerſ. v. prædicta concluſio.& in conſ.152.col.pe.Iaſo. in conſ. 65. col.v.
9 lib.iij. ¶ Vbi autem † non eſſemus in antiquis,non creditur uerbis enuntiatiuis Papæ aut principis ſuper facto alieno, etiam,quòd ſuper tali facto alieno fundetur intentio reſcribentis.Ant.de Butr.& Ioan.de Imo.in cle.j.de proba.quod dictum refert & ſequitur Alex.in conſ.112.col.j. uer.accedit ad confirmationem prædictorum. lib. vij. Idem tenet Aretin.in c.cùm à nobis.de teſtib.& in conſil.163.Sicut Ioannes.col.iij.uerſi.ij.ratio Dec.in conſil.198.col. fi. conſil. dcij.col.iij.poſt med.& in conſil.dcvj.col. pe. Iaſ.in conſil. 34.col.vj.poſt med.& in conſil.72.col iij.in fi.lib. j. Addo Calde.in conſi.ij.in fi.in tit.de priuileg.ubi quòd tex. in d. cle. j. de proba. non procedit niſi narratio reſpiciat factum proprium ipſius narrantis. Idem tenet Corne. in conſ. 22. col.iij.lib. iij. ubi quando agitur de graui præiudicio, non creditur aſſertioni Papæ, etiam in qua fundatur eius intentio,niſi aſſerat ſeu reſcribat de facto ſuo ꝓprio. ¶ Sed iſtud
10 † dictum recipit plures limitationes & declarationes. Et primò, uerbis enuntiatiuis aut aſſertioni principis ſuper facto alieno,& non antiquo,uidetur credendum,quando Papa aut princeps reſcribit, aut aliquid concedit motu proprio, & ſuper tali aſſertione eius fundatur intentio. nam tunc uidetur ita enuntiare & aſſerere, tanquàm informatus de facti ueritate.argu.clemen. ſi ſummus Pontifex. de ſenten.excommuni.ita Socin.in conſil.266.col. 11. uerſic. ſed tamen ad præmiſſa.lib.ij.Idem tenet Alex.in conſ.112. colum. j. poſt medium uerſic. accedit ad confirmationem. lib.vij. Aret.in conſil.23.col.iij.uerſic. eſt enim ſciendum. & nouiſſimè dominus Rebuffus.ſuper concord.in tit.de ſubla.clemen.literis.pagin.240.ſed intellige iſtam limitationé in facto alieno geſto coram ipſo principe,ſecus ſi nõ coram

ram eo:quia tunc indiſtinctè ſibi nõ creditur.ita Aret. in d. conſi.23.colum.iij.faceret támen præſumptionem talis aſ-
11 ſertio Socin.in d.conſi.266.colum 11. ¶ Secundò,nõ † procedit præmiſſa concluſio, quòd nõ credatur aſſertioni principis ſuper facto tertij in non antiquis,quando aſſereret ſe fuiſſe informatum de tali facto alieno.Imol. in d.clementi. j.de probatio.Angel.in.conſil. 368. Sereniſſimus . colum.j. Soc.in d.conſil.266.colum.11.uerſic. confirmatur, quia ex narratione.lib.ij.Corne.in conſ.312. col.v. circa medium. lib.j.Sed contrarium in hoc tenet Dec.in conſil. 544.colu. penult.circa medium. ſed dictum Dec. procedit in his quæ non dependent à poteſtate principis: puta quia teſtificetur in cauſa eius propria , & pro eius intereſſe in præiudicium tertij,de quo latiùs infrà dicam.& idem dicit Dec. in conſ. 576.in fin.& in conſil.606.colu. pen.circa medium. ¶ Ter-
12 tiò,non † procedit dicta concluſio,quando princeps aſſereret factum ſui genitoris:quia præſumitur,quòd informatus ita aſſeruerit.Ang.in d.conſil.368.col.j.in prin.idem de facto aliorum prædeceſſorum.Cardi.in d.cle.j. in ix. q.& ibi Io.de Imol.col.antepenul. ubi refert Landinum idem tenẽtem.idem ſequitur Iaſ.in conſ.65.col.iij.in fi.lib.iij. ¶ Quar-
13 tò procedit, ubi † agitur de leui præiudicio:nam tunc creditur aſſertioni principis ſuper facto alieno , etiam in non antiquis.Are.in d.conſi.163.Sicut Iohannes.col.iij. uerſic.
14 ij.ratio.Corn.in conſil.22.col.iij.lib. iij. ¶ † Quintò præmiſſa concluſio,procedit reſpectu plenæ probationis , non reſpectu præſumptionis : quia aſſertio principis de facto alieno,inducit præſumptionem, licèt nõ plenam probationem in non antiquis : quæ præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.Ang.in d.conſil.368.colu.j.poſt medium.Roma.in conſil.369.colum.viij.in ix. dubio.Paul. de Caſt.in conſil.414.In facto præſenti.col.ij.& in conſi.438. In quæſtione quæ uertitur inter rectorem . circa finem.lib. j.Socin.in dicto conſil 266.col.11.uerſi.ſed tamen ad præmiſſa. Ale.in dicto conſ.15.colum. ij li. v. Iaſ. in conſil.34. colum.vj.poſt medium lib.j.in conſ.65.col. iij. in fin. & in conſ.86.colum.v.circa medium lib.iij.quod procedit,licet princeps loquatur per uerba generalia & incerta . Bald. in

conſil.

conſil.38. Quæritur,ſi rex. colum.pen.circa medium.lib.j.
15 ¶ Quod † tamen non uidetur procedere, quando aſſertio principis eſſet ſuper eo, quod ueriſimiliter ignoraret: quia tunc non transfertur onus probandi in aduerſarium. ita Bald.in conſil.359.Proponitur.col.j. in fi.lib.j. ¶ Sed quæ-
16 ro, † iuxta prædicta, quando Papa aut princeps aliquid aſſerit in facto eius proprio,ſuper quo fundatur eius intentio,an indiſtinctè credatur tali aſſertioni:& ſic an indiſtinctè procedat tex.in cle.j.de probat. Dic,quòd nõ,ſolùm.n. procedit in his,quæ dependent à poteſtate principis. ſecus in alijs:puta,princeps non poteſt priuare uaſallum feudo ſine cauſa,& ſine eius culpa.c.j.de feudo ſine culpa non amittem.c.j.de natu.feudi.Bal.in conſi. 326. Rex romanorum. col.ii.ad fi.in conſi.345.Ad euidentiam,præmittẽdum eſt, quòd Imperator.col.ii.ad fin.lib.j.& in conſ.182.Caſus talis eſt,Rex Cypri. col.ii.uerſi. prætereà, quid plura.lib.ii. Pau. de Caſt.in cõſ.229.Viſis & ponderatis.col. ii.poſt medium.uſq; in finem conſi.lib.j.& in conſil.46. Viſo & examinato puncto.ad fin.lib.ii.Abb.in conſ.iii.col.18. q. 19. col. pe.lib.ii.Soci.in conſil.38.col.ii.lib.iiii.Alex.in conſ.203. col.iii.uer.iiii.quia.lib.vi.Dec.in conſil.410.col.iii. in cõſ. 445.col.11.& in conſ.544.colum.ii.Iaſ.in conſ.177. col.ii. in conſ.227.col.v.in conſil.233.col.iii.in fin.lib.ii. in conſ. 86.col.iii.in fin.& in conſ.93.col.ii.li.iii.& in l.ſi pecuniã. col.vi.ff.de condi.ob cauſ.Curt.iun.in ii. parte tract. feu.q. 12.& in conſ.j.col.x.Goza.in conſi.ix. col. vii. in fin. & in conſ.26.col.vii.Alexandri.in conſ. 103. in ulti. dub. in qua tamen re Soci.fuit ſibi contrarius, & contrarium tenuit in conſ. 87. col. vii. uerſ. poſtremò iſta concluſio.lib.iii.Dec. etiam uiſus eſt ſibi contrarius in conſ. 390. col. vi. uerſ.v. quia ius quæſitum. Iaſ. etiam fuit ſibi contrarius in conſil. 236.col.ii.uer.pro eadem parte.lib.ii.& in conſil.107. col. ii.poſt medium.lib. iiii. ſimiliter Goza. fuit ſibi contrarius in conſil,viii.col.viii.in fin.& in conſi. 92. colum.fin. ¶ Sed
17 tamen † uera & communis Doct.reſolutio eſt,quòd uaſallus non poteſt priuari feudo ſine cauſa,etiam de plenitudine poteſtatis: quia feudum dicitur contractus nominatus. c.de forma.22.q.v.Abb.& Doct. in c.quæ in eccleſiarum. col.

col.fin.de conſtit.ſed princeps ſubiicitur contractibus. c.j. ubi latè Moder.de probat. ¶ Hoc igitur ita præſuppoſito,
18 quòd princeps † de plenitudine poteſtatis non poteſt priuare uaſallum feudo ſine cauſa. pone, quòd princeps eum priuet,& in priuatione cauſam exprimat: quæ ſi uera ſit,ſufficiens dicitur ad priuandum, an credatur aſſertioni principis,aut eius uerbis enuntiatiuis ſuper tali cauſa, etiã, quòd illa cauſa concernat factum proprium ipſius principis,& ſuper ea principis priuantis fundetur intentio?Dic,quòd nõ, nam cum priuatio non dependeat ab eius poteſtate,ſtandũ non uidetur eius aſſertioni, cum agatur de intereſſe ipſius principis,& eſſet teſtis in cauſa propria. Abb. in dict.conſ. iii.col.pen.q.27.lib.ii.Bal.in dict.conſi.326. Rex romanorum.ad fi.lib.j.Soci.in conſi.273.col.pe.lib.ii. Dec.poſt Feli.in c.quæ in eccleſiarum.col.13.uerſi.ſed circa iſtam concluſionem de conſtitutio.in d.conſi.410.col. ii. in fi.uerſic. tertiò principaliter:in conſi.445.col.11..n conſi. 544.col. ii.in fi.in conſi.576.col.fi.in conſi.602.col.iii.& iiii.ubi latè.& in conſi.606.col.iii.Iaſ in conſil.86.col.v lib.iii. li.ii. Campeſius inter conſilia Bruni Aſtenſis,in conſi.ij. col.vi. uerſi.confirmari poſſunt. Gozad.in conſil.26.col.vii.circa med.Ripa lib.ii.reſpon.de reſcript. c.19.col.vii.circa med. uerſ.& ſi fortè dicatur in Papa. Idẽ ſentit Dec. in cõſ. 341. col.ii.poſt med.dum allegat l.ſi fortè ff. de caſtren. pecu. &
19 dum dicit,quòd † ſtatur aſſertioni principis in his quę ſunt iuris poſitiui. Ergo contrarium ſentit in his, quæ non ſunt iuris poſitiui:prout eſt cõtractus feud. Idẽ tenet gl. pragm. in titu.de elect.§.decreuit.in uerbo exprimenda fo.26. D. Rebuf. ſuper concor.in titu.de ſubla. cle. literis. pag. 241. Addo Oldrad.in conſ.270.In q. propoſita.in ii.dubio.ubi, quòd non tenetur quis credere aſſertioni principis, quòd caſtrum ad eum pertineat,niſi aliter doceatur. & loquitur Oldra.in caſu cuiuſdam domini armarii de Pictauia, cui princeps Delphinus præceperat,ut caſtrũ de Rupe & Clariaci ſibj reſtitueret, tanquàm ad ipſum Delphinum pertinens.idem tenet Anchar.in conſi.398. Præmitto. in fi.ubi,
20 quòd tex.in d.cle.j.de proba.non procedit, quando † princeps aliquid aſſerit contra iura:uel in præiudicium iuris iã quæſiti,

quæſiti, & ſic qua ratione non poteſt princeps tollere ius alteri quæſitum ex contractu, eadem ius aſſertioni per quã tale ius tolleretur credi non debet, quia in effectu eſſet per indirectum tollere ius alteri quæſitum, exprimendo cauſam, quæ, ſi uera ſit, ſufficiat ad illud tollendum. & quòd text. in d. cle. j. non procedat, quando ageretur de auferendo dominium directum uel utile quæſitum ex contractu, tradit Paulus de Caſt. in conſ. 46 Viſo & examinato puncto. in fi. lib. ii. & iſta conſilia Ancha. & Paul. de Caſt. refert & ſequitur Dec. in conſ. 198. col. pen. in fin. uerſ. item & tertiò dici poteſt declaratio. in cõſi. 220. ante fin. in conſ. 357. col. pen. poſt medium, uerſ. nec obſtare uidetur. & in conſi. 576. in fi Goza. in conſi. v. col. iiii. in fin. gl. pragma. in titul. de ſubla. cle. literis. in uerbo, non præiudicent. fo. 200. Idẽ
21 † in effectu uoluit Alex. in conſil. 11. col. iiii. uerſ. iii. reſponſeo. lib. vii. ubi quãdo non agitur de declaratione alicuius uerbi obſcuri, ſed de interpretatione actus, requiritur partis citatio. Ecce, quàm apertè uult Alexander, quòd ubi agitur de præiudicio tertii, reſpectu iuris iam quæſiti, non poteſt princeps talem interpretationem facere parte non uocata. Ergò multò minùs ſtabitur eius aſſertioni, quæ non tendit ad interpretandum, ſed ad præiudicandum directò & immediatè. Ad idem adduco Roman. in conſi. 483. In ij. dubio. & in conſil. 499. columm. j. uerſic. & ſi dicatur. ubi
22 † quando Papa reſcribit contra uniuerſalem eccleſiæ ſtatum, neceſſe eſt cauſam exprimi & probari, cùm ſine cauſa id facere non poſſit. ¶ Contrariam opinionem, quòd imò
23 † credatur aſſertioni principis, etiam in his, ſuper quibus liberè diſponere non poteſt, puta in iure quæſito ex contractu: tenet Bald. in conſ. 328. Quæritur, ſi Rex. col. pen. circa medium, lib. j. Socin. in conſ. iiii. colum. iii. & in conſil. 87. col. viii. libr. iij. Nam in caſu Socin. agebatur de dando feudum uni, & tollendo alteri. & loquitur in dict. conſ. iiii. in principe Sabaudiæ. & in dict. conſi. 87. loquitur in Imperatore iudicánte aliquem rebellem, & dignum priuatione feudi. Idem tenet Iaſon ſibi contrarius in conſil. 227. col.
24 viii. in fin. lib. ii. ubi loquitur † in donatione facta de una uilla ob benemerita per ducem Sabaudiæ, quam ſine cauſa

facere

facere nõ poterat in præiudicium tertii.,& conſuluit Iaſon in eodem caſu,ſuper quo conſuluit Socin.in dict. conſi. iiii. lib.iii. Eandem opinionem ſentit idem Iaſon in l. quò minùs.in iii.notab.ff.de flumin.& in l.ſi teſtamentum.in j.notab.C.de teſtamen.ubi,quòd in his, quæ ſunt de iure gen-
25 tium,& † ſuper quibus princeps liberè diſponere non poteſt, non præſumitur cauſa in principe,niſi illa exprimatur.
26 ¶ Fortiùs † uoluit idem Iaſon.in dict.conſ.227.col.11.circa medium,lib.ii. quòd præſumitur cauſa in principe, etiã quando actum ſine cauſa facere non poteſt. & idem tenet Iaſon in conſ.236.colum.ii. libro ii. contrariando his,quæ legendo dixerat in d.l.quominùs.& in dict. l.ſi teſtamentũ in dict.conſi.86.colum.v.lib.iii.in conſ.105.col. penul.poſt medium,uerſi.ſecundo reſpondetur. lib. j. Idem tenet Roma.in conſi.369.in quinto dubio.Alex.in conſi. 203. colu. iii.uerſi.ſextò,quia lib.vi.Vbi tamen Alex.hoc dictum reſtringit in principe non recognoſcente ſuperiorem. Et idẽ
27 quòd † præſumatur cauſa in principe, etiam in his , quæ ſi ne cã facere non poteſt: puta, ſi Papa reſcribat contra ius diuinum:tenet Abb.in conſ.84.col.fi. lib.j. ſequendo Cyn. in l.fi. C.ſi cont.ius uel util. publ. Idem uoluit Soci.in con ſil.266.col.19.uer.aliquãdo & ſecũdò.lib.ij.in con.iiij.col. iiii. in prin.& in conſi. 120. col.vii. uerſicu.nam aduertendum eſt.lib.iii.ubi tamen Soci.hoc intelligit,quando cauſa iuſta præſumi aut imaginari poteſt. ſequendo Imo. in cap. nam concupiſcentiam. col. ii. de conſtitut. licet contrarium teneat idem Socin. in conſi. 273. colum. penult. lib. ij. Imolam etiam ſequitur Iaſon in conſi.233. in fin. lib.ii. Curtius Iunior in conſi. 170. colum. vj. Similiter Brunus Aſtenſis, in conſil. 15. colum. ii. poſt medium, ſequitur Ia
28 ſonem in d. l. ſi teſtamentum. quòd in principe † non præſumatur cauſa in his, quæ ſunt de iure diuino aut iuregentium, niſi cauſa exprimatur. Vult igitur quod ſufficiat expreſſio ſine citatione. Quid tenendum in tanta uarietate
29 & difficultate? Mihi magis placet opinio † quòd non ſolũ non præſumatur cauſa iuſta in principe in his,de quibus ad arbitrium diſponere non poteſt: imò nec etiam credatur eius aſſertioni,niſi cauſam exprimat. per rationes ſupra ad

ductas

ductas pro hac parte. & iſta opinio eſt conformis iuri diuino. Ioan. cap. viii. ubi Chriſtus noluit, quod ſibi crederetur, ſed uoluit ſe conformare legi diuinæ dicenti, quòd in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum. ſimiliter Deus noluit punire peccata Sodomorum, niſi prius eos conuincerer, tanquam iudex, licet tanquam Deus omnia ſciret. c. Deus omnipotens. ii. q. j. & ita arguit glo. pragma. in tit. de ſubla. clem. literis. in uerbo: non præiudicent. fol. 200. ¶ Cō
30 firmatur † iſta concluſio ex alia uera & communi concluſione, quæ habet, quòd in his, quæ non dependent à libera poteſtate principis, prout ſunt contractus, & ubi agitur de priuando aliquem iure quæſito ſine cauſa, non poteſt princeps procedere parte non citata. Soci. in conſi. 16. iiii. col. pen. uerſi. Et poſſet fortè contraria opinio ſuſtineri. in cōſ. 266. colum. 16. uerſi. ſextus & ultimus caſus. lib. ii. in conſi. 27. colum. iii. poſt medium, in conſil. 59. col. vi. uerſic. ſextò & ultimò. in conſil. 63. colum. vi. in conſi. 87. col. ix. in ſexta difficultate. & in conſ. 120. col. pen. lib. iij. Deci. in con. 498. ad fin. & in conſi. 528. col. ii. ad fi. & dixi in cōſi. v. col. ii. mo
31 dò ſi poſſet princeps † priuare uaſallum aut alicui auferre ius quæſitum, de iure gentium, exprimendo cauſam priuationis in reſcripto, & eam non probando, ſequeretur quòd poſſet procedere contra aliquem non citatum. Quorſum enim citatione opus ſit, ſi ſola cauſæ expreſſio ſufficiat?
32 ¶ Rurſus † pro iſta opinione adduco illam concluſionem doct. magis communiter approbatam, quòd in his, de quibus princeps ad arbitrium diſponere non poteſt, cauſa in principe non præſumitur. quam opinionem firmat Baldus in conſi. 326. Rex Romanorum. in fi. li. j. Abb. in d. conſi. iii. col. pen. q. 27. lib. ii. Iaſ. in d. l. quominùs. in iii. notab. ff. de fluminib. in dict. l. ſi teſtamentum. in primo notab. C. de teſtamen. in conſi. 105. col. pen. poſt medium. uerſ. ſecundò reſpondetur. libr. j. & in conſi. 234. col. fi. lib. ij. Socin. in dict. conſi. 272. colum. penul. lib. ii. in dict. conſi. 38. lib. iiii. Idē Socin. poſt Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. viii. uerſi. circa tertium. ff. de liber. & poſthu. & idem Soci. inter conſi. Curt. Senioris in conſi. 20. colum. vi. in fin. uerſi. confirmatur, quia Curti. Senior. in conſi. 50. col. 71. uerſic. ſecū

da

da concluſio.& colum.72. Gozad. in conſi. 26 col.vii.circa
medium. Neuizanus alias collega,dum uiueret , & uicinus
meus Taurini , inter conſilia Bruni Aſtenſis , in conſi. 12.
colum.26.in fi. ubi allegat Claudium de aquis,in l. ut uim.
colum.iiii.ff.de iuſtitia & iure.ubi,quod hoc procedit,licet
utatur princeps clauſula de plenitudine poteſtatis.Moder-
nio in dict.c.quæ in eccleſiarum . poſt Abb.ibi de conſtitu.
33 Veniamus modo † ad rationem huius concluſionis . Cer-
te non alia eſt,niſi quòd princeps iuri quæſito ex contractu
uel aliter de iure gentium derogare , aut illud tollere non
34 poteſt ſine cauſa,ita arguunt Doctor.Sed illa † ratio æquè
militat etiam , quando princeps in actu ſuo cauſam inſerit
& exprimit . quod ſicut ius ita quæſitum ſine cauſa auferre
non poteſt : ita de tali cauſa eius aſſertioni credi non de-
beat . alias per indirectum auferri poſſet ius quæſitum,ex-
35 primendo cauſam. Itaque cum militet eadem † ratio in ex
preſſione cauſæ, militare debet iuris diſpoſitio.uulg.l.illud
ff.ad legem Aquil.l.à Titio.ubi late Mod.ff.de uerb.oblig.
Vbi enim ratio eſt eadem , non dicitur diſpoſitio extendi ,
ſed enucleari.l.ſi poſtulauerit.§.ſed ſi negauit.ff.de adulter.
quem tex.ad hoc citat Oldra.in conſi.185. Thema tale eſt,
36 Titius canonicus.in fi.¶ Alibi ſcribit Calde. † in conſi.j.in
tit.ut lit.penden.quòd ubi eſt eadem ratio,non dicitur quis
extendendo nouum caſum addere, ſed quod in primo caſu
in ratione includebatur : ſecundum æquitatem detegere ſi
ue declarare quia lex dicitur omne, quod in ratione conſi-
ſtit.capit.conſuetudo.j.diſtinct. ergo ubi habet locum legis
ratio , circa id prodita dici debet lex. ¶ Alibi ſcribit idem
idem Calder.in conſil.j.in tit.de regular.quòd ratio dicitur
lex communis , ad omnes caſus : ideo non inſpicitur diſpo-
ſitio,an in ea ſit idem caſus uel non,ſed ratio tantum conſi-
37 deratur . Et iſtud † eſt quod uoluit glo.in l.ſed & ſi lege. §.
item,ſi rem diſtraxerit.ff.de petit.hæred. quòd non ſufficit
diuerſificare caſus,niſi reddatur ratio diuerſitatis.Idem di-
cit Dec.in conſi.35.col.vii.in prin.uerſi.nec obſtant plura.
Et profecto neſcio uidere rationem diuerſitatis , cur magis
non præſumatur cauſa in principe quàm quod non creda-
tur eius aſſertioni ſuper cauſa : & cum iſtud ſit introductú
de iure

de iure diuino, quod nemini credatur in cauſa propria, ſed in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum. iſtud ius diuinum non legitur diſpenſatum aut relaxatum cum principe, ut ſit teſtis in cauſa propria. Ideo dicit Bald. in conſi. 464. Quædam ſcriptura. colum. j. poſt medium, lib. j. quod non creditur ſcripturæ factæ à principe pro ſe. ¶ Et ſi dicatur
38 † non eſſe diſputandum de poteſtate principis. l. ij. C. de crimin. ſacrileg. cap. ſi quis ſuadente. §. committunt 17. q. iiii. Et quid diſputat de poteſtate principis, facit ſe ſuperiorem uel parem principi, & ponit ſedem ſuam ab Aquilone, tentando eſſe ſimilis altiſſimo. Bald. in conſi. 359. Proponitur, quod inter agnatos. col. j. circa med. lib. j. Reſpōdetur iſtud procedere in his, quæ ſunt iuris poſitiui: nam princeps eſt ſupra ius poſitiuum, & illud tollere poteſt etiam ſine cauſa de plenitudine poteſtatis. l. princeps. ff. de legib. l. digna uox. C. eod. tit. c. propoſuit. de conceſſi. præben. c. j. de tranſactio. c. j. de conſtitut. lib. vi. & cap. fin. de reſcript. lib. vj. & cap. fin. de reſcrip. lib. vi. & dicit Inno. in cap. cum ad monaſterium. de ſtat. regu. quod princeps poteſt etiam ſine cauſa diſpenſare contra conſtitutionem ſuam. Et tanta eſt poteſtas principis circa ius poſitiuum, ut facta haberi poſsint pro infectis. quo ad omnem iuris effectum. textus eſt iuncta glo. ſingulari in clemen. j. de immunitat. eccleſiar. Abb. in conſi. 74. colum. ii. poſt medium, uerſi. his præmiſsis. & in
39 conſi. 99. col. ii. lib. i. Ideo † princeps poteſt derogare ſtatutis municipalibus: quia dicuntur ius poſitiuum. Bald. in conſi. 187. In cauſa præſenti. colum. ii. poteſt med. uerſi. Sed quid ponamus lib. ii. quod procedit, etiam in ſtatuto iurato: licet ſecus in pacto. Abb. in c. conſtitutus. de reſcrip. Gozadin. in conſi. 70. col. ij. uerſicul. ſecundo caſu. ſed aduerte, quod ſi ſtatutum eſſet iuratum ab ipſo principe, ſecus
40 eſſet. ¶ Similiter † conſuetudo dicitur in poteſtate principis. quia dicitur ius ciuile tacitum. l. iii. §. diuus. ff. de ſepul. uiol. l. eos. C. de uſur. Bald. in conſi. 398. Si princeps. in conſi. 401. ſuper eo. col. i. circa fi. & latius. in conſi. 430. circa primum punctum. in fi. lib. iiii. alibi ſcribit idem Bald. in auth. nauigia. C. de fur. & in auth omnes peregrini. C. commu. de ſuc. per illa iura, quod conſuetudo poteſt

caſſari per legem Imperatoris,quo caſu poſt talem caſſatio nem non excuſat delinquentem.& quod conſuetudo à prin cipe tolli poſsit,tradit Old.in conſ.cxvii.Bonæ memoriæ,
41 & in conſi.322. Attento themate.ob id † conſuetudo non ualet per quam ligantur manus ſuperioris. Rota deciſio. 113. nota, quod non ualet: in antiquis. & dicit Bald. in conſi. 312. Si de iure communi.in prin. lib.iii. & in conſil. 174. Præſupponẽdum eſt,col.i.in fi.lib. v. quod dictum ſeu cõſtitutio principis eſt fortior conſuetudine. & tamen con ſuetudo eſt fortior iure communi.Bart.in l.u iros.per illum tex.C.de diuer offi. lib. xii. ubi ſtatutum derogans iuriſdi-ctioni aliquorum iudicum, intelligitur de iuriſdictione ac-quiſita de iure communi, non de conſuetudine. Sequitur Iaſ. in l. ii. in princip.col.ii.ad fi.num.xi.de uulgari. Simi-
42 liter conſuetudo † eſt potentior ſtatuto. Calca. in conſil. iii. col. xii. ubi quod ualet conſuetudo ſuper matrimonio, ſed non ſtatutum: quia in conſuetudine adeſt etiam conſen ſus eccleſiaſticorum. probatur hoc dictum Calca.nam cle-rici non poſſunt ſtatuere cõtra canones. c. quod ſuper his. de maior.& obed.& tamen inducere poſſunt conſuetudinẽ contra canones. c. fi. de conſuetu. & ita arguit Dec. in c. quæ in eccleſiarum. col. iiii. in fin. de conſtitu. Ideo non ualet ſtatutum, ubi conſuetudo ualere non poteſt. Bald. in conſi.238. Factum, ſuper quo col.ii.li b.iiii.¶ Aeque poten
43 tior † eſt conſuetudo priuilegio. Ideo ius quæſitum conſue tudine, difficilius tollitur, quam ius quæſitum priuilegio. Inno. in c.accedentibus. uerſi.unde ſic forte. de priuileg. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Felin.in c. acce dentes.col.v.de præſcript.Curtius iunior in tract. feudorũ, in ſecunda parte,in tertia q.princ.col.ii.circa med.char.xi.
44 ¶ Quod tamen † dictum non procedit in materia diſpenſa tionis, in qua priuilegium fortius eſt conſuetudine. Ideo incapax,per priuilegium habilitari poteſt,ut capax fiat: ſe cus per conſuetudinem, etiam tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. c. quanto. ubi Abb. In primo nota.de conſuetu.c.cauſam.& c. accedentes. ubi Abb. & Feli. de præſcriptio. Ioan. And. & doct. in c. ii. de præben.lib. vi. Rota deciſio.dcccxli.col.i.Deci.in authen. ingreſsi.

45 ingreſſi.col.iii.C.de ſacroſan.eccle.¶ Et in † iſtis quæ ſunt iuris poſitiui aut conſuetudinis,dicitur quòd princeps rerũ naturam mutat.§.fuerat.iuſtit.de actio.& de nihilo aliquid facit.cap.cum apoſtolica.de his,quæ fiunt à prela.ſine conſenſu capitu. Ita Oldrad. in conſi. ducenteſimo quinquageſimoſeptimo, Factum tale eſt, dominus Nicolaus. col. vj. Similiter factum,poteſt habere pro infecto,ut ſuprà di-
46 xi.Præmiſſa tamen † de iure poſitiuo,quòd princeps eſt ſuprà illud, non procedunt in iure poſitiuo fundato in ratione aut æquitate naturali. Abb. in d. c.quæ in eccleſiarum. de conſtit.& in c.per tuas,colum.x.de arbit.Calca.in conſi. 80.col.iij.poſt medium. uerſi.& eodem modo.Ripa in d. l. quominus.col.iij.ff.de flumi.& lib.ij.reſponſ.c.xix.Hyppo. in practi.cauſarum crimina.§.ſequens.nu.39. Pro quo facit dictum Bald.in conſi.345.col.ij.lib.j. Vbi,quod plus poteſt ratio naturalis & ciuilis,quàm princeps: quia princeps eſt animal rationale mortale. Alibi ſcribit idem Bald. in c.j. §.ſi.qui feu.da. poſſ. quòd bonæ & naturales rationes ligãt principem. quod dictum refert & ſequitur Calca. in conſi. 52.col. pen. poſt medium Iaſ. in conſi.j.col.ij.lib.j. Roma. etiam in conſi.345.col. iij. poſt medium uerſ.ultimum pa-
47 tet. quod non eſt † dubium ſummum principem aduerſus iuris naturalis æquitatem, iuſta non ſuadente cauſa uenire non poſſe: per text. in l. eas. ff. de capitis dimin.in l. ij. ff. de uſufruct.earum rerum.in § fi.inſtit. de legit.agna.tute-
48 la.c.item aduerſus xiij.diſtin.¶ Rurſus † licet princeps poſſit alicui auferre iura & defenſiones iuris ciuilis, poteſt tamen is,cui auferuntur,implorare iudicis officium latum,& conſequi manu regia,quod primæuo iure competebat. Imo la poſt Anto.in d.c.quæ in eccleſiarum.allegat.not.per Inno.in c.nouit.de iudi.refert & ſequitur Soci.in d.cõſi.164.
49 col.iiij.ad fin.uerſi.non omitto.lib. ij. Tertio † licet princeps poſſit tollere ius poſitiuum,& illi ex arbitrio derogare ſine cauſa,de plenitudine poteſtatis: ius tamen iam quæſitum mediante iure ciuili poſitiuo, ſine cauſa auferre non poſſet: puta dominium acquiſitum per aditionem hæreditatis,per præſcriptionem,aut ſententiam: ut per moder.in l.ſi.C.ſi contra ius uel utili.pub.& latè dixi in conſi.vij.col.

iij.in fi.in conſi.103.colu.j.in conſi.135.colu.5.& ſeq. & in
conſi.172.col.ij.poſt medium.ubi quòd hoc ſine dubio pro
cedit,quando poſſeſsio iam appræhenſa eſſet,& dominium
perfectè acquiſitum : licet in hoc articulo ſit magna uarie-
tas inter doct.qui etiam ſibijpſis contrariari uiſi ſunt : ut la
50 tius oſtendimus in d. conſi. 135. Addo † ultra ibi ſcripta,
quòd etiam Iaſ.fuit ſibijpſi contrarius. nam in lectura ſem
per tenuit,quòd tale ius auferri non poſsit,ut oſtendi in di-
ctis conſilijs. Sed tamen contrarium tenuit conſulendo:ut
patet in conſi.eius j.col.vij.lib.j.ubi ſequitur Bald. in l.fin.
C.ſenten.reſcind.non poſſe.ubi, quòd princeps poteſt re-
ſcribere cõtra ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam.
dicens illud dictum Bald. eſſe ſingulare & auferre dominiũ
acquiſitum,mediante tali ſententia. Similiter idem Iaſ. in
conſi.127.col.iij. lib.iij.arguit pro opinio.Paul.de Caſt. in
l.cum hæredes. in princ.ff.de acquir. poſſeſ. & in l.iij.ff.de
teſtam. quòd princeps poſsit legitimare ſpurium poſt adi-
tam hæreditatem per agnatos, modo poſſeſsio bonorum
nondum apprehenſa ſit. Eandem opinio. ſentit idem Iaſ.
in conſi. 93. lib. j.ubi uolui, quòd Papa eximendo mona-
ſterium à decimis, in conſequentiam præiudicat laicis,qui
bus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium,
quod uenit in conſequentiam. nam illud eſt fundamentũ
doctor. tenentium,quòd princeps poſsit reſcribere aut re-
ſtituere contra ſententiam aut præſcriptionem, uel legiti-
mare ſpurium poſt aditam hæreditatem, non conſiderato
præiudicio eius,cui ex ſententia,præſcriptione aut aditio-
ne dominium acquiſitum eſt: quia tale præiudicium uenit
in conſequentiam. ita arguunt moder.in d.c.quæ in eccle-
ſiarum. de conſtitu. principaliter enim princeps ſolum re
ſtituit in integrum. ob quam uarietatẽ tam magnam doct.
conſulentium, non poſſum interim non male ſuſpicari. ob
id magis placet opinio,quam doctor legendo probat,quam
quæ firmatur conſulendo. ſæpe enim fit, ut rei cupiditati
ducti, opinionem aliquam ex affectione tueamur. ¶ Quid
51 † dicendum in tanta doctor. contrarietate? puto quòd
idem ſit in iure quæſito, mediante miniſterio iuris ciuilis,
& in iure quæſito de iure gentium, quòd neutrum ius tolli
poſsit

poſsit à principe ſine cauſa: ſed quòd ſolum ſit differentia circa cauſam, ex qua tale ius auferri poſsit. nam in iure quæſito de iure gentium, ut illud ex cauſa auferri poſsit, requiritur quod ſit talis cauſa, quæ reſpiciat utilitatem publicam principaliter. Bart. in l. quæcunque. in fi. C. de fide inſtru. & iure haſte fiſca. lib. x. Oldr. in conſi. 224. iſtæ ſunt allegationes. col. vij. Paul. de Caſt. in conſi. 177. donatio prædicta. in conſi. 229. Viſis & ponderatis. colum. ij. poſt medium. & in conſilio 287. Primum dubium. colu. j. ad fin. lib. j. Decius in conſilio 361. colum. penult. uerſi. ſecundo reſpondetur. & in conſi. 588. colum. iij. circa medium. poſt Felin. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. Iaſ. in l. Barbarius. col. vj. uerſi. circa duas ulti. ff. de offic. prætoris. & in conſi. 233.

52 col. vij. in fi. lib. ij. Sed ubi † agitur de auferendo ius quæſitum mediante iure ciuili aut eius miniſterio, nō puto quòd requiratur talis cauſa reſpiciens utilitatem publicam principaliter: ſed ſufficiat alia cauſa iuſta pertinens ad priuatā utilitatem: puta ſi agatur de iure quæſito per ſententiam, quæ tranſierit in rem iudicatam, nec ſubſit remedium aliquod reſtitutionis in integrum iuxta l. Imperatores. ff. de re iudica. & not. in l. admonendi. ff. de re iudi. Iuſta cauſa poterit eſſe, ſi dicatur ſententiā eſſe latam contra ius, & quòd ſi obſeruetur, aduerſarius locupletabitur cum aliena iactura: uel quod cauſa non fuit curæ & ſollicitudini agentium pro impetrante reſcriptum contra ſententiam. Princeps

53 † enim, ſi ei uideatur, poterit reſtituere condemnatum ad audientiam cauſæ, non obſtante ſententia: ut per Abba. in conſi. 84. col. v. lib. j. & in conſi. 77. colum. ij. uerſi princeps autem. lib. ij. bene fateor, quod non poſſet princeps ſtatim reuocare ipſam ſententiam & auferre ius quæſitum ſententiæ miniſterio, ſed reſcribere quod uictus audiatur non obſtante ſententia etiam executa, ſine dubio puto quod hæc fieri poſsit tam de iure, quam de æquitate, ne locupletetur quis ex titulo iniquitatis ſententiæ: nec poteſt uictor, qui ſentētiam obtinuit, conqueri, quod ſibi auferatur ius ſuum: quia potius dicitur princeps ei denegare eius auxilium, quam rem auferre: & facilius lex aut princeps ſuum denegat auxiliū, quàm ius alterius auferat. glo. in l. j. C. ſi aduer.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uendi.glo.magna in l.aſsiduis. C. qui potio.in pigno. hab. glo.in §.fuerat.in uerbo,creditoribus. in fin. inſtitu. de actio. Ideo dicit Paul.de Caſt.in conſi. 440. Iſta quæſt. col. ij.circa med.uerſi. ij. quia lucrum.lib.j.quod ſtatutum tollens ius mihi quæſitum ex prouiſione mea,dicitur iniquum & non ualet.l.totiens.in fi. ff. de pollici.ſecus in iure, quod acquiritur ex alio ſtatuto: quia tunc ſtatutum ſuum, non tuum tibi denegat auxilium. Ex hac ratione uidemus,
54 † quod princeps ius alii quæſitum,ex eius conceſsione, aut priuilegio, poteſt tollere dummodo illud non tranſierit in in contractum abſque iniuria.Baldus in l.qui ſe patris.circa medium.C.unde lib. Paul.de Caſt.in conſi.200. Viſa.in
55 fin.lib.ij. & hoc facere poteſt princeps † etiam ſine cauſa. gloſſ.in c.decet. de regul.iuris lib.vj. Baldus in conſi. 439. Amplius col.iij.uerſi. item & ſi domina regina.lib.iij. & in conſi.300 col.j.lib.v.Paulus de Caſt.in conſi.209. uiſis.col. fin.& in conſilio 317. uiſo. col. iij. ad finem lib.j. Ang. in l. Antiochenſium.ff.de priuileg.creditor.Alex.in conſi. 155. col.fin.lib.vj.Iaſon in conſi.56.col. ij. in fine.& latius colu.
56 fina.lib. j. In quibus locis † ſecus eſſe dicitur, quando tale priuilegium tranſiuiſſet in contractum: quia conceſſum ſit mediante pecunia aut alia recompenſatione. ¶ Et maxime ac facilius concedit princeps reſcriptum remiſsionis ſententiæ, quæ tranſiuerit in rem iudicatam,quando ageretur de ſententia lata per aliquem iudicem, pro quo non eſſet magna præſumptio,ratione ſcientiæ uel conſcientiæ. Iudi-
57 cem † enim ſales duos habere oportet,unum ſapientiæ,ne ſit inſipidus,alterum rectæ conſcientiæ,ne ſit diabolus.Bal. in l.ij.col.fin.C.de ſenten.ex pericu.recitan.refert Iaſ. in l. rem non nouam.in j.notab. C. de iudic. Addo. Roman. in conſi.228.Pro plena diſcuſsione col.fi.uerſi. iij. ponderandum.uel ſi lata ſit ſententia per plures iudices, quādo eſſet ſuſpicio magni fauoris, ratione alicuius neceſſitudinis uel maioris amicitiæ, & cæteræ id genus cauſæ plurimæ conſi-
58 derari poſſunt. Similiter † quando agitur de tollendo ius quæſitum per aditionem hæreditatis ex cauſa non requiritur quod illa cauſa reſpiciat utilitatem publicam: puta, quando princeps legitimat ſpurium poſt mortem patris adi

ta iam

ta iam hæreditate per agnatos, ſed cauſa iuſta ita legitimandi & præiudicandi agnatis eſt, quando conſtaret, quod pater in uita uoluerit filium legitimari. Paul. de Caſt. in d. conſi. 178. donatio prædicta lib. j Socin. in conſi. 120. colu.
59 vij. uerſic. aliquando. & tertio lib. iij. De † uoluntate autẽ patris dicitur conſtare per ſigna & coniecturas, puta ſi pater uiuens dixerit, quod uolebat filiũ legitimari, uel ſi principi pater ſupplicauerit pro cauſa legitimationis, & legitimandi licentiam obtinuerit: licet poſtea decedat pater, legitimatione non impleta. Iaſ. in conſi. 127. col. 5. lib. 4. allegat Bald. in l. in teſtamento. quæſt. 9. C. de teſtam. milit. & in conſi. 363. Quæritur, utrum filius presbyteri. lib. v. & facit Guido Papæ quæſt. 214. ubi ſi donator dixit, quod uolebat reuocare donationem ex cauſa ingratitudinis, ſatis dicitur apparere de eius uoluntate, ut hæres mortuo ipſo donatore, reuocare poſsit, licet idem Iaſ. ſibi contrarius conſi. 22. col. ij. circa med. lib iij. uoluerit non dici conſtare de uoluntate patris, ut filius ſpurius legitimaretur ex eo, quod dixerit ſe uelle filium legitimari, uel ob eam cauſam preces principi dederit, & licentiam obtinuerit legitimandi. Dij boni? tantæ me pudet uarietatis & inconſtantiæ: qui magis apparere poſſet de uoluntate patris, quàm ex uerbis,
60 & facto, principi ſupplicando: cum uoluntatis † non præſumatur mutatio. l. eum, qui mutatam. ff. de probatio. l. Lucius j. ff. de legat. ij. c. j. ubi gloſſ. in uerbo, non timore. quod metus cauſ. c. maioris. § fi. ubi gloſſ. in uerbo, perdurare. de baptiſmo. c. licet de procura. lib. vj. quod procedit etiam non obſtante longo temporis interuallo l. ſancimus, ubi Iaſon in iij. notabi. C. de teſtamen. Ripa in l. ſi quis in fundi uocabulo. col. iiij. in fi. ff. de legat. j. Niſi
61 † probetur de aliquo facto contrario, ex quo uoluntas arguatur mutata: puta ſi pater laceraſſet literas licentiæ ſuper legitimatione: ex facto enim contrario uoluntati præcedenti præſumitur ipſius uoluntatis mutatio. Decius in l. pacta nouiſsima. col. iij. circa medium. C. de pactis. Idem ſi probetur de alijs uerbis patris contrarijs: quia poſtea declaraſſet nolle ſpurium amplius legitimare: uel ſi aliquid de nouo ſuperuenerit, ex quo ueriſimiliter arguatur muta

tio uoluntatis puta ingratitudo filij contra patrem: argumen. l.iij.§ fina.ff.de adimend. lega. Idem uidetur concludendum in præſcriptione:nam ceſſante caſu, quo reſtitutio concedi poſsit per magiſtratum aduerſus præſcriptionem: poterit tamen princeps ex cauſa aliqua iuſta reſtituere ad-
62 uerſus ipſam præſcriptionem. Aduertendum † eſt etiam circa præmiſſa, dum dixi ſolum eſſe differentiam circa cauſam: quia non requiritur, quod illa cauſa reſpiciat utilitatem publicam, quando agitur de auferendo ius quæſitum mediante miniſterio iuris ciuilis: quæ tamen utilitas publica dicitur neceſſaria, quando agitur de auferendo ius quæſitum de iuregentium, quod excepta iſta differentia in alijs
63 uidetur conuenientia. quia † ſicut conſtare debet de cauſa, quando agitur de auferendo ius quæſitum de iuregentium, ut ſuprà diximus: æquè de cauſa conſtare debet, quando agitur de auferendo ius quæſitum de iure poſitiuo ad ſupplicationem partis, quotiens enim princeps reſcribit inter priuatos ex aliqua cauſa, oportet cauſam probari per impetrantem: quia reſcriptum dicitur conditionale, ſi preces ueritate nitantur. ob id conditio illa debet prius omnibus iuſtificari: alias reſcriptum redditur ſubreptitium, ex quo non apparet de ueritate cauſæ. c. ij. ubi gloſſ. & doctor.
64 de reſcript. quod intelligi debet, quãdo opponitur † de falſa aſſertione impetrantis: quia parte non opponente, non uidetur neceſſaria alia probatio narratorum in impetratione: iuxta doctrinam Ioan. Andræ. in cap. j. de litis conteſtatione lib. vj. Abbas & docto. in d. c. conſtitutus. ubi Decius in quarto notab. de reſcript. & idem Decius in cap. porrecta. col. ij. in fi. uerſi. ſubijcit Abbas hic de confirmatio. utili uel inutili. in conſilio 142. col. iiij. uerſi. eſt ergo uidendum in conſilio 198. columna ij. poſt medium uerſiculo confirmatur prædicta concluſio, in quibus locis habetur talem probationem eſſe neceſſariam, quando reſcriptum impugnatur, uel quando narrata falsa eſſe dicuntur. Secùs ſi apponatur de taciturnitate ueritatis, quòd impetrans aliqua tacuerit: quia tunc opponens tenetur probare ueritatem eorum, quæ dicit exprimi debuiſſe: ut habetur in d. c. conſtitutus. Abb. in conſi. 70. col. ij. lib. ij. ¶ Similiter

† non

65 † non tenetur impetrans probare ea, quæ narratiuè in reſcripto continentur de conſuetudine, non conditionaliter: puta illa uerba: uitæ ac motum honeſtas: quia talis honeſtas probari non debet. Inno. in c. fin. in princip. de præſumptio. Probus in additio. ad Ioan. Monach. in rubr. de uita & honeſta. clerico. nu. 22. lib. vj. ſequitur do. Rebuſ. ſuper concorda. in titu. de forma manda. apo. pagi. 160. & ratio huius eſt: quia talis honeſtas de iure præſumitur. l. meritò.
66 ff. pro ſocio. ¶ Sed † contra iſtud dictum uidetur aliud dictum Anchar. in conſi. 241. Ex tenore priuilegij. col. ij. poſt princip. ubi, reſcriptum legitimationis dicitur nullum & obreptitium, in quo dicitur attenta probitate & honeſtate talis, ſi ille erat infans, in quo non cadit probitas. Quòd dictum refert & ſequitur Deci. in conſi. 576. col. ij. in fi. Pro ſolutione conſidero, quòd Anchar. & Decius loquuntur in caſu impoſſibili, quando probitas & honeſtas cadere non poteſt in impetrante. Innoc. uero & ſequaces loquuntur, præſuppoſito habilitate perſonæ, quòd ſit talis in qua pro-
67 bitas & honeſtas poſſit cadere: quotiens † enim diſputatur de aliquo, præſupponitur, quòd aliundè ſit habilitas: puta quando quæritur an legatarius poſſit eſſe teſtis in teſtamento præſupponitur quòd aliundè ſit teſtis idoneus, ita quòd ſolùm obſtet teſtimonium, quòd ſit legatarius, percipiens commodum ex teſtamento ſi enim aliundè non eſſet idoneus: quia infamis, uel ob aliam cauſa, fruſtrà quæritur an obſtet qualitas, quòd ſit legatarius. l. qui teſtamẽto. in princip. ff. de teſtament. Ad idem text. in c. j. d ætate & qualitate. lib. vj. & in c. j. de filijs presbyter. eodem lib. vj de qua regula ſæpè feſtũ Decius facit, ut patet in c. cùm omnes. col. j. circa medium. de conſtitutionib. in ij. lectura in cap. quæ in eccleſiarum. in princip. eodem titu. in cap. j. col. ix. de iudic. in cap. tertio loco. colum. iiij. de probationib. in c. cum
68 ceſſante. in vii. notabil. de appellationibus. ¶ † Aliter etiã reſponderi poteſt, quòd uitietur reſcriptum legitimationis non ex eo quòd probitas aut honeſtas non præſumatur: ſed quia tacetur ætas infantis: cuius expreſſio uidetur neceſſaria: quia faciliùs inducetur ſuperior ad legitimandum ſpurium adultum, propter aliquas eius uirtutes & ſpem, quam promit-

promittit, quàm unum infantem, qui fortè malus aut inutilis reipublicæ futurus ſit.

ARGVMENTVM.

Franciæ conſuetudo, ubi agitur de auferendo iure tertij quæſito de iure gentium uel ciuili, ex cauſa: quæ quidem probari debet. Rex enim reſcripta conſiſtere non uult, niſi priùs interinentur per Curias parlamentorum, iudices præſidiales, officiariosve. ubi & de ciuilitate conſtare debet: aliàs ea impugnari poſſunt. Tū quibus uirtutibus princeps debeat eſſe ornatus.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum in Francia non conſiſtit: niſi cauſa probata in impetratione & num 21.*
2 *Principem æmulari oportet Dei poteſtatem, quoad fieri poteſt.*
3 *Peccatum, non poteſtas dicitur, ſed deficientia boni.*
4 *Principis uoluntas ad malum, dicitur plenitudo tempeſtatis, non poteſtatis.*
5 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, quomodò accipienda.*
6 *Poſſe dicimur, quod legitimè poſſumus: & nu. 10.*
7 *Conditio turpis, non dicitur poteſtatiua.*
8 *Clauſula: de plenitudine poteſtatis, dicitur odioſa.*
9 *Princeps non poteſt quæ non decent.*
11 *Iuramentum de parendo mandatis, intelligitur de honeſtis.*
12 *Res geſta à principe, etiam motu proprio, reſcindi non debet: alioquin ſuſpitione non caret.*
13 *Princeps uult actum ſuum carere omni malitia & diminutione.*
14 *Princeps præſumitur iuſtitiæ plenus.*
15 *Princeps ſemper præſumitur reſcribere ſalua iuſtitia aliorum nec cenſetur confirmare ſtatuta iniuſta, aut peccandi anſam ferentia.*
16 *Princeps rationis & æquitatis author eſſe debet tanquàm membrorum cæterorum caput.*
17 *Principem maximè decet fides.*
18 *Principis ſedes.*
19 *Princeps tria debet habere maximè, tanquàm Dei ſeruus.*
20 *Principem maximè decet iuſtitia.*
22 *Principis aſſertioni non ſtandum, etiam in facto proprio quando agitur de præiudicio alterius in iure iam quæſito.*

23 *In principis reſcripto motu proprio præſumitur cauſa, etiam non expreſſa.*

24 *Princeps non poteſt tollere ius tertij ſine cauſa, in his quæ ſunt iuris poſitiui.*

25 *Principis aſſertioni ſtatur in antiquis, etiam in præiudicium tertij. Et quid in non antiquis. nu. 26.*

27 *Regis teſtimonium, maioris eſt ponderis, quàm unius notarij in publico inſtrumento.*

28 *Princeps uerbum ambiguum declarare poteſt, etiam in præiudiciū tertij. limit.*

29 *Papa habet pleniſſimam poteſtatem in beneficialibus & nu. 37.*

30 *Papæ aſſertioni ſtandum eſt in beneficialibus, qualiter nēpe gratiā collatam intellexerit, etiam ſi alia eius fuerit intentio.*

31 *Papæ confirmatio ſuper collatione ſubreptitia, perinde ualet, ac ſi primùm legitimè facta fuiſſet.*

32 *Papæ declarationi in præiudicium alterius, quando non ſtetur.*

33 *Papa an poſsit quem priuare beneficio, ſine cauſa num. 34. & 35. & 36.*

38 *Princeps an & quando poſsit reuocare conceſsionem a ſe factā per uiam contractus aut ſtipulationis.*

39 *Papam uti uoluiſſe plenitudine poteſtatis, planè conſtare debet.*

40 *Princeps utens plenitudine poteſtatis, an uidetur eò uoluiſſe ius alterius interuertere. nu. & 41.*

42 *Principē aut Papā uoluiſſe uti plenitudine poteſtatis, an ſufficiat, eò quod ſine ea non ualeret actus.*

43 *Princeps ad hoc ut utatur plenitudine poteſtatis requiritur ut ſciat actum, quem faciat, non ualere de poteſtate ordinaria.*

1 NON † omitto circa præmiſſa, dū dixi, quòd ubi agitur de auferendo ius tertij acquiſitū uel de iure gentium uel de iute ciuili ex cauſa quod talis cauſa probari debet, nec illa præſumitur, nec habetur pro probata, niſi expreſſa ſit. Et iſta de cauſa in regno Franciæ, nulla eius reſcripta obſeruari uult Rex, niſi priùs interinentur per curias parlamētorum, aut iudices præſidiales uel ordinarios, prout ad eos diriguntur, in quorum interinatione de eorum ciuilitate cognoſcitur: & ſi in ciuilia uideantur, illa reijciuntur, imò per nouiſſimas conſtitutiones expreſsè cautum

cautum eſt, ut reſcripta de inciuilitate impugnari poſſint.
2 Nimirùm Dei poteſtatem, † quatenùs principis mortalis humanitas patitur æmulari principem oportet per participationem. Deus enim ipſe omnipotens,cùm unus ſit,nihil tamen poteſt quod ſit malum aut iniuſtum: quia poſſe malum facere,poteſtas non dicitur,ſed infirmitas ac deficien-
3 tia boni, & nihil eſt facere, quod malum ſit. Poſſe † enim peccare,ut Auguſtinus ait, non eſt aliquid poſſe, imò aliquid non poſſe. unde ille ſolus uocatur omnipotens, qui hoc non poteſt: quia omnia poteſt: quæ poſſe, eſt aliquid poſſe.quæ uerba habentur in cap. principium.§.charitas. de pœnit.diſtinctione.ij.& ita in principe arguit Fulgo. in conſi.61.Domin.Catharina. col. penult. Curtius ſenior in conſil.73.colum.29.in fin. Ineſt enim plenitudo poteſtatis in diſpoſitione bonitatis, non autem prauitatis. ob id
4 † quando princeps aliquis utitur plenitudine poteſtatis ad malum,dicitur plenitudo tempeſtatis,non poteſtatis. Cardi.Mediol.in clemen. paſtoralis.de re iudic.refert Socin.in d.conſi.120.col. penult.in fine. Idem dicit gloſſ. pragmat. ſanctio.in titul.de electio.c.licèt dudum.in uerbo,reſeruationes.colum. vij. fol. 44. Ioan. de Selua in ſecunda parte tractatu de beneficio.q.j.uerſ.item per gloſ. in c.quamquã. fol.81.in parua impreſſione. Addo Bald. in conſ. 345.ad euidentiam præmittendum eſt,quòd Imperator.col.ij.lib.
5 j.ubi dicit,quòd clauſula † de plenitudine poteſtatis,intelligitur de poteſtate bona,& laudabili, non uituperabili uel tirannica:nec dicitur Imperator poſſe, niſi de iure poteſt. Idem Bal.in d.conſ.326.Rex romanorum.col.ij.circa me-
6 dium.lib.j.quòd dicitur propriè poteſtas, legitimè poſſe: non enim poſſumus,quod cum iniuria poſſumus. nam hoc poſſe,potentia non eſt,ſed deficientia quædã, & ideò Deus
7 omnia poteſt. tamen peccare non poteſt.hinc † dicit Bal. quòd conditio turpis,non dicitur poteſtatiua.l. filius. ff.de condi.inſtitutio.& lex dicit,quòd ea, quæ ad turpem cauſam referuntur,ad effectum perduci non debent. l. quidam in ſuo.ff.de condi.inſtit.l.Quintus.§.Pomponius. ff. de annuis legat.Alibi ſcribit idem Bal.in conſi.327.Pridie. colu. j.ad fin.lib.j.quòd illud, quòd dicitur principem eſſe mun-
di domi-

di dominũ,intelligiť quo ad bonũ,nõ quo ad malum ne in de naſcãtur iniuriæ,unde iura naſci oportet. Ad idẽ facit,ꝙ dicitur de plenitudine poteſtatis Papæ, ꝙ habet poteſtatẽ ligandi, nõ peccãdi c.j.40.diſt.c.ſunt quidã.25.q.j. Abb. in c.cũ teneamur.depræbendis.Ideo Rota dec.331.Suppoſito facto.col.ij.uerſi.modo hic uidẽtur.in nouiſſi. dicit ꝙ clau-
8 ſula † de plenitudine poteſtatis diciť odioſa, & ſi princeps ea utatur in uno articulo,nõ uidetur,quòd in alio uti uolue
9 rit. ¶ Ampliùs † uoluit Archidia.in c.ſuper eo.de hæretic. libro ſexto.Henric.in c.nulla.de conceſſio. præbend. quòd omnis indecentia in principe dicitur impoſſibilis ſaltem ſecundum mores.quod dictũ refert & ſequitur glo. pragmat. ſanctio.in titul.de collatio.§.ſed & inſuper. in uerbo,plura
10 litatis.colum.v. fol. 56. ¶ † Hinc ipſemet princeps,qui leges prodit,illud aſſerit,quòd poſſe id dicimur, quod honeſtè poſſumus: ſed omne inhoneſtum dicitur impoſſibile. l. uulgò.ff.de ſtatu homi.l.ſi cùm dies. §. compromiſſo. ubi gloſſ.ff.de arbitr.l.ſi.filius.ff.de conditio. inſtit.ca.ut iuxta. ff.de officio ordina.cap.indecorum.de ætate & qualita.capit.contingit.de arbitr.cap.denique.in fin.iiij.diſtinct.glo.
11 in c. faciat.22. q. ij. ¶ Similiter iuramentum † de parendo mandatis,intelligitur de honeſtis.c.ueniens. &c. Quintauallis.de iureiuran.c.j.de iureiurand.lib.vj.Et ob hanc honeſtatis rationem licèt princeps priuilegium ſuum reuocare poſſit ſine cauſa,quando non tranſiuit in contractum, ut ſtatim dixi:tamen quia talis reuocatio ſine cauſa non uidetur honeſta:ſanxit princeps ut priuilegium ſuum eſſet perpetuum.§.illud.in authenti.conſt. quæ de dignita. l. quod ſemel.ff.de decretis ab ordin.facien.not. in l. j. C. in quib.
12 cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſ. Nec † uult princeps rẽ ſemel legitimè geſtam reſcindi, etiam quòd talis reſciſio cedat ad commodum eius fiſci.l.ratas.C.de reſcinden.uenditio.Ob id ſcribit Bald.in d.conſi.327.Pridie.col. ij. ante medium.li.j.quòd ubi princeps reuocat à ſe geſta, etiã motu proprio,præſumitur circunuentus,adeo,quòd contrariũ
13 probari non poteſt.Vult enim † princeps, quòd actus ſuus ſit ab omni malitia & diminutione alienus ſeu extraneus. d.§.illud.in authent.conſtit.quæ de dignita.Bald.in conſil.

24.ius

24.Ius abbatialis. libr. ij. & iniuria a principe maximè debet eſſe aliena,& remota:argu.l.j.§.permittitur. ff.de aqua quotid.& æſti.l.ex facto.ff.de uulg.l.meminerint. C. unde ui.Iaſo.in conſil.j.col.vij.poſt medium. lib. j. ¶ Hinc dici-
14 mus,† quòd princeps præſumitur iuſtitiæ plenus. l. ij. §. meritò.& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publ.d.l.ex facto.in princip.ff.de uulga.ita Bald.in conſi. 395. Pro domino Dinaldo.colum.j.ad fin.li.ij.Nec aliud uult princeps, niſi quòd ſua iura uolunt.§. omnes. in authent. de iudi. l.ſi quãdo.C.de inoffic.teſtamen.§.fin.inſtit.quib. mod. teſta. infir.c.cauſam.de reſcript.c.iuſtum.ix. diſtinct.quod procedit,etiam ſi neceſſe ſit uerba impropriari.c.ſuper. c.de offi. deleg. nunquàm enim intendit princeps per ſua mandata aliquem prægrauare.c.ad aures. de reſcript.c.ex multiplici.de decimis,ita Calder.in conſil.j.colum.j.in tit. de trãſ-
15 latio.prælat. ¶ Et ſemper † præſumitur princeps reſcribere,ſalua iuſtitia aliorum. & ſi generaliter cõfirmat ſtatuta, non cenſetur confirmare iniuſta,aut ea per quæ materia daretur,aut occaſio delinquendi.Bartol.in l.j. ff. de his, qui ſunt ſui uel alien.iur.Bald. in conſil. 134. Copioſè, lib.iij. in l.unic.C.de monopol.in l.j. in princi. ff. de conſti. prin. & in ca.j.in princi.per quos fiat inueſt.per text. in d. l. j. ff. de his,qui ſunt ſui uel alie.iur.& in d. c.j. de iureiurand.li. vj.facit ad præmiſſa elegans dictum Bald. in conſil. 19. Factum ſic proponitur.colum.iij. poſt medium, lib. iiij. ubi, quòd princeps,qui tenet ſupremam poteſtatem, debet ſeruare ſummam honeſtatem,& ſummam æquitatem tãquam
16 regula. Nam † ratio debet edi à capite, ob id in principe ueritas debet eſſe firmior,quàm in cæteris.Bal.in c. j.§.fin. qui feud.dar.poſ. Calca.in conſi.52.col.penul.poſt mediũ. Similiter in principe debet fides præfulgere. nihil enim
17 eſt,quòd lumine † clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe,epiſtola inter claras.C.de ſum.trini. & fide cathol.nec debet princeps aliquem circunuenire. l.j. in fine, C.de his,qui ueniam æta. impetraue. & innocentia maximè regum,eſt nemini malum inferre.c.non eſt.23. q.v.c.ſapiens.vj.q.j.Oldra.in conſil.264.Illa.colum.j.Paulus enim ad Coloſ.cap.ult.mandat principibus,quod iuſtum & ęquũ

eſt ſeruis

eſt ſeruis eorum præſtare, ſcientes, quod & ipſi dominum
habent in cælis,refert Oldra.in d.conſil.244.col.ij. Bal. in
conſ.328.Quæritur,ſi Rex.colum.iij.lib.primo. Alibi ſcri-
bit idem Bald.in conſ. 359. Proponitur, quòd inter agna-
18 tos.col.j.circa medium.li.j.quòd † ubi princeps iuſtus ſe-
det ſuper ſedem ſuam,cui non aduerſatur quicquam,mali-
gnum,ab eo non emanant reſcripta iniuſta. allegat dictam
epiſtolam, inter claras. Nec debet princeps in potentia
ſua confidere,qui Deum ultorem habet. & qua mẽſura me
titur alios,eadem remetietur.Bald.in conſil.311. Præmit-
tendum eſt ad euidentiam,quòd priuilegia.lib j. Alibi ſcri
19 bit Old.in cõſ.69.col.j.quòd in uero † principe tria requi-
runtur potentia,ſapientia,& diuinus cultus. eſt enim prin-
ceps ſeruus Dei.l.quas gratias.ibi: per nos ſeruos ſuos. C.
20 de offic.præfect.præto.Africę.Ad hæc † inquam omnia &
alia id genus ſimilia animaduertunt principes fideles & bo
ni,& maximè ad illud prophetæ Regis: De uultu Dei iu-
dicium meum prodeat:& oculi mei uideant æquitatem, &
ad illud uerbum iuſtitiæ Prouerbior.cap.8. Sapient. cap.8.
Per me Reges regnant.de quo etiam in dicta epiſtola:inter
claras. & quòd per contrarium propter iniuſtitias imperia
finiuntur & transferuntur.Eccleſiaſtes ca.decimo,Danielis
c.ij.canone Nabuchodonoſor.23.q.iiij.& c. ſi de rebus. 23.
quæſtio.ult.Oldrad.in conſil. 69. col. j. ad finem. deciſion.
Neapolit.deciſiones 265.col.18.gl. pragmaticæ ſanctio. in
proœmio,in uerbo, regnant. Iuris etiam & honeſtatis ac
21 diuini cultus rationẽ maximè habentes, † non antè eorum
reſcripta obſeruari ac impleri permittunt, & in criminali-
bus & in ciuilibus iudicijs,atque per arreſta curiarũ maio-
rum aut ſententias iudicum inferiorum,prout ad eos refe-
runtur, fuerint interinata de qua interinatione loquitur
Aufrerius in deciſio.Tholoſanis.q.423.circa finẽ.¶ Itaque
22 infertur † ex præmiſſis,non eſſe ſtandum aſſertioni princi-
pis,etiam in facto ſuo proprio, quotiens agitur de præiudi
cio alterius in iure iam quæſito, ſiue de iure gentium ſiue
de iure ciuili: quando eſt tale ius, quod à principe tolli nõ
poteſt ſine cauſa,niſi appareat de ueritate ipſius cauſæ, ob
id uidẽs Rex,quòd diſpoſitio d.clem.j. de probatio. durior

eſſet,

eſſet,ſublatam eam eſſe curauit,per pacta concordatorum: ut patet in tit.de ſubla. clemen. literis. ¶ Limitatur nunc
23 præmiſſa † concluſio,ut non procedat in reſcripto conceſſo motu proprio principis,in quo præſumitur cauſa, licèt non exprimatur.Roma.in conſil.436. colum. pen.uer.cùm igitur prohibitum ſit.Socin.in d.conſ.273.col. pen.uerſ.& ſi dicatur.lib.ij.& in conſil.62.colum.fin.lib.iij.Iaſ.in d.l.ſi teſtamentum.ad finem primi not.C.de teſtam.& in conſil. 105.col.pen.lib.j.Gozadinus in conſ.51. colum. pen. poſt medium.Rebuf.ſuper concord.in titul.de forma mand.apoſtoli.pagin.186.uerſi.ulti.effectus eſt ſi cauſa præſumitur, à fortiori,ſi illa expreſſa ſit, tali expreſſioni & aſſertioni ui-
24 detur ſtandum.¶ Sed aduerte,quatenus † loquuntur doct. in caſibus,in quibus ius tertij ſine cauſa tolli non poteſt, iſtud non uidetur tutum. nam ratio, quòd tali aſſertioni credi non debeat, ſemper militat ſiue motu proprio, ſiue ad poſtulationem partis reſcribatur: licèt ſit maior ratio, quando reſcribitur ad poſtulationem partis. Ideò iſta limitatio uidetur reſtringenda, quando princeps diſpenſat circa ea,quæ ſunt iuris poſitiui. & ita reſtringit Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum.col.13.uer. ſupereſt tertium membrũ. Iaſ.in d.l.ſi teſtamentum in fin.primi not. C. de teſtamen. conſiderando, quòd in præcedentibus dixerat non præſumi iuſtam cauſam in principe, niſi in his,quæ ſunt iuris po
25 ſitiui. ¶ Secundò limitatur † non procedere dicta concluſio in antiquis: quia in antiquis uidetur ſtandum aſſertioni & uerbis enuntiatiuis principis, ſuper quibus eius fundatur intentio,etiam in præiudicium tertij: puta ſi aſſerat Papa aut princeps in reſcripto, quòd talis ciuitas rebellionẽ commiſit.Cor.in conſil.312.colum.v.lib.j.Socin.in conſil. 266.col.xj.uerſ.ad ſecundum reſpondetur.lib.ij.ubi tamen
26 Socin.idem uoluit † etiam in non antiquis. & pro hac limitatione facit quia ſcriptura priuata in antiquis, ſemiplenè probat.Specul.in tit.de inſtru.edi.§.nunc dicendum.colum.pen.uerſ.regulariter ergo. Anto. de Butr. in c. ij.colu. iiij.uerſ.tertius caſus.de fide inſtrum.Moder.in l.admonendi.ff.de iureiurand.Ergo aſſertio principis in antiquis,plus
27 operari debet, quam ſcriptura unius priuati:imò † plus ualet teſti-

ſet teſtimonium unius Regis,quàm unius notarij in publi-co inſtrumento.And.de Iſer.in c.ſancimus.ad fin.prin. quo tempore miles, quod dictum refert & ſequitur Iaſ in conſi. 65.col.penult.circa medium lib.iij.& in fine colum.dicit, quòd uerbum Regis,habetur pro lege.allegat Bald.in c.cæterum.col.vj.de iudic.non loquitur tamen Iaſ.quando teſtificaretur princeps in facto proprio ad eius commodum, in
28 præiudicium alterius. ¶ Tertio † limitatur, ut non procedat reſpectu declarationis uerbi ambigui, quòd à principe declarari poteſt: licet talis declaratio tendat in præiudicium alterius: modò ex tali declaratione non inducatur noua diſpoſitio. Paul. de Caſt.in l.hæredes palam.§.& ſi quid poſt.col.ij.ff.de teſtamen. Sequitur Dec.in l.j.col.1. C. de impub.in conſi.114.col.fi.& in conſi.229.ante finem.Addo Alex. in conſi.xj.col.iiij.uerſi. iij. reſpondeo lib.vij.ex qua limitatione infertur ad intelligentiam dicti Ang. in conſi. 274.Bonifacius.col.ij.ubi uoluit,quod omnino credatur declarationi Papæ in his, quæ dependent ab eius facto & intentione,qualiter intellexerit eius gratiam,quod dictum ſequitur Dec. in conſi. 187. col. iij. poſt medium.uerſi. & ad hoc facit Iaſ.in conſi. 128.col.vij.in prin.lib.iiij.nam iſtud debet intelligi in declaratione uera & propria, quæ conſiſtit circa ambiguitatem uerborum, & per quam noua non inducitur diſpoſitio: ſecundum Alex. in d. conſi.xj.Dec.in
29 d.conſi.114.& conſi.299.¶ Sed aduerte,quòd ſi † loquimur in his, quæ non dependent à libera poteſtate Papæ, & in quibus Papa tertio præiudicare non poteſt, in iure quæſito: puta in bonis temporalibus,talis reſtrictio dicti Ange. in d. conſi. 274. uidetur bona & iuridica: ſed ſi loquimur in beneficialibus,in quibus Papa habet pleniſsimam poteſtatem,& in quibus nullum ius perfecte acquiſitum benefi-
30 ciatis,dici poteſt, aliud uideri dicendum. Ideo † in beneficialibus uidetur ſtandum declarationi Papæ,qualiter intellexerit eius gratiam,etiam quòd illa non fuiſſet eius intentio: dummodo conſtet de eius mente in tali declaratione. ita Dec.in l.edita.col.x.circa medium.C.de edend.allegat Bellameram in conſi.19.col.iij.uerſi. alia uero magna pars dominorum. ſed ultra Decium addo Cald.magis ſtringen-

tem,in conſi.12.in tit.de reſcrip.ubi dicit,quòd poteſt Papa diſpenſare circa defectum perſonæ impetrantis uel eius gratiæ, lite pendente, non obſtante quòd interim ſit alteri ius quæſitum : dummodo appareat de uoluntate Papæ. Ad
31 † idem,quod ſcribit Gemi.in conſi.xj.ubi dicitur,quòd cõfirmatio collationis ſubreptitiæ facta per Papam cum clauſula,perinde ualere,ac ſi ab initio legitimè facta eſſet, non præiudicat iuri tertij habentis ualidam collationem : quia non intendit Papa tali iuri derogare, niſi expreſſe dicat. Vult ergo, quòd poſsit Papa expreſſe derogare, ſi uelit.
32 ¶ Sed tamen etiam in † beneficialibus,quòd non ſtetur declarationi Papæ in alterius præiudicium, quando non tendit ad declarationem uerbi obſcuri, ſed inducit diſpoſitionem de nouo : tenet Paul. de Caſtr. in d. l. hæredes palam. §.j.Anchara.in d.conſi.398.præmitto.col.ij.uerſi.ſed uidẽdum eſt. Soci. in conſi. 260. col. x.uerſi. Ex quibus infero. lib.ij. Cor.in conſi. 67. col. ij. circa medium.lib.iij.ubi tenet, quòd non ſtatur declarationi Papæ circa factum ſuum proprium, quando continet manifeſtam iniuſtitiam. Idem ſequitur Dec. in d.conſi.114.col.fi.& in d.conſi.299. Idem nouiſſime ſequitur Rebuf. ſuper concordat.in titul.de forma mandat.apo.pag.151.ubi etiam dicit Rebuf.quòd quando declaratio Papæ non conſonat uerbis declaratis,habendus eſt pontifex pro circunuento. allegat Calde. in conſi. vij.in tit. de reſcrip. & iſta opi. uidetur æquior. ¶ Non ob-
33 ſtat,quòd Papa † in beneficialibus habet pleniſſimam poteſtatem, quia uerum eſt in conferendo : ſecus in auferendo, poſtquam contulit : quia non poſſet quem priuare beneficio ſine cauſa. latè Roma.in conſi.365.& in conſi.447. maximè per text. in c. conquerente. de reſtitu. ſpolia. & in c.quamuis vij.q.in c.j.in c.ij.§. priores.in c.cum ad monaſterium. §. abbas uero.de ſtatu.monach. in c. quanto.de transla.prælat.in c.inuentum 16. q. ij.in c.ſicut.21.q.ij.idẽ tenet Barb.in c.quod translationem.nu.121.de offic. leg.& in conſil.13.col.v.lib. iij. Iaſ. in d.l.fi.col.ij.uer.facit bene, quod uult Bal.C.ſi contra ius uel utili.public.in conſi.145. col.j.ij.iij.in conſi.213.colu.v.lib.ij.& in conſi.46.colu.iiij. lib.iij.Feli.in d. c. quæ in eccleſiarum col. iij. de conſtitut.

Ripa lib.j.reſpon.de legibus,cap.xiiij.col.pe.licet omnino non firmet,ſed eam firmat Ioan.Selua in iij. parte tract. de beneficio.q.60.glo.pragm. ſanct. in tit.de elect.c.licet dudum.in uerbo,reiecta.fol.47. Rebuf. in tracta.nominat.in 21.quæſt.princi.nu.55.pagin.150. ¶ Sed contrarium,quòd
34 nunc † poſsit Papa ad libitum priuare beneficio & ſine cauſa, tenet Geminia.in cap. ſi gratioſe. col. iij. poſt medium poſt gloſſ.ibi de reſcript. lib. vj.idem etiam uoluit Geminia.in conſi. viij.col.iij.in conſi. 53. col.j. circa medium.in conſi.88.col.j.circa medium.in conſi.99.col.ij.poſt mediũ. in conſi.120.col.j.poſt medium.& in conſi.141.col.vij.circa medium.Federic.de Senis,in conſi.200 Quod permutatio.col.j.poſt medium.Paul.de Caſt.in conſi.253. Ad confirmationem.col.ij.in conſi. 287. Primum dubium col.j.& ij.& in conſi. 414. In facto præſenti.lib.j.per text.in c.per principalem ix. q. ult. Idem tenet Roman. ſibi contrarius in conſi.369.in quinto dubio,ubi uoluit, quòd Papa poteſt in totum tollere eius quæſitum uni eccleſiæ,etiam ex contractu,aduerſus aliam eccleſiam: per tex.in c. ex multiplici.de decimis.& in cle.dudum.§.nos etenim.de ſepulturis. & quòd iſto caſu in Papa præſumitur iuſta cauſa,& idẽ Roma.in conſi.298.Circa præmiſſam.col.ij.uer.& ſi hæc uera
35 ſunt. Et quòd Papa poſſit † priuare beneficio ſine cauſa, uoluit Socin.in conſi.13.col.vj.uerſi.tertiodecimo probatur.& col.viij.uerſi.nec dicat quiſpiam lib.j. Alex. in conſi. ij.colum.fin. uerſi. non obſtat, dum dicitur lib. j. Corn. in conſi.90.col.fi,lib.iiij.Calca.in conſi.vij.col.18.in fin.Dec. in dict.cap.quæ in eccleſiarum col.xj.uerſi.ij.caſus de conſtit.in cap. fi. col. iij. in fi.uerſi.poſtremò Abb.proſequitur de confir.utili uel inutili,in conſi.141.ante finem, in conſi. 157. col. ij. poſt medium uerſi.& talia bona. Iaſ. ſibi contrarius in l. Barbarius colum. octaua uerſi. ſed non puto, quod iſta duo ultima dicta. ff. de officio prætor. in l. quotiens. col. iij.in fi. uerſi. ſed aduerte. C. de rei uendi. & in conſi.19.col.iiij.lib.iij.licet in d. l. quotiens. dicat ſe non ponere pro conſtante. Similiter idem Iaſon. in l. fi.colum. fi. ff. de pactis allegat pro & contra. nec aliter determinat
36 more ſuo. ¶ Eadem † opinio, quod poſsit Papa de abſolu-

ta poteſtate priuare quem beneficio ſine cauſa, tenet Ripa lib. ij. reſpon. de reſcrip.eo.cap. 19.col. iij.circa medium. Ioan.Selua in tertia parte tractatu de benefic.q.viij. uerſi. item in ſimili facit. fol. 161. in parua impreſsione. Purpura.ſocer meus,tangit hanc dubitationem in rub.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, col.j. & ſe remittit ad Moderniores. Ex quibus apparet,quam uarie in hoc paſſu loquuti ſint doctores etiam ſibijpſis minime conſtantes. Quæ res & turpitudinem tantæ legali philoſophiæ conciliat, & litigantibus præiudicium non tenue adfert. ¶ Quid tenen-
37 dum † in tanta diſcordia & inconſtantia docto. Puto de iuris rigore procedere ultimam opinionem, quòd poſſit Papa de plenitudine poteſtatis priuare clericum ſuo bneficio ſine cauſa: quia in beneficialibus obtinet Papa pleniſsimã poteſtatem. clemen.j.ut lite pend.c.ij.de præbend. lib. vj. ſecus de decentia, & honeſtate. & ita procedant iura in contrarium allegata. & tenendo hanc opinionem non ob. tex. allegati per Roma.in contrarium,in d.conſi.345.& in conſi.467.quia loquuntur de poteſtate ordinaria,non de ab
38 ſoluta. ¶ Confirmatur † iſta concluſio, ex eo, quod ſcribit Iaſ. in conſi.56. colum.ij.& latius colum. fi. lib. j. Vbi uoluit, quod princeps poſsit reuocare conceſsionem à ſe factam, etiam per uiam contractus aut ſtipulationis, quando pro tali contractu nullum factum reciprocum,aut nulla datio ex parte aduerſa interuenit: ita quod ſit conceſsio mere liberalis allegat.Bald.in l.qui ſe patris.colum.penult.C. unde liber.ſed beneficia eccleſiaſtica uidentur huiuſmodi: quia pro eis nulla datur recompenſatio conſiderabilis:imò eſſet ſimonia,ſi quid præſtaretur pro beneficio. Illud enim quod confertur, cedit pro emolumento ſigilli & ſcripturę.
39 ¶ Aduertendum tamen † eſt, quod euidenter conſtare debet de uoluntate Papæ,quòd uti uoluerit plenitudine poteſtatis: quia in dubio hoc non præſumitur, ſed potius præſumitur circunuentus: ut per Socin. in d. conſi. 260. colu. 10.uerſi.ex quibus infero.lib.ij. In dubio enim non præſumitur Papa aut princeps uti clauſula de plenitudine poteſtatis. Paul. de Caſtro & Moder. in l. in teſtamento. C.de teſtamen.milit.& idem Paul.in conſi.317. uiſo & examinato pun-

to puncto.col.ij.poſt medium.lib.j.Iaſ.in conſi.j.colum.pe
40 nulti.lib.j.¶ Amplius † etiam, quòd princeps utatur clauſula de plenitudine poteſtatis, non ſequitur, quòd uoluerit præiudicare tertio, aut ius alterius interuertere. Bald. in l. ij.q.vj.C. de ſeruitu. & aqua.poſt Innoc. in c. bonæ.de electio.ubi ait, quòd per talem clauſulam non cenſetur princeps uelle interuertere poſſeſſionem alterius . ſequitur Corn.in conſi.189. col. penult. circa medi.lib.iiij.& quòd per talem clauſulam non intelligatur princeps uelle tertio præiudicare, tenet idem Bald.in prælud.feudo.colum.xiiij. in authen.hoc inter liberos. C. de teſtamen.& in d.l.fi.C. ſenten.reſcin.non poſ.refert Gozadi.in conſi.v.col.iij.poſt medium . Idem tradit Iaſ. in d. l. ex facto.col. ij. in quarto not.ff.de uulg.& ex hoc infertur ad declarationem dicti Anchar.in d.conſi.398.præmitto.col.ij.Pau.de Caſt.in dict. l. hæredes palam.§.& ſi quid poſt. ff. de teſtam.quod dictum ſæpius Decius ſequitur, ut ſuprà abunde dictum eſt, quòd
41 † procedit illud dictum in dubio : quia non admittitur declaratio Papæ in præiudicium tertij in dubio : ſed ſi Papa informatus de iure tertij uellet, quòd eius declaratio inducens nouam diſpoſitionem ſortiretur effectum, non obſtante iure tertij, talis declaratio uideretur admittenda, per prædicta : licet difficile eſſet ſuper hoc in Francia obtinere.& puto quòd curiæ parlamentorum non admitterent huiuſmodi declarationes in præiudicium iuris quæſiti tertio:
42 uix enim interinantur in Francia talia reſcripta. ¶ Sed † dicet aliquis ſatis uidetur apparere de uoluntate Papæ aut principis, quòd uoluerit uti plenitudine poteſtatis, ex eo, quòd ſine ea actus non ualeret.Paul.de Caſt.in dict l.ex imperfecto.in fin. C.de teſtam. Alexan. in l.quamquam . C. de teſtam.milit. Deci. in dict. l. in teſtamento.col.6.C.de teſtam.milit.in c.quoniam Abb. d. col. v. poſt medium.de offic.de legat.& in conſi.xj.col.pen.poſt medium.Reſpon. quòd imo iſtud ſolum non ſufficit, niſi appareat, quòd princeps fuerit informatus de iure tertij : quia non operatur talis clauſula in his, de quibus princeps præſumitur habere ignorantiam . Ideo ſi reſcribat princeps contra ſententiam cum clauſula : de plenitudine poteſtatis, talis clauſula non

operatur, quando illa ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam,& princeps de hoc non fuiſſet informatus. Bal.in dict. l.fi.C.ſenten.reſcin.non poſſ. Abb.in c.paſtoralis.§.præterea.de offic.delega.& in c.ad aures.col.fin.de reſcript.Soc. in dict.conſi.120.colum.vj.uerſi.reſpondetur etiam lib.iij. Deci.in conſi.198.col.pen.in fin.Brunus Aſtenſis in conſil. 87.col. v. in princip.dixi in conſi.126.col.ij.ubi ex hoc reprobaui unum dictum Hippoly. quod dicebat eſſe lucri & & honoris plenum,& ita notandum,quòd nihil ſuprà:& ab omnibus non cognitum nec recitatum. ¶ Secundo reſpon-
43 deo † ad hoc ut princeps præſumatur uti de plenitudine poteſtatis, requiritur quod ſciat actum quem facit, non ualere de poteſtate ordinaria. Secus ſi princeps erraret, credens actum ualere de poteſtate ordinaria: tunc enim non præſumitur uti plenitudine poteſtatis. ita Pau. de Caſt.in conſi. 414. In facto præſenti.col.ii..circa medium uerſi.ſecundus caſus eſt.lib.j.& requirit Paulus quod ſit error in facto non in iure: quia princeps non præſumitur in iure errare, ſed uellem quod Paul. declaraſſet quomodo poſsit conſiderari error facti circa poteſtatem principis abſolutam,quod crederet actum ualere de poteſtate ordinaria. Iſte enim error an ualeat actus de poteſtate ordinaria uel abſoluta, ad ius tantum uidetur pertinere. ob id, dummodo princeps fuerit informatus de iure tertij,cui de plenitudine poteſtatis poſsit derogari,ſi deroget ſcienter,uidetur uti ſuæ poteſtatis plenitudine: cum alias non ualeat actus. In quare ne ſcirem conſiderare errorem in facto, quod crederet princeps ualere actum de poteſtate ordinaria, cum talis (ut dixi) dicatur error iuris.

ARGVMENTVM.

Verbis enuntiatiuis Papæ aut principis in cauſa propria, an ſtetur,in præiudicium tertij. Et utrum id ſit uniuerſale in quibuslibet principibus. Et quid de aſſertione priuatorum,quando fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Clemen. prima, de probatio.ubi, quando, & in quibus locum habeat uide nu. 3.& 4.*

2 *Iure diuino nemini creditur in cauſa propria.*

5 Aſſertioni cuiuslibet ſtatur in his, quæ dependent à poteſtate noſtra, ſine tertij præiudicio.
6 Comitis palatini aſſertioni ſtatur in his, in quibus poteſtatem habet. Et idem iudicium in habente iura imperij in ſuo territorio.
7 Clemen. prima, de probationibus: cur ſublata ſit diſpoſitio.
8 Clement. prima, de probatio. diſpoſitio reſtringenda eſt ad expreſſa non extendenda ad omiſſa.
9 Clement. prima, de probatio. non habet locum, ubi narratur factum alienum, & agitur de graui præiudicio.
10 Clement. prima, de probatio. non procedit contra non ſubditum Papæ aut principi ſic aſſerenti.
11 Clemen. prima, de probat. non habet locum quando conſtat de contrario eius, quod princeps expreßit.
12 Probatio an admittatur contra principis aſſertionem.
13 Clemen. prima, de probatio. non procedit in uerbis enuntiatiuis Papæ, in bulla executoria. & nu. 14.
15 Clemen. prima, de probatio. procedit, quando ſuper narratis Papæ aut principis eius fundatur intentio.
16 Papæ intentio, quando dicatur fundata ſuper narratis per eum.
17 Verba quando dicantur principaliter propter ſe emiſſa.
18 Verba enuntiatiua Papæ aut principis: propter aliud emiſſa, num inducant præſumptionem. Et quid de uerbis enuntiatiuis aliorum inferiorum, emißis propter aliud. nu. 19.
20 Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, inter contrahentes, an probent: & contra quos.
21 Verba enuntiatiua propter aliud, inter inferiores & priuatos, probant: in principe minus. Et quid ita.
22 Verba enuntiatiua priuatorum, emiſſa propter aliud, in fauorem tertij, an præſumptionem faciant, & cui ſit ſtandum.
23 Sententia lata inter alias per uerba enuntiatiua, facit præſumptionem contra tertium.
24 Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud inter contrahentes, an probationem aut præſumptionem faciant, tertio abſente. & numero 25.
26 Verba enuntiatiua inter extraneos emiſſa propter aliud, an probēt
27 Verba enuntiatiua prolata in iudicio. facilius probant, propter calorem iudicij.
29 Verba enuntiatiua probant in antiquis.

30 *Sententia lata inter alios, inducit præſumptionem, propter calorem iudicij.*

31 *Verba enuntiatiua, emiſſa propter aliud plene probant, quò ad tertium, quando ſunt geminata.*

32 *Teſtis unus an probet ſemiplene. & quid de confeſſione ſimplici incidenter facta propter aliud.*

33 *Verba enuntiatiua prolata incidenter propter aliud, an præſumantur enuntiata contra ueritatem.*

34 *Probandi contrarij diſsimilis ratio.*

35 *Probatio potentior confundit minus potentem.*

36 *Probatio plena contra confitentem & enuntiantem quid incidenter propter aliud, an faciat præſumptionem & adminiculum.*

37 *Verba enuntiatiua inter cõtrahentes emiſſa, propter aliud, an nihil probent, quò ad tertium abſentem.*

38 *Prodeſſe, & nocere differentia, nec confeſſio unius alij præiudicare poteſt.*

39 *Sententia & iuramentum, non æquiparantur reſpectu maioris præiudicij.*

40 *Priuatorum poteſtas in rebus ſuis.*

41 *Argumentum de minori ad maius, negatiuè non ualet.*

42 *Iuramentum tertij, non prodeſt neque nocet alij tertio, ſed quo ad ipſum iuramentum prodeſt & nocet in præiudicium ipſius iurãtis.*

43 *Iuramentum, ſupplet præſentiam partis, de iure canonico.*

44 *Fratres non poſſunt portionem obuentam per conditionem indebiti repetere ab eo, qui facta diuiſione de bonis paternis communibus, ut poſſet contrahere matrimonium cum aliqua puella, negante cum iuramento ſe eſſe filium illius cuius hæreditatem diuiſerat.*

45 *Negatio ui ac feruore amoris extorta, an ius faciat.*

46 *Amoris uis.*

47 *Confeſsio erronea non reſcindit contractum, niſi probetur cauſa erroris.*

48 *Doctores legendo, magis nituntur ueritati, quam conſulendo. Et quid ita.*

49 *Verba enuntiatiua, incidenter prolata propter aliud, ſaltem inducunt præſumptionem in fauorem tertij abſentis: quæ onus probandi transferat in aduerſarium.* Limit. nu. 50. 51.

52 *Verba enuntiatiua emiſſa incidenter propter aliud, an probent ſolum*

lùm ea, quæ ſunt de ſubſtantia actus.
53 *Seruus poteſt ſtipulari domino.*
54 *Verba enuntiatiua, emiſſa propter aliud, non probant, inter eaſdē partes, quando poſtea principaliter diſputatur de ueritate enuntiati. Quid, inducant ne ſaltem præſumptionem. nu. 55. & 59.*
56 *Confeſſionem erroneam allegans, tenetur illam probare.*
57 *Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, inducūt præſumptionē, cui ſtatur, donec firmior probatio in contrarium adferatur. et nu. 58.*
60 *Verba de futuro, diſpoſitionem non inducunt.*
61 *Verba enuntiatiua propter aliud emiſſa incidenter, an probent, fauore liberorum.*
62 *Probationes leuiores ſufficiunt in his, quæ ſunt modici præiudicij.*
63 *Verba enuntiatiua propter aliud emiſſa, probant inter præſentes, in his, quæ dependent à poteſtate libera partium.*
64 *Confeſſioni inter perſonas prohibitas ſtatur, niſi aliter probetur ueritas. & nu. 66. 67. & 68.*
65 *Clericus concubinæ donari an poſſit.*
69 *Confeſſioni inter perſonas prohibitas ſtatur ſi uериſimilis fuerit, aut habeat aliquam iuris præſumptionem pro ſe, etiam in tertij præiudicium. & num. 70.*
71 *Confeſſioni mariti de recepta dote, quando ſtetur.*
72 *Dotis numeratio unde præſumatur.*
73 *Confeſſioni perſonæ prohibitæ & ſuſpectæ, quando ſtetur.*
74 *Legato facto ob collationem bene meritorum, an neceſſaria ſit eorū probatio, ut illud ualeat. & nu. 76.*
75 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
77 *Verba enuntiatiua tum demùm probant, ſi principaliter et propter ſe ſint enunciata.*

PROPOSITUM noſtrum principale, ſequendo materiam antiquitatis temporis, fuit, oſtendere quomodò in antiquis ſtetur uerbis enuntiatiuis principis: non inutile tamē uiſum fuit pónere, quid in nō antiquis: cùm uiderem hanc materiam adeò implicitam & intricatam, & ſic non parùm multa & ipſa notatu digna ſcripta ſunt ad intellectum dictæ clemen. j. de probatio. cuius diſpoſitio, licèt in regno ſit abrogata: non itidem factum eſt in omni regione, quæ ſcripto iure utitur. ob id operæpretium facturū me exiſtimaui,

exiſtimaui,ſi ea ſcriptis commendarem, quæ uſui omnibus
1 futura cogitarem. ¶Sed adhuc non †nihil dicendum ſuper-
eſſe uideo circa diſpoſitionem d. clemen. j. de probatio. &
primò,an generaliter procedat non modò in Papa, uerùm
etiam in alijs principibus laicis? Curtius iunior in conſil.
61.col.v.poſt medium, tenet,quòd ſolum habeat locum in
Papa,allegat Paulum de Caſtr.in d.conſi.46.Viſo & exami
nato.col.pen.lib.ij.ſed æquiuocauit Curtius. Paulus enim
ibi non dicit, quòd ſolùm habeat locum in Papa: ſed dicit
quod ſolùm habet locum in clericis, quibus Papa poteſt
præiudicare non in laicis, quibus præiudicare non poteſt.
& ſic Paulus potiùs facit contra Curtium, quòd etiam ha-
beat locum in principe laico,eo caſu, quo ſubditis præiudi
care poteſt.allegat etiam Curtius Socinum in conſ. 127.li.
ij.quod conſilium inuenire non potui, nec in primo nec in
ſecundo lib. Reperio tamen eundem Socinum in conſi. iiij.
col.ij.in fin.& in conſi.27.col.ij.libr.iij. Vbi uoluit diſpoſi-
tionem dict.clement.j. procedere etiam in principe tempo
rali, non recognoſcente ſuperiorem. Quod etiam ſentit
idem Socin.in dict.conſi.266.col.xj.in fi. uerſic.confirman
tur præmiſſa.lib. ij. Allegat etiam Curtius Alexandrum in
conſi.112.lib.vij.Sed certè Alexand.hoc non dicit.benè di-
cit quòd non procedit in inferioribus,qui ſuperiorem reco
gnoſcunt. Ergo aliud ſentit in principe non recognoſcen-
te ſuperiorem.Allegat etiam Felin.in d.c.cùm à nobis.col.
ij.in tertio notabi.de teſtibus. ubi Felin. hoc tenet contra
Cardin.in conſ.154.In cauſa, quæ uertitur inter Andreã.
2 quia dict. clem. j. habet aliquid ſpeciale † contra ius diui-
num,quo nemini creditur in cauſa propria: ſed in ore duo-
rum uel trium ſtat omne uerbum. Ergo extendi non debet
ad principem laicum,etiam non recognoſcentem ſuperio-
rem.Felinum etiam refert & ſequitur Decius in conſi.410.
colum.ij.in fin.uerſ.iij.principaliter. Vbi etiam Decius al-
legat illud conſilium Pau.de Caſt.in conſi.46.lib. ij. Soci.
in dict.conſi.227.lib.ij.quod Socin. conſilium non reperio,
id eſt quod aliquid de hoc dicat. & Paulus in dict. conſ.46.
nihil de hoc dicit, ſed ultra moder. hoc uoluit Geminia. in
conſi.96.col.iij.poſt medium. ¶ Ego puto. quòd diſpoſitio
† dict.

3 † dict.clemen.j.generaliter procedat in omni principe etiā recognoſcente ſuperiorem, data paritate terminorum, id eſt præſuppoſito caſu, quo talis princeps iuri alterius poſſit derogare, aut præſuppoſito caſu quo diſpoſitio depen-
4 deat à plena poteſtate principis,& quòd illud ſit † uerum. probatur. nam doctores dicunt, quòd illa clemen.j. ſolùm procedit in beneficialibus, in quibus Papa pleniſſimam obtinet poteſtatem:ſecùs in alijs bonis clericorum,quæ Papa ſine cauſa auferre non poſſet: ſecùs etiam in bonis laicorū ſubditorum Papæ, quæ Papa ipſe ab eius ſubditis laicis ſine cauſa auferre non poteſt. ita Paulus de Caſtr.in d.conſi. 46.col.ſin.lib.ij.Decius in conſi.445. col. xj. poſt medium. ſolùm enim procedit dict. clem. in caſibus,in quibus Papa habet plenitudinem poteſtatis: ſecundum Abbatem ibi. quem refert & ſequitur collegium doctor.Florentino.inter conſilia Curtij ſenioris in conſil.21.colum.xj.in fin.uerſic. item prædicta procedunt.ubi quòd ſi aliter teneremus,poſſet Papa narrare donationes ſibi factas à uarijs & diuerſis perſonis,& ſic diſpoſitio illius clementi. j. non fundatur in Papa ſolùm ex aliquo iure ſpeciali contra ius diuinum: ſed uidetur concernere ius commune:ut eo caſu,quo dependet res à libera uoluntate & poteſtate Papę,tunc credatur eius
5 aſſertioni. Ius enim diuinum † per quod in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum, intelligitur in his, quæ non dependent à libera uoluntate diſponentis. In his enim quæ dependent à poteſtate noſtra: quia non agitur de præiudicio alterius,cui dubium,quòd ſtatur aſſertioni noſtræ. Ob id ſi alimentans alium, ſcribat in libro rationum, uel aliter proteſtetur, quòd intendit alere animo repetendi, ſtatur tali aſſertioni & proteſtationi in facto proprio. l. Neſennius.Vbi Bar.& doct. ff. de negot. geſt. Si ſtatur aſſertioni priuatorum in his,quæ liberè dependent ab eorum uolun-
6 tate & poteſtate:quantò † magis id concedi oporteat in ſuperioribus? & pro hac mea declaratione adduco Pau. de Caſtr.in conſi.125.Dubitatur primò,an comes. colum. iij. in v.dubio.lib.ij.Vbi dicitur quòd dicta clemen.j.procedit etiam in locum tenente ipſius principis, aut ab eo poteſtatem habente:puta in comite palatino:in his tamen,in qui-

bus ipſe comes poteſtatem habet,& quę ipſe comes poteſt inducere.Similiter procedit dict.clemen.j.in quolibet habẽte iura imperij in ſuo territorio : ut in comite Virtutum tradit Cardina.in conſi.128.In cauſa,quæ uertitur.& quòd procedat in principe ſeculari, uoluit Decius in conſi. 127. col.iij.poſt medium.uerſ.& ad hoc facit declaratio . in cõſ.
7 198.in principio. ¶ Sed † dicet aliquis:cur igitur per concordata ſublata eſt diſpoſitio dict. clemen. j. de probationibus ſi nihil ſpeciale continet?Reſpondeo quòd per illam diſpoſitionem poterat Papa præiudicare tertijs in beneficialibus,ut ſuprà dictum eſt, quod regnicolæ ſuſtinere noluerunt tanquàm abhorrens ab omni honeſtate & æquitate.Ideò cautum ſibi eſſe uoluerunt, abrogando illam diſpoſitione m de communi conſenſu: & ſic uidetur odioſa diſpoſitio d.clem. j. ſolùm ad caſu , quo princeps de plenitudine
8 poteſtatis alteri præiudicare poteſt. ¶ Infertur † ex tali odio,quod reſtringi debet diſpoſitio dict.clem.j. ad expreſſa nec ad omiſſa extendatur . Ideò ſi Papa narrat ſe priuaſſe aliquem propter demerita ſua,tacita de citatiòne , licèt probentur demerita:non tamen infertur quòd citatio præceſſerit priuationem.Geminia.in conſi. 53. Pro reſponſione.col.pen.Sequitur Deci.in conſi.544. col. iij. & in conſi.
9 606.col.iij.ante med. Non † procedit etiam d.clem.j.quando narratur factum alienũ & agitur de magno pręiudicio : quia tunc non ſtatur narrationi Papæ , etiam quòd ad præſumptionem, quæ transferat onus probandi in aduerſariũ . Areti.in c.cùm à nobis.de teſtibus.& hanc dicit magis communem opinionem Socin. inter conſil. Curtij ſenioris , in conſi.20.col.v.in fi. uerſi. ſed ad hanc obiectionem reſpondeo.& in conſi.ſeq.quod eſt conſi. collegij doctor. Florentinorum col. xj. poſt med. uerſi. ſed diceret aliquis . quod tamen non procederet, quando appareret Papam aut principem fuiſſe informatum de tali facto tertij.Alex. in conſ. 15.lib.v.Curtius ſenior in conſi.50.col.61.in fin. ¶Simili-
10 ter † non procedit d. clem. j. contra non ſubditum Papæ , aut principi ſic afferenti.Paul.de Caſt.in d.conſi. 46.col.ſi. lib. ij. Simile uidemus, quòd ubi cauſa iuſta præſumitur in principe, illud intelligitur contra ſubditos tantum . Abb.

in d.c.

in d.c.cùm à nobis.col.ij.de teſtibus.in c.inter quatuor. de maiori.& obed.& in d.c.quæ in eccleſiarum.Soc.in d.conſ. 120.col.viij.libr.iij.Iaſ.in d.l.ſi teſtamentum. col. ij. C.de teſtam.& ratio eſt: quia ſicut non ſubdito præiudicare prin ceps nõ poteſt: ita nec contra eum quid aſſerere,per quod
11 præiudicium ei fiat. ¶ Rurſus † non procedit d. cle.j.quando appareret de contrario eius,quod per principem expreſſum ſit:licèt enim pro eo præſumatur, ut ſtetur eius aſſertioni:tamen talis præſumptio cedit ueritati, de qua in contrarium appareat. Ita Socin.in conſi.164.col.v.uerſ.ſed ad hanc obiectionem.libro ſecundo.collegium doct. Florentinorum inter conſi.Curtij ſenioris in conſi.21. col. ij.circa med.uerſ.ex hac notorietate Curtij ſenior. in cõſil. 50. col.59.uerſic.credimus enim uerbis principis. ¶ Sed con-
12 tra † Socin.facit:quia diſpoſitio dict.clem.j.adeò procedit, quòd non admittatur probatio in contrarium: ut ibi per glo. & doct. Geminia. in conſ. 33. col. ij. ante med. Puto, quòd admittatur probatio probata: ſecùs in probatione probanda, & hoc modo in probatione iam facta: puta per ſcripturam publicam: procedat dictum Socin. uel dictum Socin. poteſt procedere, quando aliquid enunciatur per modum demonſtrationis: ſi illa demonſtratio reperiatur falſa,per id,quod Ale.ſcribit in conſ.46.col.iii.lib.j.Aequè
13 non procedit. dict.cle.j. de proba. in uerbis † enunciatiuis Papæ in bulla executoria: puta ſi in bulla executoria fiat mentio de literis papalibus,oſtendi enim debent ipſæ literæ, alias non probantur per talia uerba enunciatiua. Rota
14 deciſio.697.Dic,quòd ſi in aliqua. in antiq. ¶ Non † procedit etiam dict.clemen.j. quominùs admittatur probatio in contrarium, quando ex tali probatione non arguitur Papa de mẽdacio:ut quia quid aſſeruit ex informatione alterius. Geminia.in d.conſi.33. col. ij. ante medium. ¶ Similiter
15 † procedit dict.clem.j. quãdo ſuper narratis Papæ aut principis eius fundatur intentio. Secùs,ſi ſint uerba narratiua, emiſſa propter aliud, ſuper quibus Papę aut principis non fundetur intentio:quia illa non probant, & tunc procedit text.in c.ſi Papa.de priuileg.lib.vj.& in clem.ſi ſummus põtifex. in fin. de ſenten. excommu. ¶ Sed quando dicitur

† intenti•

16 † intentio Papæ fundari ſuper narratis per eum. dic quando narrata habent ſe per modum cauſæ ad id, quod in literis continetur. Angelus in conſi.368.circa princip. Anto. autem de Butr. in c. fin. de ſucceſſio. ab inteſt. quòd uerba narratiua aut enuntiatiua, dicuntur emiſſa principaliter propter ſe, & ſic ſuper eis dicitur fundari intentio diſponẽtis. quando ſunt neceſſaria uel conferunt ad id, de quo agitur, & ſuper quo enunciantur. Sequitur Ale. in conſ.15.col. ij.uerſic.& dicitur in talibus uerbis narratiuis.lib. v. Areri.
17 autem in dict.conſi.xxiii.colum.ij.in ij.dubio, quod † dicuntur emiſſa principaliter propter ſe, quando ſunt fundamentum priuilegij & conceſſionis: & ſuper ipſis princeps ſe fundat ad concedendum id, quod petitur. allegat gl.fi.d.c.ſi Papa.& doct.in d.c.ſi.de ſucceſſion.ab inteſta. Bald. autem in cõſi.263. Verba inſtrumenti procuræ.colum.ij.li.j.quòd dicuntur principaliter emiſſa propter ſe quando non terminantur ad aliud, nec reſpiciunt alium finem, niſi ſeſe. Idem Bal.in l.ſi uoluntate. C.de fideicommiſ.liber.quòd quando dirigitur enuntiatio ad aliud propoſitum, tunc eſt quoddã dictum & non diſpoſitum, ſed quando conſiſtit in ſeipſa, tunc eſt quoddam diſponere: per l. tale pactum.in prin.ff. de pact.l.ſciendum.§.dictum.ff.de ædil.edict. Idẽ Bal.in l.j. C.de falſa cauſ.adiect.legat. quòd uerba enuntiatiua dicentur emiſſa propter aliud, quando ſunt in præludijs & in prçcedentibus prolata, ad effectum alterius diſpoſitionis, & non ſunt principalia uerba orationis: ſed ſunt tranſitus ad aliud. quod dictum refert & ſequitur Alex.in conſi.82.col. v uerſic.præterea, uerba dicti Campionis.lib. iij. & in cõſi. 181.col.ij.libr vij.Soci.in conſil.228.col.ij. uerſic. hoc autẽ multò fortiùs.lib.ij.deciſio.Neapolita.deciſio.83.col.ij.
18 ¶ Sed nunquid † talia uerba narratiua Papæ aut principis, emiſſa propter aliud, ſaltem inducant præſumptionem? Imol.in d.cle.ſi ſummus pontifex. in fi.poſt Lapum ibi, dicit, quod non.& idem ſequitur Cardin.ibi in quinta oppoſi
19 tione. Secus tamen dicunt Imol. † & Cardin. poſt Lapum in uerbis enuntiatiuis aliorum inferiorum emiſsis propter aliud, quia præiudicant. Quod dictum probatur ex doctri. Bart.in l. ex hac ſcriptura.col.fin.ff.de donatio. Vbi, quod uerba

uerba enunciatiua emiſſa propter aliud, inter contrahentes præſentes, inducunt probationem ſeu præſumptionem donec probetur contrarium: per l. quidam. ff. de proba. & l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. ſequitur Soci. in conſi. 213. col. iiij. lib. ij. & in conſil. 68. col. iiij. lib. iiij. Dec. in conſ. 42. in quarto dubio. licèt Soci. ſibi contrarius, aliud tenuerit, in conſi. 92. col. x. circa medium. uerſi. ſed difficultas eſt. lib. iij. ubi, quòd etiam præſumptio non inducitur.

20 Et † non ſolum probant contra ipſos contrahentes præſentes: ſed etiam contra alios non contrahentes, ac tui tamen conſentientes. Soc. in d. conſi. 266. col. iiij. uerſicu. quòd potius cenſeri debeat. li. ij. ¶ Fortius habetur in apoſtillis ad Bar. in d. l. ex hac ſcriptura. col. fi. quòd ubi uerba enunciatiua emittuntur propter aliud ſcienter, ſuper eo, ſuper quo partes poſſunt ſibi præiudicare, non admittitur probatio in contrarium. allegatur Cyn. in l. non nudis. in l. ult. q. C. de proba. Bal. in l. cùm falſam. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. Et hoc dictum ſequitur Soci. in d. conſi. 213. col. iiij. li. ij. & in conſ.

21 46. col. iiij. li. j. ¶ Sed dicet † aliquis, quæ eſt ratio diuerſitatis, quod uerba enunciatiua principis emiſſa propter aliud, non inducunt præſumptionem: ſecus in uerbis enunciatiuis inferiorum aut priuatorum? Reſpondeo, licet declaratum non inueniam, quòd duplex poteſt eſſe ratio. Prima, quia in principe agitur de maiori præiudicio: quia non ſolùm præiudicatur ipſi principi enunciâti, ſed etiam alijs, quibus prouideri poſſet de beneficio aut alia re, ſuper qua fit enunciatio, ceſſante probatione enunciati. Secunda ratio & ipſa magis efficax: quia in principe enunciante faciliùs præſumitur error, quam in priuatis. Princeps enim plurima enunciat ex aſſertione aliorum, de quibus certior non fit. Secus in priuatis, qui magis præſumuntur ſcire ueri-

22 tatem enunciati. ¶ Sed hic † quæro, iuxta proximè dicta: tu dicis, quòd uerba enunciatiua priuatorum emiſſa propter aliud, inducunt præſumptionem in contractibus, cui præſumptioni ſtatur, donec probetur contrarium, an iſtud procedat reſpectu tertij ſeu in fauorem tertij? Roma. in conſil. 63. Solùm eſt uidere, quòd ſic: per text. in l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratam haber. quod conſil. refert & ſequitur Iaſ. in l.

iuriſgentium

iuriſgentium.§.quod ferè.colum.ij. ff. de pact. Idem tradit
Abb.in conſi.62.in tertio dubio.lib.ij.ubi dicit, quòd talia
uerba inter contrahentes plenè probant, inter extraneos
23 inducunt præſumptionem. Et pro hoc † facit: nam ſenten-
tia lata inter alios, inducit præſumptionem cōtra tertium:
ut gl.& doct.in l.ſi duo patroni.ff.de iureiur.quantò fortius
confeſſio licèt incidenter emiſſa propter aliud, debet indu
cere præſumptionem contra ipſum confitentem? Sed Iaſo.
in terminis in l.ex his uerbis.¦col. ij. in tertia limitatione,
C.de teſtament.milit.uoluit,quòd faciāt ſemiplenam pro-
bationem.allegat Bar.in l.admonendi.colum.viij. ff.de iu-
reiurand.& idem dicit Bar. in conſi. 123. ¶ Sed Bar. in d.l.
24 ex hac † ſcriptura.colum.final.ff.de donatio. ſentire uide-
tur contrarium: dum dicit, quòd inducunt probationē aut
præſumptionem inter contrahentes præſentes. & ſic uult
ſecus eſſe, ubi alter eſſet abſens. ergo à fortiori non uiden-
tur probare quo ad tertium abſentem. ſequuntur Socin. &
Dec.ſuprà alleg. fortius uoluit Iaſ.in conſi.36. lib. iij. quòd
non probent uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud in fa-
uorem tertii: licèt fuerint iurata: quia iuramentum ſicut nō
25 nocet tertio, ita nec prodeſſe debet. Et illud † dictū, quod
uerba enuntiatiua emiſſa incidenter propter aliud, non in-
ducant præſumptionem in fauorem tertij, fortiter confir-
matur, tenendo aliud dictum, quòd etiam non probent ta-
lia uerba inter ipſas partes contrahentes, quando principa
liter contingit diſputari ſuper ipſo enuntiato: ut tradit An
to.de Butr.in c.illud.in quarto nota.de præſumptio.de quo
26 infrà uidebimus. Et quòd † inter extraneos aut tertios uer
ba enuntiatiua emiſſa propter aliud non probent, uoluit
Romanus in conſi.156.col.ij. Ponderari etiam poteſt dictū
Bart.in d.l.ex hac ſcriptura.col.fin. ubi quòd talia uerba in
ducunt præſumptionem inter præſentes: cui præſumptio-
ni ſtatur, donec probetur contrarium. Si inter præſentes
ſolùm inducunt præſumptionem: ergo abſurdum uidere-
tur, quòd etiam inter abſentes parem aut eundem effectū
agerent & operarentur. Et quòd inter præſentes ſolùm in-
ducant præſumptionem: tradit Rota deciſione 272. nota
27 qualiter non creditur. in antiquis. Et tenendo † hanc opi-
nionem

nionem poſſet reſponderi ad allegata in contrarium. Et primò ad dictum Romani in d. conſ. 63. quòd loquitur in uerbis enunciatiuis prolatis in iudicio, quæ faciliùs probant propter calorem iudicij. Bar. in d. l. ex hac ſcriptura. in fine. Corn. in conſi. 305. col. iiij. in fine lib. iij. ¶ Non obſtat
28 dictum Abb. in d. † cóſ. 62. in tertio dubio. quia ibi res erat de antiquo, quo caſu uerba enuntiatiua in antiquis probãt:
29 ut ſuprà dixi. ¶ † Non obſtat, de ſententia lata inter alios, quòd inducit præſumptionem: quia illud eſt propter calorem iudicij. Vel illud eſt, quia ſententia non dicitur lata incidenter propter aliud, ſed principaliter ſuper eo, de quo erat quæſtio. Vel & tertiò, quòd illa dicitur leuis præſumptio, quæ ſolùm operatur, ut cæteris paribus ſententia feratur pro eo, pro quo militat talis præſumptio. Ripa in d. l. admonendi. ut in l. ij. col. 11. poſt medium. C. de edendo. licèt multi teneant, quòd inducit ſemiplenam probationem. ſed hic non examino. ¶ Non obſtat deciſio Iaſ. in d. l. ex ex his uerbis. in tertia limitatione, quem etiã ſequitur Purpuratus, ſocer meus, in d. l. admonendi. col. 33. in principio quia Bart. per eum allegatus, uidetur loqui in uerbis enunciatiuis emiſſis principaliter propter ſe. Nam in diuiſione bonorum communium unus frater dicat ſe reſtituere alteri fratri centum, quæ illo mutuo acceperat à Sempronio, & in domo poſuerat, illa confeſſio mutui facti per Sempronium, non uidetur facta incidenter propter aliud: imò principaliter propter ſe, ut frater reſtitutionem conſequeretur ab altero fratre: propter dictum mutuum, & ſine quo mutuo talis reſtitutio facta non eſſet. Eadem reſponſio uidetur accommodari ad dictum Bar. in d. conſil. 123. Vel dici poteſt, quòd licet ſint uerba enunciatiua propter aliud: tamẽ denotant cauſam finalem actus, in quo prolata ſunt: arg. l.
30 emptor. §. fi. ff. de rei uendi. ¶ † Quid tenendum? ego puto, quòd talia uerba enunciatiua incidenter emiſſa propter aliud, inducant præſumptionem, quo ad tertium abſentem, cui præſumptioni ſtandum ſit, donec probetur contrarium. nã ſi eſſent uerba enunciatiua emiſſa principaliter propter ſe, non eſt dubium, quòd facerent ſemiplenam probationẽ in fauorem tertij abſentis: quia confeſſio extraiudicialis,

facta abſente parte, inducit ſemiplenam probationem: ut per Bar.& doct. communiter in d. l. admonendi. Roma. in conſil. 373. In caſu propoſito in ſecundo dubio. Corne. in conſil. 261. col. j. li. iiij. Ergo ſi incidenter & propter aliud fiat confeſſio, ſaltem inducere debet præſumptionem. ¶ Se
31 cundò, nos † uidemus, quòd uerba enunciatiua, emiſſa propter aliud: plenè probant, quo ad tertium, quando ſunt geminata. Bar. in l. cùm ſcimus. C. de agric. & cenſi. li. xj. Paul. de Caſtr. in d. l. ex hac ſcriptura. & in conſ. 92. Quòd præfata ſententia. col. ij. li. ij. Abb. in ca. ſi cautio. in fin. de fide inſtru. Alex. in conſ. 198. col. vj. lib. vj. Soci. in conſil. 65. col. fi. li. j. & in conſ. 228. col. iij. lib. ij. Corne. in conſi. 187. col. iij. lib. iiij. Dec. in conſi. 152. col. fin. & alibi ſæpè doct. ergo talia uerba ſemel tantùm prolata, deberent inducere ſemi-
32 plenam probationem. Nam † ſicut duo teſtes regulariter probant plenè: ita unus teſtis probat ſemiplenè. ita arguunt Bar. & doct. in d. l. admonendi. pariter dicamus, quòd ſicut duplex confeſſio incidenter facta propter aliud, probat plenè: ita una & ſimplex probare debet ſemiplenè, aut ſaltem
33 inducere debet præſumptionem. ¶ † Tertiò, nemo præſumitur dicere, quod mente non cogitauerit. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellect. legat. Itaque licèt talia uerba enunciatiua incidenter prolata fuerint: tamen nõ eſt ueriſimile, quòd contra ueritatem ita fuerint enunciata: ergo illis uidetur ſtandum, donec probetur contrarium. ¶ Et ſi dicatur hoc modo nulla uidebitur differentia inter uerba enunciatiua emiſſa principaliter propter ſe, & enunciata incidenter propter aliud: quia etiam enunciatis propter ſe, non
34 ſtatur, niſi donec probetur contrarium. Reſpondeo † magnam eſſe differentiam reſpectu modi probandi contrariũ: quia ſi ſolùm inducant præſumptionem, illa tolli poterit per aliam præſumptionem fortiorem. l. diuus. ff. de reſtitutione in integrum. l. non ſolum. ff. de ritu nuptiar. l. cùm de ætate. ff. de proba. l. mater ubi Ang. & Salice. C. de calunia. l. j. in fine C. qui & aduer. quos. l. ſi hi, qui. C. de adult. capit. tranſmiſſæ. qui filij ſint legiti. & capitu. accedens. de falſis. Si autem inducerent probationem, alia & fortiori proba-
35 tione opus eſſet: quia probatio † potentior, confundit minus

nus potentem.l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.Socin. in conſil.266.col.19.& in conſi.270.col.ij.lib.ij.& duorum ad uerſariorum plenior & certior probatio præualet. & ille uincit, qui melius intentionem ſuam fundat. Bal. in conſ. 390.Tam profundè.col.j.lib.ij.per tex.in l.fina. C. de edicto diui Adriani tollend.Conſtat autem difficiliùs eſſe probationes plenas præſtare, & facere, quàm præſumptiones
36 inducere. ¶ Quartò, in terminis, † quòd talia uerba enuntiatiua emiſſa incidenter propter aliud faciant adminiculũ & pręſumptionem, etiam reſpectu tertij: adduco Baldum in capit.ſeries.col.j.de teſtibus. Vlterius uoluit Iaſ. in d. l.iuriſgentium.§.quod fere.col.ij. uer. limita prædicta omnia. ff.de pact. quòd inducatur plena probatio contra ſic confitentem aut enunciantem: per dict.Bald.in d.cap.ſeries. Sed certè Bald. ibi ſolùm loquitur reſpectu adminiculi. allegat etiam Roman.in d.conſi.63.ſed certè Roma. ſe fundat, per d.l.ne ſatiſdatio.ff.rem ratam haber. quæ loquitur in iudi-
37 cio. ¶Et † tenendo hanc opinionem quam puto ueriorem, non obſtant allegata ſuprà in contrarium. & primò non obſtat, quòd etiam inter ipſos contrahentes talia uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud, non probant plenè ſed pręſumptionem tantum inducunt. ergo, quo ad tertium abſentem nihil uidentur probare, etiã præſumptiuè. quia dico, quòd imò inter ipſos contrahentes præſentes plenè probant, niſi doceatur de contrario per ueràs ac plenas probationes, ita ꝙ confeſsio prius facta probetur erronea.& ita loquuntur doct.in hac materia.& licèt Bar.in d.l.ex hac ſcriptura. col.fi.locutus fuerit alternatiuè, quòd inducunt probationem ſeu præſumptionem: illud fecit propterea, quòd admittebatur probatio in contrarium ad docendum de errore
38 ipſius confeſsionis. ¶Non obſtat, † dictum Iaſo.in d.conſ. 36.lib.iij. Vbi quòd non nocet talis confeſsio etiam ſtante iuramento. quia Iaſ.malè loquitur.Et primò allegauit Bartol.& doctor.loquentes contra ipſum Iaſo.nec aliter reſpõdet ad eorum iura & rationes: ſed per generalia quædam nititur euadere. utitur enim fundamento debili, quòd ſicut confeſsio iurata, tertio abſenti non nocet: ita nec prodeſſe debet: ut contrariorum eadem ſit diſciplina. Sed illa regula

non procedit, ubi eſt diuerſa ratio ipſorum contrariorum. l.ſi quis negotia.ff.de negot.geſt.gloſ.in clementi.fin.de ap pellatio.Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff. de uerbo. obligatio.Iaſo.in conſ.136.col.vij.lib.iiij.Sed hic differentia eſt manifeſta inter prodeſſe & nocere. Ideò enim nocere non poteſt tertio confeſsio,quia factum unius alij præiudicare non poteſt. l. ſiquis in ſuo. §.legis.C.de inofficioſo teſtam.l.non debet.ff.de regul.iur.reg.non debet.eod.titu. lib.vj. ſed ſibi ipſi confitēti præiudicare quis poteſt. Poteſt enim quis confiteri ad ſui præiudicium in his, ſuper quibus liberè poteſt diſponere:& ſtatur eius confeſſioni in ſui prę-iudicium,& ad commodum alterius.l.ſi fortè.ff. de caſtren. pecul.l.ſi donatione.C. de collat. arguendo ab oppoſitis & attenta ratione Iaſ. ſequeretur, quòd etiam confeſſio facta abſente parte,ſemiplenè non probaret. Cuius contrarium firmat ipſe Iaſo.in d.l.admonēdi.& dictum eſt ſuprà. ¶ Nō
39 obſtat, † argumentum Iaſ. quòd iuramentum & ſententia æquiparantur:ſed ſententia inter alios lata,alijs non præiudicat ergo nec confeſſio iurata. quia dico,quòd non æquiparantur ſententia & iuramentum reſpectu maioris præiudicij:quia iudex non intendit per eius ſententiam præiudicare tertiò,ſeu quo ad tertios non uocatos.nec ſi uellet prę iudicare, id facere poſſet. ſed confitens in re ſua eſt mode-
40 rator † & arbiter, & ſibi præiudicare poteſt in his, quæ à poteſtate ſua dependent. & plus poſſunt priuati in rebus ſuis ad ſibi præiudicandum, quàm iudex in rebus alienis. Imò maiorem poteſtatem habent priuati in rebus ſuis, quàm princeps.nam tranſactio tolli poteſt de communi cō ſenſu partium.l.ſi diuerſa.C.de tranſactio. facit l. fin. C.de pactis. & tamen per reſcriptum principis, tranſactio tolli non poteſt.l.cauſas.uel lites.C.de tranſactionibus. Similiter partes poſſunt renuntiare exceptioni peremptoriæ expreſsè uel tacitè,eam non opponendo.l. peremptorias. C. ſenten.reſcind.non poſſe. & tamen tolli non pōt exceptio peremptoria,per reſcriptum principis:quia eſſet tollere defenſionem.c.ex parte B.de foro competen. ibi ante & alij. Prætereà,in confeſſione adeſt conſenſus confitentis:ſententia autem fertur contra inuitum. d. l. inter ſtipulantem. §. Stichum.

Stichum.ff. de uerborum obligationib. non eſt igitur bona conſequentia:ſententia non prodeſt tertio:ergo nec cõfeſſio. Amplius retorqueo fundamentum Iaſ.contra eum:nam
41 tex.in l.ij.ff.de iureiuran.dicit, quòd † iuramentum habet maiorem authoritatem,quàm res iudicata. Ergo non ualet argumentum Iaſ.de minori ad maius negatiuè : ſententia, quæ eſt minoris authoritatis & poteſtatis, non præiudicat:
42 ergo nec confeſſio iurata. ¶ Non obſtat. † text.in l.iij. §. penul. ff. de iureiurando. ubi habetur, quòd iuramentum unius,alteri neque nocet,neque prodeſt. qui text.loquitur in iuramento unius tertij,quod nõ prodeſt nec nocet cõtra alium tertium, ſed contra ipſum iurantem bene prodeſt, & nocet in præiudicium ipſius iurantis. Aliter etiam reſpõderi poteſt, quòd iuramentum unius alteri non prodeſt de
43 iure ciuili,ſecus de iure † canonico: quo iure ſupplet iuramentum præſentiam partis. glo. in c.quotiens cordis oculus.j.q.vij.cum ſimilib. ut Alex. tradit in conſ.31. col.pen. & in conſ.185.colu.ij.poſt medium.libr.vj. & in confeſſione iurata,tradit Corn.in conſ.113.col. iij.lib. j. Addo Old. in conſ.291.Hę ſunt rationes.col.ij.Bal.in conſ.344.In cauſa domini Ludouici.lib.4.& conſtat, quòd ſtamus iuri canonico,ubi agitur de obſeruatione iuramenti. cap.fin.de foro
44 competen.lib.vi. ¶ † Non obſtat deciſio Ioan.Andr. in addi.Specul.in tit.de obli.& ſolu.§.fi. uerſ. ſed & indebitum. in addi.incipien.ordine,quo ſuprà. &c. ubi ſi quis facta diuiſione cum fratribus de bonis paternis communibus, ut poſſet contrahere matrimonium cum aliqua puella, negauit cum iuramento ſe eſſe filium illius, cuius hæreditatem diuiſerat. ob talem confeſſionem iuratam non poterunt fratres repetere ab eo portionem illi obuentam per condictionem indebiti: quia eſt res inter alios acta. Quia reſpondeo,quòd diuerſa ratio reformat pactum.l.interpoſitas. C. de tranſact.nam in caſu Ioan. Andr. illi fratres habuerãt ipſum diuidentem pro fratre,:& eum ut talem, confeſſi fuerant, & uerbis & facto, diuidendo hæreditatem tanquam cum fratre. Ideò non poterant etiam ipſi agendo uenire contra propriam confeſſionem. Secundò reſpondeo,
45 † quòd ibi illa negatio iurata contrahentis matrimonium,

D 3 non

non fuit ſpontanea & libera,ſed ui ac feruore amoris extorta . cùm aliter libidinem explere non poſſet . quæ ratio aſſignatur etiam ibi per Ioan.Andr.Eſt autem amor, tortura
46 quædam intrinſeca:ob id dicitur, quòd amoris † furore nihil eſt uehementius.§. illud quoque . in authentica quibus modis naturales efficiuntur legitimi . gl.in l.unica, in uerbo: capta. C. de ſenatuſconſulto Claudiano tollendo. & in §.j.in uerbo:bacchata.inſtitu. de ſucceſ. ſubla. & dicit text. in l.ij.§.initium.ff. de origin. iuris, quòd captus amore uirginis,omne fas atque nefas committeret . & ibi dicit Bald. quòd amor puellarũ peruertit ſenſum. hinc uidemus,quòd peccans per talem amoris furorem,mitius puniri debet:puta ſi quis amoris furore inuocat dæmones,ut uenere expetita potiri ualeat . nam ut hæreticus puniri non debet:licèt grauiter in eum ſit animaduertendum. Oldr.in conſil. 210.
47 Regularis. col. j. in fin. Non † intelligo tamen,quòd talis confeſsio ob cauſam amoris , ſic dicatur coacta, ut contractus reſcindantur:quia,ut dixi , eſt tortura intrinſeca , quæ non apparet.& uoluiſſem,quòd Iaſ.in d. conſil. 36. reſpondiſſet ad argumenta contraria: non etiam multiplicaſſet in conuenientia,cumulando contraria cõtrarijs.& neſcio qua conſcientia unus doctor poſſet conſulere, quod poſsit quis uenire contra confeſsionem per eum iuratam, non probato errore ipſius confeſsionis,qui error erat euidens in caſu illo Ioan.Andr.per confeſsionem aliorum fratrum,qui con feſsi fuerant & uerbis & facto alterum eſſe eorum fratrem, diuidendo paternas facultates cum eo,ut tali. ¶ Tertiò reſpondeo ad illud conſi. Iaſ. 36. quod non eſt curandum de authoritate Iaſo.quia fuit ſibi contrarius & contrarium tenuit in d.l.ex his.colum.ij.in ſexta limitatione.C.de teſtament.milit.& in conſi.91.colum.iij.poſt medium.li. iij. ubi uoluit, quod uerba enuntiatiua iurata , emiſſa incidenter
48 propter aliud,plenè probant. & † reperio quod doct.legendo magis nituntur ueritati,quàm conſulendo· quia in lectura ceſſat affectio & cupiditas æris : cuius libido , uel quot mortalium animas ad inferos protrahit? in qua ipſa re minus excuſationi habent uiri doctores, qui ſeculi huius bona caduca eſſe non ignorant, & quod alius nobis theſaurus
apud

49 apud ſuperos quærendus ſit. ¶ Ex præmiſsis habetur† con
cluſio,quod uerba enunciatiua incidenter pro lata propter
aliud, ſaltem inducunt præſumptionem in fauorem tertij
abſentis,quæ onus proban di transferat in aduerſariũ.Quæ
concluſio maximè procedit, quando talia uerba ſignificant
cauſam finalem eius,de quo agitur: & habito reſpectu ad
qualitatem perſonarum:quas ueriſimile non eſt mentiri uo
50 luiſſe Bal.in conſi.310.An patronatus.lib.v. ¶ Limitarem†
tamen iſtam concluſionem non procedere,quãdo talia uer-
ba emiſſa eſſent ab eo,qui de ueritate facti incidenter enun
ciati,ueriſimiliter notitiam non haberet ex eo,quòd Felin.
ſcribit in d.c.per tuas.col.iiij.uerſi.ij.reſtringitur iſta fallen
tia.de probat. ubi quod confeſsio filiationis incidenter &
propter aliud facta non inducit præſumptionem aut effectũ
quaſi poſſeſsionis in filio:quo minus teneatur probare ſe fi-
lium,quando emiſſa eſt confeſsio ab eo, in quo ueriſimilis
51 non cadit ignorantia. ¶ † Secundò limitarem quando ema
naſſet confeſsio incidens & propter aliud ſuper aliquo fa-
cto non conuenienti tali confeſsioni: quia tunc ex ea non
induceretur etiam præſumptio, ex eo quod ſcribit Iaſon.in
conſi.102.col. ij. lib. iiij. ubi quando quis nominatur filius
incidenter in actu indifferenti, qui etiam non filio conueni
re poteſt: puta ſi dicatur:fili mi,ueni huc,uade illuc,fac ſic,
&c.talia uerba non inducunt præſumptionem pro filio, ut
aduerſarius teneatur probare,nec conſtituitur quis in qua-
ſi poſſeſsione filiationis: ſecus quando talia uerba enuntiã-
tur in actu,qui non ſolet cõuenire niſi filio: puta ſi dicatur:
bene ueneris, fili mi: uolo quòd tractes negotia mea. alle-
gat Paul.de Caſt.in d.l.non nudis.C.de probationibus.Ge
mi.in d.c.ſi Papa.in princip.Anch. in d.clemen.fina.de ſen-
tentia excommunicatio. Si enim proferantur aliqua uerba
enuntiatiua incidenter, non conferentia aut conuenientia
ad actum,apparet quod ſine miniſterio & ſolẽnitate ac ani-
mi deliberatione prolata ſunt ob id operari non debent. &
multum confirmatur iſta limitatio ex dicto Bal.in d. conſi.
310.lib.v.ubi,quòd tãlia uerba faciunt magnũ adminiculũ.
quando ſignificant cauſam finalem eius de quo agitur: er-
go ſecus, ſi ceuſam finalem non ſignificent. Confirmatur

iſta limitatio ex dicto Salice.in dict.l.nõ epiſtolis.C.de pro bationib.quod refert & ſequitur Alexã. in conſi.181.col.j.
52 uer. hoc plenius.lib.vij. ¶ Infertur † etiam ex præmiſsis ad intellectum dicti.Anto.de But.in d.c.illud.de præſumptionibus ubi uoluit,quod uerba enuntiatiua emiſſa incidenter propter aliud,ſolũ probant ea,quæ ſunt de ſubſtantia actus & tendunt ad eius ualiditatem,ut actus ille ualeat. Secus,ſi principaliter poſtea contingat diſputari de ueritate ipſius enuntiati: quia tunc non præiudicant.Exemplum in dict.l. optimam.C.de contra.& commit. ſtipul. Nam regulariter
53 alter alteri ſtipulari nõ poteſt.Hoc fallit † in ſeruo,qui põt ſtipulari domino.Pone, ꝙ Titius Sempronio,tanquam eius ſeruus,dicendo:Titius,ſeruus Semproni.iſta uerba enuntiatiua probabũt,quo ad hoc,ut ſtipulatio ualeat: ſed ſi poſtea contingat principaliter diſputari de dominio ſerui: cuius ſit,etiam inter promiſſorẽ & Sempronium: talia uerba non præiudicant etiam inter eaſdem perſonas , aut partes.
54 ¶ Idem † uoluit Bald.in l.ad probationem.col.ij.C.locati. ubi ſi ego conduco à te talem domum,tanquàm tuam . iſta uerba bene probant dominium tuum, quantum ad ualiditatem conductionis. ſed ſi contingat poſtea diſputari principaliter de dominio ipſius domus inter te & me,illa confeſſio incidenter facta & propter aliud non præiudicat,& præſumitur facta per errorem. Ad idem adduco Bald.in l.fina. circa fin. C. ſi à non competen. iudice. ubi ſi dicatur: Titius de Papia, promiſit.iſta uerba bene probant, quòd Titius ſit de Papia,quò ad hoc,ut Papiæ poſſet conueniri.Secus ſi poſteà principaliter diſputetur de hoc,an ſit Papienſis uel non . & illud dictum,quòd uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud , non probent, etiam inter eaſdem partes , quando poſteà diſputatur principaliter de ueritate enunciati: ſequitur Alexand.in conſi. 136. Viſo & examinato pro ceſſu . colum. penult.poſt medium,lib.j.in conſi.202.lib.ij. & in conſi.69.col.iij.uerſi.ad idem,quod notat Bald. lib. v. Matheſſilanus num.79.Corne.in conſi.269.col.ij.poſt medium,uerſi.quinimo & uerba.lib.iij. Decius in l.ij.colu.fin. in authen. ſi quis in aliquo documento . colum. penult. C. de edend. in cap. per tuas.colu.penult.in cap.cum cauſam.

colum.

colum.penult.in quinta fallentia,de probationib. in conſi. 118.col.ij.in conſi. 178.col.fin.in conſi.213.col.fi.in conſi. 310.col.ij in fin.uerſi.nec obſtat quod poſt interrogationẽ. in conſi.343.circa principium . conſi.348.col.fi.& in conſi. 360.col.iij.circa medium,Iaſ.in dict.l.iuriſgentium.§.quod fere.col.ij.ff.de pactis.in dict.authen.ſi quis in aliquo docu mento.col.fin.in dict.l.ex his uerbis.colum.ij.in ſeptima li mitatione.C.de teſtamen.milit.in conſi.81.col.j.in fin. lib. j.in conſi.24.colum. penult. in conſi.36.colum.iij.lib.iij.& in conſi.102.colum.ij. poſt medium,lib.iiij.ubi etiam allegat Felin.in dict.cap.per tuas.colum.iiij.uerſi. ij. reſtringitur iſta fallentia.de probationibus. Idem tenet Curtius iu nior, in conſi.95.colum. ij. Nam circa iſtud dictum docto-
55 res nimium leuiter uidentur tranſire. ¶ Dubitari † enim probabiliter poteſt, an ſaltem talia uerba enuntiatiua inci denter emiſſa propter aliud, inducant præſumptionem inter eaſdem partes,quando principaliter contingit diſputari de ipſo enuntiato? In qua re mihi quidem uidetur concludendum ſine dubio,quòd ſic. & quod iſtud clare probatur ex proximè dictis. Si enim talia uerba inducunt præſumptionem, quò ad tertium abſentem,ut ſuprà probauimus: quanto magis talem præſumptionem inducere de-
56 bent, ſi in fauorẽ partis præſentis? ¶ Secundo † dico quòd iſtud uidetur ſentire Bald.in dict.l.ad probationem. C. locati.dum dicit,quòd ſi ego conduxi à te talem rem,tanquã tuam, ſi poſtea contingit principaliter diſputari de dominio,non præiudicat illa confeſſio, ſed præſumitur error.l. cum falſa. C. de iuris & facti ignorantia. error enim non præſumitur,niſi probetur in confeſsione. Ideò allegans cõ feſſione. Ideò allegans confeſſionem erroneam, tenetur probare. Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſis. habetur in l.ſi poſt diuiſionem.& in l.error.C.de iuris & facti ignorantia.Corneus in conſi.250.colu. fin.lib.iiij. præſupponit ergo Bald. dum allegat errorem, quòd probatus ſit error. Et ſi dicas, ſi error eſſet probatus, non præſumeretur: quia ceſſat præſumptio in re clara & probata. l. continuus. §.cum ita.ff.de uerb.oblig.Reſpondeo, quod Bald.intelligit, quòd præſumatur error in illa confeſſione incidenti, quòd

quòd quis per errorem confeſſus ſit eo reſpectu, quod ſi ex certa ſcientia conduxiſſet rem ſuam tanquàm alienam, ſibi præiudicaſſet: iuxta l.ſi rem aliquam. ff. de acquirend.poſſeſſio.& ſic probato contrario,quod res non eſſet locantis, uult Bald. quod quis præſumatur ita confeſſus erronee, & non ſcienter: quia ſi ſcienter, ſibi præiudicaſſet, & iſta fuit uera mens Bald. Nec eſt uerisimile,quòd Bald.uoluerit intelligere,quòd confeſsio præſumatur erronea, àliter erro-
57 re non probato. ¶ Tertio,quod talia † uerba inducant præſumptionem,clare uoluit Aretinus in dict. cap. per tuas de probationibus.& in conſi.13.colum.fin.in uerſi.præterea, iſta confeſsio.ubi uoluit,quòd dictum illud Anton. de But. procedat quando contra illud incidenter enunciatum, eſt aliqua fortior præſumptio in contrarium. & ſic clare uult Aretin. quod talia uerba incidenter & ob aliud enuntiata inducant præſumptionem,cui ſtetur donec contrarium probetur per probationes aut alias præſumptiones fortiores in contrarium. Idem clariſsime uoluit Alexan. in apoſtil. ad Bald.in dict. l. ad probationem.col.ij. C. locati. Abbas etiam in conſi. 16.col.ij.lib.j. quòd uerba enuntiatiua emiſ-
58 ſa propter aliud,inducunt præſumptionem.¶ † Quarto,ſine dubio iſtud procedit,tenendo opinionem Abba.in conſ. 85.col.ij.uerſi.nec obſtat prædictis. dict.l.optimam.lib.ij. Soci.in conſi.68.col.iiij.lib.iiij.ubi uolunt quòd talia uerba inducunt plenam probationem inter eaſdem partes, etiam quando principaliter contingit diſputari de ipſo enuntiato incidenter,& propter aliud. Sed tamen non placet iſtud dictum,quod inducatur plena probatio, & contrarium uoluit Abb. ſibi contrarius in dict. c. illud.colum.iij. de præſumptio.ubi reputat illud dictum Ant.de Butr. & Hoſtien. ſolennem limitationem ad dict.l.optimam. Similiter Socin. fuit ſibi contrarius. nam in conſi. 92. col. x. uerſi. Sed difficultas eſt. lib. iij. uoluit, quod ne quidem præſumptio inducatur ex talibus uerbis enuntiatis incidenter propter aliud, quando principaliter ſuper eis contingit diſputari. ille uulgi adlatrationes contra. Adduco etiam Abba. in dict c.ſi.colum.penult. de ſucceſsio.ab inteſt.ubi, quod talis confeſsio incidẽter facta propter aliud in præſentia partis,

tis,probat ſemiplene. & loquitur Abb.quando principaliter diſputatur de ueritate enuntiati. ¶ Putarem tamen,
59 quod duæ † limitationes ſuprà datæ ad proximam concluſionem præcedentem,quæ habet, quod uerba enuntiatiua emiſſa incidenter propter aliud, inducunt præſumptionē, etiam reſpectu tertij, conueniant ad hanc concluſionem. Similiter puto dictum Anto. de Butr. non procedere in antiquis, & quod in antiquis uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud, probent inter eaſdem partes: aut habentes cauſam ab eis,etiam quando principaliter contingit diſputari de enuntiato: per ea, quæ infrà dicam de uerbis enuntiatiuis in antiquis. ¶ Non confundā hic in materia uerborū enuntiatiuorum,quæ doctores in locis communibus & uulgaribus paſsim tractant. Aliqua tamen ſubijciam,quæ non
60 ita paſsim offendi putem. Ad regulam † quod uerba enuntiatiua incidenter prolata propter aliud non probant, datur una limitatio inter alias, ut non procedat fauore piæ cauſæ. ut per Iaſ. in dict. l ex his uerbis. colu. ij. in quinta limitatione. C. de teſtamen.milit.& tradit Abb.in conſ. xj.col.ij.lib.j.intellige iſtam limitationem in uerbis enuntiatiuis de præterito: ſecus, ſi de futuro: quia uerba de futuro, diſpoſitionem non inducunt: puta ſi quis dicat: uolo inſtituere eccleſiam. Ita Paul. de Caſt. in conſi. 137. In cauſa quæ uertitur Pergami.colum.j. ad fin. lib.ij.quod dictum refert & ſequitur Dec.in conſi. 159.colum.iiij. circà fin. uerſi. nec obſtat, ſi dicatur, quod licet frater Marcus:
61 ¶ Sed † nunquid iſte fauor piæ cauſæ habeat etiam locum ubi agitur de fauore liberorum. Si ſint uerba enuntiatiua patris, quod teſtatus eſt inter liberos, ſi reperiatur ſcriptura teſtamenti minus ſolennis. Bald. quod ſic, in conſi. 179. Quando ſapiens. in princip. lib. iiij. & licet in caſu Bald. eſſent uerba enuntiatiua principaliter prolata propter ſe: tamen eius ratio adaptatur etiam ad uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud: dum dicit, quod in teſtamento inter liberos ſufficiunt indicia uoluntatis, l. fina. C. famil. erciſcun. Sed ex iſtis uerbis enuntiatiuis emiſsis propter aliud incidenter, fit indicium & præſumptio etiam in fauorem tertij abſentis. ergo &c. & hanc opinionem puto

de

de iure ueram, & æquitati amicam. Similiter probant
62 † uerba enunciatiua emiſſa propter aliud, quando agitur
de modico præiudicio: ut in quæſtione finium.glo.in cap.
cum olim.in uerſi.inſtrumētis.de cenſibus.Abbas in conſi.
64.col.iij.poſt medium, uerſi. item uidetur in hoc creden-
dum lib.j.faciunt,quæ latè ſcripſit in conſi.182.colum. iiij.
poſt medium,& col.ſequen.ubi latè ſcripſi,quod in his quæ
ſunt modici præiudicij ſufficiunt leuiores probationes.
63 ¶ † Adde etiam, quod licet uerba enunciatiua emiſſa pro-
pter aliud probent inter præſentes,iſtud intelligitur in his,
quæ dependent à poteſtate partium, & ſuper quibus poſ-
ſunt partes libere diſponere: ſecus in his, quæ à poteſtate
earum non dependent: puta ſi dicatur in inſtrumento alie-
nationis bonorum: habita licentia Epiſcopi & tractatibus
præcedentibus. Abb. in conſi. 41. colum.j.lib.j.Decius in
dict. authen. ſi quis in aliquo documento. colum. vj. ad fi.
C.de edend.Iſto enim caſu non ſtatur tali confeſsioni,etiā
quod principaliter fiat & propter ſe. Cum enim prohibea-
tur alienatio rei eccleſiaſticæ,niſi interueniunt debitæ iuris
ſolennitates, non ſtatur confeſsioni alienantium ſuper ip-
ſis ſolennitatibus, niſi ueritas aliter probetur. & iſtud eſt
64 † generale in qualibet materia, quòd non ſtatur confeſſio
ni inter perſonas prohibitas: niſi aliter probetur ueritas.
l.qui teſtamentum.ff.de probationib.& talis confeſſio præ
ſumitur facta in fraudem legis prohibentis actum fieri, niſi
cum qualitate enunciata aut confeſſata.l. ſi forte. ubi Bart.
ff.de Caſtren.pecu.l.cum quis decedens.§.Titia.ff. de lega.
iij.glo.& doct.in dict.l.ſi donatione.C.de collat. ubi quan-
do quis prohibetur donare, niſi propter benemerita, non
ſtatur confeſsioni ipſius donantis ſuper benemeritis.& alia
ſimilia congerunt modernior.in dict.l.ſi donatione.Simili-
65 ter clericus † concubinæ donare non poteſt: ut notat Bar.
in l. affectionis.ff.de donationib.Abbas in cap. j.de clericis
ægrotantibus.& in cap.fina.de ordi ab epiſcop.poteſt tamē
donare pro bonis ſeruitijs uſque ad concurrentem quanti-
tatem ipſorum ſeruitiorum: ut habetur in dictis locis. &
notatur deciſion. Neapolitan. deciſio. 102. Pone modo,
66 quòd clericus † confiteatur ſe debere centum ſuæ concu-
binæ

binæ pro bonis ſeruitijs uel ex alia cauſa legitima, putà depoſiti: certe non ſtabitur eius confeſſioni: quia præſumitur facta in fraudem legis prohibentis donationem. uidentes enim clerici ſe expreſſe donare non poſſe, ut fraudent legem confitebuntur ſe teneri concubinis ex cauſa ſeruitiorum depoſiti, mutui, aut aliter. ita Ancharan. in conſi. 248. dubium facit. ſequitur Decius in conſi. 132. Ripa in l. ſi
67 plagij. colum. fin. ff. de uerborum obligationib. ¶ † Similiter per ſtatutum regium delphinale prohibentur donationes inter uiuos ſine certis ſolennitatibus, exceptis donationibus, quæ fiunt contemplatione futuri matrimonij. pone quòd quis donet inter uiuos non adhibitis ſolennitatibus ſtatuti, & quòd in donatione confiteatur, quòd alias talem donationem fecerat aut promiſerat in contractu matrimonij, & eius contemplatione, nunquid ſtabitur tali confeſſioni? certè non, niſi aliter probetur ueritas donationis aut promiſſionis antea factæ: quia alias de facili poſſet fraudari & eludi ſtatutum regium delphinale, faciendo eiuſmodi confeſsiones in donationibus & ita conſului in ciuitate Grationopoli: ut patet in conſilio meo 175. & ſecundum illud conſilium fuit iudicatum per iudicem ordinarium Grationopolis, adhibitis aſſeſſoribus, in quibus erat magnificus dominus Felix de cruce, dominus Briarum nunc ſena-
68 tor regius delphinalis ſplendidiſſimus. ¶ Similiter † in obligatione monaſterij non ſtatur confeſſioni prælati & capituli, quòd ſuberat iuſta cauſa obligandi, cum ſue ea obligatio contrahi non poſſet. Anchar. in conſi. 301. uiſo diligenter. col. ij. tradit Soci. in pulchro caſu, in conſi. 23. colu.
69 iij. lib. iiij. ¶ Limita nunc proxime † dicta, niſi talis confeſſio inter perſonas prohibitas ſit uerisimilis, uel habeat aliquam præſumptionē iuris pro ſe: quia tunc ſtatur tali confeſsioni etiam in præiudicium tertij, puta maritus confitetur ſe emiſſe rem de pecunia uxoris, quæ confeſsio ſit uerisimilis: quia uxor aliunde habebat bona. nam talis confeſſio ſit uerisimilis: quia uxor aliunde habebat bona. nam talis confeſsio attenditur, etiam in præiudicium creditorum. Salicetus in l. ſi mater. C. de contrahend. emptione.
70 Similiter, ſi pater † confitetur habuiſſe pecunias à filio, ſtatur

tur tali confeſsioni, nec cenſetur facta in fraudem legis pro hibentis donationem inter patrem & filium, quando talis confeſsio eſt ueriſimilis: quia filius eſſet in aliquo exercitio, unde lucrum faceret. Ang. in conſi. 341. Pater emit domum. refert & ſequitur Alexand. in conſil. 18. lib. iij. Decius in conſi. 96. col. ij. uerſi. nec obſtat, quòd talis con feſsio. ubi tamen Alexand. & Decius corrupte allegant illud conſilium Angel. ſub num. 153. dictum etiam Salicet. in dict. l. ſi mater. ſequitur Socin. in cōnſi. 65. col. iiij. uerſi. 20. probatur lib. j. Addo Bald. in l. unic. colum. iij. poſt medium, uerſi. unde quæritur, pone quòd per aliqua indi-
71 cia. C. de priuilegio dotis. ubi quod ſtatur † confeſsioni mariti de dote recepta in præiudicium creditorum, quando iuuatur talis confeſsio aliquibus indicijs aut coniecturis, quod dictum refert & ſequitur Socin. in conſi. 82. col. ij. in conſi. 122. colum. iiij. poſt medium, lib. iij. Decius in conſi. 536. col. iij circa medium. uerſicul. & ad hoc etiam facit Gozadinus in conſi. 42. colum. iij. & dixi in conſilio meo 40. colum. ij. poſt medium. ¶ Aduertendum tamen, quòd coniectura Bald. in d. l. unic. C. de priuilegio dotis,
72 quòd † numeratio dotis præſumatur quando maritus diu uxorem aluiſſet: quia non eſt uerisimile, quòd tandiu indotatam habere & exhibere uoluerit, non uidetur ſine dubio. & contra eam tenet Bald. nouellus in tractatu de dote, in decima parte colum. vj. in quarta limitatione. Socinus in l. j. colum. antepenult. uerſi. ſecundum corolarium eſt. ff. ſoluto matrimo. ubi, quòd poſſet procedere dictum Bal. quan do fieret confeſsio dotis receptæ ante contractum matrimonium: licet etiam iſto caſu dicat eſſe dubium. & ſic uides, quòd Socinus fuit ſibi contrarius. Socinum etiam, in dict. l. j. col. antepenult. & Baldum nouellum ſequitur Gozadinus ſibi contrarius in conſi. 28. colum. iiij. uerſi. ſeptimo fortius. & colum vj. poſt medium, uerſi. ad ſextum dico. & profecto quando fuiſſet illa coniectura ſola in caſu, in quo ego conſului, non ita firmaſſem. ſed plures in caſu meo cō ſtabant coniecturæ & quidem leues, ex quibus ueritas confeſsionis de dote recepta plurimum iuuaretur. ¶ Vltra
73 † moder. quòd ſtetur confeſsioni perſonæ prohibitæ & ſuſpectæ

ſpectæ quando talis confeſsio habet præſumptionem iuris pro ſe, addo Abbatem in c. ſi diligenti. in quarto notab. per ilium textum, de præſcriptio. ubi, quod ſtatur confeſſioni prælati, quòd eccleſia non ſit ſibi ſubiecta, quia præſumptio iuris erat pro tali confeſsione, cum tota Sardinia, in qua erat dicta eccleſia, pertineret ad eccleſiam beati Petri. Sed iſtud dictum Abbatis reprobat Crotus in l. re coniuncti. in fine. ff. de legatis iij. nam ſecundum eum quilibet præſumitur benemeritus, niſi probetur demeritus. l. ſeruos. ff. de manumiſſ. teſtament. l. omnimodo. C. de inofficioſo teſtamento. & tamen non ſtatur aſſertioni patris ſuper benemeritis ad ualidandum donationem factam filio: ut habetur in dict. l. ſi forte. ff. de caſtrenſi peculio. & in d. l. ſi donatione. C. de collatio. Sed reſpondeo ad argument. Croti, quod iura per eum allegata non probant, nec dicũt id quod dicit: quia ſolum probant, quod quis præſumitur bonus, & quòd contra alium nihil indigne egerit: non tamen dicunt illa iura, quòd præſumatur quis contuliſſe in alium benemeritum: & iſtud clariſſimè probatur in dict. l. ſeruos. dum dicit non eſſe neceſſe exigere talia officia, aut ſeruitia, quibus legatum libertatis quis meruerit: quaſi dicat, ſi in legato libertatis, de † quo ibi relicto ſeruis, qui
74 promeriti eſſent, neceſſaria eſſent officia aut benemerita, quæ ſufficiant ad libertatem, tunc neceſſaria eſſet probatio talium officiorum & ſeruitiorum, ſed cum ſufficiat ſeruos abſtinuiſſe à malo citra præſtationem officiorum, non eſt neceſſaria alia probatio talium officiorũ, & ſic ille text. bene ponderatus apertè probat contra Crotum. Præterea
75 conſideratio † Croti eſt contra iura expreſſa, quibus paſſim cauetur facta non præſumi, niſi probentur. l. denique. ff. ex quibus cauſ. maior. l. quæcunque. ff. de publicia. l. in bello. §. facto. ff. de captiuis. l. unic. C. de manda. princip. l. j. C. de proba. l. aſſeueratio. C. de non numer. pecu. l. ſi emancipati. ibi, teque emancipatum eſſe probaueris. C. de collatio. c. cum in iure peritus. de offic. delega. c. in præſentia de proba. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſtamen. Bart. in con-
76 ſil. 117. Accuſatio. in fi. Abb. in conſi j. lib. j. Sed † benemerita conſiſtunt in facto, an quis illa contulerit, aut præſti-

tc. it,

terit,uel non: ergo non præſumuntur, ſed probari debent, & ſic defenſatum habes dictum Abba. ab impugnatione Croti. Sed enim longe iam nimium uideor euagatus, & ab antiquitatis iure longius diſceſsiſſe, dum enuntiatiuorum materiam factis in recentibus agimus. Enimuero uenia ei danda ſit,qui & ipſius iuuentutis blanditijs non illaudatis inducitur: ſic tamen, ut ad ipſam antiquitatis grauitatem reuertamur. ¶ Concluſio habita eſt, quod regulariter uerba enuntiatiua incidenter emiſſa propter aliud,non probant. Ad quam ipſam concluſionem limitatio una accommodata eſt, ut ne procedat in antiquis, ſiue in actibus ſuperiorum & principum, ſiue in actibus priuatorum. Ita-
77 que † concluſio habetur,quod in antiquis talia uerba enuntiatiua propter aliud emiſſa probant, & fortius, ſi principaliter & propter ſe fiat enuntiatio: cum facilius inducatur probatio ex uerbis enuntiationis emiſsis principaliter & propter ſe, quam incidenter propter aliud. quod ex eo apparet: quia talia uerba principaliter propter ſe emiſſa, plene probant, etiam in factis recentibus. d. l. ex hac ſcriptura.ubi late Bart.ff.de donatio. Corn.in conſi.269.colu. ij. lib. iij. Nam uerba eiuſmodi enuntiatiua principaliter propter ſe emiſſa,in antiquis,notorium inducunt facti permanentis.Bal.in d.c.cùm cauſam.col.iij.de probatio. quod Baldi dictum refert & ſequitur Dec.in conſi. 146. col. pen. uerſi.v.prædicta concluſio.

ARGVMENTVM.

Verba enuntiatiua,emiſſa propter aliud,num probēt: ēt ſi ea tempore actus & celebrati,aut enuntiationis factæ,interuenire non potuerint.& id quidem in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, in antiquis probant: & ſi ea non interuenerint tempore actus geſti.*

2 *Verbis enuntiatiuis inſtrumenti non creditur, niſi aliud enuntiatum interuenire potuerit tempore confecti inſtrumenti. Limita numer. 3.7.*

4 *Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, in antiquis, an probent in præiudicium tertij. & nume. 5.*

6 *Verba inſtrumēti,etiā facti inter alios,in antiquis probāt confines.*

8 Fama

8 *Fama plenè probat, in antiquis.*

9 *Verba enuntiatiua an plenè probent in antiquis, vbi agitur de magno præiudicio. Et an ſaltem quid probent.* nume. 10.

11 *Teſtes mortui probant in antiquis, etiam in tertij præiudicium.*

12 *Verba enunciatiua contra tertium, plenè probant, in antiquis, quorum eſt probatio difficilis.*

13 *Filiationem probat ſola nominatio, in antiquis.*

14 *Verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum de antiquo, plenè probant.* Limita nume. 17. 18. & 19.

15 *Verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum, etiam in facto recenti probant.*

16 *Conſuetudo notoria probatur ex inſpectione pluriũ inſtrumentorũ.*

20 *Verbis enuntiatiuis probatio facta, confirmatur, vbi ultra antiquitatem temporis, concurrit longa rei poſſeßio.*

21 *Poſſeßionis præſcriptæ titulus, an etiam probari debeat uerbis enuntiatiuis contra tertium.*

22 *Tertius contra quem non probant verba enuntiatiua, etiã in antiquis, quando agitur de graui præiudicio, quomodo accipiatur.*

23 *Probationes factæ contra authorem, probant contra ſingularem ſucceſſorem.* Limita nume. 24.

25 *Confeßio authoris, poſt ceßionem, præiudicare poteſt ceßionario in duobus caſibus.*

26 *Verba enuntiatiua probare plenè vel ſemiplenè, aut præſumptiuè, ſiue in antiquis, ſiue in facto recenti, quomõ hoc ipſum accipiatur.*

27 *Confeßio appellati, non ſufficit, quod fuerit appellatum, niſi probetur fuiſſe appellatum infra decem dies, & per habentem poteſtatem interponendi appellationem.*

28 *Verba triplicis generis, in materia probationis.*

29 *Verba enuntiatiua & diſpoſitiua, quid differunt.* & nu. 30.

31 *Verba enuntiatiua & aſſertiua, quid inter ſe differant.*

32 *Verba enuntiatiua, an aliquando diſponant: & quomodò.* nu. 34.

33 *Pater ſi prohibet bona alienari extra familiam cenſetur relictum fideicommiſſum inter eos de familia.*

35 *Dominium rei tacitè legatæ, an transferatur ipſo iure, in legatarium ſine traditione, ſicut rei legatæ expreßè.* & nu. 36.

37 *Diſpoſitio collecta ex uerbis enuntiatiuis prolatis per modum cauſæ, an dicatur expreſſa uel tacita, ut dominium rei legatæ tranſeat in legatarium.*

38 *Expreſſum dicitur, quod ex uerbis infertur & colligitur.*

39 *Promiſsio de dote reſtituenda, an expreſſa dicatur, ex eo, quòd maritus confeſſus eſt eam ſe recepiſſe.*

40 *Statuto ſtante, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam; mulier habens inſtrumentum, quo uir confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, de cuius reſtitutione etiã uerbum nullum, poterit mulier uti beneficio ſtatuti, contra heredes mariti, uirtute ſtipulationis, ad executionem ipſius inſtrumenti.*

41 *Præſumptum à iure & ſubintellectum, pro expreſſo habetur. & num. 42.*

43 *Tacitum non dicitur, quod uis uerborum expreſſorum infert & ſignificat.*

44 *Verba enuntiatiua, prolata per modum cauſæ, plenè diſponunt, etiã quo ad actionem realem in ultima uoluntate.*

45 *Verba enuntiatiua, prolata per modum cauſæ, plenè an diſponãt in actibus inter uiuos uide & num. 46. 47.*

48 *Verba enuntiatiua principaliter emiſſa propter ſe, in ultima uoluntate, inducunt diſpoſitionem omninò expreſſam.*

49 *Verba enuntiatiua, propter aliud prolata, ex ueriſimili mẽte diſponentium, diſpoſitionem inducunt.*

50 *Verba enuntiatiua, emiſſa propter aliud, diſponunt, quando probare non poſſunt.*

51 *Verba enuntiatiua diſponunt in ſententia cenſuræ.*

52 *voluntas & poteſtas, actum perficiunt.*

53 *Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, non diſponunt in materia odioſe & pœnali.*

54 *Verba enuntiatiua propter aliud, non diſponunt, quo ad antecedens neceſſarium.*

55 *Verba enuntiatiua emiſſa propter ſe principaliter, non diſponunt.*

1 AMPLIATVR † nunc memorata concluſio, quę habet, quòd in antiquis uerba enuntiatiua probant etiam emiſſa propter aliud: ut procedat, licèt talia enũtiata aut narrata, ſint talia, quòd tempore actus celebrati, aut enuntiationis factę interuenire non potuerint. Specul. in tit. de inſtrument. edi. §. oſtenſo. uerſ. ſed quid ſi poſt publicationẽ. refert & ſequitur Paul. de Caſt. ne alibi legi in conſ. 202. In cauſa confinium. col. ij. circa fin. uerſ. ſecundus caſus fallẽ

tiæ,

2 tiæ.lib.j.Regulariter † enim contra, quia uerbis enuntiatiuis inſtrumenti,non creditur,niſi illud enuntiatum potuerit interuenire tempore confecti inſtrumenti.glo. in l.j. C. de fide inſtrumento.& iure haſtæ fiſcal.lib.x. Inno. & doct. in cap.quoniam contra. de probat. Bart. & doct.in l.ſciendum.ff.de uerb.oblig. Abb.in conſi.18.col.iij.uerſi.iij. facit lib.ij.Bart.in d.authen. ſi quis in aliquo documento. & ibi
3 Dec.col.vj.circa fi.C.de edendo. ¶ Sed aduerte circa † hãc ampliationem & circa hoc dictum Paul.de Caſt.quod uidetur dubitabile, arguendo hoc modo. Aut enim loquimur quo ad ipſos contrahentes, & qui fuerunt præſentes tali enuntiationi, & res non uideri habere aliquid ſpecialitatis propter antiquitatem temporis: quia etiam in facto recenti ſtatur uerbis enuntiatiuis inſtrumenti, quoad partes præſentes: licet enuntiatum ſit tale,quòd interuenire non potuerit tempore ipſius enuntiationis. Ita Paul. de Caſtr. in conſi.186. In cauſa quæ uertitur Piſis.col.iij.circa medium lib.j. Aut loquimur quo ad tertios abſentes, & tunc contra eos non probant uerba enuntiatiua etiam in antiquis,ut infrà ſtatim dicam. Solutio. Oportet intelligere hanc ampliationem eo caſu, quo talia uerba plenè aut ſemiplenè probant cõtra tertium, ut infrà proximè dicam. uel poteſt intelligi iſta ampliatio,ut procedat,licet principaliter contingat diſputari ſuper eo, quod incidenter fuerat enuntiatum:limitando dictum Antonij de Butrio in dict. cap. illud quoque nobis, in quarto notabili de præſumptionibus. de
4 quo ſuprà latius dictum eſt. ¶ Limitatur † prædicta concluſio,quæ habet, quod uerba enuntiatiua etiã emiſſa propter aliud, probant in antiquis, ut non procedat contra tertiũ ſeu in præiudicium tertij. ita Paul. de Caſt. in conſi. 139. Pro declaratione eius, de quo quæritur. colum. ij. circa medium.lib.j. Alex.in conſi.60.col.ij.in fin.uerſi.ſed poſito ſine præiudicio.lib.v.in conſi.219.col.v.poſt medium.uerſ. non obſtat etiam,dum in nouiſsimis.lib.vj. Socin.in conſi. 266.col.v.uerſi.confirmatur iſta concluſio. lib. ij. Corn. in conſi.22.col.iij.circa medium.uerſi.nec obſtat gloſſ.in d. c.
5 nonnulli.lib. iij. ¶ † Contrarium,quòd imò in antiquis uerba enuntiatiua probent etiam contra tertium,& inter alias

perſonas,tenet Iaſ. in conſi.65. colum. ij. in fin.& col. ſeq. lib.iij.Idem clare præſupponit Dec.in conſ.13.col.penult. uerſi. nam per inſtrumenta. Nam Dec. ibi primò dixerat uerba enunciatiua inſtrumenti probare alios,poſteà arguit contrà, propter antiquitatem temporis, nec aliter dicit, quòd in antiquis non probent contra tertium. Idem colligitur ex uerbis Socin.in conſi.187.col.v. uerſi.ij. ratio.lib. ij.ubi arguit hoc modo. Nam res inter alios acta,facit qualemqualem fidem: ergo in antiquis debet plenè probare: quia in antiquis ſufficit probatio qualiſqualis. hoc etiam arguendi modo in terminis utitur Corn. in conſi.247. col. xj.in fin.uerſi.& licet poſſet dici.lib.ij.Alexan.in conſi.15. col.ij.uerſi. ubi autem eſſent uerba narratiua. lib. quinto.

6 ¶ † Quid tenendum puta, quòd ſi agatur de modico præiudicio, uerba enunciatiua in antiquis plenè probent, etiam in præiudicium tertij: argumen.l.theſaurus.ff. ad exhiben. & probatur in c. cum cauſam. de probatio. gloſſ. in c. cùm olim.in glo.ij.de cenſib.doct.in l.cum aliquis.C.de iure deliberan.ubi,quòd in antiquis confines probantur per uerba enunciatiua inſtrumenti, etiam facti inter alios. Tradit Iaſ. in repetition.l.admonendi.colum.87.ff.de iureiurand.

7 Docto.tamen † uidentur relinquere uerba enunciatiua plurium inſtrumentorum,quando ſunt uerba enunciatiua propter aliud. Si uerò eſſet unum inſtrumentum principaliter factum ſuper confinibus,illud uidetur ſufficere in antiquis, etiam in præiudicium tertij. Corne.in conſi.171.col.fi.lib,

8 j. ¶ Sed aduerte: quia † ubi ſunt uerba enunciatiua, pluriũ inſtrumentorum in antiquis,illa uidentur æquipollere probationi famæ: ut inferius dicemus. fama autẽ in antiquis plenè probat, etiam ubi agitur de graui præiudicio: puta de probatione dominij: prout inferius etiam dicetur. Ergo ubi agitur de modico præiudicio, ſufficere uidentur uerba enunciatiua unius inſtrumenti. & quòd unum inſtrumẽtum ſufficiat,tradit Iaſ.in conſi.65.col.ij.poſt medium lib.

9 iij. ¶ Aut agitur † de magno præiudicio: & tunc non uidentur plenè probare contra tertium uerba enunciatiua in antiquis. Iſtam diſtinctionem, an agatur de magno uel paruo præiudicio,uolunt Abba.& Mode.in dict.cap. cum cauſam.

ſam.de probatio . ubi ibi, antiqui non probant contra tertium, quando agitur de graui præiudicio . Eandem diſtinctionem tradit Corn. in dict. conſi. 22. colu. iij. uerſi. nec obſtat gloſſ.in dict. cap.nonnulli.lib. iij. Idem ſentit Abb. in conſil.54.colum.ij.uerſi.iij.probatur.lib.j.¶ Sed hic quæ
10 ro, licet † plenè non probent contra tertium, quando agitur de graui præiudicio, an aliquid ſaltem probent? Reſpō deo, quòd facient probationem ſemiplenam . nam res inter alios acta, etiam in facto de recenti, inducit aliqualem præſumptionem : ut habetur in l. ſi duo.ff.de iureiurand. & in l.ij.ubi Moder.C.de edendo.Imò uoluerunt plerique ſemiplenam induci probationem : ergo ut antiquitas temporis aliquid operetur, dicendum eſt ex talibus uerbis enuntiatiuis ſemiplenam induci probationem. Et hoc ſatis ſentit Corne.in dict. conſi. 22. dum citat dictum Barr. in d.l. admonendi . hoc etiam probari uidetur ex alio dict. Barr.
11 & Moder.in d.l.admonendi.ubi, quòd teſtes † mortui, qui amplius repeti non poſſunt, contra tertium ſemiplenè probant propter impoſſibilitatem probationis . Sed iſta ratio impoſsibilitatis pariter militat in antiquitate temporis: ergo eadem eſſe debet iuris diſpoſitio. l. illud . ff. ad legem Aquiliam . cum ſimilibus . Idem etiam probari uidetur ex his,quæ infrà dicam de ſcriptura priuata ubi,quòd in antiquis ſemiplenè probat contra tertium . Idem ſimiliter probatur ex his , quæ infrà dicam in ſecunda parte circa illum articulum , an præſumatur pro ſententia contra tertium.
12 ¶ Memorata † concluſio , quod in antiquis uerba enuntiatiua plenè non probant contra tertium : limitatur non procedere in antiquis,quorum probatio eſt difficilis,non ſolū propter ipſam antiquitatem & lapſum temporis : ſed etiā propter qualitatem ipſius facti : puta in filiatione , cuius probatio eſt difficilis . l. filium . ff. de his , qui ſunt ſui uel alien. iuris . l. Lucius . ff. de condit. & demonſtratio. Ideò filiatio plenè probatur per uerba enuntiatiua in antiquis etiam contra tertium . ita Alex. in conſi. xc. colum. iij. in fin.uerb.& his eſt reſponſum lib. vj. & pro hoc facit ratio. Nam in probatione filiationis , etiam de recenti , ſufficit probatio per indicia: ut ibi per Alexand. & habetur in c.

13 per tuas de probatio. Ergo † ut antiquitas aliquid operetur, dicendum eſt per talia uerba enuntiatiua plenam induci probationem. Idem nouiſsimè tenet dominus Rebuf. in tractatu ſuo nominatio. pag. j. uerſi. j. fallit. ubi, quòd ſola nominatio probat filiationem in antiquis. ¶ Secundo,
14 † limitatur prædicta concluſio, ut non procedat in uerbis enuntiatiuis plurium inſtrumentorum de antiquo. nam illa plenè probant, etiam in præiudicium tertij. nam plura inſtruméta de antiquo habent uim probationis famæ. Bald. Salicet. & Paul. de Caſt. in dict. l. cum aliquis. C. de iure deliberand. Aret. in conſi. 42. colum. j. uerſi. iij. per rationem Socin. in conſi. 86. In cauſa communitatis. colum. j. poſt medium in conſi. 89. In cauſa agitata. col. ij. poſt medium, uerſi. præterea iſta concluſio probatur. lib. j. Curtius ſenior in conſi. 77. Super motiuis. colum. ij. circa medium. Dec. in conſi. xj. col. vj. poſt medium. uerſi. ad hoc fundamétum. Fama autem in antiquis plenè probat, licet agatur de graui præiudicio: puta de probatione dominij: ut habetur in d. l. cum aliquis. tradit Socin. in dict. conſi. 86. & infrà latè dicam de probatione famæ in antiquis. & hanc limitationem ſentit Alexand. in dict. conſi. 12. ante finem. lib. iiij. & clarè eam uult in conſi. 90. colum. iij. in fin. uerſicul. ex his eſt reſponſum. lib. vj. Si enim uerba enuntiatiua unius inſtrumenti in antiquis probant ſemiplenè contra
15 tertium: ergo geminata debent plene probare. Imo † uerba enuntiatiua geminata plurium inſtrumentorum, etiam in facto recenti, probant. Iaſ. in conſi. 114. col. penult. in fine, lib. j. Idem tamen Iaſ. in conſi. 65. col. ij. poſt mediũ, lib. iij. quòd geminatio plurium inſtrumentorum, confectorum inter alios, non operatur, in præiudicium tertij, etiam ſuper confinibus aut territorio. Sed tamen in antiquis aliud
16 concludit. Et pro hac ſecunda † limitatione facit aliud dictum, quòd conſuetudo notoria probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum. l. uetuſtiſsimam. C. de iure domi. impetr. ubi Ang. Socin. in conſi. 94. col. iiij. uerſi. circa ſecundũ fundamentum. lib. j. Curtius iunior in conſi. 106. col. ij. & tamen probatio conſuetudinis non uidetur
17 eſſe modici præiuſticij. ¶ Intellige † modò hanc ſecundam

dam limitationem procedere, quando iſta plura inſtrumen
ta de antiquo haberent originem à diuerſis perſonis : ſecus
ſi ab eiſdem. Nam ſi habeant originem ab eiſdem perſo-
nis,ſemper uidetur unicum & idem teſtimonium, ob id fa-
mæ efficaciam habere non poſſent . Ita Aretin. in dict.cap.
cum cauſam.de probatio.Sequitur Socin.in conſi. 194.col.
fi. uerſi. Sed ad primum reſpondetur . lib. ij. ¶ Intellige ſe
18 cundo hanc † ſecunda limitationem , quando eſſent plura
inſtrumenta de antiquo , quàm duo . Socin. in dict. conſil.
194.col.fin.uerſi.ſed ad primum reſpondetur.& in d. conſi.
266.col.v.uerſi.nec releuat,quòd ſimus in antiquis . lib. ij.
quicquid aliter dixerit Aretin. in conſi. 162. Diligenter
colum. vj. in tertio dubio . ubi uoluit , quòd unum priui-
legium Papæ de antiquo, habet uim probationis famæ .
Imò Bald. in conſi. 286. Thema proponitur . colum. ij. cir
ca finem . uerſi. nec enim totidem . lib.ij. uidetur require-
re inſtrumenta confecta inter omnes de populo, aut maio-
19 rem eius partem . ¶ Sed tamen † Aretin. & Felin. in dicto
capitulo cum cauſam . de probatio . uolunt ſufficere duo in
ſtrumenta . & idem ſentit Socin. in dict. conſi. 266. col.ij.
dum dicit,quòd unum inſtrumentum non ſufficit. Nec ob-
ſtat Innocen. & Speculat. allegati per Socin. in dict. conſi.
194. quia non loquuntur in antiquis. Ita reſpondent Aret.
20 & Felin.in d.cap.cum cauſam.¶ Tertiò † limitatur prædi-
cta concluſio,quæ habet,quòd uerba enunciatiua non pro-
bant in antiquis contra tertium,quando agitur de graui pre
iudicio,ut non procedat,quando ultra antiquitatem tempo
ris occurreret longa poſſeſsio rei correſpondens talibus
uerbis enuntiatiuis : quia tunc plenè probant , uel ſaltem
transferunt onus probandi in aduerſarium . Ita Alexand.
in conſi. 229. col.5. poſt medium . uerſi. non obſtat etiam
dum in nouiſsimis . lib. vj. Sed iſta alternatiua , uel , quòd
probandi onus transferatur in aduerſarium : mihi non ſatis
facit. quia aliud eſt probare,aliud præſumptionem induce-
re,quæ onus probandi in aduerſarium transferat : cum una
præſumptio tollatur per aliam præſumptionem fortiorem.
non ita facilè tollitur probatio . uidetur ergo ex hac longa
poſſeſſione rei , confirmari probationem plenam uerborũ

1 enuntiatiuorum.¶ Sed hic aduerte † circa hanc tertiam limitationem, quòd ſi detur poſſeſſio temporis ſufficiẽtis ad præſcriptionem, non uidetur tractandum de uerbis enuntiatiuis, niſi ut ex eis probetur titulus, quo titulo ſtante minus tempus requiritur ad præſcribendum, ob id durum uidetur probari titulũ ex his uerbis enuntiatiuis contra tertium, ut ſic ſufficiat tempus x. uel xx. annor. quia dicitur tunc tractari de graui præiudicio. Niſi dicas, quòd ſicut in præſcribendo ſufficit titulus habitus à tertio: ita ſufficiant iſta uerba enuntiatiua inter alios, iuncta poſſeſsione longi

2 aut longiſſimi temporis. ¶ Quæ autem † dicta ſunt de tertio, quòd contra eum non probant uerba enuntiatiua, etiã in antiquis, quotiens agitur de graui præiudicio, intellige tertium cum quo non habet cauſam à contrahente & enunciante, ſiue titulo uniuerſali, ſiue particulari. Si enim eſſet ſingularis ſucceſſor, cauſam ſingularẽ habens à contrahente aut enunciante, non diceretur tertius: imò uerba enuntiatiua, quæ probant contra authorem, probant etiã contra ſingularem ſucceſſorem. Bar. in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebellia. Aret. in conſi. 112. Conſideratis circa fin. uerſi. de ſucceſſore etiam ſingulari. Socin. in conſi. 11. col. j. in conſi. 13. col. ij. uerſi. & illa probatio. & in conſi. 82. col. ij. uerſi. ij.

3 concluſio. lib. iij. † Idem in alijs probationibus factis contra authorem: quia probant contra ſingularem ſucceſſorẽ. Socin. in d. conſi. 266. col. 3. uerſi. ex quibus etiam reſpondetur. lib. ij. & in ſcriptura priuata, quòd probet contra ſcribentem, & habentes cauſam ab eo: tradit Anch. in conſi. 44. Primò de uiribus. colum. ij. in fin. uerſi. Ex quibus infero duo. quod Anchã. dictum ſequitur Iaſ. in repeti. d. l. admonendi. col. 54. in fin. uerſi. quid etiam de libris. num. 111. ſucceſſor enim ſingularis non debet eſſe melioris conditionis, quàm eius author. l. fi. §. j. ff. ad Velleia. iuncto eo, quod not. in l. cùm res. C. de probat. in glo. magna circa medium. Paul. de Caſt. in conſi. 247. In cauſa, quæ uertitur Sagonæ. colum. ij. lib. j. Dec. in reg. aliud eſt uendere. §. fin. ff. de

4 regul. iur. Quod † tamen ſanè intelligi debet in confeſſione authoris facta ante ceſſionem iuris ſui: ſecus ſi poſt: quia illa non noceret ſingulari ſucceſſori: ut habetur in d.

§. fi.

§. ſi hæres. tradit Paul. de Caſt. in conſi. 134. In cauſa ſer. Ludouici Bertini. in conſi. 228 Pro declaratione. colum. i. in fin. lib. j. & in conſi. 337. Si prima duo ſtatuta. lib. ij. Socin.
25 in conſi. 41. col. fin. lib. iij. Iſta † tamen confeſsio authoris poſt ceſsionem præiudicare poteſt ceſsionario in duobus caſibus. Primò, quando cedens teneretur ceſsionario de euictione: ut per Bart. in d. §. ſi hæres. ſed hoc mihi non placeret, quando cedens non eſſet ſoluendo. & dictum Bar. debet intelligi, quando cedens tenetur de euictione cum effectualiter agi poſsit de euictione. & ita poſt ſcripta ipſa reperi tenere Cor. in conſi. 139. col. ij. lib. iij. Secundus caſus eſt, quando ceſsio fit ad commodum ipſius cedentis, ita quòd omne commodum eſſet ad eum reuerſurum. Paulus de Caſt. in conſi. 79. Ad id, de quo quæritur. in fi. lib.
26 ij. ¶ Poſtremo † in omnibus caſibus, in quibus dictum eſt uerba enuntiatiua probare plene uel ſemiplene, aut quo ad præſumptionem ſiue in antiquis, ſiue in facto de recenti, intellige hoc procedere, quando in ſpecie quid exprimitur & enuntiatur: ita quòd ipſa uerba enuntiatiua ſint clara: nec ſufficeret aliquid ſimpliciter aut in genere enunciari: quia talis enuntiatio ſimplex & generalis dicitur dubia, incerta & obſcura. Ita in uerbis enuntiatiuis uoluit Oldrad. in conſi. 262. In quæſtione col. ij. uerſi. ſed prædictis obſtare uidetur. ubi ſi in inſtrumẽto unionis dicatur, quod unio fuit facta cum omnium iurium ſolennitate, talia uerba non probant ſolennitates præceſsiſſe, niſi in ſpecie exprimantur omnes ſolennitates ad unionem neceſſariæ. Idem uoluit rota Dec. 190. Quò ad reuocationem. in nouis ubi
27 quòd non ſufficit confeſsio † appellati, quod fuerit appellatum, niſi probetur fuiſſe appellatum infrà decem dies, & per habentem poteſtatem interponendi ipſam appellationem. Idem uoluit Paul. de Caſtr. in conſi. 139. Pro declaratione eius, de quo quæritur. ante fin. lib. vj. ubi, quòd laudum in quo enuntiatur inſtrumentum tranſactionis inter præſentes, ipſam tranſactionem non probat, quando tenor ipſius trãſactionis in ſpecie nõ exprimitur, & dixi in conſi.
28 meo 19. col. ij. poſt medium. ¶ Poſtremo † ſciendum eſt, in hac materia, quòd habemus uerba triplicis generis. aliqua dicuntur

dicuntur narratiua ſeu enuntiatiua, aliqua aſſertiua, & aliqua diſpoſitiua. Diſpoſitiua à narratiuis ſeu enuntiatiuis & aſſertiuis differunt: quia contra enuntiatiua & aſſertiua admittitur probatio in contrarium: ſecundum ea, quæ in præcedentibus abunde dicta ſunt. Sed contra uerba diſpoſitiua non admittitur probatio in contrarium. Paul. de Caſt. in conſi. 406. Satisfaciendo. col. ij. in ij. dubio lib. j. Quando enim aliquid diſponitur, puta donando, uendendo, uel legando, ridiculum eſſet dicere, quòd admittatur probatio in contrarium, quod uerba prolata nõ diſponant, ſeu quòd talis diſpoſitio facta non ſit, niſi quis uellet probare falſitatem.

29 ¶. Et † dicatur data paritate caſuum, non uidetur differentia inter uerba enuntiatiua & diſpoſitiua, reſpectu, probationis in contrarium: quia etiam uerbis enunciatiuis ſtatur, niſi probetur de falſitate eorum, quòd non ſint uera. Reſpondeo, in uerbis enũtiatiuis poteſt probari de contrario ipſorum citra oppoſitionem falſitatis: quia dicam, quòd licet ita enuntiatum, ſit, ueritas tamen aliter habet: ſecus in diſpoſitiuis: quia ſi concedam ita diſpoſitum eſſe, non admittitur quis ad probandum de contrario, niſi negauerim ipſam diſpoſitionem fuiſſe factam.

30 Eſt etiã † alia differẽtia inter uerba enuntiatiua & diſpoſitiua: quia enuntiatiua reſpiciunt tempus præteritum, diſpoſitiua autem tempus præſens. Paulus de Caſtro in dicto conſilio 406. in ij. dubio. lib. j. ¶ Verba autem enuntiatiua & aſſertiua inter

31 ſe differunt † quia aſſertiua uidentur diſponère, quando proferuntur ſuper negotio, de quo principaliter agitur: puta ſi principaliter agatur de aliqua dignitate alicuius prælati, & Papa aſſerat eum eſſe in tali dignitate, etiã quòd nõ eſſet, uidetur Papa de nouo eam dignitatem conferre. Secus in uerbis enuntiatiuis, aut narratiuis, quæ tantum probant, non etiam diſpoſitionem inducũt. Verba autem aſſertiua non diſponunt, quando proferũtur ſuper alio negotio, de quo principaliter non agebatur: puta principaliter non agebatur de dignitate prælati, & tamen Papa in alio negotio aſſerit aliquem eſſe in tali dignitate. certè nõ inducitur diſpoſitio, quòd de nouo collata cenſeatur talis dignitas. ita inter iſta uerba enuntiatiua & aſſertiua tradit eadem in conſ.

32 conſ.ij. in titu. de priuileg. ¶ Sed poſſet † hic dubitari, an uerba enuntiatiua aliquando diſponant, cùm ipſorum natura ſit probare non diſponere.l.public.§.fin.ff. depoſit. dic, quòd diſponunt, quando proferuntur in modum cauſæ ſuper eo, quod prius diſpoſitum non erat: puta teſtator peculium filio non reliquit: tamen dixit ſe exhæredare filium cõtemplatione peculij, eò quòd peculium filio conceſſiſſet. certè ex talibus uerbis enuntiatiuis per modum cauſæ inducitur diſpoſitio, & perinde eſt, ac ſi pater filio peculium reliquiſſet expreſsè. Textus eſt in l.emptor.§.ancilla.ff.de rei uendicatione.ubi Bar. ad idem textus in l.fin.§.j. ff. de exceptione doli.l.qui uolebat.ff.de hæredib.inſtituend. gloſ. & doctor.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſoluto matr.Bar.in dict.l.
33 ex hac ſcriptura.col.iij.ff.de donationib. Similiter, † ſi pater prohibet bona alienari extra familiam: quia uult bona in familia remanere, cenſetur relictum fideicommiſſum: inter illos de familia.Bar.in l.pater filium. §. fundum.ff. de legat.iij.Sequitur Deci.in conſ.23.col. iij. & in conſi. 425.
34 col.j. in fin. ¶ Sed dubium † eſt, an diſponant per modum actionis, aut exceptionis tantùm, ita quòd poſſidenti competat exceptio tantùm, aut etiam, ut agere poſſit. gloſ. in dict.l.emptor.§.fin.quòd reſpectu exceptionis tantùm: ſed gloſ.in dict.l.ſi ſocer.§.Lucius. quòd etiam reſpectu actionis.Bart.uerò in d.§. Lucius, quòd diſponunt quo ad actionem perſonalem, nõ realem: ſed Imola ibi idem tenet etiã reſpectu realis actionis.& idem tenet Roman.ibi.idem uidetur uelle Baldus in dict. l. ex his uerbis. dum reſpondet ad dict. §. ancilla. quòd ideò ibi non competit actio: quia erat filia in poſſeſsione. & ſic ſentit Baldus quòd ſi filia nõ fuiſſet in poſſeſsione, ei competeret rei uendicatio ad ancillam.& ita ponderat Corneus in conſ.18.lib.ij.eſt uerũ, quòd Corneus in reſpectu actionis realis non ardet firmare.Similiter non auſus eſt firmare idem Corneus. in conſil.
35 269.colum.ij.poſt medium, lib. iij. ¶ Difficultas † iſtius dicti conſiſtit in illo dubio, ad dominium rei tacitè legatæ transferatur ipſo iure in legatarium ſine traditione: ſicut transfertur dominium rei expreſsè legatæ. In quo dubio Bart.in l.j.colum.fin.ff.de legat.j.tenuit, quòd non.& idem

Bart.

Bart. in d.l.emptor.§.ancilla.ſequuntur Bal. Angel. Florla. Paul.de Caſt. Alex.& Iaſ.in l.ſeruum filij.§.fin. ff. de legat. j.Paulus de Caſtr.in d.l.j.ff.de legat.j.Decius in l. traditionibus.col.6.C.de pact.Berthachi.in uerſ.dominium trāsfertur.uerſ.ix. & hanc opinionem dicunt communem Socinus
36 & Iaſon in d.l.j.de legat. j. ¶ Cōtrarium † quòd imò dominium rei tacitè legatæ tranſeat ipſo iure in legatariū, ſine traditione,tenent Imol.Alex.& Are.in dict.l.j. ff.de lega.j. ad quorum fundamenta reſpondent Socinus & Iaſon ibi, putarem tamen,quòd ſi res tacitè legata, eſſet apud legatarium quod tunc transferatur in eum dominium:per text. in §.interdum.inſtitu.de rerum diuiſio.& quod ſcribit Bald.in l.j.col.v.uerſ.quæro teſtator legauit. C.comm. de leg. ubi quando teſtator legat rem hæredis,tranſit dominium recta uia in legatarinm,quando res erat apud eum. Infertur igitur quòd in caſibus, in quibus recta uia dominiū rei legatæ tranſit ſine traditione in legatarium, in his uerba enuntiatiua prolata per modum cauſæ, plenè diſponunt etiam quò
37 ad actionem realem. ¶ Sed punctus eſt † uidere,an iſta diſpoſitio, quæ colligitur ex uerbis enunciatiuis prolatis per modum cauſæ, dicatur tacita uel expreſſa. Si enim dicitur expreſſa,dominium tranſit recta uia in legatarium: & tunc uerba enuntiatiua plenè diſponunt,etiam quò ad actionem realem:ut ſuprà dixi. ſi uero dicatur tacita,non tranſit dominium ipſo iure,niſi quando eſſet res apud legatariū. Bar. in d.l.emptor.§.ancilla. in dict. l. ſi ſocer. §. Lucius.tenet, quòd dicatur tacita: dum uoluit,quòd ſolùm inducatur diſpoſitio,quò ad exceptionem,& quò ad actionem perſona-
38 lem,non realem. ¶ Sed uidetur, quòd imò talis † diſpoſitio dicatur expreſſa non tacita. nam expreſſum id dicitur, quod ex uerbis infertur & colligitur. Bal.in l. ad probationem.j.C.de probationibus. ubi,quòd præſumptio ſumpta ex inſtrumento,reputatur eius tenor,tradit Angelus. in l. prætor ait. ff.de operis noui nuntiatione. Bene facit: quia illud,quod ifertur & elicitur ex uerbis ſcriptis,dicitur eſſe in ſcriptis.l.j.§.ſinautem. & quòd ibi Bartolus ff. de hæredibus inſtituendis.& quod notat Angelus in l. quotiens. in princip.per illum textum.ff.eod.titul. & ſatis expreſſum dicitur,

citur,quod ſequitur ex eo,quod expreſſum reperitur.Bald. in l.j.colum.fin.C.de his,qui ante apertas tabulas.refert & ſequitur Decius in conſi.15.col.fin.in conſil.68. col.iiij. in fin.uerſ.& cùm talis ſocietas.in conſ.369.col. ij. & in conſi. 397.col.j.ſed iſta diſpoſitio, quæ inducitur ex uerbis enuntiatis per modum cauſæ, infertur & colligitur ex ipſis uerbis,& ex eis ſequitur: ergo expreſſa dici debet & non taci-
39 ta. ¶ Et ultrà † Decium magis in terminis adduco textum in l.ſi duo patroni.§.Marcellus.ff. de iureiurand. ubi ſi quis iurauit ſe habuiſſe fundum in dotem à Bertha, uidetur iuraſſe ſe illum reſtituere debere, ut agi poſſit ex tali iuramẽto ad dotis reſtitutionem, quamuis ſuper reſtitutione expreſsè iuratum non ſit,& iuramentum ſit ſtricti iuris. ca.penult. de iureiurand.Ratio illius textus eſt: quia ſatis dicitur expreſſa promiſsio de dote reſtituenda, ex quo maritus cõfeſſus eſt ſe eam recepiſſe.Eodem modo in caſu dicto §.ancilla. quando pater exhæredat filiam, adiecta cauſa: quia peculium ei conceſſerat: licèt peculium expreſsè nõ leget: ſatis tamen expreſsè legare dicitur filiam exhæredando cõ-
40 templatione & ob cauſam peculij. ¶ Ad idem † facit,quod ſcribunt Angel.& Imola in l.j.ff.de his, quæ in teſtament. delent.ubi ſtante ſtatuto,quòd inſtrumenta habent executionem paratam. ſi mulier habet inſtrumentum,in quo uir confeſſus eſt dotem habuiſſe, nulla tamen in eo facta promiſsione de dote reſtituenda:poterit tamen mulier, uti beneficio ſtatuti contra hæredes mariti, petendo executionẽ ipſius inſtrumenti, uirtute ſtipulationis, quæ à lege ſubintelligitur: quia talis ſtipulatio à iure præſumpta, ſatis expreſſa dicitur. Sequitur Baldus nouellus in tractatu de dote,in ſexta parte,priuilegio ij.colum.iij.& priuilegio vij.column.j.poſt medium, latè Alexander in conſi. 126. lib. vj. Socinus in conſ.290.in fin.lib.ij.Iaſon in §. fuerat. col. xj. uerſ.& ex hoc apparet ſecundum tantùm. inſtitu. de actionibus & in l.certi condictio.in princip.col.vij.uerſ.pro opi-
41 nione Ludouic. Roman. ff. ſi certum petatur. E † Ecce ꝙ licèt ſimus in materia ſtricti iuris & odioſa:tamen priuilegium competens expreſſo,trahitur ad illud quod à iure præſumitur & ſubintelligitur:quia pro expreſſo habetur. Eodẽ

modo,

modo,imò fortiùs in ultima uoluntate, in qua latior ſit interpretatio.l.in teſtamentis.ff.de regulis iuris. priuilegiũ, quod datur legato, ut eius dominium recta uia tranſeat in legatarium,debet trahi etiam ad legatum, quod iuris præſumptione intelligitur:prout in caſu dict.l.emptor.§.ancilla.quia perinde eſt,ac ſi teſtator uerbis expreſsis dixiſſet ſe
42 peculium legare. ¶ Nec obſtat text. † in dict.l. ſeruum filij.§.fin.ff.de legat.j. ſuper quo fundatur opinio Bartoli, & ſequacium: quia dico,quòd ibi legatum erat omninò tacitum ex tacita & præſumpta uoluntate teſtatoris, nec ſequebatur aut inferebatur ex uerbis teſtatoris expreſsè prolatis.Nã ibi teſtator habens duos fundos legauit mihi uſumfructum unius,& alterum fundum legauit Titio.ego legatarius uſufructus,non poſſum accedere ad fundum,cuius uſufructus mihi relictus eſt, niſi per fundum Titij, quæritur an poſsim uti aditu aut acceſſu per fundum Titio legatum, ſi ſeruitus aditus fuiſſet expreſsè relicta? non eſt dubium, quòd ſic: quia illud ius ſeruitutis ipſo iure in me tranſijſſet ab adita hæreditate: ſed quia eſt ſeruitus tacita, oportet quòd ab hærede præſtetur, eam redimendo à Titio, & ſic uides quòd in dict. §. final. uerba nullo modo inferebant ſeruitutem itineris aut aditus, cùm de ea mentio nulla habita eſſet.secùs in terminis noſtris & in caſu dict.l.emptor. §.final. ff. de rei uendicatio. quia ibi de peculio facta erat mentio per modum cauſæ, & eius legatum inferebatur, &
43 colligebatur ex uerbis expreſsis. & iſtud † eſt,quòd uoluit Imola in d.l.j. ff. de legatis j. quod dictum Bar. non procedat in tacito legato,quod uenit ex ui uerborum: quia illud non dicitur tacitum,cùm uerborum uis illud ſignificet, l.ſi peculium.in princip.ff.de peculio legat. quod Imolæ dictũ ſequitur Crotus ibi:colum.25.in fin.in ſexta fallentia. Sed in caſu noſtro diſpoſitio legati peculij, colligitur & infertur ex ui uerborum enuntiatiuorum, quæ per modum cau-
44 ſæ prolata ſunt. ¶ Ex præmiſsis placet mihi † opinio, quòd uerba enuntiatiua prolata per modum cauſæ, plenè diſponunt,etiam quò ad actionem realem, in ultima uoluntate: in qua dominium transfertur ſine traditione, non eo, quòd reprobem Bartolum, quòd dominium rei tacitè legatæ,

gatæ,tranſeat in legatarium ipſo iure: ſed quia dico dictum Bart.procedere in legato omninò tacito,quod ſolùm colligitur ex mera uoluntate teſtatoris: ſecùs in legato non omninò tacito: ſed quod ex uerbis teſtatoris inferri & colligi
45 poteſt:prout in caſu noſtro. ¶ Præmiſſa † concluſio, quòd uerba enuntiatiua prolata per modum cauſæ, plenè diſponunt,ſolùm procedit in ultimis uoluntatibus:ſecùs in actibus inter uiuos:quia in eis ſolùm probant,non etiam diſpoſitionem inducunt.Ita limitat Paulus de Caſtr. in conſilio. 324.Super ſecundo puncto.colum.ij.in tertio dubio, lib.j.
46 ¶ Sed iſta † limitatio uidetur nimium reſtringere memoratam concluſionem,quam doctores generaliter intelligũt etiam in actibus uiuentium, & regulariter ualet argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractus,& contrà ceſſante ratione diuerſitatis.dict.l.ſeruum filij. §. eum qui chirographum.ff.de lega.j. ſed nulla uidetur ratio diuerſitatis inter contractus & ultimas uoluntates, quando ſumus in materia quæ dependet à poteſtate diſponentis, quominùs ita inducatur diſpoſitio in contractibus ex uerbis enuntiatiuis prolatis in modum cauſæ,ſicut in ultima uoluntate.& contra Paulum adduco Alexandrum in conſil.46.colum.ij.li.j. ubi uoluit,quòd uerba enuntiatiua laudi prolata ab arbitro ſuper eo,ſuper quo poterat arbiter liberè diſponere,inducunt diſpoſitionem, quanto fortiùs idem dicendum eſt, in actu contrahentium,propter eorum maiorem conſenſum, cùm laudum feratur etiam contra inuitum. Similiter Corneus in dict.conſil.108.lib.ij.non loquitur in ultima uoluntate,ſed in diſpoſitione ſtatutaria.& in actu inter uiuos loquitur Corneus in d.cõſ.269.lib.iij.& hanc differentiam inter ultimas uoluntates & cõtractus expreſsè reprobat Bar. in l.j.in princip.colum.iij.in tertia quæſtione. ff. de operis
47 ris noui nunciatione. ¶ Rurſus † contra Paulum de Caſtr. adduco,& pondero Bartolum in dict.l. ex hac ſcriptura. in principio ff.de donationib.dum dicit,quòd in caſu dict.l.ex hac ſcriptura.diſpoſitio non poteſt ualere ut donatio inter uiuos,uel cauſa mortis:quia in eis requiritur præſentia partis. Vult ergo apertè Bartolus,quòd ubi inducitur diſpoſitio ex uerbis enuntiatiuis,illa ita inducatur in actibus inter

uiuos,

uiuos,ſicut in ultimis uoluntatibus, dummodò præcedant habilia requiſita in actu inter uiuos: puta præſentia partis. Concludendum igitur uidetur ex uerbis enunciatiuis prolatis per modum cauſæ, diſpoſitionem induci, tàm inter uiuos, quàm in ultima uoluntate: & tàm quò ad exceptionẽ, quàm quò ad actionem perſonalem, & realem ſecundum ſupra dicta.
48 ¶ Quæ concluſio procedit † in uerbis enunciatiuis emiſsis propter aliud in modum cauſæ. Si enim eſſent uerba enunciatiua principaliter emiſſa propter ſe, illa ſine dubio inducunt diſpoſitionem omninò expreſſam: adeò quòd ſi uerba enunciatiua proferantur principaliter propter ſe in ultima uoluntate, in qua dominium transfertur ſine traditione. l. Papinianus. ff. de ſeruitutib. gloſſ. & doctores in dict. l. traditionib. C. de pact. tunc inducitur diſpoſitio, etiam quò ad actionem, realem etiam ſecundum Bartolum & omnes. nec iſto caſu militat ratio Bartoli in d. l. emptor. §. ancilla. ff. de rei uendicatione. & in d. l. j. col. final. ff. de legat. j. quòd ex legato tacito non transfertur dominiũ ipſo iure ſine traditione: quia legatum quod inducitur ex uerbis enunciatiuis emiſsis principaliter propter ſe, non dicitur tacitum aut præſumptum, ſed euidenter expreſſum. Iſte eſt caſus in d. l. ex hac ſcriptura. ubi Bart. & alij. Quæ concluſio maximè procedit, quando inſtrumentum interuenit. Oldrad. in conſ. 292. An negatio colum. ij.
49 ¶ † Secundo principaliter induci poteſt diſpoſitio ex uerbis enunciatiuis propter aliud prolatis, ex ueriſimili mente diſponentium: quia tunc licet uerba diſpoſitionem non importent: debet tamen attendi mens. Ita Roman. in pulchro caſu in conſi. 65. Viſo themate. col. fi. uerſi. ij. ad idem. Nam ibi anciani ciuitatis aut populi remouerant quoſdam officiales ab officio, quod de iure facere non poterant. deinde totũ conſilium fecit unum ordinamentum, in quo declarauit facta per ipſos ancianos ita fieri potuiſſe, & in procemio ordinamenti dictum fuit, quòd illud fiebat ad remouẽdum omnem dubitationem. Dicit Roman. quod illa uerba enunciatiua inducunt diſpoſitionem & confirmationem geſti per ancianos: cùm ita appareat de mente conſiliariorum, ex eorum præfatione: in qua dictum erat, quòd uolebant tollere omnem

omnem dubitationem.& quia conſtabat de eorum uolunta te, quod uolebant geſto per ancianos ualere, licèt illa expreſsè non confirmauerant. quod Rom.dictum uidetur notandum: quia ad multa efficax futurum eſt. & confirmatur iſtud dictum Rom.ex eo, quod ſtatim ſubijciam in tertia limitatione per tex.in l.quidam.ff.de conſtitu.pecun. ¶Ter-
50 tiò,induci uidetur † diſpoſitio ex uerbis enunciatiuis emiſſis propter aliud,quando probare non poſſunt: quia ſi probare non poſſuut,ſaltem debent diſponere.l.quidã. ubi Angelus ff.de conſtitut.pecunia. ubi ſi tertius ſcribit ad creditorem Titij,quod illa decem, quæ Titius ab ipſo creditore mutuò accepit, ſunt uel habentur apud ipſum ſcribentem, ex talibus uerbis inducitur actio de conſtituta, contra ipſum ſcribentem.Ratio: quia aliàs illa uerba nihil operarentur: quia non potuit tertius confiteri in præiudicium alterius. & ſic talis epiſtola non poteſt probare contra debitorem abſentem.Sed quia non eſt uerìſimile,quòd tertius uoluerit ita ſuperfluò & ſine cauſa ſcribere, ius præſumit, quòd ita ſcripſerit animo ſe obligandi pro ipſo debitore,ob id datur actio de conſtituta, contra ſcribentem,de quo etiã infrà habetur,num.285.& illum textum & Angl.ibi ad hoc citat Præpoſitus in cap.prætereà.ij.colum.ij.poſt medium, de appellationibus & ibi ſubdit Præpoſitus quòd ubi inſpi
51 cimus † mentem potiùs.quàm uerba,puta in ſententia cenſuræ: uerba enunciatiua diſponunt. ex quo dictum plurimum confirmatur dictum Roman.in d.conſi.65.de quo ſuprà in proxima præcedenti limitatione: licèt Iaſon in d. l. ex his uerbis.in fin.hoc indeciſum reliquerit. ponderando illum textum in contrarium, quòd imò nõ inducatur diſpoſitio ex uerbis enuntiatiuis emiſsis propter aliud à pagano: licèt conſtet de eius uoluntate in contrarium: licèt dicat ſe non ponere pro conſtanti,& benè. Titubauit enim Iaſon in re clara.Cùm enim ſimus in permiſsis,& in his,quæ dependent à poteſtate diſponentis, ſi apparet de eius uoluntate,
52 nihil eſt dubitandum. Concurrunt enim † duo, uoluntas & poteſtas: quæ duo actum perficiũt. c.cùm ſuper abbatia. de offic.delegat.l.nolle.ubi Bald.ff.de acquirend.hęredita. l.cùm te.ubi Bald.C.de donation.ante nuptias.& dicit idẽ

Bald.in conſ.326.Rex Romanorum. colum. ij. lib.j.quòd uoluntas & poteſtas cum debito modo, canonizant omnes actus.Idem Bal.in l.omne uerbum.in ultimo notab.C.com mu. de lega. Quòd uoluntas & poteſtas perficiunt omnes actus humanos,tradit Barba. inter conſilia Alex. in conſil. 123.Scripſit eccleſiaſticus. in prin. lib. iiij. ¶ Sed ad unum
53 aduertendum † quòd ubicunque uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud,diſponunt, illud procedit in materia fauorabili:ſecus in odioſa aut pœnali.Bal. in l.ij.in fi.C. de neceſ. ſeruis hæredi.inſtit.Sequitur Dec. in d. c.per tuas. col.iiij. poſt medium.uerſic.ſed replicari poteſt.de proba.Iaſ. in d. l.ex his uerbis.col.iij.poſt medium. C. de teſtam.militis.
54 ¶ Illud † omittendum non eſt, quòd uerba enuntiatiua emiſſa propter aliud, non diſponunt etiam quò ad antecedens neceſſarium:puta,in mandato procuratoris nulla datur poteſtas ſubſtituendi,ſed poſteà in eodem inſtrumento dicitur,quòd dominus promiſit releuare indemnem procuratorem & ſubſtitutum ab eo, per iſta uerba non cenſetur data poteſtas ſubſtituendi.Rota deciſ.346.not.Si in procuratorio.in antiq. ſequitur Alex.in conſil.17. col. ij.lib.ij.& in conſil.126.col.ij.lib.v.Felin.in c.licèt.colum.iij.poſt me
55 dium.de offic. ordin. ¶ Circa uerò † concluſionem uerborum enuntiatiuorum emiſſorum propter ſe principaliter, quòd diſponunt:ut probatur in d.l.ex hac ſcriptura.ff.de do nat.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg. iij.Oldr. in d.conſi.292.col.ij.Bar.& docto. in d. l. ex hac ſcriptura. Cor.in d.conſi.269.col.ij.lib.iij. multæ dant declarationes & limitationes, ſuper quibus non inſiſtendum putaui: quia plenè habentur in d.l.ex hac ſcriptura. Super his ipſis inſiſtendum tantum putaui,quæ pluſculum haberent difficultatis. & quæ in locis communibus haud facilè inueniantur.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata,in antiquis,an plenam faciat probationem.Tum de authoritate antiquitatis: an leuioribus contenta ſit probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata,an probet in antiquis.*
2 *Probatio ſemiplena, inducta ex ſcriptura priuata in antiquis, an locum*

locum habeat contra tertium.

3 *Scriptura priuata ut probet ſemiplenè contra tertium, in antiquis, an ſit neceſſe conſtare eã eſſe illius, qui dicitur ſcripſiſſe, ſi negetur.*

4 *Diſpoſitio omnis præſupponit ſubſtantiam actus.*

5 *Probationes leuiores an ſufficiant in ſcriptura priuata, contra tertium, in antiquis.*

6 *Scriptura priuata in factis non antiquis, non probat. Facit tamen aliqualem præſumptionem. num. 7.*

8 *Scriptura priuata, an habeat iuris præſumptionem pro ſe. & num. 12.*

9 *L. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipulat. an de inſtrumẽto publico loquatur, an de priuato. & num. 11.*

10 *Scriptura priuata habens ſubſcriptionem trium teſtium, fidem facit in antiquis.*

13 *Scriptura priuata nõ probat, nec præſumptionem facit, in antiquis, niſi habeat requiſita ſolennia ad ſcripturam publicam.*

14 *Scriptura priuata non probat, etiam fauore piæ cauſæ.*

15 *Scriptura priuata recognita per ſcribentem, probat contra eũ, & habentes cauſam ab eo.*

16 *Scriptura priuata fidem facit contra tertium habentem cauſam à recognoſcente, ante ceſſionem in alium factam: ſecus ſi poſt.*

17 *Scriptura priuata, an probet, contra partẽ, quando pars dixit, quod ſemper fidem ſcribentis probauit.*

18 *Perſonæ probatio non infert dicti aut facti approbationem.*

19 *Factum quis alicuius approbare poteſt, et qualitatẽ eius reprobare.*

20 *Ratificatio & approbatio non inducitur ex ſola taciturnitate.*

21 *Approbatio inducitur ex facto aliquo: non ex non facto.*

22 *Scriptura priuata an cenſeatur approbata ab eo, qui eam ſæpè præ manibus habuit, nec contradixit.*

23 *Taciturnitas quando conſenſum inferat.*

24 *Sponſalia quando cenſeantur ex taciturnitate approbata.*

25 *Scripturæ priuatæ approbatio in antiquis, an ualeat. & nu. 26.*

27 *Conſuetudo, quòd ſcripturæ priuatæ ſtetur, an ualeat.*

28 *Priuilegium, quòd detur plena fides ſcripturis aut libris* Hebreo*rũ, an ualeat. Et quid item de Iudæo. Qui de Chriſtiano cũ Chriſtiano. nu. 29.*

30 *Partes in re propria plus poſſunt, quàm ſtatutum.*

31 *Pactum inter partes ſcribens, priuatus, non eò ſit notarius.*

32 *Statutum uel cõſuetudo, quòd credatur ſcripturæ priuatæ alterius, quomodo debeat accipi.*

33 *Cõſuetudo quòd credatur libro mercatoris, in eius fauorẽ eſt odioſa.*

34 *Iuris dicendi ſcopus.*

35 *Scripturam producens in iudicio minùs ſolennem, an eò dicatur eã approbare. & num. 36.*

37 *Scripturam non ſolennem producẽs, an præter ea, quæ ſcripta ſunt, quid cenſeatur approbare. & nu. 38.*

39 *Scripturam inſtrumenti producens an cenſeatur confiteri omnia cõtenta eſſe uera: & ſibi eò præiudicet.*

40 *Teſtamenti ueritas, non ſufficit ſine ſolennitate.*

41 *Teſtamentum non probatur per confeſſionem partis confitentis illud factum, ſed minus ſolenniter.*

42 *Scripturam omninò priuatam producens, an cenſeatur illam approbare.*

43 *Scripturæ minus ſolẽnis approbatio an proſit etiam tertio abſenti. & nu. 47.*

44 *Approbationis actus, unde dependeat.*

45 *Confeſſio abſente parte facta, quando tantùm ſemiplenè probet.*

46 *Voluntatis declaratio facta cum uno, præiudicat quò ad omnes.*

48 *Partis præſentia, an & quando requiratur, ubi agitur de obligãdo.*

49 *In uoluntatis declaratione ſit retrotrahitio, etiã extremè, ad quod, inhabili.*

50 *Scripturam producens minùs ſolennem, ſi aduerſarius contra eam agat, an tenebitur ei ſtare. dictum nu. 51.*

52 *Inſtrumentum minus ſolenne, ſimpliciter reſpectu fidei probatoriæ impugnatum ab aduerſario, an probabit contra producentem. diſtin. nu. 53.*

54 *Inſtrumentum quomodò probet in fauorem aduerſarij impugnãtis ſcripturam producentis.*

55 *Confeſſio expreſſa uel tacita, nondum reprobata ab aduerſario, pendente iudicio, producenti an noceat, an confitenti potiùs.*

56 *Confeſſio contentorum in inſtrumento producto, directè reuocari an & quando poſſit.*

57 *Abſens tertius, an pendente iudicio, in quo ſcriptura minus ſolennis producta eſt, poterit ſe iuuare in alio iudicio, inſtrumento producto contra producentem.*

58 *Litis pendentia, idem operatur, quod ſententia.*

59 *Euentum rerum inſpicere debemus, quando ueriſimile eſt quid tale euenturum.*

60 *Scripturam aliquam producens, an cenſeatur fateri etiam ea, quæ enuntiatiuè ſcripta ſunt. & nu. 61.*

62 *Probationes finium, quæ & quales requirantur.*

63 *Confeſſio tacita reſultans ex productione inſtrumenti, an poſſit reuocare. & nu. 64.*

65 *Probatio erroris in facto proprio, quando agitur de damno uitando, an admittatur. Et quomodò id accipiendum. nu. 66. & 67.*

68 *Scripturam minùs ſolēnem contra ſe productam, an poſſit quis acceptare in parte, & in parte non, data capitulorum diuerſitate.*

69 *Librum rationum aduerſarius acceptans in parte, tenetur in toto acceptare.*

70 *Librum rationum acceptare in parte, & in parte non iudicis etiam arbitrio integrum eſt.*

71 *Scripturam producens continentem plura capitula, an poſſit in parte producere, & in parte non. & nu. 74.*

72 *Statuta priuata, facta manu alicuius tertij, non poſſunt in parte acceptari, etiam in capitulis ſeparatis.*

73 *Vniuerſaliter loqui plus eſt, quàm generaliter aut indefinitè.*

75 *Scripturæ fides, indiuiſibilis eſt.*

76 *Inſtrumentum quid hic differat à ſcriptura priuata.*

77 *Inſtrumenti publici & ſolennis approbatio, an dependeat à poteſtate producentis.*

78 *Inſtrumenti productio, ſine proteſtatione, ſcriptura ſimpliciter et generaliter approbata, utrum ampliùs poſſit reprobari.*

79 *Inſtrumentum producens, non uidetur fateri contenta in eo, eſſe uera: niſi quatenus ipſum inſtrumentum probat.*

80 *Confeſſio reſultans ex productione, non nocet quominus poſſit producens falſum dicere.*

81 *Appellationem partis producens, quatenus facit pro producente, nō tenetur recipere contra ſe uerba narratiuà partis aut notarij.*

82 *Proteſtatio producentis in partibus tantùm pro ſe facientibus, quādo eum non iuuet.*

83 *Inſtrumentum quando poſſit produci cum illa proteſtatione: non obſtante contradictione aduerſarij.*

84 *Inſtrumentū productū cum illa proteſtatione, non obſtante cōtradictione aduerſarij, quando iuuet producentem: & quando non.*

85 *Reſcriptum impugnans ex capite taciturnitatis ueri nõ dicitur impugnare narrata & expreſſa in ipſo reſcripto.*

1 VIſo de uerbis enuntiatiuis, an probent in antiquis: uideamus † nunc de ſcriptura priuata, an probet in antiquis. Super quo dubio concludendum uidetur ſemiplenam ex ea probationem fieri. Specul.in tit. de inſtr. editio.§.nunc dicendum.col.pen.uerſ.regulariter ergo.ſequitur Anto.de But.in c.ij.col.iiij. uerſ. tertius caſus. de fide inſtr.& ibi Feli.col.iij.in iij.limitatione Socin. in conſi. 186.col.v.in fin. uerſ. multum etiam operatur antiquitas. lib.ij.Dec.in d.c.cùm cauſam.colum.ij.poſt medium.uerſi. Secundò limitatur. de probat.Iaſo.in repetitio.d.l.admonendi.colum.86.uerſ.confirmo utrunq; dictum.& ibi Ripa col.penult.ff.de iureiur.& idem Iaſ.in d.l.cùm aliquis. col. fi.C.de iure deliberand.Eſt uerum,quòd idem Iaſ.in conſil. 65.col.iij.uerſic.Tertiò confirmatur.lib.iij.& in conſ. 166. col.iij.poſt medium.uerſ.ad prædicta accedat. lib.iiij. infideliter refert illud dictum Anton.de Butr.in d. c. ij. de fide inſtru.ut procedat reſpectu plenæ probationis. dum ſimpliciter dicit,quòd probat:quia appellatione probationis,in-
2 telligitur de plena.Sed † aduertendum hic, an talis probatio ſemiplena, quæ inducitur ex ſcriptura priuata in antiquis, locum habeat contra tertium?puto,quòd ſic: quia cõtra ſcribentem,aut eius hæredes uel ſingulares ſucceſſores probat plenè,etiam in non antiquis.l.Publia.§.fin.ff.depoſit.l.generaliter.C.de non nume.pecu. Specul.in d. titu. de inſtru.edi.§.nunc dicendum.col.fin.Bal.in conſil. 275. col. ij.lib.iij.Geminia.in conſi.ix. quod intelligitur, modò non negetur:ſed recognita ſit,aut aliter iuſtificata.Barth.in authent.& ſi contractus.C.de fide inſtrum. Dec. in d.c.ij.col.
3 ij.in prin.de fide inſtru.Sed quæro † hic,ad hoc ut talis ſcriptura priuata probet ſemiplenè, cõtra tertium in antiquis, an ſit neceſſe conſtare, quòd ſit ſcriptura illius, qui dicitur eam ſcripſiſſe, ſi negetur. Videtur dicendum, quòd ſic: argu.l.diuus.& quod ibi Bar.ff.de teſta.milit. ubi ſtante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum nihil opponi poſsit: poteſt tamen opponi,quòd non ſit inſtrumentum, & ſic conſtare

ſtare prius debet de ſubſtantia rei, quod ſit inſtrumentum.
4 Omnis † enim diſpoſitio, præſupponit ſubſtantiam actus: dicit Calca.ſequendo illud dictum Bart. in conſi. 87.col.ij. circa princip.tradit Dec.in c.conſuluit.in tertio not. de ap pella.Iaſ.in l.ſi quando.in quarto not.C.unde ui.& ſic quan do quæritur, an ſcriptura priuata manu talis ſemiplenè pro bet contra tertium in antiquis, conſtare prius debet, quòd
5 ſit ſcriptura illius,cuius eſſe dicitur.Putarem † tamen quod in hac re propter antiquitatem temporis & difficultatem probandi, probationes leuiores ſufficiant: puta per ſolam comparationem literarum in caſu, in quo aliàs non ſufficerent. Aliàs enim, niſi dicamus talem probationem eſſe neceſſariam, daretur materia delinquendi & fabricandi ſcripturam priuatam falſam,quæ uideatur de antiquo. & ex hac conſideratione uidetur reſponſum ad argumentum, quod aduerſus præmiſſam concluſionem facit ſocer & dominus meus Purpuratus in d.l.admonendi.colum. 29.circa princip.uidelicet,quòd ſi apocha priuata ſemiplenè probet in antiquis,dari uidetur occaſio fabricandi falſum: quia,ut dixi,conſtare oportet,quòd ſit de antiquo. & prætereà daretur occaſio delinquendi, ſi induceretur plena probatio: ſemiplena autem non adeò uidetur præiudicialis,cùm non ſit locus iuramento ſuppletiuo in facto alieno. Rurſus talis probatio non uideretur neceſſaria, quando talis ſcriptura priuata reperiretur in archiuo publico, per ea, quæ ſtatim
6 dicam. ¶ Quid † in factis non antiquis,an ſcriptura priuata probet? Dic quod non l.inſtrumenta domeſtica.l.exemplo.& l.rationes.C.de fide inſtru l.nuda.ff.de donatio. l.ij. & l.final.C.de conuenien.fiſci debito:lib.10. cap. ij.de fide inſtrumento. nec habet ſcriptura priuata præſumptionem iuris pro ſe.Bart.in l.j.columm. ij. C. de iurament. calum. Dec.in dicto cap.ij.in quarto notabili, & colum. iij. uerſic. & ulterius conſiderandum.de fide inſtrum.Iaſ.in l. ſi poſt diuiſionem.circa principium. C. de iuris & facti ignoran. intellige de præſumptione, quæ transferat onus probandi in aduerſarium. & ita loquuntur Bart.& doct. ubi ſuprà.fa-
7 cit † tamen aliqualem præſumptionem. Bartol. & doct. in d.l.admonendi.colum.vij. ubi Ripa colum. xx.num.98.Ia-

F 4 ſo.in

ſo.in conſ.129.colum.ij.poſt medium lib. j. & in repet. dictæ l.admonendi.colum.40.uerſi.ult.inquantum uult Bart. & iſta aliqualis præſumptio operatur, quod data paritate probationum, is præfertur, pro quo eſt iſta aliqualis præſumptio inducta ex ſcriptura priuata: iuxta glo.& doct. in d.l. ſi duo. ff. de iureiurand. Rurſus operatur iſta præſumptio, quòd apocha iuncta cum alijs adminiculis, plenè probat. Iaſ.in d.conſi.129.col.ij.circa medium, lib.j. ¶ Sed So-
8 cin. † in conſil. 68. colum. ij. poſt medium. lib.iiij. tenet, quòd ſcriptura priuata habet præſumptionem iuris pro ſe: per l.optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipul. iuncta gloſſ.fin. ibi: quæ dicit illam legem loqui in inſtrumento priuato.allegat etiam l.j.C.eodem titul. & quòd illa l. optimam. loquatur in ſcriptura priuata, uidetur tenere Innocen. in capitu. cùm Ioannes eremita. columη.fina. uerſicul. item dicunt, quòd licet priuata ſcriptura. de fide inſtrument. Similiter Bald. in d. l. optimam. in finalibus uerbis, ſequitur gloſſ. in fin. ibi, quòd loquatur illa
9 lex in inſtrumento priuato. ¶ Sed reſpondeo † ad dictum Socin. quod imò dicta l. optimam. loquitur in inſtrumento publico. Patet, quia requirit in eo locum & tempus: & tamen ſi eſſet ſcriptura priuata, non requireretur tempus.l.cùm tabernam.§.idem quæſijt.ff.de pignor. ubi Alexand. in apoſtil. ad Bartol. & idem Alexand. in conſi.132. columna prima ad finem libro quarto. Paulus de Caſtro in conſ.216.Confirmando.colum. j. ad finem libro primo. Dec. in dicto capitulo ſecundo columna quarta de fide inſtrument. in quibus tamen locis declaratur hoc procedere, quoad præiudicium ipſius ſcribentis. Secus, ubi ageretur de eius commodo, & tempus neceſſario uenit probandum.& ita arguit Iaſ. in l. de pupillo.§. qui nunciat.circa finem. ff. de operis noui nuntiatio. Vbi, quòd textus in l.j. C. de apochis public. libro decimo, loquitur in apocha publica, non priuata: quia in dicta. l.j.requiritur dies & conſul, quæ nòn requiruntur in ſcriptura priuata.& profectò ſi uideantur docto. dicentes requiri apoſitionem diei in publico inſtrumento. allegant ad hoc dict. l. optimam. ergo neceſſario præſupponunt illam legem loqui in inſtrumento

10 mento publico. ¶ Secundo † reſpondeo, ad dictum Socin. poſito, quod illa l. optimam.loqueretur in ſcriptura priuata: tamen debet intelligi de tali ſcriptura priuata, quæ fidem facit: quia habet ſubſcriptionem trium teſtium, qui recognouerunt eius ſubſcriptionem: iuxta l. ſcripturas.C. qui potior.in pigno.hab. & ita intelligit Cyn. ibi in quarta oppoſitio. Bald. tamen in conſi. 149. Proponitur. ante finem lib.j.appellat talem ſcripturam habentem ſubſcriptio
11 nem trium teſtiũ ſolennem: non tamen publicam.¶ † Tertio quod tex. in dict.l.optimam.loquatur in inſtrumẽto publico, probatur ex alio. quia doctor. dicunt, quòd inſtrumentum publicum,ad hoc ut reprobetur per teſtes, debent eſſe teſtes omni exceptione maiores. & pro hoc allegant dict.l.optimam. Ita Salicet.in d.l.optimam.in ſecundo notabili.Bart. in l.j.§.ſi quis neget.colum. fin. ff. quemadmodum téſtamen.aperian.ubi Bart. expreſſe intelligit dictam l.optimam,in inſtrumento recepto per notarium.Idem tenet Bald.in conſi.37. Quid in tabellio.circa fi. lib. j.in l. in exercendis.colum.j.C.de fide inſtrument.Corne.in conſil. 232.colu.ij.lib.j.& conſi.261.col.v.lib.iiij.Iaſ.in conſi. 13. col. penult. uerſi. iij. principaliter. lib. iij. quod tamen intellige,ut dixi in conſi.56.nu.9.& profectò mirandum eſt, quomodo Soci. auſus fuerit uerbum tale effutire,quòd ſcriptura priuata habeat præſumptionem iuris pro ſe. ¶ Dictũ
12 † tamen Socin. poſſet procedere,quando conſtaret ſcripturam priuatam eſſe ſcriptam manu eius, cuius eſſe dicitur. & ſolum eſſet quæſtio,an dicatur facta præſente uel abſente parte. nam tunc præſumitur, quòd præſente parte ſcripta ſit: & ita loquitur tex. in d.l.j.C.de contrahen.& com. ſtipul. Bald. in conſi. 380. Tres ſunt caſus. in prin. lib. v.
13 ¶ Præmiſſa,quòd ſcriptura † priuata non probat, nec præſumptionem facit, procedunt, licet talis ſcriptura facta ſit manu notarij quando non habet ſolennia requiſita ad ſcripturam publicam. Bald. in conſi.438. Quia teſtes. in fine
14 lib. iij. ¶ Secundo † procedit memorata concluſio, licet agatur de fauore piæ cauſæ: quia adhuc ſcriptura priuata non probat. Quòd ſic probatur. Non magis probat ſcriptura, quàm uox uiua. capitulo licet ex quadam. in ratione

ſui,

ſui, de teſti. l. in exercendis, C. de fide inſtrum. Cyn. in l. in bonæ fidei. C. de iureiurand. Bart. in l. admonendi. ff. eod. tit. Anchara. in conſi. 28. Rationes col. ij. poſt mediũ, uerſiculo, ulterius hoc probatur. Roman. in conſi. 204. col. j. uerſi. iij. ad idem. imò magis credi debet uiuæ uoci, quàm mortuæ. §. ſi quis igitur. in authent. de inſtrum. caut. & fid. quem tex. ad hoc citat Alexan. in conſi. iij. col. penult. lib. ij. Sed in pia cauſa non eſt remiſſa ſolemnitas iuris diuini, quòd in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum: ut habetur in c. relatum. & in cap. cum eſſes. extrà de teſtamẽ. ergo ſi non creditur uiuæ uoci unius in fauorem piæ cauſæ: ergo nec uoci mortuæ unius ſcripturæ. & eadem ratione idem dici poteſt in ſcriptura priuata unius ſuperioris. Pro quo etiam faciunt, quæ late ſuprà diximus circa intelle&ũ clementinæ primæ de probatio. quòd non procedit, ubi agitur de præiudicio tertij in iure iam quæſito. ¶ Limita
15 † nunc prædictam concluſionem, ut non procedat in ſcriptura priuata recognita per ipſum ſcribentem: quia probat contra eum, & habentes cauſam ab eo: licet non habeat ſubſcriptionem teſtium, nec iuuetur comparatione literarum: ut ſuprà dixi, per l. Publia. §. fi. ff. depoſiti. l. cum de indebito. §. fin. ff. de prob. authen. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. l. generaliter. eod. tit. Baldus in dicto conſilio ducenteſimoſeptuageſimoquinto colum. ſecundo lib. iij. & in conſi. 466. Ad intelligentiam. in princ. lib. v. Paul. de Caſt. in conſi. 312. Ad primum reſpondetur.
16 in ij. dubio. lib. ij. ¶ Iſtud tamen, quod † dixi talem ſcripturam priuatam fidem facere, etiam contra tertium habentẽ cauſam à recognoſcente: procedit in recognitione facta ante ceſſionem in alium factam: ſecus, ſi poſt. & idem in ſcriptura facta poſt ceſſionem, ſeu de qua eſſet dubium, an eſſet facta ante ceſſionem uel poſt: per ea, quæ ſuprà dixi de uerbis enuntiatiuis, an probent contra particularem ſucceſſorem. & iſtud eſt, quod dicunt doctor. quòd ubi agitur de præiudicio alterius, quàm ſcribentis: etiam in ſcriptura priuata, requiritur tempus, ut ſciatur quo tempore facta ſit, & quòd uerè appareat eam factam de illo tempore, cum fieri poſſet ſub alio tempore in præiudicium ter-

tij:

tij: ut per Alex. in dict. conſi. 132. in tertio dubio, & per
17 alios doctor. ſuprà alleg. ¶ Limita † ſecundò, non procedere in ſcriptura priuata eius, cuius perſona eſſet approbata à parte aduerſa, in dictis & factis: quia pars dixiſſet, quòd ſemper habuit ſcribentem pro perſona ueridica in omnibus eius dictis & ſcripturis. Tunc enim talis ſcriptura probat contra partem: licet in ſpecie non approbauerit ſcripturam, de qua agitur. Ita Alex. in conſi. 113. col. 2. in fi. uerſi. nec obſtat ſi dicatur. lib. iiij. ¶ Sed hic quæro,
18 quid † ſi perſona tantum ſcribentis approbetur: quia pars dicat ſcribentem eſſe perſonam honeſtam & probatam, nõ autem in facto aut ſcriptura in genere uel in ſpecie? uideretur talem approbationem nihil operari: quia approbatio perſonæ nihil facit quò ad approbationem dicti aut facti. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. c. ſi quis teſtibus iiij. quæſt. iij. c. præſentium. & ibi not. de teſtibus. Similiter ſi approbo perſonam iudicis, non intelligor approbare eius dicta. c. ſuper quæſtionum. de offic. delega. Geminia. in conſi. 15. col. fin. in princip. Puto, quòd ex tali approbatione, apocha faciat ſemiplenam probationem, ex eo, quod ſcribit Bald. in d. l. in bonæfidei. col. pen. uerſi. ſed dubitatur de uno. C. de rebus credit. ubi quando approbatur teſtis in perſona, ſed non in dicto, eius teſtimonium probat ſemiplenè. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in repe. dict. l. admonendi. col. 78. uerſi. quid ſi unus teſtis eſt approba-
19 tus. num. 167. ¶ Sed † quæro rurſus, pone quòd in compromiſſo partes dicant, quòd in tali ſcriptura continetur teſtamentum & ultima uoluntas talis, an ex talibus uerbis cenſeatur approbata ſcriptura, & fidem faciat, ſi non erat ſolennis? Deci. in conſi. 612. col. ij. circa medium, tenet, quòd non: quia ex iſtis uerbis ſolum cenſetur approbatũ factum, id eſt, quòd teſtamentum ita ſcriptum fuerit: ſed non cenſetur approbata qualitas facti, id eſt, quòd ipſum teſtamentum ſit ualidum. & poteſt quis approbare factũ, & qualitatem eius reprobare. alle. pro hoc Bal. in l. j. col. ij. C. de furtis. Paul. de Caſt. in l. iij. §. falſus. per illum tex. ff. rem rat. hab. ubi quod poteſt quis approbare actũ, tanquàm geſtum, & reprobare tanquam ſic geſtum. & fa-

cit

cit quod infrà dicam nu. 120. Quid † ſi quis ſæpius habuerit talem ſcripturam priuatam præ manibus, nec unquàm contradixerit, an cenſeatur illam approbaſſe? uideretur dicendum quòd non: quia ex ſola taciturnitate non inducitur ratificatio aut approbatio. Innocen. in c. olim. iij. in fi. de reſtitu. ſpoliato. ubi ſi iudex poſt appellationem me excommunicet, & ego tollerem ac ſuſtineam excommunicationem, abſtinendo ab his, quæ excommunicato prohibentur, ex tali patientia, tolerantia aut taciturnitate non cenſeo approbare excommunicationem, & renuntiare appellationi. ſequuntnr Anton. Imol. Abba. & moder. in c. gra-
21 tum de offic. deleg. Approbatio enim † inducitur ex facto aliquo, non ex non facto. Socin. in conſi. 104. colum. fin. poſt medium. lib. iiij. & quòd ex taciturnitate non inducatur approbatio, tradit Decius in conſi. 98. ad fin. Addo Bald. in l. ei qui non uerſi. quæro, nunquid ſi dominus. C. ſi ex falſis inſtrumen. ubi ſi lata ſit ſententia contra falſum procuratorem, & dominus tacuit, nec appellauit, ex tali ſilentio non cenſetur ſententia approbata: quia ſilentium nihil eſt, quod Bald. dictum refert & ſequitur Alexan. in conſi. 191. col. iij. uerſi. hoc expreſsius uoluit Bal. lib. vj. Addo Bald. in conſi. 321. Verba compromiſsi. lib. v. ubi, quòd ex ſolo ſilentio non dicitur aliquid fieri in concordia quando concorditer quid fieri debet, ſed requiritur decla-
22 ratio uoluntatis. ¶ Contrarium † in præmiſſa quæſtione, quòd imò ſcriptura priuata cenſeatur approbata ex tali nō contradictione eius, qui eam præ manibus ſæpè habuit, determinat Paul. de Caſt. in conſi. 314. Omiſſo primo col. ij. poſt medium, lib. ij. argumen. l. Labeo. ff. de aqua pluuia. arcend. ubi taciturnitas patientis ædificari, ipſi tacenti præiudicat, ne ædificans cogatur ædificium demoliri. Sed ille tex. parum facit: quia taciturnitas ibi facit, quòd tacens agere non poteſt: non tamen, ut ob talem taciturnitatem conueniri poſſit: prout contingit in ſcriptura priua-
23 ta, ſi illa dicatur approbata. Sed † pro opinione Paul. adduco Abb in c. cum uirum. in tertio notab. de regularib. ubi quando taciturnitas habet in ſe mixtum aliquod factum potiuum, ſemper tacens cenſetur conſentire. ſequitur Iaſ. in

l. quæ

l. quæ dotis.col.14.in fin.uerſi.17.& ult.caſus eſt. ff. ſolut. matrimo. Sed in caſu noſtro ultra taciturnitatem interuenit factum poſitiuum, id eſt receptio & tractatio illius ſcripturæ priuatæ. Pro quo tex. optimus in clemen. j. de procuratorib. ubi recipiens inſtrumentum mandati, in quo conſtituitur procurator, cenſetur ſe obligare ad illud officium, ut amplius recuſare non poſsit. quem tex. citat Iaſ. in d. l.
24 quæ dotis. ¶ Ad idem † adduco Calderi. in conſi.j. in fin. in tit. de ſponſalib. ubi quando ſponſalia ab initio ſunt nulla ob impedimentum conſanguinitatis, ſi poſt diſpenſationem Papæ contrahentes taceant, nec reuocent ſponſalia: cenſentur illa approbare. Ratio huius dicti eſt: quia ultra taciturnitatem contrahentium interuenit factum poſitiuũ,
25 id eſt interpretatio diſpenſationis. ¶ Sed † in præmiſſis præſupponitur approbari poſſe ſcripturam priuatam: quæro, an talis approbatio ualeat? breuiter Innocen. in c. cum P. tabellio. poſt medium. de fide inſtrumentorum. tenet non ualere conuentionem: quia partes non poſſunt creare quem notarium: quod uideretur fieri, ſi daretur plena fides ſcripturæ unius priuati hominis. ſequuntur Bal. & Abbat. ibi. Idem Bal. in l. Imperator. col. fin. ff. de ſtatu hominum. Rom. in conſi. 204. Pro diſcutienda. colum. j. uerſi. ij. idem probo. & in conſilio ſequen. 205. Decius in dict. conſi. 612. colum. 2. circa medium. Iaſon in l. non impoſſibile. col. ij. ff. de pactis. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. in princip. colum. ij. ff. de iureiurand. & idem Iaſon in repetitio. dict. l. admonendi. colum. 78. in fi. uerſic. nec prædictis obſtat, quòd illud dictum Innocent. magis communiter approbatur. Idem tenet Ripa ibi col. 20. in ſcriptura priuata abnegata, & nullo adminiculo fidei roborata: ſecus ſi ſit uel partium uel teſtium ſubſcriptione roborata: per ea, quæ notat Bartolus in l. fi. ff. de prætor. ſtipulatio. & aduerte: quia præmiſſi doctores uidentur iſtud uelle etiam in ſcriptura iam facta, dum generaliter loquuntur. ¶ Contrariam opinionem, quòd imò talis conuentio
26 † ualeat: tenuit idem Bald. ſibi contrarius in l. de quibus. colum. ij. in fin. uerſi. item per pactum. ff. de legibus, quem Decius in dict. conſi. 612. inaduertenter allegauit pro opi

nione

nione Innocen. cum ibi Bald. expreſſe teneat contra Innocentium. Addo eundem Bald. in conſi. 275. Factum tale eſt, quidam campſor, colum. ij. uerſicu. ad primum. lib. iij. & quòd ualeat conuentio, tenet Alex. in l. j. §. fi. ff. de uerbor. obliga. ſequendo Bald. in dict. l. de quibus. Idem tenet ipſe Alex. in conſi. 113. colum. 3. lib. 4. ſequitur Deci. ſibi contrarius, in c. ij. colu. vij. uerſi. ſimiliter ualet conuentio. de probatio. in c ueniens. in fi. de teſtib. & in c. ij. col. iij. uerſic. notandum tamen eſt. de fide inſtrumen. Eandem opinio. contra Innocen. latè tenet & defendit Iaſ. in repetitio. dict. l. admonendi. col. 42. uerſi. nunquid autem partes. Corne. in conſi. 174. col. fi. lib. iij. Felin. in dict. c. ij. col. iij. poſt mediũ in vj. fallentia, de fide inſtrumen. ¶ Et profecto iſta opinio contra Innoc. uidetur uerior & æquior. & pro iſta opinio-
27 ne † arguo ſic. doctores uolunt ualere conſuetudinem, quòd credatur ſcripturæ priuatæ; & in conſuetudine nemo diſcrepat: quia etiam Innocen. hoc tenuit in d. c. cum P. tabellio. cum ſimil. quæ Iaſ. adducit in repe. d. l. admonendi. col. 41. uerſi. 7. caſus eſt. & pro hoc eſt text. in c. cum dilectus. de fide inſtrumen. Deci. in d. c. ij. col. vj. de probatio. in dict. c. ueniens. col. fin. circa medium de teſtib. & in c. j. col. j. circa medium. de fide inſtrument. Addo Federic. de Senis. in conſi. 119. Nulli dubium. in fi. Idem dicunt doct. in ſtatuto, quicquid aliter tenuerit Innocen. in dict. c. cum P. tabellio. ubi uoluit hoc procedere ſolum in ſtatuto eius, qui poteſt creare tabelliones: ſed quod idem ſit in ſtatuto alterius obtinentis poteſtatem ſtatuendi, licet non creandi notarios, puta in ſtatuto uniuerſitatis, tenet Felin. in dict. c. cum P. tabellio. Deci. in dict. c. ij. col. vj. in fi. uerſi. circa primum. de proba. dict. c. j. in ij. notab. de fide inſtrumento. & in cap. j. col. xvij. in fin. uerſi. & nota quòd libris, de probatio. Bald. Ange. Alexan. & Moder. in l. quædam. §. numularios. ubi Iaſ. clare in ij. notabi. ff. de edend. & idem Iaſ. in l. j. col. v. uerſi. ij. ex hoc membro. C. de ſumma trinita. & fide catholic. & in l. ſi non ſpeciali. in ij. notab. C. de teſtam. Addo Geminian. in conſi. 62. col. 1. ubi, quòd ſtatutum poteſt dare poteſtatem conficiendi inſtrumenta publica, & fidem facientia in territorio, ſaltem ſtatuentis, perſonis etiam nõ notarijs.

notarijs.allegat Hoſtien.Ioan.And.& Anton.de Butr.in d.
28 c.cum P.tabellio.Addo † Alex.etiam in conſi.53.col.j.lib.
j.ubi fortius uoluit ualere capitula aut priuilegia,quòd detur.plena fides ſcripturis priuatis aut libris Hebræorum. Idem uoluit Socin. in conſi. 62. In præſenti conſultatione. col.iij.uerſi.præterea clarè reſpondetur.lib. j. Quid igitur, in fauorem Chriſtianorum, eſt uerum, quod tale ſtatutum in fauorem Hebræorum damnat idem Alexand. in dict. conſi. iij. col. penult. uerſi. & ſi fas eſt dicere. lib. ij. ſed Purpura.in dict. l. admonendi.col.33. quòd ualet inter ipſos Iudæos non contra Chriſtianũ, niſi conditum ſit ab eo,
29 qui poteſtatem haberet derogandi canoni. Ego † tamen adhuc iſto caſu haberem tale ſtatutum pro iniquo, & irrationabili ac inhoneſto, quòd credatur Iudæo infami contra Chriſtianum: ſed inter Chriſtianos, quòd ualeat tale ſtatutum, quo datur plena fides ſcripturæ priuatæ, tenet idem Alexan.in conſi. 170. circa princip. lib. vij. ¶ Hoc ita
30 † præſuppoſito, quòd ualeat ſtatutum, per quod datur fides plena ſcripturæ priuatæ,dico quòd à fortiori debet ualere pactum, quò ad præiudicium ipſarum partium: quia plus poſſunt partes in re propria, & ad earum præiudiciũ, quàm ſtatutum. ita probatur in l. fi. §. fi. C. de tempor. appellalio.iuncto c. uenientes.de iureiurand.nam in dict. l. fi. dicitur,quòd partes poſſunt renuntiare appellationi,in earum præiudicium. & tamen in d. c. uenientes. dicitur non ualere ſtatutum tollens appellationem. & ita per illa duo iura hanc regulam tradit Abb. in c. cum dilectus. col. 7. de arbitr. Ita etiam arguit Iaſ. in l. j. §. fi. col. v. in fi. ff. de uerbo. obliga. Crotus in l. filiusfamilias.§. diui. col. 23. in fin.ff.de lega.j. Itaque ſi ualet ſtatutum,quòd credatur ſcripturæ priuatæ in præiudicium aliorum, quanto magis debet ualere pactum,poſſe partes tale præiudicium ſibijpſis,
31 & contra ſeipſas facere. ¶ Non obſtat modo ratio † Inno. in dict. c. cum P. tabellio. quòd partes non poſſunt creare quem notarium, quia fateor: ſed nego, quòd per tale pactum priuatus ſcribens fiat notarius,& quòd eius ſcriptura priuata dicatur inſtrumentum publicum notarij, licet fidẽ faciat.& iſta in effectu fuit reſponſio Alexand.in dict.l.j.§. fi.ff.

ſi.ff. de uerbo. obligatio.& in dict.conſi.113.col.iij.lib.iiij. argumentum enim Innocen. procederes,ſi ageretur de pacto priuatorum, quòd ſcriptura priuati unius fidem faciat contra omnes: ſecus, ſi inter ipſos contrahentes tantum. ¶ Secundo reſpondeo, quòd attenta ratione Innocen. ſequeretur, quòd etiam ſtatutum iſtud diſponens, non ualeret, quando ſit ab his, qui notarios creare non poſſunt. & tamen in ſtatuto doctor.communiter tenent contra Innoc. ergo à fortiori idem iuris in pacto eſſe debet quo ad præiudicium ipſorum paciſcentium. ¶ Et maxime procedit iſta opinio contra Innocen. quando ſcriptura iam eſſet facta. Imò tunc res uidetur ſine dubio, quod approbari poſſit: quia etiam ſine ſcriptura aliqua ius non prohibet, quominus poſſim confiteri intentionem aduerſarij eſſe ueram. Bene fateor, quòd ſi ſuperueniret aliqua cauſa de nouo: quia pars mutaſſet mores in deterius, quòd poſſem recedere à tali pacto: argumento l.de ætate. §. ex cauſa. ff. de in
32 terrogatori.actio.¶ Aduertendum tamen † circa præmiſſa, dum dictum eſt ualere conſuetudinem aut ſtatutum, quòd credatur ſcripturæ priuatæ alterius,puta mercatorũ: quòd talis conſuetudo uel ſtatutum tale non ualeret, quando eſſet nimium generale, aut indiſcretum, quòd indiſtinctè credatur omni ſcripturæ mercatorum, non habita differentia perſonarum & rerum, ita quod credatur omni ſcripturæ cuiuslibet mercatoris,& quantamcunq; contineat quantitatem: quia daret materiam delinquendi. debet ergo intelligi conſuetudo uel ſtatutum eiuſmodi, quando ſcriptura priuata eſſet ueriſimilis, ſecundum qualitatem perſonarum ad bonam æſtimationem mercatorum. Ita Bald. in l. unic.col.iiij.C.de confeſſ.quod dictum pro ſingulari ſequitur Felin.in dict.c.ij.col.iij. in ſecunda fallentia.de probationibus & in cap. antepenult. colum. ij. eodem tit. Decius in dict. cap. j. colum. 17. in fin. uerſic. & nota, quod libris & in c.ij.col.vij.de probatio.Iaſon in dict.l.quædam. §.numularios.colum.ij.ff.de edend.& in repetitio.dict.l.ad monendi.col.46. in fin.uerſi.dicit tamen ſingulariter Bald. & in conſi.103.col.j.in fin.lib.j.addo Alex.in conſi.ult.col. ij.in fin.uerſi. fortius dixit lib.7.Socin.in conſi.87. colum. fina.

fin.li.j.& iſta ratione occaſionis delinquendi Bal.in conſil. 349.Si hoc quæritur.in ij.dubio.lib.v. non auſus fuit decidere,an tale ſtatutum ualeat,uel non. Dubitare tamen non debebat,propter text.in dict.c. cùm dilectus.de fide inſtrument.ſed poterat modificare:prout fecit in d. l. unic. cuius
33 modificatio prudentibus placuit. ¶ Talis tamen † conſuetudo,quòd credatur libro mercatoris,in eius fauorem, dicitur odioſa.Iaſon in l.ſi idem cum eodem.in princip.col.iij. uerſ.ſucceſsiuè quæro. ff. de iuriſdictione omnium iudicũ. Contrarium dicit Socin.in conſil.24.colum. penul.uerſicu. quinimò dici poteſt.libr.ij. ¶ Ex præmiſſis abundè declarata habetur ij.limitatio,quòd ſcriptura priuata probat,quãdo eſt approbata à parte . & quòd tenet talis approbatio, rurſus caſus nonnullos adduximus,in quibus approbatio facta cenſeatur, non citra magnæ utilitatis compendium in conſulendo & iudicando.Equidem nihil hic pono,quid nõ in iudicijs aut ſententijs dicendis ſequi ipſe audeam in foro utroque & poli & hominum : nec aliud Deum obſecro, quàm ut ſcribentis animum ueritatis auidiſſimum, ad eã
34 ipſam ueritatis rectitudinem proferat. Neq; † enim ſcientia hac noſtra ex animi affectibus uti debemus, aut æris cupiditate, aut amicorum uel propinquorum affectione aut potentiorum formidine . Quem unum ſcopum,ſi firmiter nobis propoſitum haberemus non totiens, arbitror,uarietatis leuitatem audiremus, non citra ſplendoris noſtri obſcurationem.Quòd ſi doctor. omnes ad unum ueritatis uiã adirent,non tot tantæq; opiniones , aut contradicendi aut gloriæ ſtudio philoſophiæ huius moralis decus deturpatum haberent.Dij faciant,ut prophetæ preces omnes conferamus: Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectũ innoua in uiſceribus meis. Nemini tamen mirabile futurũ ſit, quòd inter doctores non omninò conueniat de mortalium ſcientia, quando & illa Dei ipſius lex ſanctiſſima, & ſola ipſa uera & irrefragabilis impiè hodie(proh dolor)uertitur,in peſsimo Chriſtianorum malo.Deum obteſtor, ut ad eccleſiam ſuam reſpiciat, quod omninò futurũ ſpes eſt
35 non mediocris. ¶ Non omitto, † tamen circa hanc ſecundam limitationem, unam quæſtionem in practica utiliſsimam.

mam. Pone, ego produxi in iudicio unam ſcripturam minùs ſolennem, an ex tali productione, dicat eam approbare? Innocen. & Abb. in c. cùm uenerabilis. de exceptio. tenent, quòd non ſequitur Roma. in conſi. 294. Hæc confeſſio. ubi rationem adducit: quia producens inſtrumentum, cenſetur illud approbare & confiteri: prout in eo continetur. ſed in tali inſtrumento non ſolenni nihil effectualiter continetur, ex quo effectus probationis nullus eſt. & paria ſunt nihil contineri, uel contineri quidem, ſed id, quod cõtinetur apparere nõ poſſe, ob defectum probationis. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela. Eandem opinionem tenet Alexand. in conſ. 108. col. ij. in fin. uerſ. nec obſtat, ſi diceretur, libr. v. & in conſilio 124. colum. ij. lib. vij. ¶ Contrariam

36 † opinionem, quòd producens inſtrumentum non ſolenne (loquor de tali ſolẽnitate, quæ ſolùm reſpicit inſtrumẽtũ, non negotium principale: puta, quia careat inſtrumentum indictione & conſule) cenſeatur illud fateri: uoluit Bald. in l. alia. col. ij. uerſic. ſed pone, quòd quis confitetur. C. de his, quibus ut indig. ſequitur Deci. in c. cùm uenerabilis, col. 16. uerſic. quinta concluſio. de except. & ibi Felin. col. vij. in ij limitatione. Idem tenet Iaſ. in cõſ. 160. col. iij. poſt medium. lib. ij. ubi Iaſ. allegat Bal. in l. ij. in fin. C. de fideicom. libert. Addo ultra Moder. Alex. in conſi. 184. col. ij. uerſic. & poſito, quòd etiam aliquo modo lib. vij. ubi ſequitur Bal. in d. l. alia. Idem tenet Ange. in conſi. 132. Quidam Nicolaus. col. ij. ex quibus apparet opinionem Bal. eſſe ma-

37 gis communem. Et aduerte, † quòd producens ſcripturam non ſolennem, non ſolùm cenſetur approbare, quæ in ipſa ſcriptura continuatiue continentur: ſed ea etiam, quæ ſunt in loco ſeparato: puta ſolutionem debiti ſcriptum à tergo

38 ipſius ſcripturæ. Ange. in d. conſi: 132. ¶ Præmiſſa † tamen non procederent, quando produceret quis inſtrumentum non ſolenne, tanquàm ſolenne, & ageretur de facto alieno: quia talis productio tanquàm erronea non noceret: ut per

39 Ale. in dict conſi. 108. col. ij. in fi. lib. v. ¶ Sed † quid ubi defectus ſolennitatis reſpicit negotium principale, non ſcripturam inſtrumenti, an producens inſtrumentum cenſeatur fateri contenta in eo eſſe uera, adeò quòd talis confeſ-

ſio

ſio ſibi præiudicet. Puta produco inſtrumentum teſtamenti, quod habet ſolennia quidem inſtrumenti, ſed non ſolennia requiſita in actu teſtandi: puta, ſeptem teſtes, uel produco inſtrumentum alienationis bonorum minoris. quod habet ſolennia inſtrumenti, quò ad ſcripturam: ſed deficit ſolennitas extrinſeca requiſita in alienationibus rerum minoris. Inuocen. & Abb. in d. c. uenerabilis. quod ſic, & ibi Abb. in quarto caſu hoc intelligit, etiam quòd talis productio ignoranter facta ſit: quia producens crederet inſtrumentum & actum in eo contentum ualere. Si enim ſcienter, res eſſet ſine dubio. & ita etiam intelligit Dec. ibi, col. 16. uerſ. quarta concluſio. & hanc opinionem Innoc. ſequitur Roma. in dict. conſi. 294. Bal. in d. l. ij. in fin. de fideicom. liberta. ¶ Cõ
40 trarium † tenet Bald. in dict. l. alia. col. ij. quia non ſufficit ueritas ſine ſolennitate, id eſt quòd in rei ueritate teſtamẽtum ſit conditum, niſi ſolenniter fuerit conditum. & hoc ſequuntur Felin. & Deci. in d. c. cùm uenerabilis. Bald. etiam ſequitur deciſio. Neapolit. deciſio. 25. in fi. ubi, quòd ita fuit iudicatum. Idem tenet Corn. in conſi. 18. col. ij. lib. ij. ubi ſi quis fateatur codicillos eſſe factos, ſed cum pauciori numero teſtium, & ſic minùs ſolenniter, non præiudicat talis confeſſio: quia non ſufficit ueritas ſine ſolennitate. l. ſi ueritas.
41 C. de fideicom. & in † teſtamento, quòd non probetur per confeſſionem partis confitentis illud factum, ſed minùs ſolenniter, tenent Barto. & doctor. communiter in l. ij. C. de bon. poſſeſ. ſecundum tabu. ubi Deci. col. iij. Ripa in l. admonendi. col. 23. in fin. ff. de iureiurand. Itaque ſi expreſſa confeſſio non nocet: multò minùs tacita, quæ inſurgit ex productione inſtrumenti. ¶ Ex præmiſsis habes reprobatum utrunque dictum Innoc. in d. c. cum uenerabilis. Eſt uerum, quòd Bal. in d. l. alia. uidetur intelligere Innoc. ut loquatur ſecundum opinionem ipſius Bal. Tamen Deci. in d. c. cùm uenerabilis. aliter refert ipſum Inno. loqui. & quidẽ ſi Inno. uerba intueantur, non uidentur pati illum Bald. in-
42 tellectum. ¶ Sed quid in producente ſcripturam omninò priuatam, an illam cenſeatur approbare? Breuiter ſi teneamus opinionem Innoc. in d. c. cum P. tabellio. de fide inſtr. quòd expreſsè approbari non poſsit per conuentionẽ par-

tium expreſſam : multò minùs tacitè. & ita in producente ſcripturam priuatam, arguit Roma. in d. conſ. 204. col. j. in fi. uerſi. cæterum, & ſi ſecundò dicatur. Sed quia tenui opinionem contra Innoc. ſolutio iſtius quæſtionis dependet ex alia quæſtione ſuprà formata, quòd producens inſtrumẽtum minùs ſolenne, reſpectu ſolennitatis concernentis ipſum inſtrumentum, non negotium, principale, cenſetur ipſum approbare. Ideò eadem ratione dicendum eſt approbatam cenſeri ſcripturæ priuatæ fidẽ. & in producente ſcripturam priuatam, quòd cenſeatur eam approbare: tradit Angel. in coſilio. 132. Quidam Nicolaus. col. ij. ¶ Sed nun-
43 quid † talis approbatio ſcripturæ minus ſolennis, proſit etiam tertio abſenti? uideretur dicendum, quòd non: tanquam res inter alios acta: & quia confeſſio facta abſente parte ſolùm ſemiplenè probat, ut habetur in d. l. admonẽdi. & ſupra dictum eſt. Contrarium determinat Angel. in §. ſi uerò expreſſim. col. iiij. in authen. de hære. & falcid. ubi quòd approbatio inſtrumenti tanquàm ueri prodeſt omnibus ius prætẽdentibus ex eo inſtrumento, & quorum intereſt: licèt non fuerint præſentes illi approbationi: & poterunt agere contra ipſum approbantem, tanquam obligatũ ex tali inſtrumento. Idem dicit Angel. in approbatione teſtamenti facta per filium præteritum: quia prodeſt hæredi
44 inſtituto etiam abſenti. Ratio, quia † actus approbationis dependet à ſola uoluntate approbantis. quo caſu præſentia partis non requiritur. Bar. in l. Pomponius. col. ij. uerſ. Item ex eo. ff. de neg. geſt. & in l. à quo enim. ff. rem ratã haber.
45 ¶ non obſtat, quòd † confeſsio abſente parte, ſolùm ſemiplenè probat: quia illud procedit quando confeſſio directò tendit ad obligandum aliquem confitentem. Secus, ſi principaliter tendit ad approbandum aliquid, ex qua approbatione abſenti acquiratur obligatio. & iſtud dictum Ang. pro notabili refert & ſequitur Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. col. v. poſt medium. uerſ. Item pro cõcluſione Bal. ff. de ope
46 ris noui nuntiatio. & pro † hoc dicto Ang. facit Bar. in l. is poteſt. col. iiij. uerſi. nunc uideamus. ff. de acquirẽd. hæredita. in l. final. ff. de intetro. actio. Bal. in l. fin. C. de petitio. hæredi. Ang. in l. ſicut. C. de repu. hæred. ubi, quod declaratio

uoluntatis,

uoluntatis,facta cum uno,præiudicat quo ad omnes. ſequitur Dec.in conſil.35.col.ij. uerſic. & ſic patet ex prædictis. Ideò uidemus,quòd ratificatio actus fieri pôt abſente parte,& abſenti prodeſt: quia ſolùm dependet à uoluntate ratificantis:licèt ex tali ratificatione ratificans obligetur. Bar. in d.l.Pomponius.col.ii.de negot.geſt.& in d.l. quo enim. ff.rem ratam haber. Ale.in conſi. 126. in fin. lib. v. Abb.in c.Cumana.colum.iiij.de electio.Dec. in conſil. 286. col.ij. in conſil.297.col.ij.poſt medium.& in l.ſemper qui nô prohibet. nu. ix. in fin. ff. de regul. iur. Addo Ioan. de Ana.in
47 conſi.85.col.ij.poſt medium. ¶ Sed contra † prædicta adduco.Soc.in conſi.105.col.j.in fi. lib.iiij. ubi, quòd ratificatio facta in abſentia partis,ſolùm abſenti prodeſt, quando tendit ad declarandum uoluntatem ratificantis: ſecus,ſi ad obligandum ei,in cuius fauorem fit ratificatio: quia tunc requiritur partis præſentia.allegat Ang.in conſil. j. Anchar. in conſi.127.Ad dubia elicita.colum.ij.uerſ.non obſtat, ꝙ ratificatio. ¶ Sed iſtud dictum Socin.apertè côfunditur per dictum Ang.ſuprà alleg.in d.§.ſi uerò expreſsim. & contra iſtud dictum Socin. eſt communis opi.doct.uolentium ſufficere ratificationem fieri in abſentia partis:licèt ex actu ratificato ratificans obligetur. Nec obſtat dictum Ang. in d. conſi.j.quia Angel.ibi nihil loquitur de hac materia. non etiam ob Anchar.in d.conſi.127.quia Anch.loquitur,quãdo per ratificationem inducitur noua diſpoſitio: ita quòd non eſt mera declaratio uoluntatis: quia actus non fuerat geſtus in ſpecie nomine ipſius ratificãtis:ſed pro perſonis incertis. & ſic Anch. potiùs facit contra Soci. ¶ Non obſt.
48 † quòd ubi agitur de obligando requiritur partis præſentia: quia fateor, ubi nullus præceſſiſſet actus in præſentia, eius cui acquiri debet:ſed ubi præceſſit contractus præſente eo,cui acquiri debet,& ſolùm reſtat declaratio uoluntatis alterius abſentis,cuius nomine actus eſt factus, an uelit obligari: dico,quòd ſufficit talis declaratio uoluntatis per ratificationem,etiam parte abſente.Satis eſt enim, quòd ſemel fuerit præſens, & quòd appareat de eius animo, quòd uoluerit ſibi acquiri ex eo actu,non enim requiritur preſentia partis ad alium finem, niſi ut appareat de eius conſen-

ſu.Patet:quia ſufficit nuntius uel epiſtola.l. conſenſu. ff. de actionibus & obligationibus. Sufficit ergo, quò uerè appareat de tali conſenſu per præſentiam,quæ ab initio interuenit in ipſo actu ad quem poſtea retrotrahitur declaratio uo-
49 luntatis ſubſecuta.In declaratione † enim fit retrotrahitio, etiam,quod extremum ad quod,ſit inhabile. Ioan.And. in additio.Specul.in tit.de teſte.§.nunc dicendum. uerſi. nec etiam hoc, ſequitur Anto. de Butr. in capit. licèt cauſam. de probatio. ubi Felin. colum. xiij. in decima limitatione. Socin.in conſil. 97. colum. penult. in fin. libr. iiij. Dec. in conſil.25.colum.iiij. Curtius iunior in conſil. 121. col.viij.
50 poſt medium. ¶ † Sed quæro, circa præmiſſa, dictum eſt, quòd producens inſtrumentum minus ſolenne,aut ſcripturam minus ſolennem, cenſetur illam approbare, quid
51 † ſi aduerſarius contra quem fit productio,impugnat talem ſcripturam,an producens tenebitur illi ſtare, ut contra eũ fidem faciat? reſpondeo Bal.in l.ſi quis teſtibus.col.ij.uerſ. ſed nunquid producens.C.de teſtibus.& in d.l. alia. colum. j.uerſic.quæro nunquid ille.C.de his,quibus ut indig.quòd non præiudicat tacita confeſſio,quæ elicitur ex productione inſtrumenti:ſi aduerſarius,contra quem producitur,probat de contrario:quia tunc apparet de errore tacitæ confeſſionis.allegat Bal.Innocen. in d. cap. cùm uenerabilis. de exceptio. Amplius ſubdit Bal. quòd iſto caſu non eſt neceſſaria allegatio erroris in confitente: licèt ſecus dicat in cõfeſſione expreſſa: quia non ſufficeret probari eam erro-
52 neam,niſi error allegetur. ¶ Sed hic † aduertendum circa illud dictum Bal.quia non uidetur procedere,ubi inſtrumẽtum productum,eſſe minus ſolenne, & fidem non faceret. Tunc enim non uidetur neceſſarium,quod aduerſarius probet de contrario,ex quo inſtrumẽtum productum non probat.uidetur ergo loqui Bald.quando inſtrumentum productum eſſet ſolenne,quò ad finem probatoriam:ſed illud reprobatur de falſo.& probatur contrarium eius, quod continetur in ipſo inſtrumento. Sed adhuc iſto caſu dictum Bal. non ita ſimpliciter procedit:quia ſi quis producit inſtrumẽtum falſum ſcienter, etiam quòd illud impugnetur per aduerſarium,& de falſo redarguatur: tamen in odiũ producẽ-

tis ſcienter,adhuc uidetur probare contrà ipſum producen tem.& hoc in pœnam delicti: ut per Modernio. in d. capit. cùm uenerabilis.ubi Dec.col.16.in fine.uerſ.vj. & ult. con cluſio. ubi tamen dupliciter hoc limitat. ¶ Quid igitur
53 † producente inſtrumentum minus ſolenne, quod aduerſa rius ſimpliciter impugnat,reſpectu fidei probatoriæ, aliter non obijciendo falſitatem,nec probando de contrario: an tale inſtrumentum probabit cõtra producentem? Breuiter aut contra producentem lata eſt ſententia, & ſic eius confeſſio reſultans ex productione inſtrumenti reprobata eſt per aduerſarium,& iudicem & tunc non uidetur ſine dubio nocere talis confeſſio tacita: quia etiam non noceret expreſſa confeſſio, quæ ſimpliciter fieret ſine productione ali cuius inſtrumenti.cap.mulieri.ubi Innocen. & Abb. de iureiurand.& idem Innocen.in d.cap. cùm uenerabilis. Bald. in l.ſi quis in hoc genus.colum.ij.uerſ.quæro unum. C. de epiſcopis & clericis.& in l.j.col.pen.in fine, C.de cõfeſsis. Roman.in conſ.59.Ad diſcutiendum.col.finali uerſ.ij.principaliter me mouet.& in conſ.167. Antonius. col. j. in fine uerſ.Tertiò non obſtat confeſsio. Ad idem adduco glo. in authentic.item poſſeſſor.C.qui potior.in pignor.habe ubi, quòd confeſſus poteſt impugnare id,quod primo loco confeſſus eſt,quando contra confeſsionem ſuam lata eſt ſenten tia, & ibi,quòd hoc procedit etiam cum eadem perſona, ſequitur Bar.ibi & idem Bar.in l. Papinianus.§. ſed nec impuberis.col.ij.in j.oppoſit.ff.de inofficioſo teſtamen.Ale.in l. magiſtratibus.colum.ij. uerſic. non obſtat gl. ff. de iuriſdi.
53 om.iud. ¶ † Aut contra talem confeſsionem ſeu ſcripturã productam non eſt iudicatum, ſed pro ea ſententia dicta eſt, & tunc ſine dubio probat talis ſcriptura contra producentem:non ſolùm in fauorem partis, contra quam producta eſt:ſed etiã in fauorem tertij abſentis, per ſuprà dicta.
54 Et ſi dicatur, † quomodo probabit in fauorem aduerſarij, qui talem ſcripturam impugnauit? Reſpondeo, quòd non nocet impugnatio ex quo per iudicem non fuit admiſſa eadem ratione qua non nocet confeſsio per ſententiam iudi
55 cis reprobata. ¶ Sed punctus † eſt,pendente iudicio, antè quam talis confeſsio expreſſa uel tacita ſit reprobata, an

interim noceat producenti uel confitenti? Breuiter, pars, contra quam fit productio, quandiu impugnat inſtrumentum productum, ex eo ſe iuuare non poteſt. l. poſt legatum. ff. de his, quib. ut indign. reg. ex eo. lib. vj. ſed ſi uelit pars reuocare ſuam impugnationem, & initio inſtrumento producto, hoc facere poterit, Bar. in d. l. poſt legatum. colum. fin. Alexand. in conſil. 112. col. ij. lib. v. & in conſil. 91. col. ij. ad fin. lib. vj. Soci. in conſil. 158. col. ij. ad fin. uerſ. nec obſtat, ſi dicatur. lib. ij. Corn. in conſil. 229. Poſt redditum conſilium col. ii. lib. ii. Quod tamen non procederet, ſi confitens aut producens prius acceptaſſet impugnationem, & reſponſionem partis, recedendo ab eius confeſsione, aut productione. Cor. in conſi. 175. circa fi. lib. iiij. Quod tamen intelligerem, niſi impugnans uellet probare, de errore, & haberet probabilem cauſam impugnandi: quia in facto alieno & ſcriptura producta non eſſet authentica. tunc enim putarem admittendum ad probationem erroris, non obſtante, quòd confitens aut producens acceptauerit eius impugnationem.
56 ¶ Et licèt † Felin. in cap. imputari. colum. j. uerſic. ſeptima & ultima declaratio. de fide inſtrumento. dicat, quòd confeſsio contentorum in inſtrumento producto, directè reuocari non poteſt: quia confeſsio ſcripta non reuocatur: illud procedit, quando quis uellet eam reuocare ſimpliciter, ſine probatione alicius erroris: ſed ubi probatur error, ſemper poteſt reuocari, non obſtante, quòd confeſsio ſit redacta in ſcriptis. & etiam, quòd ſit iurata: ut latè per Socin. in conſil. 97. columm. ij. & iij. lib. iiij. Dec. in dicto cap. cùm uenerabilis. col. xv. uerſi. tertia concluſio. de exceptio. Iaſ. in l. j. in iij. not. C. de errore calcu.
57 ¶ Sed quid † in tertio abſente, an pendente iudicio in quo ſcriptura minus ſolennis producta eſt, poterit ſe iuuare in alio iudicio, inſtrumento producto contra producẽtẽ: & an producens poterit opponere de non fide probatoria, non obſtante eius productione & dicere, quòd nondum fuit iudicatum in cauſa, in qua produxit? Et quòd fieri poſſet, quòd pronuntiabitur contra ipſum inſtrumentum productum, quo caſu productio non nocet. Imò nec expreſſa confeſsio uideretur nocere confeſſioni tacitæ reſultanti ex produ-

productione, antè, quàm contra eiuſmodi inſtrumentum productum pronuncietur. Solum enim non nocet confeſſio expreſſa uel tacita, quando contra eam pronuntiatur ergo interim antè, quàm pronuntietur, ſtandum erit confeſſioni & productioni. & hoc uidetur tenere Abb. in dict. cap. mulieri. ante finem de iureiurand. ubi, quòd ante reprobationem non licet uenire contra confeſſionem, ut ſi ſecundum eam eſſet pronuntiatum, & ſic pendente iudicio, confeſsio habeatur pro uera, ac ſi ſecundum eam pronuntiatũ
58 foret. Sed in contrarium † facit: quia quo ad impediendũ intentionem partis, idem uidetur iudicandum de caſu dubio, quod de caſu certo: ideò debitum ſolutum pendente conditione, repeti poteſt, ac ſi conditio defeciſſet. l. ſufficit. ff. de condictio. indebit. & ſic ad impediendum agentem debitum dubium habetur pro indebito omnino. Similiter pendente dubio, an filius ſit in poteſtate, uel non patre exiſtente apud hoſtes, denegatur actio creditori, & obſtat Macedonianum. l. j. §. ſi pendeat. ff. ad Macedonianum. Imò ad impediendum actum, idem operatur pendentia litis, quod ſententia. l. Iulianus. in ſecundo reſponſo. ff. de condi. indebit. Imo. in conſi. 112. col. 3. Ideò pendente dubio, an pronuntietur contra inſtrumentum productum, impediri debet intentio tertij ſe fundantis in tali productione. ¶ Sed aduerte, quòd ſi in ueritate apparet illud inſtrumentum eſſe minus ſolenne, & is, contra quem producitur in alio iudicio, ab eo recedat, & reuocet productionem prius per ſe factam, putarem eſſe locum reuocationi, quando inſtrumẽtum minus ſolennẽ continet factum alienum: in quo probabilis cadit ignorantia. & quòd tunc habeatur perinde, ac ſi pronuntiatum eſſet contra tale inſtrumentum. quia
59 † habemus concluſionem iuris. Inſpiciendum eſſe, quod euenire poteſt, quãdo ueriſimile eſt illud euenturum. Bald. in l. fin. §. ſed quia. colum. fin. C. communia delegat. per tex. in l. ſi conſtante. in princip. ff. ſolu. matrimo. quod dictum refert & ſequitur Dec. in l. ſi idem cum eodem. §. ſi una. colu. ij. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſed ueriſimile eſt, quòd contra tale inſtrumẽtum minus ſolenne iudicabitur, ex quo reperitur non ſolenne: & pars illud impugnauit.

Idem

Idem uidetur dicendum, licet tale inſtrumẽtum contineat factum proprium ipſius producentis: per text. in dict. cap. mulieri. uideretur enim abſurdum, quòd producens teneatur ſtare inſtrumento & narratis in eo, quando contra illud fuit pronuntiatum. Eſt uerum, quòd ſi ueritas ita habeat, prout in ipſo inſtrumento continetur, non eſſet producẽs tutus in conſcientia uenire contra ueritatem, non obſtante tali pronuntiatione contra fidem inſtrumentis prout dici-

60 tur in dicto cap. mulieri. ¶ Sed † quæro hic, an producens ſcripturam aliquam, cenſeatur fateri non ſolum ea, quæ diſpoſitiuè ſunt prolata in ipſa ſcriptura: ſed ea etiam, quæ incidenter & enunciatiuè ſcripta ſunt? Bald. in dicto cap. cum uenerabilis. colum. penult. quòd ſolum cenſetur facere ea, quæ diſpoſitiuè prolata ſunt. ſequitur Alex. in conſi. 16. col. 4. uerſi. præterea etiam ſcriptura lib. v. Felin. in dict. cap. cum uenerabilis. colum. v. uerſic. limita duplici-

61 ter. ¶ Sed contrarium † quòd imò producens cenſeatur fateri etiam ea, quæ enuntiatiuè in ſcriptura producta narrantur, tenet Abb. in conſi. 52. colum. fi. uerſi. & præſertim, ut dixi lib. ij. per text. in cap. cum olim. de cenſib. Iſtam cõtrarietatem inter Bald. Alexan. & Abb. refert Iaſ. in l. ſi cui. ij. §. j. in fin. ff. de legat. j. nec aliter determinat more ſuo ſolenni. Placet mihi dictum Bald. quod approbant Alex. & Felin. Nec obſtat tex. in dict. cap. cum olim. de

62 cenſib. quia reſpondeo, quòd ibi agebatur † de probatione finium, in quibus ſufficiunt leuiores probationes, in tantum, quòd illa probatio finium ibi non reſultabat ex productione illius inſtrumenti facientis mentionem de finibus diœceſis, adeò quòd niſi Abbas produxiſſet ipſa inſtrumenta, illa non probaſſent contra producentem: imò idem præſupponit text. etiam ſi illa inſtrumenta fuiſſent ab alia parte producta & ita intelligunt glo. & doct. ibi generaliter, quòd fines probantur per uerba enuntiatiua inſtrumenti, emiſſa propter aliud etiam in fauorem producentis. Secundo, reſpondeo, quòd uerba enuntiatiua in dict. cap. cum olim. erant neceſſaria ad actum qui aliàs illæ compoſitiones factæ non eſſent. Limitatur modo illud dictum Bald. dict. cap. cum uenerabilis. duobus modis. Primò, niſi eſ-

tent

ſent uerba enuntiatiua ipſius producentis : quia cum ipſo negotium geſtum eſſet . dicta l. optimã. C. de contrahenda & committenda ſtipulatione . ita limitat Felinus , in dicto cap. cum uenerabilis . colum. 5. & latè dictum eſt ſuprà in materia uerborum enuntiatiuorum , quòd probant inter præſentes , inter quos geſtum eſt negotium . Secundo , limitat Decius in dict. cap. cum uenerabilis . colum. 13. in fin. uerſi. prædicta concluſio . niſi eſſent uerba enuntiatiua neceſſaria ad actum ipſius inſtrumenti : quia etiam illa uidetur producens fateri . & hoc modo procedat tex. in dict.
63 cap. cum olim . de cenſibus . ¶ Quæro † etiam , an confeſſio tacita reſultans ex productione inſtrumenti, poſſit reuocari : præſuppoſito , quòd inſtrumentum productum non fuerit impugnatum ? Innocen. in dict. cap. cum uenerabilis , tenet , quòd non ſequitur Anchara. in conſi. 223. Ad euidentiam præmitto . colum. j. circa finem . facit Calder. in conſi. ij. circa medium . in titul. de uſur. ubi , quòd ſicut non auditur quis contra confeſsionem expreſſam : ita nec contra tacitam, quæ reſultat ex eius taciturnitate : per tex. in cap. literas . de præſumptionibus . & in cap. unic. ut eccleſia. benefic. & in terminis productionis inſtrumẽti, quod reuocari non poſsit , etiam prætextu erroris : tradit Speculat. in titul. de inſtrumen. editio. §. uidendum. colum. iiij. uerſi. quid ſi aliquis . ſequitur Felin. in capit. imputari. col. j. uerſicul. vij. & ulti. declaratio . de fide inſtrumentorum .
64 ¶ † Sed contrarium , quòd imo reuocari poſsit talis confeſſio, prætextu erroris , probando de ipſo errore . tenet Bal. in conſi. 307. Proponitur , quod notarius . lib. v. Guido Papæ quæſtio. 131. & quæſtio. 403. uerſic. ſed iuxta præmiſſa quæro. ubi tamen Guido Papæ hoc intelligit , quando ageretur de facto alieno , in quo error eſt probabilis . & hanc opinio. quando indirectè quis uellet reprobare inſtrumentum productum, tenet Felin. in dict. cap. imputari. ſed aduerte : quia in exemplo Felin. directè uidetur reprobari inſtrumentum productum ex capite erroris , producendo aliud inſtrumentum : per quod appareat primum malè fuiſſe productum . Nam in effectu hoc nihil aliud uidetur, quã
65 directa erroris probatio . ¶ Sed † aduertendum : quia etiã

uidetur admittenda probatio erroris in facto proprio, quãdo agitur de damno euitando. Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſ. habetur in l. ſed & ſi me putem. ff. de condictio. indebit. & in l. error. C. de iuris & facti ignorantia. Alexan. in conſi. 69. col. penult. uerſi. Ad idem, quod notat Bald. lib. 5. Aretin. in conſi. 13. circa fi. uerſi. poteſt etiam dici. & in in conſi. 14. col. 5. uerſi. poteſt ergo dictus Marchio. Soci. in conſi. 143. Diu. col. 4. in fin. uer. præterea fortius. lib. j. & in conſi. 263. col. 6. uerſi. ſecunda ſpina lib. 2. Dec. in conſi. 63. col. 3. in fi. uer. comprobatur iſta concluſio. & in conſi. 402. col. 4. circa medium. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem in ſecundo not. C. de iuris & facti igno. Curtius iunior in conſilio 92. col. pe. poſt medium. ubi idem dicit, quando agitur de perdendo lucrum iam quæſitum, quia tunc dicitur tractari de
66 damno euitando. Hoc tamen † quod admittatur probatio erroris in facto proprio, quando agitur de damno euitando, uidetur intelligendum, quando error eſſet probabilis. Dec. in l. j. colum. ij. in fi. C. de errore calcu. & multò magis admitteretur error in facto proprio, quando tractaretur nõ de præiudicio errantis, ſed tertij. Dec. in c. ex parte j. in
67 quarto notab. de offic. deleg. Hanc tamen † concluſionem, quod in facto proprio toleratur error, quotiens agitur de damno euitando, intellige & limita, ut per Iaſ. in l. ſi res. col. vj. ſuper glo. in uerbo, ſi neſciat. ff. de legat. j. ¶ Non obſtat modò ratio Specul. in d. tit. de inſtru. edi. §. uidendum. ſuprà alleg. in contrarium. ſuper quo eſt imputandum producenti, qui potuit præuidere: quia reſpondeo, quod argumentum procederet, præſuppoſita ſcientia & lata culpa producentis, ſi ſciebat ueritatem aliter habere: ſed nos loquimur in errore probabili. Præterea, attenta ratione Specul. ſequeretur, quod confeſſio geminata & iurata reuocari non poſſet, quaſi ſit imputandum toties confitenti & iuranti: & tamen contrarium ſuprà probauimus. ¶ Am-
68 plius † quæro, an is contra quẽ producitur ſcriptura minus ſolennis, poſſit eam acceptare in parte & in parte non: etiã quãdo capitula ſunt ſeparata? Corn. in conſi. 81. col. penul. uerſi. & ſaltem uidetur ſtandum. lib. 4. quod fieri debet acceptatio in totum, aut in totum repudiari. allegat Ange. in l.

ſumptus.

ſumptus.C.de adminiſtr.tut. Contrarium ſentit Bart. in l. quædam.§. numularios.ff.de eden.Idem tenet Abb.in c. ij. de fide inſtr.& in conſi.36.col.fi.lib.ij.Roma.in conſi.346. col.1.Ange. in conſi. 304. Viſa dicta ſcriptura. Geminia.in conſi.9.in fin.Guido Papæ in d.q. 503. Iaſ.in repetitio.d.l. admonendi.colu.50.uerſi.quid tenendum.ff.de iureiurand. & ibi Ripa.colum.24.in fine.num.123. Iaſ.in l. non ſolum. §.morte.col.14.in fin.uerſic.hinc infertur notabiliter.ff.de operis noui nuncia.ubi Iaſ. rationem adducit: quia approbatio ſcripturæ dependet à poteſtate approbantis, ſeu acceptantis. Sed certe iſta ratio uidetur nimium generalis: quia ea attenta idem uideretur dicendum etiam in capitulis connexis. Idem tenet Aufre. in deciſio Tholoſa.quæſt. 491.colum.2.uerſi.adde, quod ſi liber. Ad idem adduco Alexandrum in conſi.186.col.3.uerſi.nec etiam habet obſtare,quod dicitur.lib.2.ubi,quòd approbatio in uno,non trahitur ad diuerſa. Ex quibus apparet iſtam opinionem eſſe

69 communem & de iure ueriorem. Limitatur † nunc iſta cõcluſio, ut non procedat in ſcriptura alicuius adminiſtratoris, puta in libro rationum tutoris: quia ſi aduerſarius uelit acceptare in parte, tenebitur ſtare in toto: & hoc propter unitatem officij. l. cum quæritur. ff. de adminiſtratio. tutor.& in iſtis terminis loquuntur Angelus & Corneus ſupra in contrarium allegati, & Angelus in dict. l.ſumptus, expreſſe dicit, quod excepto libro rationum adminiſtratoris in alijs ſcripturis poteſt fieri acceptatio in parte tantum, quando capitula ſunt ſeparata. Secundo, limitatur

70 † non procedere, quando aliud uideretur iudici cauſa cognita,& ex uerisimilitudine ac qualitate perſonæ ſcribentis, quod etiam in alijs partibus ſeparatis contineat liber ueritatem, puta ſi agatur de modica ſumma, & ſcribens ſit bonæ famæ. ita Baldus in conſi. 156. Cum duæ col. 2. lib. 3. & ſic ſecundum Baldum hoc totum uidetur reſidere in arbitrio iudicis. & hoc idem tenet Decius, licet Baldum non alleget in l.j.col.ij.C.de eden.& in dict.c.ij.colum.vj. poſt medium, uerſi. ſucceſſiuè Abbas. de fide inſtrument. ubi, quòd hoc totum reſidet in arbitrio iudicis, inſpecta

71 qualitate cauſæ & perſonæ. Tertio † limitatur in ſcriptura

priuata facta manu alicuius tertij: quia illa non poteſt in parte acceptari etiam in capitulis ſeparatis. Iaſon in repetitio.dict.l.admonendi.col.50.uerſi. quid ſi produco contra
72 te. ff. de iureiurand. Sed iuxta † prædicta, quæro de una quæſtione, plus quàm neceſſaria & utili in practica. Dictum eſt ſuprà, quòd is, contra quem producitur ſcriptura, poteſt eam acceptare pro parte tantum, quando continet plura capitula ſeparata, cum limitationibus tamen memoratis, quid in ipſo producente, an poſsit producere in parte,& parte non: & ſic pro parte ſolum approbare:ita quòd ſi inſtrumentum productũ reproducatur contra eum, illud poſſit impugnare in parte ſeparata? Guido Papæ in dict. quæſtio. 503.tenet, quòd ſic. & quòd ita fuit concluſum in camera conſilij. allegat doctrinam Bartol. in l.Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de liber,legat.Idem tenet Felin.in c.imputari.in fi. de fide inſtrumentor. Sed dubito plurimũ de iſto dicto Guido Papæ; nam ut ſuprà uidimus, producens inſtrumentum, cenſetur confiteri omnia, quæ diſpoſitiuè in eo continentur: nec diſtinguũt doctores an capitula ſint connexa uel ſeparata: imo loquuntur uniuerſaliter, quod cenſetur confiteri omnia in ipſo inſtrumento cõtenta. ita Decius alios latè referens in dict. cap. cum uenerabilis. colum. 13. uerſic. ſucceſſiue Abba. poſt Innoc. de exceptionib. Iaſon in l. j. §. editiones. colum. penulti. ff.de edendo: ſed qui uniuerſaliter loquitur, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de legat. iij. l. à procuratore. C. man-
73 dati, l. omnes. C. ſine cenſu uel reliq. & † plus eſt loqui uniuerſaliter, quàm generaliter, aut indiffinitè. Oldrad. in conſi. 268. Quæſtio eſt. circa principium, & in conſi. 300. Factum tale eſt magiſtro militi. colum. 2. circa medium. Bart. in l. generali. §. uxori. ff. de uſufruct. legat. Bald. in conſi. 395. Pro domino Dinaldo. colum. ij. poſt medium. lib. ij. Decius in conſi. 27. colum. fina. & alibi ſæpiſſimè, & adeò producens inſtrumentum illud cenſetur approbare, quòd non releuat proteſtatio, ſi dicat ſe illud producere in parte, & paſſibus facientibus pro ipſo producente tantum: quando aduerſarius non conſenſit eiuſmodi proteſtationi: ut per Decium, poſt alios in dict. cap. cum

uenera-

uenerabilis. colum. 14. uerſic. 2. ſupradicta concluſio limi tur. Iaſ. in dict. §. edititiones. colum. penulti. in fin. ff. de eden. in l. certi condictio. §. ſi numos. col. 8. uerſi. ad prædicta adde. ff. ſi certum petatur. in l. non ſolum. §. morte. col. 14. uerſi. ij. ad iſtam regulam adde. ff. de operis noui nunciatione, & in conſilio 27. colum. iiij. poſt medium, lib. 1. quicquid aliter uoluerit Socin. ſatis leuiter in conſi. 36. colum. final. lib. iij. Stringo fortius iſtud fundamentũ contra Guidonem Papæ. nam ſi non iuuat talis proteſtatio, cui aduerſarius contradixit, quid dicemus in caſu Guidon. Papæ, in quo nulla proponitur proteſtatio eiuſmodi? ¶ Se
74 cundo dico, quod Guido Papæ nimium generaliter † loqui tur. Pone enim, quòd inſtrumentum productum, ſit authenticum, & fidem faciat: quomodo poterit producens illud in aliqua parte impugnare, etiam in alio iudicio & cum alia perſona, niſi illud de falſo uelit redarguere, uel de errore eius probare: ſecundum præmiſſa. Aut inſtrumentum productum non erat authenticum & in forma probanti: & tunc producens, cenſetur illud approbare reſpectu fidei probatoriæ, quò ad omnia, ut ſuprà diximus allegando Bald. in d. l. alia. colum. 2. poſt medium. C. de his, quibus ut indig. & alios doctores de quibus ſuprà. Fides
75 † enim ſcripturæ, eſt indiuiſibilis: quia non poteſt inſtrumentum probare pro parte, & pro parte non. Bar. & doct. in l. ſi ex falſis. in fi. C. de tranſactionibus Bald. in conſilio 405. quæſtio, & lib. 4. Decius in cap. ad audientiam, colum. 2. circa medium, uerſi. 2. ampliatur dicta concluſio. de reſcriptis. Itaque uidetur concludendum, quod producens aliquod inſtrumentum minus ſolenne, quò ad fidem probatoriam, ſi illud reproducatur contra producentem, etiã per aliam perſonam & in alio iudicio, non uidetur, quod illud impugnare poſsit, niſi probando de falſitate, quando ignoranter produxiſſet, aut de errore: ſecundum ſupradicta. Nec obſtat doctri. Bart. in dict. l. Aurelius. §. idem quæſijt. allegata per dominum Guidonem Papæ: quia reſpondeo, quòd licet Bart. formet quæſtionem in inſtrumento. tamen eius doctrina loquitur reſpectu ſcripturæ priuatæ: ut patet ex l. Publia, ff. depoſiti. quam Bart. allegat

76 gat & in hac materia † eſt differentia inter inſtrumentum, & ſcripturam priuatam: quia fides ſcripturæ priuatæ, dependet à poteſtate eius, contra quem producitur: quia ſi uelit eam approbare, fidem faciet: alias ſecus. Ideò cum talis fides dependeat à poteſtate approbantis, poterit approbari in parte, & in alia parte ſeparata non: ſecus in inſtrumento, cuius fides dependet à lege. Iſtam differentiã ponit Alexan. in l. j. colum. iij. C. ut quæ deſunt aduoca. Iaſon licet Alexandrum non alleget in dict. §. morte. colu. 14. in fin. uerſic. hinc infertur notabiliter. ff. de operis noui nuntiatio. ¶ Sed dicet aliquis: iſta reſponſio procedit in eo, qui produceret inſtrumentum publicum & ſolenne quò ad fidem probatoriam: ſecus, quando inſtrumentum eſſet minus ſolenne: qui tunc uidetur in poteſtate partis, illud probare: uel non reſpondeo, quod imò non dependet à poteſtate partis eius approbatio, ſi impugnetur ab eo, contra quem producitur. Ideò ſi aduerſarius, contra quem producitur illud acceptet, etiam in alijs partibus, tunc ob conſenſum utriuſque lex dat fidem tali inſtrumento, ob id Alexander in dict. l. unic. & Iaſon in dict. §. morte cum miniſterio loquuntur in ſcriptura priuata, confecta à parte aduerſa: cuius approbatio omnino dependet à poteſtate producentis. Pars enim, quæ ſcripſit, & contra quam producitur, non poteſt contradicere & contrauenire eius ſcripturæ. l. generaliter. & authen. contra, qui propriam. C. de non numera. pecu. Ideò in tali ſcriptura priuata cõfecta ab aduerſario uolunt Alex. & Iaſ. ꝙ poſsit produci ab alia parte, cum illa proteſtatione in parte, & paſsibus facientibus pro ipſo producente. & quod iuuet talis proteſtatio. Iam uidemus, quòd etiam ſcriptura priuata non poteſt acceptari in parte tantum, quando eſt facta manu tertij: ut ſuprà diximus. poſito quòd idem iuris uideatur in inſtrumento

78 † non ſolenni, quòd in ſcriptura omnino priuata: & ſic ꝙ utrunque poſsit produci cum illa proteſtatione: tamẽ aliud uidetur, quando ſimpliciter fit productio ſine proteſtatione: prout in caſu Guidon. Papæ & ex quo ſemel ſcriptura fuit ſimpliciter & generaliter approbata, non uidetur, quòd amplius poſsit reprobari. reg. quod ſemel placuit. lib. vj. & inter-

in terminis tradit Bald. in l. unic. col.4.& 5. C. de confeſ-
ſis.in capitul.cum dilectus.colum.penulti.in fin.uerſi. item
recipiunt diuiſionem. de conſuetudi. Feli. in d. c. cũ uene-
nerabilis. col. 6. uerſi.5.& ultimus caſus eſt. de exceptio.
Et ſi benè conſideretur doctr. Bart. in d. §. idem quæſijt.
Bart. loquitur in eo, qui ſtatim ab initio aliquid acceptat
in parte,& parte non:quia ex poſtfacto non uidetur permiſ
ſa talis particularis & diuiſa acceptatio. Similiter Felin.in
d. cap. imputari. in fi. loquitur, quando ab initio produci-
tur inſtrumentum cum illa proteſtatione. Rectius tamen
ac longius altiusque ſpeculanti opinionem meam ſubiectã
79 eſſe uolo. ¶ Sed quatenus † in præcedentibus concluſum
eſt ex productione inſtrumenti minus ſolenni, quò ad fidẽ
probatoriam, illud cenſeri approbatum, ut fidem faciat
contra producentem, modo illud non fuerit per iudicem
impugnatum, aut reiectum: in contrarium adduco Alex.
in conſi. 124. colum. ij. lib. vij. ubi, quod producens in-
ſtrumentum, non uidetur fateri contenta in eo eſſe uera,
niſi quatenus ipſum inſtrumentũ probat.Ideò ſi inſtrumen
tum non probat,quia nõ habeat,niſi ſubſcriptionem unius
notarij, cum duo fuerint rogati, non nocet talis produ-
ctio, nec cenſetur producens confiteri contenta in ipſo in-
ſtrumento eſſe uera. allegat Bart. in d. l. poſt legatum.col.
ij.ff.de his, quibus ut indignis. Sed reſpondeo, quòd Bart.
80 ibi † loquitur,quòd non nocet confeſſio reſultans ex pro-
ductione quominus poſſit producens falſum dicere, & ſic
apertè uult Bart. quòd noceat productio, niſi probetur de
falſitate, aut errore contentorum in ipſo inſtrumento. Ex
quo apparet, quòd Alexan. nimium generaliter uoluit ex-
tendere & intelligere dictum Bartolum contrariando his,
quæ dixit idem Alexan. in dicto conſilio centeſimooctua-
geſimoquarto columna ſecunda uerſiculo & poſito, quòd
etiam aliquo modo libro ſeptimo ubi ſecutus eſt Baldus
in dict. l. alia. C. de his, quibus ut indignis. ¶ Aduerten-
81 dum † tamen in præmiſſis, quòd ſi quis producat appella-
tionem partis, quatenus facit pro producente, non tene-
tur recipere contra ſe uerba narratiua partis aut notarij:
ſecus in uerbis narratiuis ipſius producentis, in quibus ni-
H hil

hil releuat illa proteſtatio. Rota deciſion. 282. licet quis
82 in nouis. ¶ Rurſus † aduertendum, quòd concluſio ſuprà firmata, quòd illa proteſtatio: produco in parte & paſſibus pro me tantùm facientibus, non iuuat, quando aduerſarius non conſentit tali proteſtationi. non ita generaliter & ſimpliciter debet intelligi in omnibus inſtrumentis: ſed in illis tantum, quæ uel ſunt communia, aut quæ pars tenetur producere: puta quia in libello actoris fuerunt narrata. ita Alexan. in d. l. j. colum. iiij. uerſi. pro hoc facit, quia proteſtatio. C. ut quæ deſunt aduoc. par. iudex ſup.
83 & in d. conſi. 24. ante finem lib. vij. ¶ Ideò infertur † quòd ſi quis producit inſtrumentũ non confectum cum ipſo producente, ſed ad petitionem alterius, ita quòd illud non ſit commune inter partes, nec agens aut excipiens teneatur illud producere, poterit tale inſtrumentum produci cum illa proteſtatione: non obſtante contradictione aduerſarij.
84 Alex. in d. conſi. 124. ante finem lib. 7. ¶ Sed dum † Alex. uult non iuuare talem proteſtationem, quando eſſet inſtrumentum confectum cum ipſo producente. De hoc dubitat Felin. in dict. cap. cum uenerabilis. colum. v. in fin. uerſi. 1. eſt. de exceptio. & ſic uidetur uelle Felin. quòd tale inſtrumentum proprium poſſit produci in parte, & pro parte reprobari. Quod etiam expreſſe firmat Felin. in cap. im putari, in fine de fide inſtrumen. dicens ita eſſe communẽ opinionem. Sed quomodò poterit producens contrauenire facto ſuo proprio, niſi probetur error, eo caſu, quo ſuprà diximus, tolerabilem eſſe errorem in facto proprio, & in libro proprio producentis, quod non iuuet talis proteſtatio, tradit Paul. de Caſt. in conſi. 331. In cauſa Silueſtri.
85 colum. ij. lib. j. ¶ Præmiſſa † etiam concluſio, quòd proteſtatio non iuuat producentem, quando aduerſarius non conſentit proteſtationi, non procedit in actis, quæ poſſunt produci cum illa proteſtatione: ſecundum Calca. in conſi. 8. col. fi. poſt medium. Sed certè in actis contrarium uolunt docto. quòd produci non poſsint cum illa proteſtatione: ut per Felin. in d. cap. cum uenerabilis. col. 6. uerſi. 4.
86 caſus acta † dicuntur communia: ut habetur in d. l. j. §. editiones. ff. de edendo. Sed in iuribus communibus non
releuat

87 releuat illa proteſtatio, ut ſuprà diximus. ¶ Non † procedit etiam præmiſſa concluſio, quando producenti imputari non poteſt, cur non præuiderit, quid produceret: puta quia propter anguſtiam temporis, coactus fuerit producere iura ſua, quæ haberet in ſacculo: nam tunc poteſt producere cum illa proteſtatione, quatenus faciunt pro producente. Felin. in dict. capitulo imputari. in fine de fide
88 inſtrumentorum. ¶ † Sed quæro circa præmiſſa, aliquis produxit reſcriptum, quod aduerſarius impugnauit de ſubreptione, allegando tacitam fuiſſe ueritatem, nec fuiſſe expreſſa exprimenda, an tunc productio præiudicet producenti, ut non obſtante tali ſubreptione cenſeatur confiteri contenta in reſcripto eſſe uera? Dic, quòd ſic: quia diuerſa ſunt narrata in reſcripto ab his, quæ in eo dicuntur eſſe tacita. Ideò ſtant ſimul quod impetrans aliqua tacuerit, & tamen, quod narrata & expreſſa ſint uera. & quia impugnans reſcriptum ex capite taciturnitatis ueri, non dicitur impugnare narrata & expreſſa in ipſo reſcripto. & ita in terminis quæſtionis noſtræ tenet Ioan. And. in cap. cum in poſitionibus. de iureiurando. lib. 6. Sequitur Abb. in conſilio 38. colum. 2. lib. 2. Iaſ. in conſi. 116. col. 3. in fi. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Reuocare conſilium, & pœnitere an liceat, ſcriptura iam producta: teſtibus productis, iuramentoque illis delato. Tum, ne adhibitis & excuſsis in iudicio licitum ſit addere & detrahere.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam aliquam producens, an poßit dein eam reuocare, pœnitentia ductus.*

2 *Teſtes ſemel producti, an poßint reuocari.*

3 *Inſtrumento producto rogatu cuiuſpiam ſapientis, an poßit quid inde adijci, aut detrahere ab ipſo ſapiente.*

4 *Inſtrumentum non dicitur productum, quod in iudicio ſolùm allegatur.*

5 *Inſtrumentum allegans, aut illud narrans, an & quibus caſibus teneatur illud edere.*

6 *Inſtrumentorum productioni termino dato, intra terminum ſufficit fieri productionem uerbalem: realem poſt terminum.*

7 *Statutum loquens de inſtrumenti productione quomodo accipiendum. & num. 8.*

9 *Verba non ſufficiunt, ubi eſt facto opus.*

10 *Inſtrumentum non dicitur productum in iudicio realiter, niſi copia parti concedatur, à qua ſi denegetur, illud non probat. Et quid de mandato. num. 11.*

12 *Inſtrumenti productione facta tantum ad informandum iudicis animum, non iure debet eius copia parti tradi.*

13 *Teſtes deponentes ſolum de credulitate producens, an cenſeatur eorum dicta approbare quo ad plenam fidem.*

14 *Teſtes producens, deponentes aliquid acta ſeipſum, non ſolum de credulitate, ſed etiam de ſcientia & affirmatiuè, poteſt ne eas reprobare, adhibita in contrarium probatione: modo id ignoranter is fecerit.*

15 *Teſtes nominans, an uideatur eo ipſo, illos approbare.*

16 *Iura & acta an ſufficit ſimul & in genere produci: an uerò ſint omnia ſpecificè producenda. & nume. 17. 18.*

19 *Procuratoris comparitio generalis, pro omnibus meis cauſis coram uobis pendentibus, ualet. & num. 21.*

20 *Iurium quando dicatur incerta productio.*

22 *Expreſſum & certum quid etiam dicitur, per relationem ad aliud.*

23 *Scriptura priuata, approbata dicitur, parte, contra quam producitur, nihil opponente. & nume. 24.*

25 *Tacens in iudicio habetur pro conſentiente.*

26 *Procurator producens inſtrumentum mandati minus legitimi, pars nihil opponens, cenſetur illud approbare. Quid de teſtimonio patris pro filio, aut econtra. nume. 27. Quid de teſtimonio fratris pro fratre uxoris, pro marito. num. 28.*

29 *Tacens in iudicio, & non opponens contra partis proteſtationem, cenſetur illi proteſtationi conſentire.*

30 *Solennitas extrinſeca præſumitur interueniſſe in actu, quando defectus ſolennitatis non fuit à parte allegatus.*

31 *Taciturnitas plus operatur interdum in iudicio, quàm conſenſus.*

32 *Scripturam minus ſolennem eum approbare, qui contra nihil opponit, quomodo accipiendum. nume 33.*

34 *Fæmina, eſt quid uarium & ſemper mutabile, laborans contra*

commoda

commoda propria.

35 *Teſtes maſculi præferuntur fœminis, cæteris paribus.*

36 *Teſtium integritas & probata opinio an ſit probanda: uel à iure præſumatur & num. 37.*

38 *Teſtis qualitas, nempe grauitatis, aut peritiæ ſummæ, probanda. & num. 39.*

40 *Statutum ſi requirit bonam fidem in teſte, illa probari debet.*

41 *Bonæ fidei probatio, unde colligatur.*

42 *Scriptura quæ requirit trium teſtium & partium ſubſcriptionem ſi pars cuius ſubſcriptio requirebatur, non fuerit adhibita, tantum totum ipſa ſcripſerit; an ſufficiat. & num. 43.*

44 *Scriptura requirens partium ſubſcriptionem an contenta ſit earum ſigillo, loco ſubſcriptionis.*

45 *Sigillum ſubſcribentis non ſufficit, quando requiritur ſubſcriptio de ſolennitate & pro forma.*

46 *Sigillum quibus caſibus ſufficiat loco ſubſcriptionis, ad arguendum conſenſum an neceſſario debeat conſtare eſſe eius, uel mandato eius, cuius nomine fuit appoſitum.*

47 *Sigillans an teneatur atteſtari ſe illud ſigillum appoſuiſſet, & numero 48. 49.*

50 *Scriptura ſcripta aut ſubſcripta à partibus, & tribus teſtibus, an per ſe fidem faciat, ſine recognitione ipſorum teſtium.*

51 *Teſtium uno ex tribus ſubſcriptis, mortuo, an reliqui duo recognoſcentes ſuam & mortui ſubſcriptionem, ſufficiant, & numero 52. & 53.*

54 *Scriptura probat, ſubſcriptis teſtibus mortuis, modo facta literarum comparatione.*

55 *Probatio an plena inducatur ex ſubſcriptione teſtium, & partium, eis etiam mortuis. & num. 56.*

57 *Scriptura habens partium ſubſcriptionem, & unius teſtis tantum: & probata per comparationem literatum, etiam reſpectu ſubſcriptionis illius teſtis, an quid illa probabit.*

58 *Scriptura an etiam debeat eſſe confirmata ſubſcriptione trium teſtium, quando agitur contra ipſum debitorem principalem, qui negat illam ſcripturam eſſe ſuam an uero, quando agitur contra tertium tantum.*

59 *Teſtium ſubſcriptorum in ſcriptura, qualis recognitio eſſe debeat.*

60 Teſtium ſubſcriptorum debet eſſe nimis generalis & incerta recognitio.
61 Teſtes recognoſcentes ſuam ſubſcriptionem, debent etiam recognoſcere ſubſcriptiones ſociorum.
62 Partis, de cuius praeiudicio agitur, ſubſcriptio tantum, ſufficit in caſu l. ſcripturas. Limitat. num. 63.
64 Literarum comparatio in priuatis ſcripturis probat: excepta apocha.
65 L. Comparationes, an ſit correcta in epiſtola, & alijs ſcripturis priuatis. & nume. 67.
66 Apocha datur creditori à debitore: & remanet penes creditorem.
68 Epiſtola a parte ad partem tranſmiſſa, fidem ſibi facit per ſolam comparationem.
69 Scriptura priuata excepta apocha, probata per comparationem literarum, an fidem faciat contra tertium, licet non habeat partium ſubſcriptionem & teſtium.
70 Scriptura priuata, adiuta comparatione literarum, non probat, etiam ſemiplenè, contra tertium.
71 Teſtium confeſſio aſſeuerantium ſe uidiſſe talem ſcripturam fieri, an fidem faciat, non adiuta literarum comparatione.
72 Literarum ſola comparatio, an & quando plenè probet.
73 Factum & conuentio partium, quòd ex ſola literarum comparatione, fides detur apochae, modo de tali conuentione legitimè appareat, an ualeat.
74 Scripturarum comparatio quomodo & qualiter facienda ſit.
75 Scriptura, quam teſtes dicunt debitorem coram ſe confeſſum eſſe ſcriptam a tertio de partium uoluntate, ſe tamen non fuiſſe praeſentes tali ſcripturae, an probet.
76 Teſtium ſola recognitio, an probet in apocha.
77 Scriptura tertij facta utraque parte mandante, an plenè probet & an neceſſaria ſit partium ſubſcriptio. nu. 78.
79 Scriptura probatio quando fit ex recognitione teſtium, & comparatione literarum, an ſit etiam neceſſaria literarum comparatio, etiam quo ad ſubſcriptiones ipſorum teſtium.
80 Scriptura facta manu creditoris, ſubſcripta tribus teſtibus, ſine alia ſubſcriptione debitoris an fidem faciat, concurrentibus recognitione teſtium & comparatione literarum. diſtin. nume. 81.

82 Debitum

82 *Debitum ſatis plenè probatur ex confeßione debitoris, recognoſcentis ſuam ſcripturam.*

83 *Falſitas allegari non poteſt contra propriam confeßionem.*

1 QVAERITVR † etiam in hac materia, an producens aliquam ſcripturam, poſſit talem productionem reuocare, & pœnitere, uidens, quod facit contra producentem. Dic quòd non. Spec. in titu. de inſtrumentor.editio. §. uidendum reſtat. colum. 3. uerſic. quid ſi aliquis produxit. ſequitur Guido Papæ q. 131. in fi. & q. 243. ubi, quòd ita ſeruatur de conſuetudine: licet in contrarium de iure teneat Azo, ſecundum eum. Addo Rom. in conſi. 433. colum. fin. in ulti. dubio. ubi latè probat non eſſe locum reuocationi & pœnitentiæ poſt inſtrumentum productum: non tamen allegat Specu. ubi ſuprà. Iſtud tamen intelligerem, niſi producens diceret ſe erronee produxiſſe, & errorem probare: per ea, quæ ſupra dixi, quicquid ali-
2 ter dicat Speculat. in dict. §. uidendum. ¶ Sed quid † in productione teſtium: an poſſit reuocari, puta produxit quis teſtes, quibus delatum eſt iuramentum, modò producens non uult talibus teſtibus amplius uti, nec uult eos examinari facere. Aduerſarius autem uult, quòd examinentur. An poterit producens pœnitere? Dic quòd non: ſed debent teſtes producti examinari. Innocen. & doct. in cap. præſentium. de teſtibus, ſequitur Aretin. in conſi. 140. factum ſic proponitur. colum. 2. ubi idem fortius di-
3 cit, quando teſtes iam eſſent examinati. ¶ Quæro † etiam, notarius fuit rogatus de inſtrumento ad conſilium ſapientis, modò inſtrumentum fuit productum in iudicio, an poſt talem productionem poterit ſapiens aliquid illi addere aut detrahere? Dic quod non: quando ſimpliciter fuit productum, ſine aliqua reſeruatione ſapientis. Ita Paulus de Caſtro in conſilio 415. Viſo & examinato dicto puncto.
4 in ulti. dubio. lib. ij. ¶ Vlterius † quæro, an ea quæ in præcedentibus ſunt, circa productionem inſtrumenti, aut alterius ſcripturæ, locum habeant in productione reali uel uerbali tantum: quando quis uerbo tantum inſtrumentum producit? dic quòd procedunt in reali productione tan-

tum: quia non dicitur productũ inſtrumentum, quod in iudicio ſolum allegatur. Ita Bal. in cõſi. 110. Decreto domini. circa finem, lib. 1. & ſic qui uerbo tantum inſtrumentũ produxit, illud allegando poterit pœnitere. & ab eius reali pro
5 ductione abſtinere. ¶ † Sed tamen aduertendum, quòd licet quis inſtrumentum realiter non produxerit, ſed uerbo tantum allegauerit, non per hoc uidetur locus pœnitentiæ. Imò allegans inſtrumentum, aut illud narrans in multis caſibus tenetur illud edere: iuxta ea, quæ habentur in l. j. §. edenda. ff. de eden. & latiſsimè per Moder. in cap. j. extra de probat. Eſt uerum, quòd per ſolam oſtenſionem inſtrumenti factam iudici, non tenetur oſtendens illud exhibere. Abb. in c. imputari. in ſecundo nota. de fide inſtrumen-
6 torum. ¶ Aduerte † tamen, ad unum effectum iſtius productionis uerbalis: quia ſi ex forma ſtatuti terminus datur productioni inſtrumentorum, ſatis uidetur, quòd intra terminum fiat productio uerbalis, & realis fieri poterit poſt terminum. Ita Paul. de Caſt. in conſi. 247. In cauſa quæ uertitur Saona. col. 2. circa medium. lib. 1. ſed contrarium &
7 melius decidit Rot. deciſi. 815. in antiquis. Statutum† enim loquens de productione debet intelligi de productione reali & cum effectu. l. 3. §. 1. ff. quod quiſq; iuris. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum, qui l. 3. ff. de teſtam. milita l. 2. in fi. C. commu. de leg. cap. relatum. de cleric. non reſid. mens enim legum eſt non diſputare uerbaliter, ſed determinare realiter & in effectu, alias de facili fieret fraus leg. Bal. in rub. ff. de rerum diuiſione. circa finem, quod dictum pro egregio commendat Iaſ. in conſi 199. col. 2. lib. 2. ſed magis in terminis facit, quod ſcribit Rom. in conſi. 76. In cauſa nobilis uiri. colum. fin. uerſi. præterea. non obſtat, quòd dicitur, ubi
8 ſtante ſtatuto, quòd † contra inſtrumentum guarentigiæ debeat opponi intra quindecim dies, intelligitur ſtatutum, quòd etiam oppoſitio probetur intra illos quindecim dies allegat Bar. in l. ſi is à quo. ff. ut in poſſeſ. legat. & ſic intelligi debet ſtatutum de oppoſitione reali & effectuali: quæ probetur intra illum terminum, non de uerbali, quod ſufficiat uerbaliter opponere intra terminum: licet probatio fiat poſt terminum. Nec obſtat, quod dicit Paul. ſatis eſſe,

quod

quod teſtes iurẽt in termino:licet deponant poſt terminũ. Quia ratio eſt:quia examinatio & depoſitio teſtium,refertur & retrotrahitur ad tempus iuramenti,& ſic cenſetur facta in termino. Quæ ratio ceſſat in productione reali facta poſt terminum:quia illa non poteſt referri ad tempus productionis uerbalis:cùm talis productio uerbalis, nihil fit:
9 quia † ubi opus eſt facto,uerba non ſufficiunt. l. domiciliũ. ff.ad munic.l.alimenta.C.de nego. geſt. l. acceptam.C. de uſur.l.fin.C.de uſu pupil.c.j.de eo qui mitt.in poſ.ſed ubi teſtes iurant in termino,ibi interuenit factum. ob id Pau.arguit ex diuerſis, & ſeparatis in ratione. ¶ Aduertendum
10 † hic tamen eſt,quòd non ſufficit inſtrumentum realiter in iudicio produci,niſi eius copia parti,concedatur: aliàs productum dici non poteſt, ſi copia à parte denegetur: conſequenter tale inſtrumentum non probat.l.fin. ubi Sali. C.de fid.inſtr.Bar.in extrauag.ad reprimendum.in uerb. de plano.refert Rip.in l.quod te.col.20.circa med.ff. ſi certũ pet. Addo Rom.in conſ.156.Honorãde domine.col.j.uerſ.quartò præmitto.& in conſ.519. Socin. in conſil. 105.col.j.poſt med.lib. iiij. Idem ſi producens inſtrumentum illud ſtatim reportat:quia non probat.Spec.in titu.de inſtru. edit.§.uidendum.& ibi Ioan.Andr.Corne.in conſi.57. colum. ij. ad fin.lib.iij.& quod ſcribit Areti. in conſil. 110. Clariſsimè.
11 col.ij.ubi quòd non † dicitur mandatum productum, niſi illud regiſtretur in actis: licèt appareat in actis illud fuiſſe productum.ſequitur Cur.Senior in conſ.77.Super motiuis.
12 col. j. in fin. ¶ Præmiſſa † tamen non procedunt in productione ſimplici, quæ non fit ad effectum probationis,ſed tãtum pro informatione animi iudicis, puta ad tollendũ aliquam ſuſpicionem, quam iudex fortè contra producentem concipere poterat.In tali enim productione nõ requiritur, quòd parti detur copia.Bal. in l.ſi quando.q.ult.C.de teſti. Roma.in d.conſi.519.in princip.Guid.Papæ quæſtion.241. Idem quando fit productio ad effectum,ne tranſeat tempus præfixum à ſtatuto ad producendum: quia talis productio fieri poteſt etiam parte non citata:ut per Iaſonem in l.j.cir
13 ca finem.C.quand.lib. princi.datus.¶Sed quæro † ulteriùs: Aliquis produxit depoſitiones teſtium, qui ſolùm depoſuerunt

runt de credulitate eorum, an cenſeatur approbare eorum dicta, quò ad plenam fidem? Roma. in conſ. 104. Pater reuerende. in fi. quòd ſic, quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Iaſ. in conſi. 57. colum. iiij. in fi. lib. j. ¶ Sed aduerte: quia iſtud non uidetur ita ſimpliciter intelligendum:
14 † ubi enim producit quis teſtes nondum publicatos, quorũ dicta ignorat, licèt cenſeatur approbare eorum perſonas: non tamen cenſetur approbare eorum dicta. Ideò ſi teſtes producentis eſſent contrarij, ſtatur teſtibus melioribus. & poteſt aliquorum dicta approbare, & aliorum reprobare. Ita Baldus in cap. in noſtra. uerſi. tertius articulus. de teſtibus. tradit idem Bald. in l. bonæ fidei. columm. fina. C. de rebus creditis. Sequitur Alexand. in conſi. 66. colum. penult. in fin. uerſicul. Item non obſtat, ſi diceretur. lib. j. Ideò ſi teſtes producentis aliquid deponerent contra eum; non ſolùm de credulitate, ſed etiam de ſcientia & affirmatiuè poſſet producens reprobare talia dicta probando de contrario, quando ignorans talia dicta produxiſſet. Secus ſi ſcienter quis produceret dicta teſtium, puta poſt publicationẽ. Felin. in d. ca. imputari. colum. j. uerſicu. quarta declaratio. de fide inſtrum. ubi, quòd tunc æquiparantur productio atteſtationum & inſtrumentorum. ¶ Nec illud omitto,
15 † quòd producens teſtes, adeò cenſetur eorum perſonas approbare: quòd non poteſt contra eos opponere, ſi ab altera parte producantur, licèt non fecerit eos iurare, nec examinare: quia eo ipſo, quòd nominauit, uidetur approbaſſe. Baldus. in l. j. §. beſtias. ff. de poſtul. cum ſimili. ut per Curti. Se-
16 niorem in conſ. 56. col. iij. in fin. ¶ Hic etiam † quæritur in materia productionis, an ſufficiat productio generalis: puta produco iura mea uel documenta mea. Dic quòd non, niſi talis generalitas certificetur per relationem ad aliud: puta produco iura, quę in ſacculo habeo: ut per doct. in dict. c. imputari. de fid. inſtrum. Deci. in c. paſtoralis. colum. vj. uerſic. &. quod dictum eſt de exceptione generali. de exce. Quod tamen non procederet, quando talis productio fieret cum proteſtatione, quatenùs faciunt iura pro producente: quia tunc uidetur productio incerta: ſecundum Ant. in d. c. imputari. Calca. in d. conſi. viij. colum. fi. circa med. Iaſ. in l. Titię.
textores.

textores.col.ij.uerſic. iij.adde. ff. de leg.j. ¶ Contrarium
17 † quòd non ualeat talis productio generalis iurium, quæ quis habet in ſacculo:licèt ſimpliciter fiat ſine illa proteſtatione,quando aduerſarius contra quem fit productio, opponi de generalitate:tenet Barb.in conſ.viij.in ultimo dubio. lib.j.Ad quem ſe remittit Deci.in l.ij.colum. vij.poſt med. C.de eden.Idem uoluit Bertach.in prima parte ſui repertorij,in uerbo:acta.uerſ.lxxvij.ubi,quòd non ſufficit producere acta ſimul in filza & in genere: ſed omnia ſunt ſpecificè producenda:allegat Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune. colum.x.uerſi.ij.quæro utrum in caſibus.ibi: ſit tamen cautus.ff.de acquir.poſſeſ.Alex.in d.l.ii.in fin. C. de eden. Idē tenet Aufrerius in deciſionibus Tholoſa.q.clxxxviij. ubi, quòd non ſufficit proceſſum in genere producere, niſi acta ſpecificentur.Allegat Bart. in d.§.nihil commune. Addo Specu.in d.tit.de inſtrumen.edi.§.uidendum.colum.j.uerſ. quid ergo. ubi, quòd non ualet productio quatuor aut quinque inſtrumentorum,niſi illa ſpecificentur:quia non poteſt dici fuiſſe producta magis iſta,quā illa. quod dictum ſequitur Corn. in conſi. xiiij. ad fi. lib. ij. ¶ Sed puto primam
18 † opini.ueriorem, quòd ſufficiat productio generalis iurium, quæ quis habet in ſacculo:modò ſimpliciter fiat, & ſine illa proteſtatione, quatenus faciunt pro producente. Quam opi.tenet Anto.in d. c. imputari. ſequitur Felin. ibi poſt Abb.&.Imol.per eum allegatos, ſequitur etiam Calca.in d.conſ.viij.colum.final.Decius in d.c.paſtoralis. col.
19 vj.de exceptio.Et † confirmatur iſta opin.ex dicto Bart. in l.accipientis.ff.de author.tuto.ubi, quòd ualet comparitio generalis procuratoris: compareo pro omnibus meis cauſis coram uobis pendentibus: quia non dicitur incerta talis comparitio:cum certificetur per relationem ad aliud,id eſt cauſas pendentes.Eodem modo non dicitur incerta productio, quando certificatur per relationem ad iura, quæ ſunt
20 in ſacculo. Eſſet autem † incerta productio, quando quis non produceret omnia iura exiſtentia in ſacculo:ſed ea tā-
21 tùm,quæ faciunt pro producente. ¶ Nec † procedit reſpōſio Barba.ad dictum Bar.in d.l.accipiētis. quod in caſu Bar. comparitio non eſt incerta: quia illa reſponſio confun-

dit dictum Barb. cùm etiam in productione iuriũ, quæ ſunt in ſacculo, nulla ſit incertitudo: imò eadem & tanta certitudo, quæ eſt in comparitione procuratoris per relationem ad aliud. ¶ Non obſtat, quod dicit Berta. in d. uerbo: acta. quia reſpondeo, quòd Bart. & Alex. per eum allegati nihil dicunt de eo, ad quod allegantur per ipſum Bertachinum. Solùm enim dicunt neceſſariam eſſe reproductionem actorum in alio iudicio. Sed quod reproduci debeant in ſpecie, & quòd non ſufficiat productio generalis, quæ tamen certificetur per relationem ad aliud, hoc non dicunt. Sic etiam malè allegatur Bartol. per Aufrerium, qui fidem Bertachi. ſimpliciter ſecutus eſt. Aliter etiam reſpondeo, quòd ſatis in ſpecie dicitur fieri productio, quando illa ſpecifica-
22 tur & certificatur per relationẽ ad aliud. Expreſſum† enim & certum quid dicitur, per relationem ad aliud. l. prætor ait. §. ſi iudex. & l. in ſumma. §. j. ff. de re iudicat. l. penult. C. de ſent. quę ſine certa quanti. pro. Domi. in capit. prętereà. in tertio nota. 23. dict. & per moder. in dict. §. ſi iudex. ¶ Nõ obſtat dictum Specul. in dict. tit. de inſtrument. editio. §. uidendum. col. j. uerſicu. quid ergo. quia reſpondeo, quòd in quæſtione Speculatoris, productio erat omninò generalis, & incerta: non ſpecificatis inſtrumentis per ſe, nec per relationem ad aliud: adeò quòd ſciri non poterat, quæ eſſent illa quatuor aut quinque inſtrumenta producta. Ideò ſi producens diceret: produco quatuor aut quinque inſtrumenta, quæ teneo præ manibus, uel quæ apud notoriũ actorum relinquo: uel quæ ſunt in hoc ſacculo, ſine dubio putarem non procedere dictum Speculat. ¶ Viſum eſt
23 † in præcedentibus & circa hanc ſecundam limitationem, quòd ſcriptura priuata fidem facit, quando eſt approbata à parte expreſsè uel tacitè producendo eam. Sed nunquid dicatur approbari ſcriptura priuata, ex eo, quòd pars contra, quam producitur, nihil opponit contra eam. Bald. in l. fin. in ſecunda oppo. C. ſi certum petat. quòd non: contra Ioan. de Aret. Sed idẽ Bal. in l. ſi ex cautione. in quarta quæſtio. C. de non numerata pecun. quòd ubi producitur ſcriptura continens confeſſionem rei, quòd niſi reus illam neget, aut contra eam opponat, cenſetur illam approbare: adeò quòd

confeſsioni ſuæ contrauenire non poterit. Iſta duo dicta Bald. malè conuenientia citat Alexan. in apoſtil. ad Bart. in l. quo enim. §. j. ff. rem ratã haber. dicens eſſe bene not. nec aliter ſoluit difficultatem. ¶ Quid tenendum? mihi ma-
24 gis † placet opin. Iacobi de Are. quòd cenſeatur approbata ſcriptura priuata, non opponendo, quam opi. tenet Anto. de Butr. poſt Hoſti. in c. quoniam contra. de prob. refert & ſequitur Ale. in conſi. 185. in fi. lib. vij. Bertach. in tertia parte ſui repertorij in uerbo: ſcriptuta. el. j. uer. 137. & pro hac opinione facit Guido Papæ. q. 221. colum. fin. & q. 404. ubi, quòd exemplum inſtrumenti minus ſolenniter ſumptum, ſidem facit, parte non opponente. eſt uerum quòd loquitur Guid Papæ de ſtylo curiæ parlamenti. Sed idem puto de
25 rigore iuris: quia † tacens in iudicio, habetur pro conſentiente. c. ij. de appel. lib. vi. Bart. in l. unic. C. de relatio. Veronenſis cautela. 67. Eſt dubium. Deci. in d. c. quoniam contra. col. 19. uerſ. & prædicta concluſio. & in c. intimaſti, col.
26 ij. de appella. ¶ Et ſi † dicatur, præmiſſa procedunt in actu iudicis, cui partes tacendo & non opponendo cenſentur acquieſcere: ſed nos loquimur in actu: quia actus iudicis contra quem non opponitur, tranſit in rem iudicatam. reſpondeo quòd idem uidetur in actu partis. Nam uidemus, quòd ſi falſus procurator producit inſtrumentum mãdati minus legitimi, & pars non opponat, cenſetur mandatum approbare. Bar. & doct. in l licèt. ubi Iaſ. colum. pen. in tertia fal-
27 lentia. C. de procu. ¶ Similiter † pater non poteſt eſſe teſtis pro filio, nec econtrà. l. parentes. ubi gl. & doct. C. de teſtibus. & tamen ſi pars non opponat, admittitur teſtimoniũ patris pro filio. Bart. in l. qui teſtamento. §. quæcunque. col. pe. ff. de teſt. refert & ſequitur Decius in l. qui iuriſdictio-
28 ni. ad fi. de iuriſ. om. iud. Idẽ † in teſtimonio fratris pro fratre & uxoris, pro marito: quòd admittitur parte non opponente. Spec. in tit. de teſt. §. j. uerſ. quid ergo ſi aduerſarius. ſequitur Rip. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. col. iij. ff. de dãno infecto. Aufrerius in deciſio. Toloſa. q. iiij. col. pen. in fi.
29 ¶ Similiter † tacens in iudicio, & non opponens, contra proteſtationem partis, cenſetur ipſi proteſtationi conſentire. glo. in l. ſi fideiuſſor. in prin. in uerbo: recuſare. ff. qui ſatiſda,

tiſda.cog.Bald.in conſi.318.Practica ciuitatis.col. j. in fin.
lib.j.Præpoſi.in c.ſollicitudinem.col.21. in ſexta fallentia.
de appellatio. car. 66. ¶ Similiter ſolennitas extrinſeca
30 † præſumitur interueniſſe in actu, quando defectus ipſius
ſolennitatis non fuit à parte allegatus. Compoſt.in capit.
cùm dilectus.de conſuetu.Matheſilan. nota.xiij. Anton. &
Imol.in cap.ſicut.de re iudi.refert & ſequitur Socin.in cõſ.
270.colum.iij.uerſic.& hoc maximè.lib.ij.Eodem modo di
cendum eſt,quòd præſumatur ueritas ſcripturæ priuatæ: id
eſt,quòd in ueritate geſtum ſit negotium,prout in tali ſcri-
ptura cõtinetur, poſtquam pars nõ oppoſuit. Pro hoc,quod
ſcribit collegium doctor.Bononiæ inter conſi. Curtij ſenio
ris,in conſi.v.colum.xiii.in fi.uerſi.iiij.quia ubi,quòd agẽs,
ut agnatus debet obtinere, licèt non probet ſe agnatum,
quando nõ fuit in ſpecie oppoſitum.& ſic fortius uult,quòd
non ſufficiat oppoſitio generalis: de quo tamen dubitarem
ſtante oppoſitione generali. Eſt uerum, quòd contra doct.
Bononiæ uidetur deciſio Cardi.in conſ. lxxij. quem ſequi-
31 tur Deci.in conſi.lxj. poſt princip. ¶ imò fortius, † quan-
doque operatur taciturnitas in iudicio, quàm conſenſus ex
preſſus: Patet: quia ſubſtantialia iudicij,expreſsè remitti
non poſſunt: & tamen remittuntur tacitè,nõ opponendo.
& per Decium in l.unum.col.pen.ff.ſi cert.petat.Iam uide
mus generaliter, quòd non opponens in iudicio ius ſibi cõ-
petens,illi cenſetur renuntiare.c.ſuper literis. de reſcri. c.
cùm olim.j.de offic.deleg.quæ duo iura ad hoc citat Præpo
ſitus in cap.ſi duobus.colum.ij.in princ.de appell.char. 14.
tradit Calca.in conſ.xvj.colum.ij.circa med.& colum.ſeq.
Deci.in l.ſi per errorem. col. ij. uerſ. v. fallit.ff.de iuriſd.
32 omn.iud. ¶ Hanc † tamen opin. quòd non opponens con-
tra ſcripturam minus ſolennem cenſetur eam approbare:
intelligo, quando quis non opponeret expreſsè nec tacitè
ipſo facto: ſecus,ſi facto opponeret:puta petendo ſe abſolui
à petitis partis, uel quòd concluſa per partem fieri non de-
bent. Nam ſatis uidetur opponere contra producta per par
tem. ſi enim approbare uellet, non poſſet ita petere: quia
ſtante ueritate ſcripturæ productæ deberet condemnari,
non abſolui.l.Paulus reſpondet non tantùm uerbis. ff.rem

rat.

rat.hab.cum ſimil. ¶ Ex præmiſſis locupletem abundè habes hanc ſecundam limitationem, quòd ſcriptura priuata fidem facit, quando fuit approbata à partè expreſsè uel tacitè eam producendo, aut contra eam nihil opponendo.
33 ¶ Tertiò † limitatur memorata concluſio, niſi talis ſcriptura ſit ſignata aut ſubſcripta à partibus, & tribus teſtibus integræ & probatæ opinionis. l. ſcripturas. in fi. C. qui potior.
34 in pigno. hab. ¶ Sed † ad intelligentiam iſtius tertiæ limitationis, de pluribus quæro. & primò, in caſu dict. l. ſcripturas. an ſufficiat ſubſcriptio trium teſtium fœminarum. Bal. ibi tenet, quòd non: quia text. requirit ſubſcriptionem uirorum. ſequitur Deci. in c. quoniam. col. ij. in fi. uerſ. ſecũda concluſio. de teſtib. & in c. ij. col. ij. de fide inſtru. ubi, quod opi. Bald. communiter approbatur. Idem tenet. Soci. in cõſ. 274. colum. ix. uerſi poſtremo dico. lib. ij. Iaſ. in l. ſi quis id, quod. colum. v. in decima limitatione. ff. de iuriſdi. omn. iud. quicquid in contrarium arguat idem Iaſ. in l. j. colũ. ij. poſt med. ff. de legibus, ubi, quòd uerbum uirorum, uidetur appoſitum gratia frequentioris uſus: non quòd per hoc cenſeantur excluſæ mulieres. Quod tamen fuit argumentum Ale. in l. j. ff. de uerbo. ſignifi. in apoſtil. ad Bartol. quem Iaſ. obticuit. ſed Alex. ſequitur Bertachi. in ſuo repertorio, in uerſic. ſubſcriptio. uerſicul. 34. Sed reſpondeo, quòd imò text. ibi non loquitur de uiris, gratia frequentioris uſus, ſed cum miniſterio: quia in dubio uerba debent cenſeri appoſita cum miniſterio alicuius operationis. l. ſi quando. ff. de legat. j. l. j. in princip. & ibi nota. ff. quod met. cauſ. l. j. in fin. cũ
35 ibi nota. ff. ad municipalem. ¶ Rurſus † quando lex non conſtituit differentiam inter maſculos & fœminas in teſtimonijs ferendis, loquitur imperſonaliter de teſtibus, quod eſt uerbum commune tam maſculis, quàm fœminis. Cùm igitur d. l. ſcripturas. loquatur de tribus teſtibus uiris, apertè uidetur excludere fœminas. l. cùm prætor. in princip. ff.
36 de iudic. l. maritus. C. de procurator. ¶ Tertiò, quòd † illa l. ſcripturas. cum miniſterio loquatur de uiris, & ſic de maſculis, euidenter probatur: quia uult quòd illi tres teſtes ſint probatæ & integræ opinionis: quæ integritas haud ita facilè in mulieribus inuenitur. quia uarium ſemper & mutabile

tabile genus fœmina.c.forus. circa fin. de uerbo. ſignif. & quòd in muliere non cadat integritas intellectus, uidetur text.in l.j.in fin.ff.qui petant tuto. Ad idem tex.in l.j.§. fin. ff.de edend.ubi mulier,& minor æquiparantur. Ad idem facit, quòd mulier ſæpè laborat contra propria commoda.l. iiij.in fin.C. de ſponſal. quanto magis poterit laborare contra commoda aliena? Ad idem tex. l. imperialis in principio.C. de nuptijs. ibi:lapſus mulierum, ſexus imbecillitate.fragile enim & mutabile eſt mulieris conſilium.gl. in l.j. C.de confir.tutor.Iam in mulieribus infirmum eſt & inualidum conſilium,ob id de facili ſeducuntur. l. cuius bonis. poſt med.ff.de cura.furio.Iaſ.in conſi.204.colum. 200.poſt med.lib.ij.Fortiùs Aquenſis in dict.l.j. ff. de legib.appellat omnes mulieres fatuas.quod tamen dictum non placuit domino Rebuff.in procemio concord.col.29. nec nobis etiam
37 arridet. ¶ Ex † præmiſſis infertur, quòd ubi tex. in dict. l. ſcripturas. expreſsè non loqueretur de uiris, adhuc tamen de ſolis uiris uideretur fortè intelligendum, propter illam qualitatem, quod oportet tales tres teſtes eſſe probatæ atque integræ opinionis: quæ qualitas non æquè in fœminis cadit,atque in maſculis.Ideò cęteris partibus teſtes maſculi præferuntur fœminis.Bald. in conſil. 455. Quis meliùs.
36 lib.iiij. ¶ Secundò † quæro in hac tertia limitatione, quando ſcriptura priuata reperitur ſubſcripta tribus teſtibus maſculis,an debeat probari, quòd illi tres teſtes ſunt probatæ & integræ opinionis: an uerò iſta qualitas à iure præſumatur? Videretur dicendum prima fronte talem qualitatem præſumi:quia bonus quilibet præſumitur.l. merito. ff. pro ſocio.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de probationib. l. ſi quis ſeruum.ff.de.ſeruo corrupto.l.item,apud Labeonem.§.ſi cōmunem.ff.de iniur.ubi gl. dicit, quod iſta eſt nobilis præſumptio.l.omnimodo.C.de inoffic.teſta.l.moueor. C. de ſeruis expor.ubi Bald.rationem adducit: quia intellectus hominis debet eſſe benignus.& in terminis quando requiritur in teſtibus, quod ſint bonæ opinionis, ꝙ præſumatur iſta qualitas,tenet Imol.in l.j.§.ſi quis neget.col.vij.ff.quēadmo.teſtam.aper.ſequitur Ale.in conſi.122.col.iiij. uerſi. imo quidam ſunt teſtes,lib.vij.Cur.ſenior,in conſ. 56. col.
iiij.in

iiij.in fin. Imò Socin. in conſi.54.col.2.poſt med.lib.3.uoluit præſumi quem eſſe optimæ opinionis. ¶ Contrarium,
37 † quòd imò probari debeat illa qualitas probatæ & integræ opinionis, in terminis d. l. ſcripturas. tradit Socin. in conſi.274.col.9.uerſi.poſtremò dico lib.ij. quem ſimpliciter refert & ſequitur ſocer & dominus meus Purpuratus in d.l.admonendi.col.26.nu.165. Nec obſtat ſecundum Soci. quod quilibet præſumatur bonus: quia uerum eſt, ſed non ſic præſumitur quis optimus in ſuperlatiuo gradu. allegat Imol.ita concordantem in d. §. ſi quis neget.quam opinionem quod non præſumatur quis optimæ opinionis,ſed probari debeat iſta qualitas, uoluit Ang.in d. §. ſi quis neget. quod Angel.dictum ſequitur Alex. in conſi. 82. col.1. poſt med.uerſic.præterea,dictus teſtis.lib.j.& in conſi 43.col.v. uerſi.quinimò ſecundum Ang lib.4.Decius in c.poſt ceſſionem.col.3. poſt med. ſuper glo. 1. de probatio.in conſi.37. col.4.uerſi.& quãdo teſtes.& in conſi.575.col.2.circa med. Iaſ.in conſi.153.col.viij.circa med.lib.ij.& in conſi.13.col. fin.lib.3. ſed illa uerba: probatæ atque integræ opinionis, geminata,uidentur importare probitatem quandam in ſuperlatiuo gradu: ut deducit Socin. in d. conſi. 274. ¶ Fortius uoluit Corne.in † conſi.232.circa fi.lib.1.quòd ubi in
38 teſte requiritur qualitas,quòd ſit perſona honeſta & fide digna in poſitiuo gradu,illa debet probari. Idem uoluit Corne.in conſi.78.col.4.poſt med.uerſi.omitto, quod tex. lib. 3.ubi in caſu cap.licet ex quadam.de teſtibus.quando teſtis deponit de auditu quia tex. requirit,quòd teſtis ſit perſona grauis: dicit Corne.probandam eſſe iſtam qualitatem grauitatis. Idem uoluit Alexan.in d.conſi.82. lib.1.Decius in conſi.321.col.v.poſt med.Idem ſentit Aretin. in conſi. 83. Quia multa.col.penult.in fin. uerſi.ulti.uidendum eſt. ubi
39 generaliter uoluit, quòd ubi in teſte requiritur † qualitas peritiæ uel alia,illa probari debet. & ſic loquitur Areti. in omni qualitate. Idem & clarius uoluit Socin.in conſi.136. colum.iij.ad fin.uerſi.præterea.poſita.lib.j.ubi quando exigitur in perſona legalitas, debet intelligi de legalitate ultrà, quàm ius præſumat: iuxta dict. l. merito.ff.pro ſocio. Alias dicit Socin. diſpoſitio faciens mentionem de legalitate,

tate, nihil operabitur: cum ſemper ſit neceſſaria bonitas & legalitas. Idem uidetur innuere Alex. in d. conſi. 122. col. 4. lib. 7. nam ibi recitat opinio. Imol. in dict. §. ſi quis neget. quod qualitas bonæ opinionis præſumatur in teſte, poſteà dicit Alexan. quod refutat præcedentia fundamenta tutiora, & ſe nolle ulterius inſiſtere ſuper dicto Imol. & ſic apparet, quod Alexan. habuit illud dictum Imol. pro dubitabili. & iſta opinio mihi magis placet, quando opponeretur contra perſonas teſtium, etiam in genere, quod nõ eſſent idonei: quia tunc ſi lex aut ſtatutum requirit teſtes bonæ opinionis, probanda erit iſta qualitas, nec illa ſuperfluo & ſine aliquo miniſterio cenſeatur appoſita & requiſi-
40 ta: prout arguit Socin. in d. conſi. 136. Et pro eo † adduco dictum Barba. inter conſilia Calca. in conſi. 28. col. iij. in fin. ubi licet bona fides, de iure præſumatur: tamen ſi ſtatutum requirat bonam fidem, illa probari debet, ne ſtatutũ cenſeatur ſuperfluum: ſed ut aliquid operetur ultra ius commune. Sed circa iſtud dictum Barba. non puto, quòd requi-
41 ratur alia probatio † iſtius bonæ fidei, quàm de iure communi. nam de iure communi indiſtinctè non præſumitur bona fides: imò mala fides ſæpius præſumitur. Sed ex coniecturis arguitur, an quis dicatur in bona uel mala fide: puta ex poſſeſsione longi temporis arguitur bona fides, uel ex titulo arguitur mala fides: iuxta ea, quæ nota. per Bartol. & doctor. in l. Celſus. ff. de uſucap. Eædem coniecturæ uidentur ſufficere, quando requiritur per ſtatutum. Non obſtat quod ſtatutum alias nihil operatur: quia dico, quòd ubi ſit mentio de bona fide, explicite exprimitur, quod implicite inerat: cum ſemper bona fides ſit neceſſaria. quo caſu ſtatutum aliter non operatur. in c. 1. cum glo. ubi Domi. de ſum. trinita. & fide catho. facit tex. in l. 3. ubi doct. ff. de
42 leg. 1. ¶ Tertiò † quæro, circa hanc tertiam limitationem in caſu d. l. ſcripturas. requiritur ſubſcriptio partium, adeò quòd non ſufficeret ſuſcriptio trium teſtium, ut ibi expreſſe dicitur & not. Soci. in d. conſi. 274. Pone, quòd in tali ſcriptura non ſit ſubſcriptio unius partis. tamen tota ſcriptura reperitur ſcripta manu eius, an iſtud ſufficiat? Rom. in conſi. 303. hæc ſcriptura, quòd ſic, quia ubi requiritur

ſubſcri-

ſubſcriptio alicuius, ſufficit ſcripturam eſſe factam manu illius, ſine alia ſubſcriptione: per tex. in l. cum antiquitas.§.fi.C.de teſt.Idem in terminis. d. l. ſcripturas. tradit Areti.in conſi.64.Diligenter.col.4 poſt medium.uerſi.nec poteſt dicere.Addo bonum tex. in § 1.inſtitut.de emptio. & uendi. ibi: niſi & inſtrumenta fuerint conſcripta,uel manu propria contrahentium, uel ab alio quidem ſcripta, à contrahentibus autem ſubſcripta.tradit Socin.in conſi.15. col.15.uerſi.ad quintum argumentum de ſubſcriptione.lib.
43 j.¶ Et † iſto caſu ſcilicet in terminis d.l.ſcripturas. non uidetur neceſſaria atteſtatio alterius partis ſcribentis, quòd ſcripſerit manu propria: quia talis atteſtatio ſolum uidetur neceſſaria, quando in omni caſu requiritur ſubſcriptio, ſeu quando talis ſubſcriptio requiritur pro forma: ut per Areti. in d. conſi. 63. colum. 4. poſt medium. & no. Iaſ. in d.l. cum antiquitas,in ult. not.ſed iſta ſubſcriptio partiū in caſu d. l. ſcripturas non uidetur neceſſaria, niſi quando ſcriptura eſſet facta manu alterius, & ſic non pro forma, nec in iſto caſu requiritur ſubſcriptio: licet Felin. in d. c. 2.de fide inſtrumen. uideatur uelle talem atteſtationē eſſe neceſſariam. quem ſocer meus Purpurat. ſequitur in d. l. admonendi.col.26.poſt medium. ſed certè tex.in d. l. cum antiquitas.§.fi. loquitur in ſubſcriptione, quæ eſt pro forma: prout conſiderat Aret. in dict.conſi.64.col. 4. circa fi.
44 ¶ Quartò † quæro, an in caſu d. l. ſcripturas. requirentis ſubſcriptionem partium, ſufficiat ſigillum earum loco ſubſcriptionis:ut ſic ſigillum habeat uim ſubſcriptionis.Rom. in d.conſi.303.quòd ſic: quia ex ſigillo conſenſus arguitur. l.2.C.de rebus alie.non alie.Addo Bar.in l.quæ dotis.in §. & ibi Alexand.col.fi.ff.ſolut.matri.ubi,quòd ex ſolo ſigillo ſine ſubſcriptione conſenſus arguitur.ſequitur Dec.in cap. 3.loco.in princip.de probatio.poſt Feli.ibi.& idem Dec.in cap. ij. in fin. de fide inſtrumen. Imò ſigillum plus uidetur operari,quàm ſubſcriptio.Purpura.ſocer meus in d.l.admonendi.col.26.circa fin.poſt Paul.de Caſt. & dicit Purpurat. in l.admonendi.col.28.poſt medium. quòd ubi eſt ſigillū, non requiritur alia probatio per teſtes, aut comparatione literarum: ſed tota uis eſt in probanda ueritate ſigilli: ſe-

cundum Paul. quod tamen intelligo contra partem ſigillantem, & in eius præiudicium: ſecus contra tertium. ¶ Quod
45 † tamen non procedit, quando requiritur ſubſcriptio de ſolennitate, & pro forma: quia tunc ſigillum, non ſufficeret: prout in teſtamento in ſcriptis, in quo pro forma requiritur ſubſcriptio teſtium. l. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de teſta. ubi Bart. Alex. in d. l. quæ dotis. col. fin. & ibi Iaſ. col. 15. uerſic. per iſta ſequitur Dec. in d. c. ij. in fi. de fide inſtru. ¶ Rurſus
46 † etiam in caſibus, in quibus ſubſcriptio non uidetur de ſolennitate & forma: ut ſigillum ſufficiat loco ſubſcriptionis ad arguendum conſenſum, neceſſe uidetur apparere tale ſigillum fuiſſe impreſſum ab eo, cuius eſt, uel de eius uoluntate, Alex. in d. l. quæ dotis. colu. fin. & clarius in d. l. ad teſtium. §. ſi quis in apoſtillis ad Bart. ff. de teſtam. ſed tamē Dec. poſt Anto. de Butr. in d. c. tertio loco. colum. 1. uerſi. & ſubijcit Anto. de probat. uult, quod in dubio præſumatur ſigillum appoſitum de uoluntate eius, cuius eſt ſigillum. Idē uoluit Abb. in d. c. ij. colum. penult. in fin. de fide inſtrumento. Bene fateor, quod conſtare debet ſigillum eſſe illius cuius nomine fuit appoſitum. Dec. in dict. cap. 2. in fi. de fi-
47 de inſtrumentorum. ¶ Sed an † ſit neceſſarium, quòd ſigillans ſcripturam, atteſtetur ſe illud ſigillum appoſuiſſe. Innocen. in d. c. 2. de fide inſtrum. dicit, quod ſic: refert & ſequitur Bertachi. in tertia parte ſui repertorij, in uerbo, ſigillatio. uerſi. 57. & idem Bertachi. in tracta. de Epiſcopo in prima parte primi libri, colum. vj. uerſi. ulterius nota perpetuò. quem citat additio ad ipſum Bertachi. in reperto. in d. uerbo, ſigillatio. uerſi. vij. ¶ Sed aduertendum, quia
48 † Innocen. refert duas opiniones, primam, quòd requiratur talis atteſtatio. Secundam, quòd non requiratur, quando ſunt ſigilla Epiſcoporum, aut aliorum prælatorum habētium iuriſdictionem, & ſic quando eſſent ſigilla authentica: & huic ſecundæ opinioni uidetur Inno. inhærere: prout ibi refert Abb. col. penult. poſt medium. ſed Abb. ibi uult, quòd etiam ſi eſſet ſigillum, priuatarum perſonarum: puta contrahentium, non ſit neceſſaria talis atteſtatio: dummodo ſit ſigillum proprium earum, non alienum. Abbatem etiam ſequitur Decius in d. c. ij. colum. fin. ¶ Sed tamen

49 men † conſiderãdum hic eſt, quòd ubi ſubſcriptio alicuius eſſet neceſſaria, quò ad formam & ſolennitatem actus, ſi uolumus tunc, quòd ſigillum uim habeat ſubſcriptionis, prout uoluit Rom. in d. conſi. 303. Neceſſaria, uidetur talis atteſtatio per tex. in d. l. cum antiquitas. §. fi. C. de teſtam. ubi ad hoc, in ſcriptura facta manu eius, cuius ſubſcriptio erat neceſſaria, delictum ſubſcriptionis ſupplcat, neceſſe eſt, quòd ſcribens atteſtetur ſe manu eius totam ſcripturam feciſſe: ut ibi notat Iaſ. in ult. not. Aret. in d. conſi. 64. colum. 4.
50 in fi. uerſi. nec poteſt elicere. ¶ Quinto † quæro in caſu d. l. ſcripturas. an ſcriptura, de qua ibi, ſcripta aut ſubſcripta à partibus & tribus teſtibus, fidem per ſe faciat, ſine alia recognitione ipſorum teſtium, id eſt, abſque eo, quòd recognoſcant eorum ſubſcriptiones, & dicant ſe illas feciſſe, uel præſentes fuiſſe quando debitor ſcripſit. Dic quod non: ut per Bart. & doct. in d. l. ſcripturas. Aret. in d. conſi. 64. Socin. in d. conſi. 274. lib. 2. Idem Socin. in conſi. 32. col. 2. uerſi. & ſic ex prædictis ſequitur. & in conſi. 41. colu. 5. in fin. uerſi. non obſtat quintum argumentum. lib. 1. Iaſ.
51 in conſi. 129. col. 1. uerſic. 4. quia lib. 3. ¶ Sexto † quæro, pone, quòd ex tribus teſtibus ſubſcriptis unus ſit mortuus, & alij duo ſubſcriptiones eorum recognoſcant, etiam ſubſcriptionem illius tertij defuncti, deponendo, quòd etiam ille tertius fuit præſens, & ſubſcripſit: prout continetur in eius ſubſcriptione: an ſufficiat recognitio iſtorum duorũ. Bald. & Salic. in l. comparationes. C. de fide inſtrumen. tenent, quòd ſic. prout eos refert Aret. in d. conſi. 64. col. 2. uerſi. amplius poteſt dici. & colu. 3. uerſic. 2. ratio. ¶ Sed
52 contrarium, quod † non ſufficiat recognitio duorum, tenet Aret. in d. conſi. 64. col. 3. poſt medium. uerſi. ſed dato, ſine præiudicio. per tex. in §. ſi quis igitur. uerſi. nam & ſi inuenerimus. in authentic. de inſtrumen. fide & caute. & in §. ſed & ſi quis. ibi: ſi ueniant &c. inducendo: ut per ipſum Aret. ibi & reſpondet Aret. ad text. in d. l. comparationes. ſuper qua ſe fundant Bald. & Salic. ſequitur Socin. in dict. conſi. 274. columna 7. uerſi. Tertio principaliter. &
53 in colum. 10. uerſi. nec dicat aliquis. ¶ Sed contra † Aret. & Socin. adduco Pau. de Caſt. in fortiore caſu, in conſi. 134.

In cauſa ſer. Ludoüici Bertini. colum. 1. in fin. lib. 1. ubi fortius uoluit, quòd etiam mortuis omnibus tribus teſtibus ſubſcriptis, probet talis ſcriptura ſine alia recognitione ipſorum teſtium. Sed ad illud conſi. Paul. reſpondet Socin. in d. conſi. 274. colum. 8. uerſi. circa tertium. ubi, quòd Pau. latis & nimis inaduertenter locutus eſt. Sed ultra Socin. addo, quòd contrarium expreſſe tenet Specul. in titul. de inſtrumen. editio. §. nunc dicẽdum reſtat. poſt principium. & colum 54. uerſic. regulariter. ibi: ſi tamen teſtes in ſcriptis. ubi uoluit Specul. quòd talis ſcriptura habens ſubſcriptionem trium teſtium, mortuis teſtibus, non probat. allegat tex. in dict. cap. 2. de fide inſtrument. & Speculatorem refert & ſequitur idem Paul. de Caſt. ſibi contrarius, in conſilio 406. Satisfaciendo col. 2. lib. 1. Ad quam Paul. contrarietatem Socin. non aduertit. Idem tenet Calca. in conſi. 29. colum. fin. uerſi. ſed tunc poſſet opponi per tex. in dict. cap. 2. Berthachin. in uerſic. ſcriptura 1. uerſi. 84. ubi, quòd non probat talis ſcriptura, etiam mortuo uno ex teſtibus.

54 ¶ Sed opinio † Pal. in dict. conſi. 134. poſſet procedere, quãdo mortuis teſtibus ſubſcriptis iuuaretur ſcriptura comparatione literarum. Socin. in dict. conſi. 33. colum. 2. uerſi. & ſic ex prædictis ſequitur. & in dict. conſi. 41. col. 5. in fine uerſi. non obſtat quintum argumentum. libro 1. arguendo à contrario ſenſu. ubi Socin. uoluit quòd talis ſcriptura non probat mortuis teſtibus ſubſcriptis, nulla facta comparatione literarum: ergo ſecus uult, ſi facta ſit literarum comparatio. Sed hoc clariſſimè uoluit Calca. in dict. conſi. 29. col. fin. ubi tamen hoc intelligit, quando haberet ſcriptura ſubſcriptionem teſtium, & partium: ſecus ſi teſtium tantum: quia tunc duo copulatiuè eſſent neceſſaria, & recognitio teſtium & comparatio literarum. & ſic teſtibus mortuis talis ſcriptura non habens ſubſcriptionem partium nihil probaret in præiudicium tertij. Idem quod Calca. uoluit etiam clariſſimè Corne. in conſi. 169. colum. penult. uerſi. Item ſola comparatio. lib. 1. Socin. in dicto conſi. 274. col. 5. uerſi. 3. caſus, quando ſcriptura. & col. 6. uerſi. 2. principaliter. lib. 2. Aret. in d. conſi. 64. col. 4. uerſi.

55 quinimo etiam ſi ſcripta. ¶ Sed aduerte † inquantum præfati

ſati doctor.uolunt, quòd ubi ſcriptura habet ſubſcriptioné teſtium tantum, non etiam partium, quòd talis ſcriptura non iuuetur ex ſola recognitione ipſorum teſtium ſine com paratione literarum, quò ad plenam fidem: ſequendo Bar. in d.l.admonendi.& in alijs locis per eos alleg. nam Iaſ. in d.l.admonendi.col.16.uerſi.tu aduerte,inquantum Bart. & in repetition.colum. 39. uerſi. Item mirum uidetur latè in ſiſtit contra Bart.in caſu,in quo Bart. loquitur & dicit Iaſo. quod opinio contra Bart. eſt uera & communior. quod ſi uerum ſit, idem à fortiori, dicendum uidetur in caſu noſtro. Nam Bart. loquitur in ſcripta priuata non habente ſubſcriptionem partium, ſed teſtium tantum, uel præſentiam ipſorum teſtium, & dicit Bart. quod ſi teſtes deponant ſe fuiſſe præſentes tali ſcripturæ, & quòd eam ſcribi uiderunt per partes,& eã recognoſcant, ꝙ talibus teſtibus plene non creditur, niſi concurrat comparatio literarum. ſed dicit Iaſon. opinionem contra Bart. eſſe magis communem. quia ex quo teſtes deponunt ſe fuiſſe præſentes & uidiſſe ita ſcribi, perinde eſt ac ſi deponerent de tenore & contentis in ipſa ſcriptura. Si inducitur plena probatio ex ſola depoſitione teſtium, qui fuerunt præſentes etiam non ſubſcripti, quanto fortius, ubi teſtes ſunt ſubſcripti? & dicit Iaſ. quòd contra Bart. etiam tenet Aret. in dict. conſi. 64. Addo Alexandrum in conſi. 249. colum. 3. poſt medium. uerſi. fortius uoluit Hoſtien. lib. 6.¶ Ego non uideo, quòd communior opinio ſit contra Bartolum. prout Iaſ. refert, & primò quò ad authoritatem Alexand. non uidetur curandum: quia ut Iaſon dicit,fuit ſibi contrarius, & contrarium tenuit in conſi. 181. In cauſa & lite uertente coram arbitris. lib. 2.ſed certè Alexan. ibi non uariauit ab his, quæ dixit in dict. l. admonend. imò idem tenet. ideò mirandum eſt, quomodo Iaſon de contrarietate eum notauerit. uariauit tamen Alexand. in conſi. 212. colum. fina. uerſi. prætereà dicta probatio. lib. 2. & in conſi. 103. in fin. lib. 7. ubi ſequitur. Bart. & præſuppono quod Ale-
56 xand. ubi ultra † comparationem literarum præſupponit recognitionem teſtium: quia alias malè allegaret Bart. quòd ſola comparatio literarum plenè probet: ſed clarius

uariauit idem Alexand. in conſi. 80. Viſo proceſſu. lib. 4. Similiter Iaſ. adducit contra Bart. Aret. in dict. conſi. 64. ubi licet Aretin. colum. 2. primò arguat contra Bart. tamen colum. 4. uerſi. quinimò etiam ſi ſcripta. latè tenet & defendit opinio. Bart. etiam opinio ſequitur Abb. in dict. c. 2 de fide inſtumen. Corneus in conſi. 58. lib. 3. & in dict. conſi. 169. colum. penult. lib. 1. Calca. & Socin. in conſilijs ſuprà allegatis. Decius in dict. c. 2. colum. 3. uerſi. ſed tamen pro defenſione. de fide inſtrumen. ubi, quòd opinio Imol. contra Bart. uidetur contra text. in §. ſed & ſi quis. in authen. de inſtrumen. cau. & fide. ibi: fidem cauſa ex utroque percipiat. ergo non ex ſolis teſtibus ſine comparatione literarum. & opinionem Bart. late defendit Socin. in dict. conſil. 274. colum. 6. uerſi. Secundo principaliter. ubi reſpondet ad ea, quæ in contrarium adducuntur, prout etiam reſpondet Corne. in dict. conſi. 58. Hic tamen uidendum eſt pro intellectu præmiſſorum, quòd infrà dico in 11. quæſtione huius tertiæ limitationis. ¶ Se-
57 ptimo † quæro in terminis dict. l. ſcripturas. pone quòd ſcriptura habeat ſubſcriptionem partium, & unius teſtis tantum, & probetur talis ſcriptura per comparationem literarum, etiam reſpectu ſubſcriptionis illius teſtis, an aliquid probabit talis ſcriptura? Alexand. in d. conſi. 103. in fin. lib. 7. quòd probat pluſquam ſemiplenè. Ideò locus erit iuramento ſuppletiuo, etiam in cauſa magna, ſecundum eum. Sed dubito, quia ſi loquimur in apocha, ſola comparatio literarũ non probat etiam contra partẽ, quæ ſcripturam negat. §. ſi quis igitur. in auth. de inſtru. caut. & fid. & licet cõparatio literarũ probet ſemiplenè contra partem: ſecus tamẽ cõtra tertiũ. Cor. in conſi. 138. col. 1. poſt med. lib. j. Quomodò igitur probatio ſubſcriptionis unius teſtis tantum per ſolam comparationem faciet pluſquam ſemiplenã probationem? imò ualdè dubito, an faciat ſemiplenam contra tertium. Nam ad plenam probationem contra tertium per ſolam comparationem requiruntur ſubſcriptiones, partium & trium teſtium: ergo ſubſcriptio unius teſtis non uidetur ſufficere etiam ad ſemiplenam probationem: quæ induci poſſet, ubi duorum teſtiũ ſubſcriptio ſufficeret. ¶ Octa-

uò

58 uò † quero, dictum eſt ſuprà, quòd in caſu d. l. ſcripturas. requiritur ſubſcriptio omnium trium teſtium, nec ſufficit ſubſcriptio duorum ex ipſis teſtibus, an iſtud procedat etiam quando ageretur contra ipſum debitorem principalem, qui negat illam ſcripturam eſſe ſuam, an uerò quando agitur contra tertium tantùm. Soci. in d. conſi. 274. col. vij. uerſic. Tertiò principaliter. quòd procedit etiam cõtra ipſum debitorem. poſt Ioan. Andr. Bald. & Io. Bapti. de S. Seuerino, per eum alleg. Sed hoc intellige, niſi illi duo teſtes expreſsè deponerent ſuper ueritate negotij geſti, aut contentorũ in inſtrumento: quia tunc duo teſtes ſic deponentes ſufficerent, etiam contra tertium. Bart. & Ang. in d. l. ſcripturas. Soc. in d. cõſ. 274. col. iij. uerſ. circa primum. & col. iiij. in fi. uerſ. poſtremò non omitto. Rurſus intellige, quòd etiam recognitio ſola omnium trium teſtium ſubſcriptorum aut deponentium de eorum præſentia, non ſufficeret contra debitorem, aut habentes cauſam ab eo, niſi concurrat comparatio literarum, quando non interuenit ſubſcriptio ipſarum

59 partium. ¶ Nonò † quæro qualis eſſe debeat recognitio trium teſtium ſubſcriptorum in tali ſcriptura ſeu qualiter debent teſtes deponere? Dic, quòd debent deponere, quòd fuerunt præſentes, quando debitor aut alius de eius uoluntate ſcripſit illam ſcripturam: & quòd uiderunt eam ſcribi. & quòd illi ſe ſubſcripſerunt. Non autem eſt neceſſe, quòd deponant contenta in ipſa ſcriptura, eſſe uera. & quòd debitor ſe obligauit: prout in ea continetur: quia tunc diceretur deponere de ueritate actus, non ſuas ſubſcriptiones ſimpliciter recognoſcere. & deponendo de ueritate actus, duorũ teſtimonium ſufficeret, etiam contra tertium, ut ſuprà dixi. ita habetur in d. l. ſcripturas. & per Soci. in d. conſ. 274. col.

60 iij. ¶ † Aduertendum tamen hic eſt: quia non ſufficeret, quod teſtes recognoſcentes ſcripturam, dicant illam fuiſſe ſcriptam modo & forma contentis in ea, uel prout in ea continetur: quia talis recognitio dicitur nimium generalis & incerta: ſed debent dicere cuius manu fuerit ſcripta, ſeu per quam perſonam eam ſcribi uiderint. & quòd ſcribentem cognouerint, aut cognitum habeant. Ita Socin. in d. conſ. 274. col. iij. uerſ. amplius dico. & ſic non ſufficit, quòd teſtes con

cludenter

cludenter deponant ſuper eorum ſubſcriptionibus,quod ip ſi fuerint præſentes illi ſcripturæ, & ſe ſubſcripſerint: niſi etiam deponant de certa perſona ſcribentis: cuius manu ſcriptura facta ſit.& ſcribentis perſonam cognitam habeāt. quod etiam uoluit Are.in d.conſi.64.col.ij. poſt me.uerſic.
61 ſed tamen his non obſtantibus,ubi etiam, † quod oportet, quòd tales teſtes recognoſcant ſubſcriptiones ſociorum, di cendo ſe fuiſſe præſentes ipſis ſubſcriptionibus.nec ſufficeret dicere,quòd habent notas eorum literas Abb.etiam in conſ.98.col.ij.libr.ij.quòd oportet teſtes firmiter ſcripturā recognoſcere,& eius identitatem: ideò teſtes illiterati non
62 ualerent. ¶ † Decimò quæro,in caſu l.ſcripturas.an requiratur ſubſcriptio utriuſque partis, uel ſufficiat ſubſcriptio illius tantum partis,de cuius præiudicio agitur:puta debitoris uel confitentis, quando non agitur de contractu ultro citroq; obligatorio, in quo dicitur agi de p̄iudicio utriuſq; partis.Imol.in d.ca.ij.de fid. inſtr. quòd ſufficit ſubſcriptio illius partis,de cuius præiudicio agitur. ſequitur Felin. ibi col.ij.in fi.uerſ.noua declaratio.addo Ale.in conſ. 181. col. ij.poſt med.uerſ.& dicit Lud.Rom.lib.ij. Quod eſt repetitum in conſ.118.lib.iiij. idem ſequitur Purpur. ſocer meus in d.l.admonendi.col.26.nu.166. Addo Bologninum in addit.ad conſilium Ioan.de Ana.in conſ.40. in fi. ubi ſimpliciter uoluit quòd ſufficiat ſubſcriptio unius partis tantum.
63 ¶ Sed aduerte: quia † iſtud non uidetur procedere, quo ad effectum d.l.ſcripturas.quem ſuprà memorauimus: uidelicet,quòd ubi eſt ſubſcriptio partium & teſtium, ſufficit uel ſola recognitio teſtium,uel ſola coparatio literarum: quia tūc neceſſaria uidetur ſubſcriptio utriuſq; partis. Ita in ſpecie determinat Aret.contra Imo.in d.cōſi.64.col.iiij. uerſ. quinimò etiam ſi ſcripta.Socin. in d. conſi. 274.col.v. poſt med.uerſ.& hoc etiam uoluit,& clariùs Bar. & colum. viij. uerſi.circa tertium. Itaq; licèt agatur de præiudicio partis tantum,quæ ſubſcripſit:tamē ſi pars ipſa neget eius ſubſcriptionem, & quæſtio ſit de fide ſcripturæ,tunc erit neceſſaria & recognitio teſtium, & comparatio literarum copulatiuè,nec alterum ſufficeret. ¶ Sed iſtud dictum Aret.& Soc. intelligerem procedere in apocha tātum.Secus in alia ſcriptura

ptura

ptura priuata, quoad præiudicium ipſius partis ſcribentis,
64 uel ſubſcribentis:quia † in alijs ſcripturis priuatis excepta apocha,ſola comparatio literarum plenè probat: ut habetur in l.comparationes.C.de fide inſtru.Bar.in auth.& ſi cō tractus.col.ij.poſt medium,uerſi.item oppono. C.de fide in ſtrumen.ubi,quòd dict.l.comparationes.uolens ex comparatione induci plenam fidé, ſolùm eſt correcta in apocha: non in alijs ſcripturis priuatis.ſequitur Alex.in conſi.58.& in con.114.colum.j.in fin.lib.vij.Socin.in conſi.iiij. col.j.li. iij.ubi Soci. uoluit, quòd etiam in epiſtola ſufficiat ſola cō paratio literarum, quò ad plenam fidem.Sed tamen in epi ſtola contrarium uoluiſſe uidetur Bart.in d. auth. & ſi contractus. in ultimis uerbis ubi in hac materia æquiparat epi ſtolam apochæ.ſequitur Alex.in conſi.76.col.ij.lib.iij. ubi
65 † dicit quòd d.l.comparationes. eſt correcta in omni ſcriptura priuata,præter quàm in libro rationum.quod Ale. in conſ.ſimpliciter refert & ſequitur Dec.in conſ.615. col.ij. in princi. Sed quòd non ſit correcta in epiſtola & alijs ſcripturis priuatis,tenet idem Alex.in d.conſ.58.in princ.& in d.conſ.114.col.j.in fin.lib.vij.Dec.in d.c.ij.col.v.de fide in ſtru.& in conſ.219.in fi.Curt.Iunior in conſ. 118.col. pen. & in conſ.162.etiam col.pe.nec Ale.in d.conſi.76. contrariam opi.audet affirmare,ſi bene ponderetur. & hanc opin. quod d.l.comparationes.nō ſit correcta in epiſtola,& alijs ſcripturis priuatis,niſi in ſola apocha,tenet Purpura.in d.l. admonendi.col.35. Itaque ubi ſumus in ſcriptura priuata, in qua ſola comparatio literarum ſufficit ad plenam fidem in præiudicium ipſius ſcribentis, ſufficere etiam uidetur ſubſcriptio illius partis,de cuius præiudicio agitur,ubi ſcri ptura eſſet ab alio tertio confecta: uel quòd ſit ſcripta ma-
66 nu illius partis,de cuius præiudicio tantùm agitur.¶ †Amplius pro opinione Imolæ,& ſequacium,conſidero quòd ſuperflua & eluſoria uidetur ſubſcriptio illius partis, de cuius fauore tantùm agitur, puta creditoris. Videtur enim quaſi ridiculum dicere, quòd aliquid pluſculum fidei detur tali ſcripturæ ex ſubſcriptione creditoris in facto ſuo proprio, & in cauſa ſua propria: argumento legis omnibus. C.de teſtibus. niſi dicas conſiderationem procedere,quando age-

retur

retur inter creditorem & debitorem: ſecus, ſi cum tertio: quia tūc pluralitas ſubſcriptionum multum operatur, & facit ceſſare ſuſpitionem fraudis, uel etiam conſiderabilis ui detur ſubſcriptio creditoris eo mortuo, quando eius hæredes contrá debitorem agerent, quaſi nō ſit ueriſimile, quòd in peccato falſæ ſubſcriptionis mori uoluerit: quæ ratio ui detur ceſſare uiuente creditore, & agente contra debitorē non enim poteſt debitor opponere: quòd careat ſcriptura ſubſcriptione ipſius creditoris: quia talis ſubſcriptio non ui detur neceſſaria, ipſo creditore agente: quia agendo ſatis approbat fidem ſcripturæ. l. Paulus reſpondet, non tantùm uerbis. ff. rem rat. haber. & ſuprà dixi circa articulum appro
66 bationis ſcripturæ, ex eius productione. ¶ Non † omitto circa præmiſſa dictum unum ſingulariſſimum Pau. de Caſt. in conſ. 87. Quantum ad contenta. col. j. in fin. lib. ij. ubi uoluit d. l. comparationes. C. de fid. inſtrum. eſſe correctam etiam, quò ad aliam ſcripturam priuatam ultra apocham, quæ ſcriptura priuata remanſiſſet penes partē. Ratio enim, quare d. l. fuit correcta in apocha, eſt: quia apocha datur à debitore creditori: & ſic remanet apocha penes creditorē. Ob id ſi ſola cōparatio ſufficeret, de facili reperirentur qui literas alienas æmularentur ſeu exprimerent, aut (ut uulgariùs loquar) contrafacerent. ſed iſta ratio pariter militat in libro rationis, aut alia ſcriptura priuata, quæ remanſiſſet penes creditorem: ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. l.
67 illud. ff. ad leg. Aquili. ¶ Sed non puto † iſtud dictum Paul. de iure procedere: quia doct. aſsignantes rationem cur d. l. comparationes. ſit correcta in apocha, non conſiderant, quòd apocha remaneat penes creditorem, & poſſit falsò fabricari: ſed conſiderant rationem: quia datur à debitore creditori: ob id imputandum uidetur creditori, cur nō pleniùs ſibi prouiderit per uiam inſtrumenti publici, aut alterius ſolennis ſcripturæ cum ſubſcriptione debitoris & teſtium. Et quòd doct. non conſiderent remanentiam ſcripturæ apud creditorem, patet: quia neceſſariò loquuntur, quando producitur ſcriptura per creditorem, & ſic neceſſariò præſupponunt, quòd eſſet apud eum: quia aliàs producere nō poſſet. & maximè hoc procedit, dum loquūtur in epiſtola, quæ

68 à parte † ad partem tranſmittitur:& ſic remanet apud creditorem. & tamen eius fides plenè iuuatur per ſolam comparationem : quia in ea creditori imputari non poteſt, cur non ſolenniùs eam conſcribi curauerit:cùm fiat inter abſen tes. Iam ex alio oſtendo, quòd iſtud dictum Pau. procedere non poteſt, docto. in apocha dicunt, quòd faciliùs falſificari poteſt, quam unus liber rationum, aut alia ſcriptura, plura continens. Ergo præſupponunt exiſtentiam & remanentiam libri apud creditorem: quia aliàs fruſtrà diceret, quòd non ita de facili falſificari poteſt, ſicut una apocha. ¶ Vnde
69 imò † quæro, uidimus quòd in alijs ſcripturis priuatis, excepta apocha ſoli literarum comparatio plene probat: an talis ſcriptura probata per comparationem literarum fidẽ faciet contra tertium, licèt non habeat ſubſcriptionem partium, & teſtium prout requirit d. l. ſcripturas. Reſpondeo quòd non: quia ſi ſcriptura non habeat ſubſcriptionem partium & teſtium, licèt iuuetur aut probetur comparatione literarum: talis tamen comparatio ſolum probabit contra debitorem aut habentes cauſam ab eo: ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt. Sed non contra tertium: quia in tertio, ut ei noceat, quando tertius nititur inſtrumento publico, requiritur, quòd talis ſcriptura ſit ſolennis, habẽs ſubſcriptionem partium, & teſtium: prout requirit d. l. ſcripturas. Imò
70 † contra tertium etiam ſemiplenè non probat: ut ſuprà diximus num. 178. allegando Corn. in d. conſi. 138. lib. j. quem ſequitur Purpuratus in d. l. admonendi. col. 28. circa fin. nu. 180. & quod iſtud ſit uerum, probatur ex concluſione Bart. ſuprà commemorata nu. 177. & per doct. communiter approbata, quòd ubi producitur ſcriptura priuata, habens ſubſcriptionem teſtium tantum, non etiam partium, non ſufficit ſola teſtium recognitio, nec ſola literarum comparatio: ſed utrumq; ſimul & copulatiuè requiritur contra tertium. quam etiam opi. tenet Alexan. in conſi. 150. col. v. uerſ. præ tereà ſi eſſent duo teſtes. lib. v. Purpura. in d. l. admonendi. colũ. 27. & tamen contra partem ſufficit ſola comparatio, modò non ſit ſcriptura apochæ. ¶ Sed ex præmiſſis reddi
71 † uidetur dubitabile dictum Bar. de quo ſuprà meminimus in ſexta quæſt. huius tertiæ limitationis, dum uoluit, quòd ubi

ubi ſcriptura non habet ſubſcriptionem partium, ſed teſtium tantum, qui recognoſcunt ſuas ſubſcriptiones, uel ceſſante ſubſcriptione deponunt de ſua præſentia, quòd uiderunt talem ſcripturam fieri, & ei præſentes fuerũt, quòd talis probatio non ſufficit, niſi concurrat comparatio literarum: retulit ibi Iaſ. poſt alios per eum allegatos, tenere cõtrarium. & licèt adduxerim Aret. Socin. Corn. Decium & Purpur. tenentes & defendentes opi. Bartol. tamen contra Bart. quatenus loquimur de fide ſcripturæ, contra partem aut ſcribentem uidetur facere concluſio ſuprà firmata: uide licet, quòd excepta apocha, in alia ſcriptura priuata ſola cõparatio literarum uidetur ſufficere ad plenam probationẽ contra partem. Si ſufficit ſola comparatio, à fortiori ſufficiet recognitio teſtium ſubſcriptorum, uel eorum depoſitio ſuper præſentia. Quòd ipſum uidetur tutiùs ac certiùs multò teſtimonium, quam ſit comparatio, & ſic Bart. opinio uidetur reſtringẽda, uel in ſcriptura apochæ, uel ſi loquamur in alia ſcriptura priuata, in qua ſufficit ſola comparatio, quando ageretur contra tertium: non contra ipſum debito
72 rẽ, uel partem ipſam principalem. ¶ Non omitto † etiam circa præmiſſa unum dictum notabile Ripæ in d.l. admonẽdi. col. 20. poſt med. quòd in caſibus, in quibus ſola comparatio literarum ſufficit, & plenè probat: illud procedit, quãdo ageretur ciuiliter: ſecus, ſi criminaliter, puta in crimine falſi: quia ad probandum falſitatem ſola comparatio literarum non ſufficeret. Idem tradit Deci. in cõſi. 625. col. j. Purpuratus tamen in d.l. admonendi. col. 30. in prin. uoluit fieri poſſe indicium ad torturam, ſecundum qualitatem perſonarum. quod ſatis admitterem, contra perſonam malè fama
73 tam. ¶ Vnum † etiam non omitto, quòd licèt in apocha ſola comparatio literarum non ſufficiat, ut ſuprà dictum eſt: ualeret tamen pactum aut conuentio partium, quòd ex ſola comparatione literarum fides detur apochæ, modò de tali conuentione legitimè appareat. Alex. in d. conſ. 76. col. ij. uerſ. uel ſecundum Raphaelem. libr. iij. ¶ Duodecimò
74 † quæro, dictum eſt ſuprà quòd ubi ſcriptura habet ſubſcriptionem partium & teſtium, quòd illa probari poteſt ex ſola comparatione literarum, quomodò & qualiter facienda
ſit

ſit huiuſmodi comparatio? Breuiter de modo faciendi com parationem,& quomodò illa fieri debeat,nõ ſolum de prin cipali ſcriptura partium,& earum ſubſcriptionibus,ſed etiã de ſubſcriptionibus teſtium,clarè tradit Ale. in d. conſ.76. col.ij.uerſ.quinimo,poſito,quòd per comparationem . lib. iij.& in d.conſi.114.col.pen. uerſ. & aduertatur . circa modum.lib.vij.Deci.in d.conſ.615.col. ij. uerſ. ſimiliter circa
75 ſecundum . ¶ Decimo tertiò † quæro in materia d. l. ſcripturas.pone quòd tres teſtes ſubſcripti ad formam d. legis recognoſcant eorum ſubſcriptiones: tamen non deponant ſe fuiſſe præſentes illi ſcripturæ : ſed dicant , quod debitor coram eis confeſſus eſt, quòd fuit ſcripta à tertio de partiũ uoluntate:& quòd ipſe debitor eã ſubſcripſit: An talis ſcriptura probet?deciſio Neapolitana,deci. 104. dicit ſe mirari,quòd Alex.& Iaſ.in d.l.admonendi . caſum hunc omiſerint. & quod tactum non inuenit,niſi in quibuſdam recolle ctis domini Caroli de Rogerijs in d.l.admonendi. ubi con cludit talem ſcripturam fidem facere . & ita dicit deciſio prædicta fuiſſe iudicatum in curia Neapolitana: quia paria ſunt confeſſio debitoris,uel quòd teſtes uiderint eum ſcribere.& pro hoc allegat Roma.in d.l.admonendi.ubi ſi producitur ſcriptura facta à tertio , non ſubſcripta à partibus , ſed à teſtibus,qui dicant eam factam à tertio de uoluntate & mandato ipſarum partium,talis ſcriptura probat . ¶ Sed
76 aduerte,licèt † deciſio Neapolit.dicat, quòd nullus ex dominis conſiliarijs aliquam deciſionem in terminis inuenire potuit:& ꝙ Alexan.& Iaſ. caſum hunc omiſerunt , mihi uidetur ꝙ imo ex dictis ſuprà in ſexta & decima quæſtioni bus deciſa uideatur quæſtio propoſita per Mattheum de Afflictis. Nam in dictis ſexta & decima quæſtionibus uidimus , ꝙ ubi ſcriptura non habet ſubſcriptionem utriuſque partis,ſed teſtium tantum,uel unius partis tantum:tunc nõ probatur fides ſcripturæ ex recognitionibus teſtium ſubſcriptorum licèt dicant ſe fuiſſe præſentes illi ſcripturæ , & eam ſcribi uiderint,niſi etiam iuuetur ſcripturæ fides com paratione literarum . Si ſola teſtium recognitio non ſufficit,licèt fuerint præſentes ſcripturæ, & dicant ſe uidiſſe eã ſcribi : quanto minus ſufficiet talis recognitio ſola in quæ-

ſtione

ſtione propoſita, quando teſtes non fuerunt præſentes ſed ſolum intellexerunt ſic ſcriptam fuiſſe per confeſſionē debitoris. Ideo in caſu dictæ deciſionis puto ꝙ fuerit iudicatum contra opi. Bart. communiter approbatam, ſaltem in apocha:ut ſuprà abundè dictum eſt in memoratis quæſtionibus ſexta & decima.Bene fateor, ꝙ ſi in caſu dictæ quæſtionis formatæ per dominum de Afflictis, fuiſſet ſubſcriptio utriuſq; partis, ſufficiens uiſa eſſet illa teſtium recognitio, etiam quod ſcripturæ præſentes non fuiſſent, cum deponant de confeſſione debitoris præſente creditore.Secus,ſi creditore abſente:maximè cum talis confeſſio non reſpiciat ueritatem negotij:ſed ſolum, quòd ita ſubſcripſit de
77 bitor. ¶Decimo quarto † quæro,in materia d.l.ſcripturas. an omnino ſint paria ſcripturam fuiſſe ſcriptam à partibus, uel à tertio de uoluntate & mandato ipſarũm partium:uidetur dicendum, quod ſic: quia factum à partibus uidetur, quod ſit de mandato earum.l. ita autem depoſitioni §. geſſiſſe.ff.de admi.tut.reg.qui per alium.& dictum eſt ſuprà in proxima & præcedenti q.tradunt gl.Hoſt. Ioan. Andre. & doct.in d.c.ij.de fide inſtru.Aret.in d. conſil.64.col.ij.addo Bal.in conſ. 98. Nam probant.li.ij.ubi dicitur,ꝙ talis ſcriptura tertij facta utraque parte mandante,plenè probat, et ſi ſtatutum dicat, ꝙ non credatur ſcripturæ tertij. ¶ Sed
78 iſtud non † puto procedere ita generaliter,quando ſcriptura facta per tertium caret ſubſcriptione ipſarum partium: quia tunc duo copulatiuè uidentur neceſſaria, id eſt & recognitio teſtium ſubſcriptorum,& cõparatio literarum, per ſuprà d. Si enim iſta duo copulatiuè requiruntur, quando ſcriptura ſolum eſſet facta aut ſubſcripta ab altera parte tãtum:ut ſuprà uidimus in dictis quæſtionibus ſexta,decima, & decimatertia: à fortiori quando eſt ſcripta per tertium ſine aliqua ſubſcriptione partium.Imo d.l.ſcripturas.requirens ſubſcriptionem partium,neceſſario uidetur præſupponere caſum, quando confecta eſſet ſcriptura per tertium: quia ſi partes ſcripſiſſent, neceſſaria non eſſet earum ſubſcriptio,ut ſuprà diximus in tertia quæſt. huius tertiæ limitationis.Dum ergo Bart.& doctor.requirunt probationem ex utroque fieri, id eſt, ex recognitione trium teſtium, & comparatione

comparatione literarum, quando ſcriptura caret ſubſcriptione partium, uidentur loqui in caſu iſto, quando facta eſſet ſcriptura per tertium de mandato partium: quia ſi à partibus facta eſſet, neceſſaria non eſſet ſubſcriptio earum.

79 ¶ Decimoquintò, † ad perfectam intelligentiam huius materiæ quæro, quando fit probatio ſcripturæ ex utroq; id eſt, ex recognitione teſtium, & comparatione literarum an ſit neceſſaria comparatio, etiam quò ad ſubſcriptiones ipſorũ teſtium. Puto quòd nõ: ex quo teſtes eorum ſubſcriptiones recognoſcunt. Ideò ſi teſtes eſſent mortui, qui recognoſcere non poſſent, talis ſcriptura fidem nõ facere, hoc caſu quo præmiſſa duo copulatiuè requiruntur. & ſic mortuis teſtib. fruſtrà quæritur de comparatione literarum ſubſcriptionis eorum, ex quo recognitio erat neceſſaria. Si autem uiuunt & recognoſcunt, etiam quærendum non eſt de comparatio

80 ne literarum quo ad ipſas ſubſcriptiones. † Decimoſexto quæro, pone quòd ſcriptura ſit facta manu creditoris: ſubſcripta tamen tribus teſtibus ſine alia ſubſcriptione debitoris, an fidem faciet concurrentibus illis duobus requiſitis, id eſt, recognitione teſtium, & comparatione literarum. Io. de Ana. in conſ. 40. ſimpliciter tenet iuuari talem ſcripturã, propter ſubſcriptionem trium teſtium. Sequitur Iaſ. in d. conſ. 129. col. iij. lib. j. & nihil dicunt Io. de Ana. & Iaſ. quòd ſi iſti tres teſtes recognoſcant, neceſſaria ẽt ſit literarũ comparatio. Ego puto, quòd ſi ipſe creditor agat contra debitorem & teſtes recognoſcentes, dicãt factam eſſe ſcripturam manu creditoris de uoluntate & mandato debitoris quòd eluſoria dicatur comparatio literarum creditoris, ex quo creditor ipſe approbat. Dum enim doct. dicunt compara-

81 tionem † eſſe neceſſariam, debent intelligi, quando negatur ſcriptura manu illius, per quem ſcripta dicitur. & ideo non uideretur iſto caſu neceſſaria, niſi etiam debitor negaret illam ſcripturam confectam manu ipſius creditoris. Sed ſi debitor non negaret ſcripturam, ſed ſolùm debitum, & diceret non eſſe habendam fidem ſcripturæ creditoris in facto eius proprio: tunc ſola recognitio teſtium ſufficeret ſine literarum comparatione. & iſta erit una declaratio ad omnia præcedentia, in quibus dictum eſt comparationem

literarum eſſe neceſſariam, ut procedant, quando utrunq; negatur, id eſt, & ſcriptura & debitum. Si uerò debitum tantùm negetur, ſcriptura uero concedatur, quorſum attinet fidem ſcripturæ probare per comparationem literarum?
82 Teſtium tamen recognitio eſt † neceſſaria, quando negatur debitum, licèt non ſcriptura, niſi eſſet ſcriptura, propria confitentis: quia tunc etiam debiti probatio per teſtes recognoſcentes non eſſet neceſſaria: quia ſatis probatur debitum, dum recognoſcit ſcripturam à ſe factâ ex propria eius confeſſione. Quæ ratio non militat in ſcriptura facta ab alio: quia ſtant ſimul, quòd tertius ſcripſerit me eſſe debitorem alterius, & tamen uerè debitor non ſim: quia potuit fal
83 sò ſcribere, quæ † falſitas allegari non poteſt contra propriam confeſſionem: quia eſſet allegare turpitudinem ſuã. l. tranſactione. C. de tranſactio. l. cùm profitearis. C. de reuocand. dona. l. filios. C. de reuo. his, quæ in fraud. credi. c. inter dilectos. de dona. non eſſet tamen neceſſaria recognitio teſtium ſubſcriptorum, quando eorum ſubſcriptiones pars recognoſceret & fateretur: fruſtrà enim quæritur de recognitione teſtium, ubi partis confeſſionem habemus. ¶ Ex præmiſſis explicatam habemus hanc tertiam limitationem, non minùs utiliter, quam copioſè.

ARGVMENTVM.

Quarta limitatio concluſionis ſuprà adiectæ, nimirùm ſcripturam priuatam neutiquàm fidem facere. Id in quibus potiſſimùm ceſſet. In hocq; ipſum thema elegans & acuta utrinque diſſertatio. Hinc de ui & facultate ueriſimilitudinis, in confeſſione, in teſtibus, in publico inſtrumento, in iuramento, & cæteris probationibus, & actis iudicialibus. Tú de libro adminiſtratoris ſociorum, quid debeat continere, ut fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Archiui publici ſcriptura priuata an probet. Et quot queue debeãt*
2 *eo concurrere.*
Scriptura priuata reperta in archiuo publico, an debeat eſſe locata inter authenticas, ad hoc ut probet.
3 *Conſuetudo an det robur ſcripturæ priuatæ repertæ in archiuo, an potiùs ipſum archiuum.*

4 *Conſuetu-*

4 *Conſuetudinem an probare debeat, qui illa nititur in ſcriptura pri uata, reperta in archiuo publico.*

5 *Conſuetudo, quæ dat robur ſcripturæ, aliàs minùs ſolenni an extendatur extra territorium, & probationem afferat ſcripturæ, & nu. 6. 8. 10.*

7 *Locus in quo ſcriptura facta eſt, inſpicitur, quocunque illa inde producatur.*

9 *Conſuetudo, per quam datur fides libris mercatorum, an extẽdatur extra territorium.*

11 *Archiui ſcriptura, an probet extra territorium ipſius archiui.*

12 *Conſuetudo quòd credatur ſcripturæ omninò priuatæ, non ualet.*

13 *Crimen non probatur ex ſcriptura minùs ſolenni, licèt repertà in archiuo publico.*

14 *Scriptura priuata, longo tempore obſeruata pro publica, probat. Et illa diuturna & longa obſeruantia an ubiq; ſit neceſſaria quomodoque id accipiatur. nu. 15. & 16.*

17 *Scripturæ minùs ſolenni, ex obſeruantia longi temporis datur fides.*

18 *Patientia habens aliquod præambulum ſeu diſpoſitionem præcedentem, præiudicat & diſponit, & fidem adfert inſtrumento.*

19 *Confeſſio expreſſa teſtamentum eſſe minùs ſolenniter factũ, non præiudicat confitenti, & idem iudicium de ignorante defectum ſolennitatis in caſibus, in quibus toleratur error iuris.*

20 *Scriptura priuata reperta in actis, plenam fidem an faciat.*

21 *Opponi nihil poteſt contra mandatum factum in iudicio. Et quid, quantumq; operetur color iudicij in probatorijs.*

22 *Scriptura priuata reperta in actis, ut fidem faciat, opus eſt teſtimonio notarij actorum.*

23 *Notarij actorum atteſtatio uel ſubſcriptio, ſcripturam priuatam fuiſſe repertam apud acta, habet uim ſubſcriptionis teſtium.*

24 *Libro rationum tutoris, procuratoris, ſeu negotiorum geſtoris, creditur cum iuramento ſcribentis, quando continet ueriſimilia.*

25 *Tutor, procurator, & negotiorum geſtor, quantùm circa fidem librorum, an æquiparentur.*

26 *Procurator an poſſit tutori aut negotiorum geſtori comparari, circa fidem ſcripturæ.*

27 *Liber rationum tutoris, curatoris, & ſimilium, qui non ita immediatè approbatur à parte, an fidem faciat ſimpliciter, maximè in grauibus & magnis ſummis. Et quid illæ ſint uerisimiles.*

28 *Adminiſtrator culpa uacat, ſi in cauſa pupilli uel adulti ſe geſſit pro conſuetudine aliorum, omnia referendo in libro rationum.*

29 *Adminiſtratoris libro rationum, adhibito iuramento, fides datur, quando expenſa ueriſimilis eſt ex operis euidentia.*

30 *Executoris aſſertioni & libro rationum, an credatur, in eius fauorem, in magnis ſummis, non confecto inſtrumento diſting.*

31 *Inſtitoris conſtitutio, cenſeri debet facta ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

32 *Adminiſtratorem oportet eſſe famæ integræ. ut eius libro rationum ſtetur.*

33 *Iurantem oportet eſſe omni exceptione maiorẽ, ut eius dicto ſtetur.*

34 *Adminiſtratoris libro rationum ſtatur, quando non poteſt aliundè, niſi cum magna difficultate haberi probatio.*

35 *Res probanda per librum rationum, debet eſſe ueriſimilis.*

36 *Iudici conſtare debet de ueriſimilitudine rei, quæ probanda uenit per librum rationum. Et id qualiter, & unde colligendum.*

37 *Veriſimilitudo ſæpè fidem facit.*

38 *Veriſimilitudo facit, ut ſtetur confeſſioni alterius, in tertij præiudicium.*

39 *Confeſſio non attenditur, quando non eſt ueriſimilis.*

40 *Teſtibus non ueriſimilia deponentibus poteſt iudex fidem non adhibere.*

41 *Inſtrumentum publicum non probat, niſi contineat ueriſimilia.*

42 *Iuramentum non ſeruandum, niſi contineat ueriſimilia.*

43 *Probatio ueriſimilis ſufficit, ubi proceditur ſola ueritate facti inſpecta.*

44 *Liber rationum, debet continere data & accepta.*

45 *Liber rationum debet continere diem & tempus: aliàs non probat.*

46 *Liber rationum cauſam debiti & crediti continere debet.*

47 *Liber rationum, ut fidem faciat, adhibendum eſt iuramentum ſcribentis.*

48 *Libro rationum, an eò fides minùs adhibeatur, quòd ille qui ſcripſit, cuiuſq; iuramentum requirebatur, mortuus ſit. & nu. 50.*

49 *Inſtrumentum minùs ſolenne aut defectuoſum, ſemiplenè probat notario mortuo: & quid de libro rationum mortuo ſcribente.*

51 *Liber rationũ, debet carere miſtura rationũ ipſius adminiſtratoris.*

52 *Liber rationum adminiſtratoris, an procedat in fauorẽ abſentis.*

53 *Abſentia an non impediat fidem ſcripturæ: & noceat confeſſioni, quæ*

quæ fit per ſcripturam.nu.54.

55 *Liber ſociorum,ſcriptus ab aliquo inſtitore,an probet inter ſocios, atque inter ipſum inſtitorem.* Et quid ſi fuerit ſcriptus ab uno ſociorum.nu.56.

57 *Mandatum tacitè probatur ex ſcientia & patientia partis, ex eo quod quis agit ſciente & patiente domino.*

58 *Procurator an eo cenſeatur conſtitutus, quod dominus comparet cũ eo in cauſa,& aſſerit eum ſuum procuratorem.*

59 *Liber rationum,ſcriptus ab omnibus ſocijs modò ab hoc, modò ab illo,prout locus & neceſſitas ferebat,fidem facit.*

60 *Liber rationum ſociorum ut probet,an ea requirantur omnia, quæ neceſſaria ſunt in libro rationum unius adminiſtratoris.*

61 *Liber ſociorum,& adminiſtratorum,in quo differant.*

62 *Liber officialis publicè ſtatuti,an fidem faciat,licet nõ ſit notarius. Quid de theſaurario.*

63 *Liber maſſarij,an fidem faciat diſting.& num.65.*

64 *Soluens debitum tributum, & acceptilationem referens à theſaurario,aut ex actore,non tamen à notario ſubſcriptam, an liberetur.*

66 *Liber officialis publicè inſtituti,probat pro tertio, aut contra tertium: non autem in fauorem ipſius ſcribentis.*

67 *Notarij ſcriptura probat tantùm contra eum,non pro eo.*

68 *Libro officialis publicè inſtituti,an credatur, ſi quid ſcribat pro ſe, pertinens tamen ad ſuum officium.*

69 *Liber officialis publicè decreti probat pro tertio & contra tertiũ, cum quo tamen res acta ſit.* Et id an plenè,an ſemiplenè tantum. nu.70.

71 *Liber officialium publicè creatorum, non probat plenè contra tertium abſentem.* Nec liber æſtimi probat dominium in præiudiciũ tertij.

72 *Liber officialis publicè inſtituti,in his tantùm probat,quæ ad ſuum officium pertinent.*

73 *Gabellæ ſolutio pro contractu, an probet contractum contra tertiũ abſentem.*

74 *Ex acceſſorio infertur neceſſariò ad probationem principalis.*

75 *Liber officialis publicè conſtituti,quando probet in ciuilibus & criminalibus.*

76 *Libro officialis publicè inſtituti,an credatur contra non ſubditum, & num.81.*

77 *Notarius ſolùm à principe conſtitutus, poteſt ubiq; inſtrumenta recipere.*

78 *Collectarum exactor examinatus, in teſtem pro ipſa uniuerſitate, an poßit eſſe teſtis contra ipſam uniuerſitatem.*

79 *Scriptura officialis, in cauſa uniuerſitatis an fidem faciat.*

80 *Caput ubi ſuſpectum eſt, illi etiam, qui caput ſequuntur, uerisimiliter ſuſpecti ſunt.* Et *idem utrorumq; eſt iudicium.*

82 *Notarius creatus ab inferiore, poteſt inſtrumentum recipere extra territorium creantis, inter ſubditos tamen.*

83 *Statuto cauente, quòd ſolutio probari non poßit, niſi per inſtrumentum publicum, an ſatis erit eam probari per ſcripturam aut librũ officialis publici, caſu, quo eius libro fides detur.*

84 *Inſtrumentum publicum, quod dicatur.* Et *an eius appellatione, ueniat ſcriptura publica.* Et *quid ſcriptura publica. num.* 85.

86 *Ex æquipollentibus quid fiat, non laborandum in his, in quibus effectus conſideratur.*

87 *Inſtrumentum appellatione, an ueniat confeßio: ita ut conſtitutus ad recipiendum teſtes & inſtrumenta, poßit & recipere confeßionem partis.*

88 *Statuto requirente probationem per inſtrumentum publicum, an ea ipſa fieri poßit per teſtes.*

1 QVARTO. †limitatur dicta concluſio, quæ habet, quòd ſcriptura priuata non probat, ut non procedat in ſcriptura archiui publici. l. cenſus, ff. de proba. authen. ad hæc. C. de fide inſtrument. c ad audientiam. de præſcriptio. ubi Felin. quòd iſtud procedit concurrentibus tribus. Primo, quòd archiuo præſit officialis publicus. Secundo, quòd ſcriptura ſit poſita inter ſcripturas authenticas. Tertio, ꝙ fides ex conſuetudine illis detur. allegat Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de inſtrumen. editio. §. nunc dicendum. in magna addi. uerſic. quiatum ſupplementum. idem uoluit Bald. in l. exemplo. col. j. C. de proba. & in rubric. C. de fide inſtr. col fi. Idem tradit Soci. in conſi. 258. column. ij. lib. ij. Addo quartum requiſitum: quia, non ſufficit, quòd talis ſcriptura ſit inuenta in archiuo: ſed oportet, quòd habeat teſtimoniũ commentarienſis, aut officialis deputati ad cuſtodiam ipſius archiui, id eſt, uel quòd commentarienſis fuerit rogatus

tus de tali ſcriptura,& ipſe eam ſcripſerit, uel quòd atteſte tur eſſe ſcripturam archiui publici : ita Cor. in conſil. 142. col.iij li.iij.ſequitur Dec.in d.c.cùm cauſam.col.iij.in quar
2 ta fallentia,de probat. ¶ Sed aduerte † circa ſecundum requiſitum, quòd opoiteat talem ſcripturam priuatam eſſe poſitam inter ſcripturas authenticas tantùm,ex hoc nimiũ uidetur reſtringi iſta concluſio, quòd ſcriptura nõ ſolennis reperta in archiuo publico plenè probat. Nam archiuum publicum ſolùm uideretur ualidare ſcripturam unâ minus ſolennem,quæ ſit inter alias authenticas. Patet:quia ſi ſint plures ſcripturæ minus ſolennem, nulla uidetur probare: quia ſemper dicetur poſita inter ſcripturas non authenticas. Ideò memorata cõcluſio tota fermè uidetur corruere. & eſſet abſurdum, quòd archiuum publicum uni tantùm ſcripturæ non authenticæ robur & fidem dare poſſit. Sed pro ſolutione puto hoc ſecundum requiſitum intelligendum, quando ſcriptura priuata reperitur inter ſcripturas authenticas,id eſt,quæ ratione archiui publici pro authenticis habentur,licèt de iure non ſint. Secus, quando in archiuo eſſent aliquæ ſcripturæ non authenticæ,neque de iure communi,neque ratione ipſius archiui: puta quia ibi tenerentur etiam literæ miſsiuæ,aut aliæ ſcripturæ,quas uniuerſitas pro publicis non habet,quod nota: quia per alium quem legerim,declaratum non uidi. ¶ Similiter aduertendum
3 dum † eſt circa tertium requiſitum de conſuetudine: quia non uidetur neceſſarium: quia ubi conſuetudo dat robur ſcripturæ, fides uenit ex conſuetudine non ex archiuo:cùm ſola conſuetudo ſufficiat.c.cùm dilectus. de fide inſtru.Felin.in d.c.ad audientiam.col.iiij.de præſcrip.mouet difficultatem, & ſoluit;quòd conſuetudo nõ ſimpliciter ualidat ſcripturam,ſed concurrentibus duobus: uidelicet,loco archiui, & authoritate officialis deputati ad eius cuſto-
4 diam. ¶ Sed iſta ſolutio mihi non ſatisfacit: quia † ea attenta ſequeretur,quòd producens hanc ſcripturam archiui,teneretur probare talem conſuetudinem,cùm in facto conſiſtat.l.j.& ij.C.quæ ſit longa conſuetu.Oldr. in conſil. 226. Quidam Epiſcopus.col.fi.uerſ.tertia ratio.Bal. in cõſ. 269. Quidam nomine.j.col.ij.circa med.li.j. Abb. in conſil. 53.

colum.final.lib.ij. ſi probatio conſuetudinis ſit neceſſaria: ergo fides fiet ex conſuetudine,non ex archiuo. ob id puto iſtius requiſitum non eſſe neceſſarium:ſed ex eo fieri poteſt una limitatio ad memoratam concluſionem, ut non procedat quando conſuetudo eſſet in contrarium,quòd fides non detur huiuſmodi ſcripturis minus ſolennibus repertis in
5 archiuo publico. ¶ Sublimitatur † nunc per doct. iſta quarta limitatio, ut non procedat extra territorium loci ipſius archiui.Ioan.And.in d.magna addi.Bald. in d. l. exemplo. C.de proba.& in d.rubri.C.de fide inſtr.Ale. & Iaſ. in d.authen.ſi quis in aliquo documento.C.de edendo. idem Ale. in conſil.138.col.iij.lib.j.in conſil.16.col.iij.& in conſi.23. col.ij.lib.v.Socin.in conſil.187.col.vij.uerſicul.ſed ad præmiſſa reſpondetur.& in d.conſil.258.col.ij.in fin. uerſ.præterea tunc ſcriptura.libr.ij. Purpuratus in d. authen. ſi quis.
6 in aliquo documento.colum. v. ¶ Sed fortiter † opponitur contra hanc ſublimitationem:quia uidemus, quòd ubi aliqua ſcriptura de iure non ſolennis,fit ualida ratione ſtatuti uel conſuetudinis,talis conſuetudo extenditur extra territorium,& ſcriptura ſic roborata à ſtatuto uel cõſuetudine, ubique probat. Bartol. & doctor. in l.j. in ſeptima q.princ. C.de ſum.trinit.& fide cathol.Anto.de Butr. & docto.in d. c.ij.de fide inſtru.Bald.in d.l.exemplo.C.de probat. & in l. ſi non ſpeciali.per illum tex.C.de teſta. ſequitur Dec. in c. j.col.17. in fi.uerſ.tertio,quod dicit Ioa.And.de proba.Iaſ. in l.ſi arrogator.col.16.ff.de adoptio. ubi, quòd nunquam inuenit contradicentem. licèt deciſio ipſa uideatur ſibi dura & mirabilis,eandem opi.ſequitur idem Iaſ.in l.quędam. §.numularios. in ſecundo not. ff. de eden. ubi reputat hoc ualdè nota.& idem Iaſ.in d.l.j. col. v. uerſ. ſecundo ex hoc membro.C.de ſum.tri.& fide cat. & Ful. d.l. ſi non ſpeciali. in ſecundo no.de teſta.Bertach. in ſuo reper. in uerb.in-
7 ſtrumento quando ualeat.uerſ.22. Nam circa † fidem ſcripturæ inſpicitur locus,ubi facta eſt, ubicunq; poſteà producatur. per l.ſi fundus.ff.de euictio.Bald.in conſi. 179.Inſtrumentum.lib.iij.Iaſ.in l.ius autem ciuile.col.fi.ff.de iuſti. & iure & in conſ.133.col.ix.lib.iiij.Guido Papæ, q.262.¶Iſtã
8 † difficultatem mouet Feli.in d.c.ad audientiam. & refert

Aret.

Aret.in d.c.cùm cauſam .ſ de proba. tenentem contra hanc ſublimitationem, quòd imo talis ſcriptura archiui publici,extra territorium,& ubiq; probet. per doct. Bart. in d.l. j.C.de ſum.tri.& fide cathol.Sed Feli.tenet hanc ſublimitationem.Ad argumentũ ſuprà factum,reſpõdet poſt Bellẽzinũ,quod dictũ Bar.in d. l. j. nõ eſt uerũ:nec procedit extra territorium, niſi inter ſubditos, ẽt rõne ſolius contractus. Addo,quod idem uidetur nelle Bald.in d.l.exemplo.prout ponderat Iaſ. in d.l.ſi non ſpeciali.in ſecundo notab. Idem uult Socin.in conſi.149.col.5.uerſi. circa ſecundum. lib. 1.
9 ubi, quòd † conſuetudo,per quam datur fides libris mercatorum, non extenditur extra territorium. Sed aduerte, quia opin. Bart. uidetur communis. & ex dictis doct.ſuprà
10 alleg.pro opi.Bart. apparet,quod non ſolum † ſcriptura facta ſecundum ſolennitatem unius loci, ubique probat: ſed etiam ſi ſit ſcriptura omnino priuata,nullam habens ſolennitatem, puta liber merçatoris, ſi ei detur fides per ſtatutum aut conſuetudinem, probat ubique: ut per Bald.in d. l.exemplo.in l.ij.col.ij.in tertio not.C. de probat.ſequuntur Moder.in locis ſuprà alleg.Idem libros mercatorum ſequitur Crotus in l. omnes populi.col.5.circa medium.uerſ. Secundo quæritur. ff. de iuſti.& iur.licet Corn. non fuerit auſus decidere in conſi.319.col.10.uerſi.nec obſt.ſi dicatur quod dicta conſuetudo. lib. 3. nec Soci. dicit contrarium in d. conſi. 149. col. 5. lib. 1. quia non dicit, quod tales libri ubique probent, tantum dicit, quod reſtringitur conſuetudo ad libros ſcriptos in loco conſuetudinis. Itaque modo ſit ſcriptus in loco conſuetudinis probabit ubique.
11 Aeque uidetur † communis illa opinio, quod ſcriptura archiui non probet extra territorium ipſius archiui: ſed niſi detur ratio diuerſitatis inter iſtos duos caſus, oportet alterum neceſſario corruere. Puto rationem diuerſitatis eſſe, quia in archiuis non ſolent ſeruari ſcripturæ, niſi concernentes publicum intereſſe: & in quibus agitur de grauiore præiudicio, & ob id quod ratiõne grauioris præiudicij difficilius fiat extenſio extra territorium. Secundo, conſideratur grauius præiudicium in ſcripturis unius archiui, ſi ubique probent: quia difficilius poſſunt impugnari & reprobari.

probari de falſo, quàm aliæ ſcripturæ priuatorum, ratione cuſtodiæ & diuturnæ occultationis. Tertio conſidero, quod in iſtis ſcripturis archiui præſupponitur, quòd aliunde ſcriptura ſit omnino priuata, non confecta ſecundum ſolennitatem loci: & facilius fit extenſio in conſuetudine exorbitanti aut limitatoria, quàm in correctoria: per ea, quæ
12 not. in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matri. & in † conſuetudine, quod credatur ſcripturæ omnino priuatæ, illa indiſtin-
13 ctè non ualet: ut infrà uidebimus. ¶ Secundo † ſublimitatur dicta quarta limitatio, ut non procedat, quando agetur de crimine: quia non probatur crimen ex ſcriptura minus ſolenni, licet reperta in archiuo publico. Iaſon in conſi. 34. colum. penult. in princip. lib. j. Aduerte tamen: quia Iaſ. non ſe fundat ex eo, quòd talis ſcriptura dicatur minus ſolennis: ſed quia per inſtrumentum etiam ſolenne & publicum crimen probari non poteſt. Bar. in l. in ſenatus. in princip. ff. ad Turpil. Bald. in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. de quo latè per Felin. in cap. cum in ec-
14 cleſijs. de maiorita. & obedien. ¶ Quintò † limitatur dicta concluſio, ut non procedat in ſcriptura priuata, longo tempore obſeruata pro publica. Alexan. in d. conſi. 138. col. 3. uerſi. idem uoluit Ioan. And. lib. j. Allegat Ant. de Butr. in d. c. ij. col. 3. uerſi. 8. caſus. & ſeq. de fide inſtrum. & quòd
15 infrà dicam num. 284. ¶ Sed aduertendum eſt † circa iſtud dictum: quia ſi Alexan. intelligit de obſeruantia ſcripturę pro publica, ex eo, quòd ſæpius fuerit in iudicio producta, & habeatur ac obſeruata pro publica, non uidetur neceſſarium quòd longo tempore pro tali & publica fuerit obſeruata, cum ex unica productione dicatur approbari: ut ſuprà latè uidimus in materia productionis. Niſi dicas, quòd illud procedit inter ipſas partes. Secus, quò ad alios tertios contra quos neceſſaria uidetur obſeruantia longi temporis: & de iſta obſeruantia loquitur Alex. in conſi. 187. lib. 7. Bald. in l. exemplo. C. de probatio. Bart. in extrauaganti, qui ſunt rebelles in ultima gloſſ. Geminia.
16 in conſi. 15. Reuertende. col. fi. circa med. Secundo † modo poteſt intelligi dictum Alexand. de obſeruantia, non ex productione & uſu ſcripturæ: ſed quia iuxta eius formam

& tenorem

& tenorem aliquid fuerit obſeruatum: puta in ſcriptura minus ſolenni continetur, quòd Titius uendidit Sempronio fundum. reperitur quòd Sempronius longo tempore tenuit illum fundum prout diſponitur in ipſa ſcriptura. Vel producitur teſtamentum minus ſolenne: tamen reperitur, quòd legata fuerunt ſoluta ad formam ipſius teſtamenti: quo caſu licet certum ſit ſcripturam ſolennem non eſſe: tamen ueritas facti, an ita actum ſit, prout in ſcriptura continetur, eſt in dubio. Quæ dubietas uidetur certificari ex obſeruantia ſubſecuta, argu. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. ff. de legib. & ſic iſta obſeruantia uidetur habere uim teſtium deponentium ſuper ueritate facti, quando ſcri-
17 ptura non eſt ſolennis. & quod † ex tali obſeruantia detur fides ſcripturæ minus ſolenni, tradit Cyn. in allegat. ſuis, quæ ſunt inter conſilia Bald. poſt conſi. 400. Super primo puncto.col.j.lib.iiij.& dicit Bald.in conſi. 402. Quæritur, an per ſolam diffamationem. in fi. lib. v. quòd inſtrumenta per ſententiam & obſeruantiam partium tranſeunt perpetuam fidem. Idem uoluit Iaſ. licet præmiſſa non alleget,
18 in conſi.161.col.4.in princip. lib.2.ubi quòd patientia † ſecuta iuxta tenorem præcedentis inſtrumenti, non ſolennis, dat fidem inſtrumento: quia quando patientia habet aliquod præambulum ſeu diſpoſitionem præcedentem, præiudicat, & diſponit. allegat Bald. in l. licet. C. de iur. delib. & in rub. de inueſt. de re alie. fact. in uſib. feud. & quòd fides ſcripturæ non ſolennis iuuetur ex obſeruantia ſubſecuta, ſcripſi in conſi. meo 101. colum. 2. & in conſi. 158. col. 1. Quibus addo text. in l. j. in l. ij. & l. ſi ueritas. C.de fideicom.ubi, quòd teſtamentum minus ſolenne cenſetur approbatum ex eius obſeruãtia & implemento. quæ iura citat Rom. in conſi. 222. Dubitatur. Sed hoc intelli-
19 ge, quando † expreſſa confeſſio præiudicaret. Ideò in teſtamento non indiſtinctè hoc procederet: quia confitens teſtamentum eſſe factum, ſed minus ſolenniter, ſibi non præiudicat: ut ſuprà uidimus, nu. 108.120.ob id non præiudicat obſeruantia, niſi ſecundum terminos d.l.j.ij. & l. ſi ueritas.C.de fideicom. Rurſus in iſta obſeruantia habenda eſt ratio, an quis ſciuerit uel ignorauerit ipſam ſcripturam, & deſe-

& defectum eius ſolennitatis in caſibus, in quibus tolera-tur error iuris: per ea quæ habenrur in l. ſi certis annis. C. de pact. & quòd ignorans defectúm ſolennitatis, non cenſeatur ſcripturam approbare: tradit Veroneſenſis in conſi. 53. colum. 5. per tex. in l. poſt legatum. in princip. ubi gloſſ. & Bart. ff. de his quib. ut indign. in l. poſtquam. ubi Bald. & Ang. & in l. legitimam. ubi gloſſ. ff. de peti. hæred. tradit Socin. in conſi. 79. colu. 5. poſt med. & ſeq. lib. 3. Deci. in
20 conſi. 608. col. 1. ¶ Sextam † limitationem pònit Iaſ. in rep. d. l. admonendi. colum. 41. uerſicu. adde ſextum caſum, quando priuata ſcriptura reperitur in actis, quia fidem plenam facit. allegat Bald. in l. ne in arbitris in tertio notab. per illum tex. C. de arbitr. ſed Iaſ. refert eundem Baldum in authen. offeratur. colum. penult. C. de litis conteſta. iſtud declarantem, quando notarius actorum redegit eam in actis, & proprio teſtimonio confirmauit. Idem dicit Iaſ. quando priuata ſcriptura fieret coram iudice, & coram teſtibus & publicaretur. alleg. Anto. de Butr. in d. c. 2. de fid. inſt. ſed dicit Iaſ. fidem tunc fieri propter teſtes, qui interueniunt in publicatione. Addo ultra Iaſ. Ioan. de Ana. in conſi. 40. ubi uoluit, quod priuata ſcriptura facta in iudi-
21 cio, probet, propter colorem iudicij. Simile † uidemus quod contra mandatum factum in iudicio, nihil opponi poteſt. Ang. in §. ſinautem. col. 2. inſtitut. de ſatiſdat. per tex. in l. 1. C. de ſatiſdat. Similiter ſubſcriptio duorum notariorum alias neceſſaria, non requiritur, quando actus fit in iudicio. Dec. in c. ſicut. col. v. de proba. Hypol. in rub. C. de proba. char. 12. col. 4. uerſi. intellige etiam prædicta. Rebuf. in tract. nomin. in 12. q. princip. num. 17. pag. 71. Addo dictum Bald. in conſi. 118. Quia pleniſſimè. colu. 2. lib. 3. ubi, quòd notariatus probatur ex quaſi poſſeſsione, etiam non longi temporis, quando fecit quis ſcripturas in iudicio: quia non eſt ueriſimile, quòd iudex eum toleraſſet pro notario, ſi non fuiſſet: & ſic color iudicij mul-
22 tum roboris addit fidei probatoriæ. & iſta † ſexta limitatio uidetur procedere, dummodò appareat ſcripturam factam eſſe in iudicio per atteſtationem notarij actorum, quo caſu non uidetur ſcriptura omnino priuata, & ſolum ſpeciale uide-

le uidetur in tali ſcriptura, quod non requiritur illa ſolennitas, de qua in d. l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab. ſine teſtimonio autem notarij actorum, eſſet abſurdũ, quod ſcriptura priuata reperta in actis fidem faceret: quia in actis multa producuntur, quæ fidem non faciunt. Ideò oportet, quod notarius actorum teſtetur, non quòd talis ſcriptura in actis producta eſt, ſed quòd apud acta facta eſt,
23 & † talis atteſtatio aut ſubſcriptio notarij actorum, uim habet ſubſcriptionis teſtium. Guido Papæ q. 175. allegat Salicet. in l. ad inſtructionem. C. de epiſco. & cler. & licet Guido Papæ requirat etiam ſigillum, illud eſt in literis iudicialibus: quæ non recipiunt fomentum à conſenſu aut rogitu partium: ſecus in ſcriptura iudiciali, quæ fit de
24 mandato & uoluntate partium. ¶ Septima † datur limitatio in libro rationum ſcribentis, quando continet uerifimilia. Gul. de Cun. in l. edita. colum. 3. uerſic. ſed quæro, quem effectum habet. C. de eden. ubi, quòd libro rationum tutoris, procuratoris, ſeu negotiorum geſtoris, creditur cum iuramento ſcribentis, quando continet uerifimilia: argu. l. ſi quis pro redemptione. C. de donatio. & l. per hanc. C. de erogat. mili. anno. lib. 12. ſequitur Bal. in l. j. ante fi. C. de edend. & ibi Alexan. ante fi. uer. extra gloſſ. & idem Alexan. in conſi. 54. colum. 2. uerſi. & tanto
25 magis. li. 2. Deci. in d. l. j. in ij. not. C. de eden. ¶ Sed † aduertendum eſt circa hanc limitationem ad multa, & primò dum uidentur æquiparari tutor, procurator, & negotiorũ geſtor circa fidem librorum. Nam uidetur, quod inter eos magna ſit differentia. & in primis non uidetur magna differentia inter tutorem & negotiorum geſtorem, quia officiũ tutoris eſt neceſſarium, geſtoris uerò negotiorum uoluntarium. & magis uidetur imputandum negotiorum geſtori, qui ultro ſe ad gerendum obtulit, cur non cautius ſibi prouidit, quàm tutori, argu. l. ſi fideiuſſor. §. qui neceſſaria. ff. qui ſatiſ. cogan. Rurſus tutoris perſona uidetur approbata, ſiue à teſtatore, ſiue à iudice, quando ſumus in tutore teſtamentario uel datiuo, cuius approbationis ratione fides maior habenda uidetur eius ſcripturæ quàm ſcripturæ unius negotiorum geſtoris: per ea, quæ ſuprà dicta

ſunt

ſunt in ſecunda limitatione. & per ea, quæ ſtatim dicam in
26 ſcriptura procuratoris. ¶ Similiter † non benè uidetur æquiparari procurator tutori, & minus negotiorum geſtori, quia perſona procuratoris, expreſſe & immediate approbatur à domino conſtituente, ſiue ad iudicia, ſiue ad negotia, & dominus conſtituendo procuratorem, uidetur confeſſus de eius legalitate. ob id ſcriptura unius procuratoris ſic approbati, maiorem fidem uidetur facere, & plenè uidetur probare pro ſcribente contra conſtituentem cum iuramento ipſius ſcribentis. & ita hac ratione in libro præpoſiti negotiationi exercendæ decidit Paul. de Caſtro in conſi. 314. Omiſſo primo. column. ij. circa med. lib. 2. allegat nota. in l. fi. §. in computatione ſuper gloſſ. in uerſi. approbauerit. C. de iur. delib. & l. fi. §. ut autem. C. de bon. autho. iudi. poſsi. l. Theopompus. in argumen. ff. de dote prælega Ad idem facit, quod Socin. ſcribit in conſi. 291. colu. 8. in fi. uerſi. prætereà, etiam prædicta comprobantur. lib. 2. ubi, quòd ſcripta à communi inſtitore, continentia data & recepta præſumuntur ſcripta de uoluntate & mandato ſociorum: quia præſumitur pro inſtitore deputato & ap-
27 probato ipſis partibus. ¶ Secundo † aduertendum, in libro adminiſtratoris, puta tutoris, curatoris, & ſimilium, quorum perſonæ non ita immediatè à parte approbantur, quòd non ſimpliciter liber ille uidetur fidem facere, etiam in uerißimilibus, & cum iuramento. Quid enim ſi agatur de magna ſumma? Certè ſi in magnis fidem faceret, occaſio uideretur præſtari delinquendi, & pupillos aut adultos ſpoliandi. & ſic dictum illud Gul. de Cun. in d. l. edita. reſtringendum uidetur ad ſummas paruas aut mediocres: non etiam intelligendum in ſummis magnis, quæ res arbitrio iudicis committi uidetur. ita Alexan. in conſi. ulti. colu. iij. uer. conſideratur etiam aliud lib. 7. & in expenſis magnis, quòd non probentur libro rationum adminiſtratoris: tradit Ang. de Caſt. inter conſilia Calca. in conſi. 94. uerſic. quantum uerò ad ſecundum de expenſis. Bal. in l. id quod pauperibus. ante fi. uerſi. 2. quæro. & in l. nulli. colum. 3. in fi. uerſi. ex prædictis ſequitur determinatio. C. de epiſco. & cleric. quem refert & ſequitur Paul. de Caſt. in conſi. 301.

Ad

Ad bene examinandum. in tertio dubio.lib.1.Deci.in d. l. in ſecundo nota.C.de edendo.& in d.c.ij.colum.v.circa me dium.uerſi.eodem modo. de fid. inſtrumen. ¶ Sed conſide-
28 ra † circa iſtas ſummas magnas, quòd imò uidentur proba ri libro rationum, ſi ſunt ueriſimiles ex eo, quòd ſcribit Bart. in d. l. fin. §. in computatione. colum. 1. uerſi. ulit. poſſumus dicere. C. de iure delib. ubi, quòd etiam expen ſam magnam iudex taxat, inſpecta qualitate cauſæ, in qua expenditur: prout etiam dicitur de expenſis litis, ſi iudex taxat expenſam magnam, ſecundum qualitatem cauſæ: quid aliud importat qualitas cauſæ, quam ipſa ueriſſimilitudo? Si enim qualitas cauſæ, ob quam expenſum ſit, non ſuadeat tantam expenſam, quanta in libro deſcripta ſit, iam liber dicitur continere expenſam non ueriſſimilem. & quòd Bart. uoluerit expenſam magnam probari libro ra tionum, quando eſt ueriſimilis, adduco Socy. in conſilio 82. colum. 7. poſt med. lib. 7. ubi Socy. allegat Bart. in d. §. in computatione uelle expenſam probari aſſertione tutoris, quatenus eſt ueriſimilis: per l. fi. C. de alimen. pup. præ. & tamen dum Bart. allegat. d. l. fi. loquitur in iſta ex penſa magna. ob id tota uis conſiſtere uidetur in iſta ueriſimilitudine, an ſit uehemens aut leuis. Quid enim ſi adminiſtrator ſcripſit in libro ſe dediſſe anulos aut iocalia pro ſorore pupilli, aut adulti, etiam magni ualoris, & hoc ſit multum ueriſimile, ſecundum qualitatem perſonarum, & conſuetudinem regionis, & ipſe adminiſtrator ſit perſona legalis & fide digna? Vel quid ſi etiam de ſummis magnis adminiſtratores inſtrumenta fieri facere non conſueuerũt? Certè iſto caſu ceſſare uidetur fundamentum Bald. in d. l. id,quod pauperibus.& d. l. nulli. C.de epi. & cleri.ubi uo luit imputandum eſſe adminiſtratori,cur non curauerit in-
29 ſtrumentum fieri de ſumma magna. nam dico † culpam ad miniſtratori imputandam non eſſe,ſi id non egit, quod ab alijs fieri conſuetum non eſt.ſed ſatis eſt quòd imitatus fue rit conſuetudinem aliorum omnia deſcribendo in libro ra tionum,l.ſi pignore.§.ubi Bart.ff.de pig.act.Pau.de Caſt.in conſ.423.Quia ſcio.colum.penul.poſt med.lib.j.ubi, quòd ſufficit fieri,quod ab alijs conſuetum eſt fieri. & in pulchro

caſu

caſu tradit Anch.in conſil.348.Pro deciſione Ioã.de Anan. in conſi.71.col.iij. Aret.in conſ.xxxj.Conſiderata. colum. fin.præthereà,ut in facto.Cor.in conſ.108.colum. iij. uerſic. Nec etiam obſtat,quòd plures libro primo. & in conſi. 28. lib.iij.cum ſimil. Et in terminis expenſæ magnæ quòd probentur libro rationum adminiſtratoris,quãdo de ea inſtrumenta fieri non conſueuerunt:tradit Corn.in conſ. 81. col. pen.poſt med.lib.iiij.Ad idem facit Abb.in conſi.36.col.fi. lib.ij.ubi quòd liber rationum probat pro ſcribente in his, de quibus inſtrumenta fieri non conſueuerunt. ¶ Conſide
29 ro † etiam circa magnitudinem cauſæ aut expenſarum, quod illa probatur ſolo libro rationum cum iuramẽto ſcribentis, quando talis expenſa probatur ueriſimilis ex euidentia operis: puta teſtator mandauit conſtrui capellam, quam tutor edificari fecit, uel domus minoris refecta eſt. euidentia enim ædificij ſatis arguit ueritatem ipſius libri. ita Bald.in d.rub.C.de fide inſtrumento.col.x. uerſicul. ſequitur uidêre quid ſi ex alio expenſa magna ſit uerisimilis, & ex alijs coniecturis? certè idem iuris uidetur ſtatuendũ: ut ibi,per Bald. & uerisimilitudo eſt illa, quæ totum facit, ſiue expenſa ſit parua,ſiue magna. bene fateor quod uerisimilitudo maior deſideratur in expenſa & cauſa magna,
30 quàm in parua. ¶ Non omitto † circa dictum Bal.in d.l.id, quod pauperibus.& in d.l.nulli.C.de epi.& cleric.quòd ex eo uidetur impugnari dictum Pau.de Caſt.in d.conſiſ.314. lib. ij.vbi uoluit ſtandũ eſſe libro inſtitoris etiam pro eo, aut in eius fauorem contra dominos conſtituentes, quaſi eius fides cenſeatur approbata.nam Bal.in d l. nulli.ex hac rõne primò arguit in fauorem executoris, quod eius aſſertioni & libro rationum credatur; quaſi eius conſcientiæ totum commiſſum ſit: & tamen contrarium determinat Bal. quòd imo ei non credatur in ſummis magnis, ſed quòd ei uidetur imputandum, cur non ſuper magnis inſtrumentum fieri curauerit.Solutio dici poteſt, quòd data paritate terminorum nulla ſit repugnantia inter dictum Bald. & Pau. quia aut eſt in utroq; conſuetudo,quòd de magnis fiant inſtrumenta: & idem in utroque uidetur dicendum. Aut eſt conſuetudo contraria,quòd non fiant inſtrumenta: & idem
ſimiliter

ſimiliter ius. Aut nulla probetur conſuetudo : & tunc fortè dictum Bald. uidetur uerius, etiam in inſtitore. Nec obſtat approbatio domini præponentis eum : quia licet approbetur perſona, non tamen cenſetur approbatum eius dictũ & ſcriptura : ut habetur in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.
31 Præterea † conſtitutio inſtitoris, cenſeri debet facta ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & prout ius communis, & prout ius commune diſponit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſthu. l. ſi duo. ubi Bal. ff. de acq. hæred. c. ex literis. de conſti. c. ſedes. de reſcrip. c. uenientes. de iureiur. Bart. & doct. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebe. Bald. in l. precibus. col. xij. uerſi, procedo ulterius & quæro. C. de impub. Calder. in conſi. 11. in fin. in tit. de feudis. Itaque ſi ius commune diſponit, quòd adminiſtratores de rebus magnis inſtrumenta confici curent, ſecundum ipſius iuris formam debet inſtitor facere : cum aliter approbatus non dicatur, quàm ius
32 diſponat. ¶ Tertiò, principaliter † aduertendum, pro declaratione huius ſeptimæ limitationis, quòd in caſibus, in quibus liber rationum adminiſtratoris probat, illud uidetur intelligendum, dummodo ſcribens ſit perſona fide digna. Bald. in d. l. unic. colum. iij. C. de confeſsis. Alexan. in conſi. ult. col. iij. lib. vij. Socin. in conſi. 161. col. 2. uerſi. nec obſtat, ſi dicatur. lib. ij. Et pro hoc facit : nam ſtante ſta-
33 tuto, quòd credatur iuramento † alicuius, oportet iurantem eſſe omni exceptione maiorem. dictum eſt Anto. de Alexan. in l. qui accuſare. colum. 2. C. de edendo. ſequitur Deci. in conſi. 37. colum. 4. uerſi. 3. principaliter, ob id infamis infamia facti, non gauderet beneficio huius ſtatuti. Felin. in c. ſi. col. 1. de teſtib. ſequitur Ripa in d. l. 2. colum. 3. ante med. ff. de damno infect. illud etiam dictum Anto. de Alexan. ſequitur Iaſ. in repe. d. l. admonendi. colum. 107. uerſi. 36. Iſtud iuramentum. Similiter licet ſtetur aſſertioni iuratæ eius, à cuius animo aut conſcientia quid dependet, illud intelligitur, dummodò iurans ſit bonæ famæ. gloſſ. in c. ſignificaſti. in uerſi. ſi ita eſt. de homicidio. Bald. in l. falſus. colum. iij. C. de furt. Iaſ. in §. ſed
34 iſte. col. 19. nume. 96. inſt. de actio. ¶ Quarto † procedit

iſta ſeptima limitatio concurrente difficultate aliter probandi, quam per librum rationum: cum ſit difficile ſuper ſingulis actibus adminiſtrationis teſtes adhibere. Alexan. in d.conſi.ult.colum.3.lib.7.Addo Bald.in d.j.ante fi.C.de edendo.per l.rationes.C.de proba.& not.in d.l.fi.§ in computatione.C.de iure deliberan.& tradit Iaſ. in repe.d.l.admonendi.col.48.uerſi.quartò principaliter & iſta difficultas probationis, argui uidetur in actibus, qui communiter fieri conſueuerunt, ſine præſentia teſtium. & ſi ſint actus, qui fiant communiter in domo, tunc etiam per domeſticos res probari poterit: ut in terminis tradit Corn. in d. conſi. 81.col.fi.li.4.& talis difficultas ſatis eſt,quòd uirtualiter & effectualiter allegetur,licet non expreſſe.Rom.in conſ.77.
35 in princ.¶ Quinto † requiritur,ut procedat hæc ſeptima limitatio,quod res,quæ probari debet per librum rationum, ſit ueriſimilis: ut ſuprà ſæpè dictum eſt. & tradit Paul. de Caſtr. in conſi. 114. In cauſa, quæ uertitur coram domino uicario. in quinto dubio lib.2. Iaſ. in d. l. admonendi.col. 17.uerſi.4.fallit.in prima lectura.Deci.in conſi. 510. colu. 1.circa med.& in conſi. 596.colum.2. poſt med. & pro hoc bonus tex. in l. ſancimus.& authen. ibi poſita. C. de iudi. ubi quando ſtatur aſſertioni alicuius de expenſis,intelligitur dummodò dicat ueriſimilia. Quæ iura ad propoſitum noſtrum citat Aret. in conſi. 159. Longa. colum. 2. uerſic. intentio tamen Bald. Soci. in conſi. 82. colu. 7. poſt med. lib. 4. ubi etiam Soci. allegat. tex. in l. fin.C. de alim.pup.
36 præſtan. Et de iſta † ueriſimilitudine, iudici conſtare debet. Alexan. in d. conſi. ulti. colum. iij. lib. 7. Conſtare autem debet per probationes, non per diuinationes. Bald. in conſ. 78. Textus. colum. 1. lib. 3. Probationes autem conſiſtunt in coniecturis, cum aliter probatio fieri non poſſit. & coniecturæ idoneæ erunt, qualitas cauſæ & perſonarum, facultates bonorum, legalitas ſcribentis, conſuetudo loci, & familiæ. Si enim expenſa non ſit excesſiua, ſecundum uires patrimonij, & qualitatem perſonæ eius, cuius bona adminiſtrantur, & ſcribens ſit bonæ famæ, & in alijs perſonis ſimilis conditionis & patrimonij talis expenſa fieri conſueuerit, certè dicetur tunc liber continere

uerißi-

uerisimilia: talis etiam uerisimilitudo haberi poterit per relationem expertorum aut petitorum in arte. Paul. de Castr. in consi. 114. in 5. dubio. lib. 2. secundum impresſionem nouiſſimam.
37 Et pro † hoc, quod liber rationum probet ratione uerisimilitudinis, facit Ang. in consi. 367. col. fi. uersi. & secundum ea, quæ uidi. ubi, quòd testi alias non idoneo creditur, quando deponit uerisimilia. ¶ Similiter statur aſſertioni iudicis, ubi alias non staretur, quando illa est uerisimilis. Anch. in consi. 277. Ex prædicta facti narratione. col. fin. quod est repetitum in consi. 439.
38 ¶ Similiter † statur confeſsioni alterius, etiam in præiudicium tertij, quando illa est uerisimilis: puta, quando maritus aſſerit se emiſſe bona de pecunia uxoris: nam statur tali confeſsioni etiam in præiudicium creditorum, quando est uerisimilis: quia uxor aliunde haberet bona. Salic. in l. si mater. C. de contrahend. emption. Idem in confeſsione patris, qui cõfitetur se habuiſſe pecunias à filio, nam licet sit multum suspecta: tamen attenditur, si uerisimilis sit: quia filius eſſet in aliquo exercitio. Angel. in consilio 153. Pater emit fundum. sequitur Alexan. in consilio 18. lib. 3. Deci. in consi. 95. colum. 2. uersi. nec obstat, quòd talis confeſsio. Similiter licet non stetur simplici aſſertioni prælati super benemeritis, quando uult aliquem remunerare, tanquam benemeritum de eccleſia: hoc tamen fallit, quando talis aſſertio eſſet uerisimilis ex alijs coniecturis. Bald. in l. iubemus ij. in fin. princip. C. de sacrosanct. eccle. refert & sequitur Deci. in cap. quoniam contra. col. 21. in fi. uersi. sed responderi poteſt. de probat. de quo scripsi in consi. 50. colu. 2. in fi. & suprà num. 64. & 65. ¶ Idem
39 † econtrà, non attenditur confeſsio, quando non est uerisimilis. Bald. in l. si quis in hoc genus. uersi. deinde noto. C. de episc. & cleri. cum simil. ut Decius tradit in l. cum te.
40 ij. col. ij. ante med. C. de transact. ¶ Idem † in testibus plene deponentibus, quibus poteſt iudex fidem non adhibere, quando deponunt non uerisimilia. Bart. Bald. & Ange. in l. Lucius. in fi. ff. de infamibus, quos ita intelligit Feli. in c. auditis. col. 13. de præscriptio. Curtius iunior in consi. 17. post med. & in consi. 52. col. 3. circa med. uersi. puto igitur.

Idem in libro rationum, de quo loquimur: cui non creditur, quando continet non uerisimilia: ubi alias crederetur. Alex. in conſi. 84. col. 1. poſt med. uerſi. præterea dicta ſcri-
41 ptura. lib. 7. ¶ Imò † fortius idem in publico inſtrumento, ut non probet, quando continet non uerisimilia. Bald. in l. ſcripturæ. circa med. C. de fide inſtrum. ſequitur Deci. in conſi. 11. col. 4. in fin. uerſi. nam quod non poſſibile. in conſi. 94. colu. 2. poſt med. uerſic. & in probationibus. in conſi. 189. col. 4. uerſi. 2. ad hoc facit. in conſi. 399. col. 3. poſt med. uerſi. ſic etiam concludit Bald. Curtius iunior in d. conſi. 17. col. 2. poſt med. & in conſi. 178. colum. 2.
42 Addo. Abb. in conſi. 99. in fi. lib. 1. ¶ Idem † in iuramento, quod ſeruari non debet, quando continet non uerisimilia. Soci. in conſi. 194. col. j. uerſi. tertia ratio eſt. lib. 2. Allegat gloſſ. inter alia, in c. nulli. in uerbo: uerisimiliter. de electi. lib. 6. Idem in articulis dantibus non uerisimilia, qui admitti non debent. Rota deciſio. 630. articuli. in antiquis. ¶ Iam
43 uerisimilitudo adeò † eſt efficax, quòd probatio uerisimilis ſufficit, ubi proceditur ſola facti ueritate inſpecta. Bald. in l. ſolam. in fi. C. de teſtibus. ubi, quòd ſufficit probatio perſuaſiua refert quòd ſequitur Aret. in conſi. 62. colu. fin. uerſi. præterea dato. in conſi. 84. col. 3. uerſi. & hoc maximè eſt dicendum. & in conſi. 127. In cauſa dominæ Antoniæ. col. 2. circa med. uerſicu. & certè in caſu noſtro tradit Deci. in c. dilecti col. iij. de iudi. in conſi. 595. col. 2. poſt med. in conſi. 631. in fi. & in conſi. 699. in fin. Addo Bal. in conſi. 240. Donatio. in fi. lib. j. ubi, quòd ſufficiunt leuiores probationes coram arbitratoribus: quia procedunt ſola facti ueritate inſpecta. Iſta enim uerisimilitudo tota fundatur in iure naturali, & dicitur cognata naturæ. Bald. in conſi. 180. Mortuo filio. lib. 3. & iſta uerisimilitudo habetur pro lege. Oldrad. in conſi. 13. cum quæſtio. in fin. & idem iudicamus de uerisimili, quòd de ipſa ueritate. Hyppo. in pract. cau. crimi. §. expedita nume. 8. & in l. 1.
44 in princip. num. 51. ff. de quæſt. ¶ Sextò requiritur † ad hoc ut procedat hæc ſeptima limitatio, quòd liber rationum contineat data & recepta, aliàs ſi data ſolum contineret, non crederetur ei, etiam concurrentibus alijs circunſtan-

tijs.

tijs. Alex. in d. conſi. ult. col. 3. lib. 7. poſt Ioan. And. Nicol. Matar. & Bald. per eum alleg. Addo Bart. in l. comperimus. C. de nauicular. lib. xj. ubi, quòd non ſufficit ſcribere recepta, niſi ſcribatur à quo receptum ſit nominatim, & ex qua cauſa. Rurſus, quòd non ſufficit ſcribere data ſimpliciter: ſed ſcribi debet cui nominatim datum ſit. & ſimiliter dies receptionis & dationis, ſcribi debet. refert & ſequitur Corne. in conſi. 196. col. fi. lib. 3. & quòd ſpecificè & ſigillatim omnia ſcribi debeant in libro rationum, puta ex tali fundo, à tali colono, & tali anno tantum, ut poſſit reperiri ueritas uel falſitas, tradit idem Bart. in conſi. 150. Cum prædicta examinarem. in fi. refert & ſequitur Soc. in conſi. 46. col. 2. poſt med. uerſi. ſecunda pars concluſionis. in conſ. 73. col. 2. lib. 1. in conſi. 159. col. 2. in conſi. 190. colu. 1. & in conſi. 213. col. 3. lib. 2. Iaſ. in conſi. 4. col. 2. in fin. lib.
45 iij. Ex † præmiſſis apparet, quòd licet regulariter in ſcriptura priuata non requiratur appoſitio diei aut temporis: ut habetur in l. cum tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pignor. & dictum eſt ſuprà num. 101. Iſtud tamen fallit in lib. rationum: pro quo text. in l. j. rationes. ff. de edendo. cum ſimil. ut Alexan. tradit in conſi. 70. col. 3. lib. 1. & in conſi. 77. col. 2. lib. 6. talis tamen liber nõ continens debitam formam libri, puta data & recepta, probaret contra ſcribentem: licet non pro eo. Purpuratus in d. l. admonendi. nu. 199. ubi tenet, quod tantum probat, quantum confeſſio ab
46 ſente parte de quo infrà dicam. ¶ Septimò † requiritur, quòd talis liber contineat cauſam. Ideò ſi quis in libro rationum ſcriberetur debitor ſine aliqua cauſa, talis obligatio eſſet inefficax. l. nuda. ubi Bart. & doct. ff. de dona. Alex. in conſi. 182. col. 2. lib. 2. in conſi. 172. col. 1. lib. 6. Probaret tamẽ ſemiplenè talis ſcriptura cauſam non continẽs. Rom. in conſi. 292. in fi. & in conſi. 373. in 2. dubio. Corn. in conſi. 99. col. 2. circa med. lib. 3. Iaſ. in repe. d. l. admonendi.
47 col. 62. ¶ Octauò † requiritur iuramẽtum ſcribentis, quòd iuret contenta in libro rationum, eſſe uera. Guli. de Cuneo in d. l. edita. & ita uolunt omnes doct. ſuprà memorati, tenentẽs quotiens tenet librum rationum, fidem facere. Pro hoc facit dictum Bart. in dict. l. Theopompus. ff.

de dote præleg. ubi ſtante ſtatuto, quòd debeat ſtari dicto denuntiatoris, intelligitur, dummodo denuntiator iuret ita uerum eſſe. tradit Ant. de But. in c. ueniens. j. de teſtib. Alex. in conſi. 71. colu. 2. uerſi. Secundo reſpondeo. lib. 3. Iaſ. in conſi. 147. col. penult. lib. 1. & profectò plus ſatis abſurdum uideretur credi alicui in cauſa propria, ſine iuramento: cum illud ſit neceſſarium in teſte deponente in facto alieno. l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. c. fraternitatis. in fi. extra eod. tit. Imò ne quidem religioſis tale iuramentum remittitur. in c. tuis. & c. nuper. de teſtibus. ¶ Sed
48 quid † ſi ſcribens ſit mortuus? uideretur dicendum talem librum non probare: per ea, quæ ſuprà diximus, in ſexta quæſtione tertiæ limitationis. ubi, quòd tex. d. l. ſcripturas. C. qui potio. in pignó. hab. non procedit, quando aliqui ex teſtibus ſubſcriptis eſſent mortui, qui ſuas ſubſcriptiones recognoſcere non poſſent. Contrarium in hac difficultate determinat Paul. de Caſt. in d. conſi. 301. Ad bene examinandum. in tertio dubio, lib. 1. ubi, quòd mortuo ſcribente, liber rationum probat: quia eius mors uim habet iuramenti. ſequitur Deci. in d. l. j. in ij. notab. C. de eden. & in dict. c. 2. colum. 5. circa med. uerſi. eodem modo. de fide inſtrumen. Imò ex eo, quòd ſcribens mortuus eſt liber eius rationum maiorem fidem facit. Bal. in l. comparationes. col. 7. uerſic. Cyn firmat. C. de fide inſtrum. & in l. inter chartulas. C. de conuenien. fiſci debi. lib. 10. refert & ſequitur deciſio. Neapolita. deciſ. 40. in fi. Addo Bart. in d. l. admonendi. col. 7. uerſi. circa 2. Soc. in conſi. 161. col. 2. uerſ. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 2. capel. Tholoſa. q. 496. & 161. Au frer. Boerius in ſuis deciſionibus q. 105. col. 1. poſt med. & dixi in conſi. 158. col. 2. poſt med. Et quod † dicitur de in-
49 ſtrumento minus ſolenni, aut defectuoſo, quòd probat ſemiplenè notario mortuo. Bar. in d. l. admonendi. col. 8. poſt med. uerſi. quæro, quod ſi in inſtrumento. & ibi ſcribentes. Alexan. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. col. 2. ff. de oper. nou. nunt. in conſi. 59. lib. 2. & in conſi. 189. lib. 7. Corn. in conſi. 22. col. iij. lib. iij. & ſi ſcriptura defuncti fortius probat, nó puto requiri maiorem legalitatem in ſcribente mortuo, id eſt, quòd fuerit perſona magis legalis, atque ſi ageretur, res ipſo

res ipſo ſcribente ſuperſtite: licet contrarium uelle uideatſocer meus Purpur. in d.l. admonendi. num. 204. ¶ Nec ob-
50 ſtat † argumentum in contrarium de d. l. ſcripturas. quia illud procedit in caſu illius legis propter inſtrumentum publicum alterius partis. eſſet enim abſurdum, quòd ſcriptura priuata cuius ſubſcriptiones per teſtes in ea ſubſcriptos non recognoſcuntur pferretur probationi inſtrumenti publici. Rurſus procedit ille text. quia mortuis teſtibus non ita probari poteſt, quòd ipſi ſubſcripſerint: nos uerò loquimur in libro rationum, de cuius ſcriptura non dubitatur, quin facta fuerit à defuncto, ob id ſtante hac certitu-
51 dine mortuo ſcribente dicitur maioris fidei. ¶ Nono † requiritur in tali libro rationum adminiſtratoris, ut fidem faciat, quòd ſolum contineat rationes eius, cuius bona aut negotia adminiſtrat quis, ſine alia miſtura rationum ipſius adminiſtratoris: aliàs talis culpa in eo deprahenditur, ex qua iuramentum in litem deferri poſſet. Socin. in d. conſi. 159. col. ij. poſt med. uerſi. 2. probatur. lib. 2. allegat. Imol. poſt Innoc. & Anto. in c. cum in officijs. de teſtam. Bald. in authen. licentiam. col. ij. uerſicu. ſed reuoco ad dubium. C. de
52 epiſ. & cler. ¶ Ampliatur † nunc præmiſſa concluſio, quòd liber rationum adminiſtratoris probat concurrentibus nouem requiſitis, de quibus ſuprà, ut procedat etiam in fauorem abſentis. Bart. in d. l. nuda. col. 2. poſt med. uerſi. quæro, quid ſi in libro rationum. ff. de dona. ubi, quòd ſcriptura ſemper loquitur: ideò perinde eſt, ac ſi cum præſente res acta ſit. ſequitur Paul. de Caſt. in conſi. 433. Viſis omnibus ſuprà ſcriptis. col. 3. poſt med. lib. 1. Alexan. in conſi. 245. col. ij. lib. 6. ubi Alexan. quòd hoc ſine dubio procedit in his, qui conſueuerunt facere & tenere librum rationũ: quia tacitè uidetur eis mandatum, quòd ita ſcribant. Idem tradit Felin in c. ſi cautio. col. 8. in decima fallentia, de fide inſtru. & latius in d. c. 2. colum. 7. uerſi. 2. concluſio, eod. titul. Areti. in conſi. 51. Videtur dicendum. in prin. ¶ Et quòd
53 non † noceat abſentia in ſcriptura; tenet Socin. in conſi. 64. in fin. lib. 3. Bald. nouel. in tract. de dote. in vj. parte priuilegio. 78. col. 2. uerſi. nec obſtat ratio Bart. ubi tamen quòd hoc procedit, quando uerba ſcripturæ directo diriguntur

in abſentem, ut creditorem: ſecus ſi enuntiatiuè fieret mentio de abſente, & propter aliud. Bart. etiam opinio in
54 d.l.nuda. quod abſentia † partis, non noceat in confeſſione, quæ fit per ſcripturam, generaliter tenet & defendit Deci. in d.c.2.col.5.in fi.uerſi.2. Abb. concludit. de fide inſtrum. Aliquas alias declarationes ad hanc ampliationem, tradit Feli.in d.c.2.col.7.uerſi.ſecunda concluſio.de fide inſtrum. quas ibi uidere liceat. Aduerte tamen, quòd in præiudicium ipſius ſcribentis, non uidentur neceſſaria illa nouem requi
55 ſita.¶ Sed quid in libro † ſociorum, an probet pro ſcribente? Breuiter, aut talis liber ſociorum ſcriptus reperitur per inſtitorem ad hoc deputatum per ipſos ſocios, & tunc ſine dubio uidetur probare, tàm inter ipſos ſocios, quàm pro ipſo inſtitore, cùm eius perſona fuerit approbata. & quia ſcripta per inſtitorem, uidentur ſcripta per ipſos ſocios mandantes: regu.qui per alium.& tradit Paul.& Caſt.in d. conſi.314.col.2.circa med. lib. 2. Ideò quicquid reperitur ſcriptum in tali libro per inſtitorem, ſcriptum præſumitur de uoluntate & mandato ipſorum ſociorum: ut ſuprà di xi, allegando Soci. in d. conſi.291.colu.8.in fi. uerſi. prætereà
56 etiam prædicta comprobantur. lib.2. Idem, ſi talis † liber ſcriptus ſit ab uno ex ipſis ſocijs, tantum, de commiſſione tamen aut mandato aliorum: de qua commiſſione apparere debet. Alex.in conſi. 186.lib.2. & ſufficeret apparere de tali commiſsione tacitè probando, quòd ſcribens eſſet ſocius, & quòd ipſe ſolus conſueuerit ſcribere negotia computa ſocietatis, alijs ſocijs ſcientibus & non contradicenti bus, imò ipſo tali libro utentibus aut eo ſe iuuantibus. man
57 datum enim † tacitè probatur ex ſcientia & patientia partis, ex eo quòd quis agit ſciente & patiente domino. Inno. in c.ex parte decani.de re iud. Abb.in conſi. 7. col.3. in ſecundo dubio.& col.6.in tertio dubio.lib.2.Calderi.in conſilio 4 in tit. de procur. Bart. & doct.in l.ſæpe.ff.de re iudi. deciſio Neapolit.deciſ.308.num.8.& hoc dictum Inno.pro pro ſingulari refert & ſequitur Alex.in conſi.157.colum.3. uerſi.bene facit, quod ſingulariter.lib. 2. hoc etiam dictum ſequitur in ciuilibus cauſis, non etiam in criminalibus Bertachi.in prima parte ſui repertorij, in uerſi.agere.uerſi.39.
& licet

& licèt dictum Innoc.patiatur multas difficultates, maximè in extraiudicialibus:ut per Ale.in conſ.80.Viſo proceſſu.col.pe.& fin.lib.iiij. ubi, quòd illud dictum Inno. magis communiter improbatur. Similiter Aufrerius in deciſ. Tholoſa.q.271.circa iſtud dictum Inno.refert doct. pro &
58 contrà:nec aliter determinat. Fortius † uoluit Guido Papæ q. 40. quòd licet dominus compareat in cauſa cum aliquo, quem afferat ſuum procuratorem ex hoc cenſetur conſtitutus procurator. quod tamen dictum cõfunditur ex his, quæ Alex.ſcribit in l.ſæpè.col.34.in fin.uerſic.ſeptimò ſaluari poteſt.ff. de re iudi. tamen iſtud dictum Inno. uidetur procedere in caſu noſtro,cùm faciliùs cenſeatur quis cõſentire in facto unius ſocij,quàm alicuius extranei,ex his,quæ ſcribit Alex.in d.l.ſæpè.col.33.uerſ. ij. poteſt ſaluari. ubi, quòd dictum Innoc.procedit in coniuncta perſona, uel in amico agente pro coniuncto, uel amico: quia tunc ex patiẽtia & taciturnitate arguitur mandatum. Idem & à fortiori dicendum uidetur in ſocio, cum habeat ius in rebus communibus:ſuper quibus liber rationum conficitur. ¶ Si uerò
59 † talis liber rationum ſcribatur ab omnibus ipſis ſocijs: quia mò ab uno modo ab alio, prout neceſſitas deſiderat, ſine dubio uidetur fidẽ facere:ut per Bal.in d.rub.C.de fide inſtr.col.x.uerſ.ſequitur de ſcripturis ſociorũ. Ale.in d.cõſ. 186.lib.ij.Soci.in d.conſ.162.col.pe.poſt med. in d. conſil. 291.col.viij.in fi.cõſ.240.col.pe.uerſi.iiij.& ult.lib.ij.Cor. in conſi.319.col.x.lib.iij.Dec.in conſ.68.in fi.primi dubij.
60 ¶ † Sed quæro hic,an in tali libro rationum ſociorum, ad hoc ut probet, requirantur illa nouem requiſita quæ ſuprà dixi neceſſaria in libro rationum unius adminiſtratoris? loquor,ut probet in fauorem ſcribentis. doct. non aperiunt, ſed ſimpliciter loquũtur,excepto de ueriſimilitudine: quia uolunt rem deſcriptam eſſe ueriſimilem:ut probetur per librum rationum.Ita Bal.in d. rub. de fide inſtrumen. Alex. Socin.& Corn.in d.conſilijs ſuprà allegatis. tamen putarẽ requiri etiam iuramentum & alia requiſita, niſi in aliqui-
61 bus.Puto † enim hanc eſſe differentiam inter librum ſociorum & adminiſtratorum, quòd in libro ſociorum non fiat diſtinctio,an ſumma ſit parua uel magna, dummodò ſit ueriſimilis:

riſimilis:niſi aliud habeat conſuetudo. Similiter,quòd non quæratur in tali libro ſociorum an uerſetur difficultas probandi,uel non:putarem tamen opponi poſſe, quòd perſona ſocij ſit fidei non integræ, ſi aliqua improbitatis indicia de nouo poſt contractam ſocietatem ſuperueniſſent: cũ aliàs approbata cenſeatur ſocij perſona. & in omnibus locis con ſuetudo ſeruanda eſt,ſi qua ſit circa libros ſociorũ:per tex. in d.c.cum dilectus. de fide inſtru. & ſine dubio non uidentur neceſſaria illa nouem requiſita, quando in tali libro omnes ſocij ſcriberent: quia ſic ſcribendo uidentur eorum ſcri
62 pta inuicem approbare. ¶ Quid † in libro alicuius officialis de publico deputati, an fidem faciat: licèt talis perſona non ſit publica,id eſt,notarius publicus?Dic,quòd ſic.Bart. in l.quædam.§.numularios.in fin.ff.de edend.& ibi Iaſ.col. ij.poſt medium. Alex.in conſil.179.in prin.lib. vj. Socin.in d.conſi.159.in prin.lib.ij.& in conſil.205.col. ij. uerſi. tertio probatur.eo.lib.ij. Deci.in d.c.cùm cauſam.col.iij.ante med.uerſ.& iſta limitatio ampliatur. de proba. Iaſ. in repe. d.l.admonendi.col.52.uerſ. circa tertiũ caſum. Addo Bal. in conſ.249.Super libris.col.ij. lib. j. quod eſt repetitum in conſil.400.lib.v.ubi,quòd liber theſaurarij præſumitur uerus:ad quem recurritur tanquam ad ſpeculum & fontem ueritatis:per tex.in l.j.C.de exact.tribu.lib.x.& in §.publicorum.in authentic.de manda.prin.& tradit idem Bal.in cõſ. 365.Creditor.lib.j. & de ſcriptura officialis fiſcalis, tradit idem Bal.in conſi.353.Literis.lib.iiij.Imol.in conſi. 37. In ſecundo dubio. ¶ intellige hanc concluſionem procedere in officialibus de publico deputatis: ſecus in officialibus priuatis:puta in libro maſſarij alicuius communitatis. Ale. in d.conſil. 186.col. ij.lib.ij. allegat Bald. in l. Imperator. col.fi.uerſ.ſed an creditur.ff.de ſtatu homi.Bald. etiã refert & ſequitur Iaſ.in repe.d.l.admonendi.col. 42. uerſic. nun-
63 quid autem partes. ¶ Sed dubito † de hac limitatione ſi.n. maſſarius electus eſt ad officium maſſariatus per communitatem,nonne dicitur deputatus de publico?quare ergo ſcriptura aut liber eius,non debet fidem facere, ſi eius officiũ ſe extendat ad contenta in tali libro? bene fateor, quòd ſi aliqua ſcriberet non pertinentia ad eius officium, ei non
credere-

crederetur,per ea,quæ infrà dicam.& ſi dictum Bald. ſit uerum,oportet falſam eſſe concluſionem ſuprà firmatam,quã tamen doct.communiter tenent. Puto igitur dictum Bald. non procedere.Nec obſtat text. per eũ allegatus in l. ij. C.
64 de conuen.fiſci.debi.lib.x.Vbi ſi ſoluens † tributum debitum, fiſco reportauerit quitationem à theſaurario aut ab exactore,cui ſoluit,non ſubſcriptam à nòtario,nõ plenè liberatur: quia dico illud non eſſe ex eo, quia talis quitatio non probat.Patet: quia text. uult,quòd prius fiſcus teneatur agere contra officialem, aut exactorem, cui ſolutũ eſt, quam agat contra debitorem,cui ſoluit.Profectò,ſi ſolutio non probaretur per talem ſcripturam illius exactoris publici,non poſſet fiſcus ex ea agere contra ipſum exactorem, quòd igitur ſoluens non plenè liberetur: ſed teneatur exactore facto non ſoluendo: illud fit,quia debitor malè ſoluit: quia per illud tempus duo erant officiales deputati circa exactionem tributorum fiſci. Vnus,qui pecuniam recipiebat,alter,qui ſcripturas de recepto ſubſcribebat: unde non poterat primus exactor ſoluentem plenè liberare, niſi ſcriptura ſolutionis ab altero,qui tabularius dicebatur,eſſet ſubnotata. & ita declarat Bart.in dicta.l. ij. Idem Ale. & Iaſo.in dicto §.numularios.ob id & Bald. in d.l.Imperator.& Alex.in d. conſ. 186. col. ij. libro ſecundo, nimium
65 † generaliter & ſimpliciter locuti ſunt, dicentes ſcripturã maſſarij communitatis fidem non facere, niſi à notario ſubſcripta ſit: quia iſtud de iure non procedit, niſi aliter haberet ſtatutum aut conſuetudo loci. Iam contra Alexand. adduco ipſummet Alexan.ſibi contrarium in dicto §. numularios. in ſecundo notabili,ubi expreſsè arguit contra illud dictum Bal.in d.l.Imperator.& idem tenet Alexan. in cõſ. 136.colum.ij.uerſic.item etiam de ſolutionibus.lib.ij.ubi, quando communitas agit contra forenſem ratione collectarum,ad quas dicit forenſem obligatum ex conſuetudine propter ſolutiones factas per ipſum forenſem. dicit Alex. quòd ſolutiones eiuſmodi probantur per librum maſſariorum ipſius communitatis, nec aliquid dicit de ſubſcriptione notarij. Imo allegat Bartol.in dicto §. numularios. qui ſimpliciter in libro talium officialium loquitur:nec intelligitur

gitur perſona notarij extrinſeca:de qua Bar. & doct.non loquuntur.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus. ff. de uerborum obligatio. & pro hac opinione adduco Feder. de Senis in conſ.119.Nulli dubium.colum.ij. ubi, quòd creditur libro deputati per epiſcopum aut clerum ad ſcribendum librum rationum. Nam ſi creditur nuntio uili in pertinentibus ad eius officiũ,multò magis credi debet libro talis officialis.
66 ¶ Secundò † intellige, quòd talis liber officialis de publico deputati,probat pro tertio aut contra tertium: non autẽ in fauorem ipſius ſcribentis.Bar. & docto. in d. §. numularios.Iaſ.in conſil.103.colum.j. lib. j. Nam ſecundum Bart. & doct.etiam inſtrumentum publicum notarij,non probat pro eo.l.de eo.& l.diuus. ff. de falſis. & C.de his, qui ſibi aſcri. per totum: minus debet probare talis liber officialis
67 publici in eius fauorem. Et de † notarij ſcriptura, quòd ſolùm probet contra eum,non pro eo, tradit Bald. in conſil. 43.Quædam ſcriptura.lib.j.quod eſt repetitũ in conſ. 467. lib.v.Bar.& Bal.in l.ſi conſul.ff.de adoptionibus.Bart.in l. ij.ff.de ſtipulatione ſeruorum.Alexand.& Moder.in l.ſciendum,col.ij.poſt medium.ff. de uerborum obligatio. Idem Alexand.in conſi.184.col.iij.uerſ.concurrit etiam. & in cõſilio 185.col.finali uerſicu.accedit etiam ad corroborationem.lib. vij. Decius poſt Felinum in cap. quoniam contra falſam.col.23. in fine uerſicul. tertio per Abbatem colligi
68 tur. de probationibus. ¶ Sed puto † aduertendum circa hoc: quia ſi officialis de publico deputatus aliquid ſcriberet pro ſe, quod pertineret ad eius officium, uideretur ei credendum: puta in maſſario communitatis,ſi teneatur reddere rationem adminiſtratorum per eum ipſi cõmunitati, de cõcernentibus eius officium, qua re minùs ei credetur, quàm uni priuato adminiſtratori conficienti librum rationum: imo magis uidetur credendum libro unius officialis ratione publici officij, quàm ſcripturæ unius priuati adminiſtratoris:argument. l.ij.in uerſ.quod non arbitramur. C. de offic.ciuil.iudic.c.in noſtra. de procura. c. in præſentia. de renunciatio.& in terminis tradit Iaſon. in l. decem.col. viij.in fi.uerſ.multum enim præſumitur.ff.de uerb.obli. Priuatus enim adminiſtrator ſolùm a priuatis approbatur:publicus

blicus autem à tota uniuerſitate: pro qua eſt maior præſumptio, quàm pro uno particulari. Oldra. in conſi. 323. Thema tale eſt, contra promiſſionem. col. fi. ubi, quòd præſumitur capitulum habere maiorem zelum & maiorē affectionem, quàm unus particularis. Similiter magis præſumitur pro conſilio unius collegij doctorum, quàm pro conſilijs particularium. Abb. in c. prudentiam. in princ. in iij. notab. de offic. delegat. Deci. in conſi. 615. col. ij. circa med. Iaſ. in conſil. 43. col. ij. poſt med. lib. iij. & ſi creditur libro unius institoris, aut procuratoris, eo quòd perſona eius dicatur approbata, ut ſuprà dictum eſt, quid dicemus in libro unius officialis approbati per totam uniuerſitatem? ¶ Quod igitur dicunt doctores non eſſe credendum libro publici officialis pro ſe, puto intelligendum contra tertium: qui non approbaſſet, & cum quo res geſta non ſit: uel quādo aliquid
69 ſcriberet alienum ab eius officio. ¶ Tertiò † intellige, quòd talis liber officialis probat pro tertio aut contra tertium, cum quo tamen res eſt acta ſit: per ea, quæ ſtatim dicam in proxima declaratione, quo ad probationem ſemiplenam tantùm. Iaſ. in d. conſi. 103. col. j. lib. j. ubi loquitur in lib. publicani, allegat Barto. & ſcriben. in dict. §. numularios. Sed puto † quòd Iaſ. malè dicat: quia Bart. & doct. in
70 d. §. numularios. Sed puto † quòd Iaſ. malè dicat: quia Bar. & doct. in d. §. numularios. dicunt, quòd libro officialis de publico deputati, uatur plena fides: ut ibi per Ale. in ij. notab. & dicit ibi Angel. quòd ita communiter obſeruatur. Nec obſtant nota. per Bar. & doct. in d. §. numularios. dum loquuntur de ſemiplena probatione: quia loquuntur in libris mercatorum, qui non deputantur de publico. & Barto. apertè facit contra Iaſ. nam Bart. quærit an hodie libri numulariorum: quia non deputantur de publico, ſicut olim, plenè probent? & ſic Bart. clarè præſuppònit, quòd ſi idem eſſet hodie, quòd olim: quia argentarij & numularij deputarentur de publico, libri eorum plenè probarent. Imò clarè iſtud dicit Bart. in fi. d. §. numularios. ubi dicit, quòd qua ratione libri argentariorum & numulariorum olim plenè probabant: quia de publico deputabantur: eadem ratione hodie probant plenè libri officialium publicè cōſtitutorū.

& loquitur

& loquitur in libris publicanorum,qui deputantur ad recipiendas gabellas uel collectas. ob id dictum Iaſo. quòd tales libri ſemiplenè tantùm probent, uidetur omnino falſum.& contrarium tenet ipſe Iaſ.in repetitio.d.l. admonen
71 di.column.44.uerſic.tertio caſu principali. ¶ Quartò intellige,quòd tales libri officialium de publico deputatorũ, plenè probent inter eos,cum quibus res geſta ſit: ſecus contra tertium abſentem: per regu.generalem, quòd res inter alios acta alijs non nocet.Puta,ſtat ſtatutum,quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella. uenit emptor ad publicanum.& ſoluit gabellam:dicens ſe emiſſe domum à Titio,ipſo tamen Titio abſente, publicanus ſcribit in libro, quòd talis tali die ſoluit tantum nomine gabellæ emptionis talis domus per Titium uenditæ: nunquid talis liber faciet fidem contra Titium,quòd uendiderit ipſam domum? certè non: quia factum ſoluentis gabellam,non potuit tertio abſenti præiudicare.Ita Alex.in conſ.36.lib.v. Imol. in conſ. 96. in fi. nec enim maior fides danda ſit libris talium officialium,quàm inſtrumento publico unius notarij; ſed publicum inſtrumentum non probat contra tertios abſentes, quibus contrahentes præiudicare non poſſunt: ut habetur in d.l.admonendi. Imò dubitatur,an proſit ipſis tertijs abſentibus. ergo multo minus præiudicabit liber talis officialibus de publico deputatis. Ideo uidemus,quòd liber æſtimi non probat dominium in præiudiciũ tertij: ut per Ale. in d.conſi.36.& tradit Dec.in d.c.cùm cauſam.colum.ij. in prin.ſuper glo.j.de probatio.in prin.de fide inſtrumento.la
72 tè Moder.in l.decem.ff.de uerbor.obligat. ¶ Quinto † intellige,quòd probet talis liber officialis de publico deputati,in his tantùm, probat, quæ pertinent ad eius officium. Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de inſtru.edi.§.nunc dicendum.circa princ.magnæ addi.quod dictum pro ſingu.refert. & ſequitur Are.in conſ.33.conſultatio.in j.dubio, & in cõſ. 44.in propoſita conſultatione.col.ij.uerſi.ſed etiam ex alio capite.cum ſimi.quæ Iaſ.adducit in repet. d.l. admonendi. col.47.uerſi.tertio.diligenter attende.in l.age.col.j. C. de tranſact.& in d.conſ.103.col.iij.lib.j.Dec. in c. poſt ceſſionem.col.vij.uerſ.ſecunda concluſio de probatio. addo Ale. in conſi.

73 in conſi.113.col.ij. lib. vij. ¶ Infertur † ex hac declaratione,ad unam ampliationem dicti Alex.in d. conſ. 36. lib.v. uoluit,quòd ex ſolutione gabellæ pro contractu, non probetur contractus contra tertium abſentem,tanquam ſit res inter alios acta. nam idem uidetur, licèt ille tertius fuerit præſens: quia ad officium publicani aut exactoris gabellæ nihil pertinet de contractibus: ſed ſolùm de ſolutionibus gabellæ. & ita in terminis tradit Soci. in conſ. 208. col. ij. uerſ.iiij.ex libris.lib.ij.

¶ Sed iſta ampliatio mihi non placet: quia data præſentia contrahentium in ſolutione gabellæ ex cauſa cauſa contractus,uidetur probari,ille contractus, non quòd officiũ exactoris gabellæ ſe extendat ad contractus, aut eorum proba-
74 tionem:ſed quia ſolutio † gabellæ pro contractu, neceſſario probat ipſum contractum contra partes præſentes, ex acceſſorio enim neceſſario infertur ad probationem principalis. Ideo probata promiſſione uſurarum dotis,neceſſario probata dicitur promiſſio ipſius dotis.l.ij.ubi Bal.C.de dotis promiſsi.tradit Dec.in rub.C.de edend. col.j.in l. ſi creditores.colum.ij.C.de pactis in c.præterea. colum. v. poſt med.uerſic.& uidemus,quòd probatio.in c. prudentiam.§. ſi uero.colum.ij.circa med.de offic.delega.in rubr.extrà de iudic.colum.ij.in fin.uerſ.& quandoque ex acceſſorio. in c. paſtoralis.§.uerùm in iiij.notab.de appellat. ubi rationem adducit in conſ.588. col.fi.& in conſ.682.col.ij.circa med. Curtius Iunior in conſ.168.col.ij.poſt med.Probatur igitur contractus ex ſolutione gabellæ,tanquàm in uim antecedẽtis neceſſarij ad ipſam gabellam.

75 ¶ Sexto, intelligo † præmiſſam concluſionem, quòd liber officialis de publico deputati,probat in ciuilibus uel in criminalibus,quando agitur de leui crimine:ſecus ſi de graui. Puta, conſtituitur quis denuntiator maleficiorum ab uniuerſitate. iſte denuntiator ſcribit in ſuo libro, quòd talis tali die egit tale quid, ex quo crimen graue naſcitur. certè tali libro in grauibus fides non habetur, Alex. in conſ. 75. colum.penul.circa finem. uerſic. & ſi dicatur, fuit deſcriptus.lib.v.allegat Bart.in l.diuus.col.iij.uerſi. tertio quæro.ff.de cuſtod.reor.

¶ Sed

76 ¶ Sed quæro † iuxta præmiſſa, an credatur tali libro officialis contra non ſubditum: Puta exactor collectæ ſcribit in libro ſuo collectam fuiſſe ſolutam per forenſem, poſsidētem bona in loco. modo uniuerſitatis fundat ius ſuum contra forenſem ex ſolutionibus præteritis, allegando præſcriptionem aut conſuetudinem. Alex. in d. conſ. 136. col. ij. li. ij. dicit talem librum fidem facere. Sed idem Alex. in conſ. 68. col. v. uerſi. accedunt etiam libri impoſitionum. libr. ij. quòd tales libri præbent adminiculum ad probandum. Ego puto quòd talis liber plenè non probat contra nō ſubditū: quia uniuerſitas non poſſet conſtituere aut creare notariū, qui poſſet inſtrumenta recipere extra territoriū conſtituētis poſitum: haberet alias poteſtatem notarios conſtituēdi.
77 † Solus enim notarius conſtitutus à principe, poteſt ubiq; inſtrumenta recipere. Bart. in l. j. ff. de of. proc. Rota deci. 291. Inſtrumenta. in nouis. Iaſ. in conſ. 168. colum. vij. poſt med. lib. iiij. Purp. in l. j. nu. 387. ff. de offi. eius. Eadem ratione uidetur, quòd officialis unius uniuerſitatis, nihil poſsit contra non ſubditos: & quòd eius fides, & authoritas non
78 extendatur contra forenſes extra territorium. Rurſus † iſte officialis uniuerſitatis, ſeu exactor collectarum, ſi examinaretur in teſtem pro ipſa uniuerſitate, non uideretur teſtis idoneus contra uniuerſitatem forenſem: per ea, quæ habentur in l. intantùm. §. uuiuerſitatis. ff. de rerum diuiſi. & in c. nuper. extra eod. titu. ergo uideretur abſurdum, ſi detur fides eius ſcripturæ in ea cauſa, in qua non eſſet teſtis integer. & in ſimili arguit Bar. in l. ſi pater. ff. de fal. ubi arguit primo, quòd pater notarius non poſſit recipere inſtrumentum in cauſa filij: cùm pater pro filio teſtificari non poſſit. l. parentes. C. de teſtib. & licet Bart. non obſtante illa ratione determinet contrarium: tamen ratio, ex qua mouetur Bart. facit pro hac concluſione. Ideo enim dicit Bar. poteſt pater recipere inſtrumentum ad utilitatem filij, & illud probat: quia rogatur pater ab utraq; parte, & ſic eius fides & perſona approbatur. Quæ ratio non militat in caſu noſtro, quando exactor collectarum ſcribit ſolutiones forenſis à quo non rogatur, & qui rogitum & ſcripturam ne-
79 gat. Præterea † non ſequitur: vnus eſt officialis de publico

conſtitutus:

conſtitutus:ergo eius ſcriptura fidem facit ex eo,quod ſcribit.Io.And.in reg.cum quid una uia.col.pe.de regu.iur. li. vj.in merc.ubi, quòd notarius qui eſt procurator meus non poteſt in cauſa in qua eſt procurator inſtrumenta conficere ratione affectionis,quam habere præſumitur in cauſa,niſi cogeretur ratione officij:quia eſſet notarius Epiſcopi. ſequitur Dec.in conſ.42.col.iij.uerſ.iij.& præcipuè moueor. Quod tamen dictum non puto procedere, quando rogatur procurator ab utraque parte, per ſupra dicta. ſed iſta ratio affectionis uidetur militare in iſto officiali uniuerſitatis,ut ipſe de uniuerſitate exonerentur per ſolutiones forenſium. Et ſi dicatur iſta ratio affectionis ceſſat, quando officialis uniuerſitatis eſſet unus extraneus, nullum prætendens intereſſe,ſiue teneantur forenſes ad taleas,ſiue non. Reſpondeo,quòd qua ratione, uniuerſitas dicitur teſtis omnino integer,& redditur ſuſpecta: etiam talis officialis uidetur ſu-
80 ſpectus:quia † ubi caput eſt ſuſpectum,etiam illi qui caput ueriſimiliter ſequuntur,ſuſpecti ſunt. & idem de eis quod de capite iudicatur.Bal.i l.j. col.j. C.ſi rect.pro.Ab.& doc. in c.j.de iud.facit text.in c.accedẽs. j. & quod ibi Ab. ut li. non cont.tradit Dec.in conſ.151.col. viij. uerſi. modò ſic, quod dicitur.& col.12.uerſ. ad hoc in quo tota difficultas. Iaſ.in conſil.16.col.iij.in fi.lib.iij. & licèt plures de uniuerſitate poſſent eſſe teſtes:tamẽ daretur abſurdum, quòd uni officiali uniuerſitatis tantum fides haberetur. ob id puto,
81 quòd talis † liber contra non ſubditum ſolum adminiculetur:ut dicit Alex.in dict.conſi.68.colum.v. lib. ij. Aliàs de facili daretur occaſio delinquendi, & modum inueniendi, quo forenſes tenerentur ad onera, ſcribendo ſolutiones ab eis factas. Faciet igitur fidem talis liber inter ipſos ſubditos,& intra territorium,& etiam extra territorium, inter
82 ipſos tamen ſubditos tantùm: quia † etiã notarius creatus ab inferiore,poteſt recipere inſtrumenta extra territorium creantis inter ſubditos tamen.Paul.de Caſt. in conſil. 226. Super primo,quo quæritur lib.ij.in quo tamen contrarium tenuit Bellamera in conſ.42.col.j.& latiùs colum.iij. & in conſil.43.col.iij.quod eſt conſ.Io. de Armio. ſed pro Paul. facit Feli.in d.c.ad audientiam.col.iiij.poſt med. uerſ.quin

M tam

83 tum non negant . de præſcrip. ¶ Sed hic quæro † de una quæſtione non minùs eleganti,quàm utili in practica. Statuto cauetur,quòd ſolutio probari nõ poſſit,niſi per inſtrumentum publicum , an ſatis erit eam probari per ſcripturã aut librum talis officialis publici,aut de publico deputati, eo caſu,quo eius libro fidem habendam diximus.hanc quæſtionem tangit Roma. in conſ. 77. in fi. & ibi determinat, quòd non : quia appellatione inſtrumenti publici, non ue-
84 nit talis ſcriptura: & ſolùm † dicitur inſtrumentum publicum, quod eſt rogatum per tabellionem partibus præſentibus ſecundum eum. & tradit idem Roman.in conſ. 23.Neſcio.in ſecundo dubio.Felin.in rub.de fid.inſtru. Dec. in c. tertio loco.in j.nota.de probatio. idem præſupponit Imol. in conſ.37.in ij.dubio.Sed contra iſtud dictum Roma.adduco Abb.in rubr.extrà de fide inſtrumento. ubi, quòd appellatione publici inſtrumenti uenit ſcriptura priuata,quæ tamen de ſe fidem faciat. & dicit Abb. hoc eſſe notandũ pro ſtatutis. Sequitur Deci.ibi in fi.& licèt Abb.nõ exprimat, quando fit mentio de inſtrumento publico: ſed tantùm de inſtrumento.Simpliciter tamen idem uidetur,etiam quando dicitur de inſtrumento publico.Soci.in conſ.63.col.fin. lib.j.allegat Spec.in titu.de inſtru.edit.§. nunc dicendum.
85 uerſ.& generaliter . ubi, quòd ſcriptura † publica dicitur, cui de iure uel conſuetudine ſpeciali creditur:arg.c.cum dilectus.de fide inſtru.& quod nota.Inno.in c.j.eod. tit.& ſic ueniret appellatione publici inſtrumenti non ſolum ſcriptura unius officialis de publico deputati:ſed etiam ſcriptura alterius perſonæ,quotiens illa fidem facit. ſtatutũ enim requirens probationem per inſtrumẽtum publicum, ſolùm uidetur conſiderare effectum probationis, quòd ſcriptura fidem faciat. Quo caſu conſidero,quòd licet appellatione inſtrumenti publici non ueniret ſcriptura priuata fidem faciens: tamen adhuc ſtante tali ſtatuto deberet ſufficere pro
86 batio per talem ſcripturam. quia † in his, in quibus conſideratur effectus,non refert quod ex æquipollentibus fiat.l. mulier.ff.ad trebellia.l.ſi mater.ubi Deci.in ij.not.C.de inſti.& ſubſtu. & quod in pulchro caſu ſcribit Pau. de Caſtr. in conſi.53.Statutum.lib.j. & tota uis huius quæſtionis ſolùm

lùm uidetur conſiſtere,an in tali ſcriptura priuata fidem tamen faciente,ſit eadem uel ſimilis ratio,quæ in publico inſtrumento,aut maior, ad hoc ut ſit locus ſtatuto,per æquipollens:& an in caſu æquipollenti militet mens aut uoluntas ſtatuentium. ita Iaſ.in conſil. 203. col. iij. in fin. & in conſ.221.col.vj.circa med.lib.ij.Itaque ſi ſit talis ſcriptura, de cuius fide minimè dubitetur, adeo quòd militet & ratio & mens ſtatuentium, idem iuris uidetur in tali ſcriptura, quod in publico inſtrumento,& ſindicatus.Attenta hac ra-
87 tione,ſequeretur quòd etiam hac † ratione uidemus,quòd appellatione inſtrumentorum uenit confeſſio. Ideo commiſſarius deputatus ad recipiendum teſtes & inſtrumenta, poteſt etiam recipere confeſſionem partis,quæ dicitur iudicialis.Rota deciſ.585.Decreta. in antiq. ſimiliter licet lex aut ſtatutum requirat probationem inſtrumentalem: tamē admittitur probatio per iuris præſumptiones.Bal.in l.j.col. vj.uerſ.quæro,quid ſi ſtatutum.C.de fideicommiſ.quod dictum pro nota. refert & ſequitur Deci. in rubric. extrà de probatio.col.xvij.uerſi.hæc uera ſunt,& procedunt. Addo Alexan.in conſi.126.col.ij.poſt med.uerſ.fortificantur præ dicta.lib.vj.& tradit idem Deci.in conſ.54.colum. iij.uerſ. nam ſolet dici. licèt iſtud dictum Bald. conetur impugnare Curti.ſenior in conſ. 79. Domina Franceſchina. colu.pen. in prin.ubi etiam Curt. quòd illud dictum poſſet procedere,quando ſtatutum non eſſet contra ius, & non pararetur
88 alteri graue præiudicium . Sed † dicet aliquis attenta iſta ratione, ſequeretur quòd poſſet etiam fieri probatio per teſtes,quando ſtatutum requirit probationem per inſtrumentum publicum : quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat,quando conſideratur effectus.Reſpondeo,quòd in teſtibus non militat eadem ratio,nec mens ſtatuentium,qui cō ſiderauerunt finem breuitatis cauſę & occurrere uoluerunt malitijs calumniantium, & protelantium lites, & ſolutionem debiti.

ARGVMENTVM.

Liber officialis unius monaſterij,aut alterius collegij,an fidem faciat.Et an id extra monaſterium peteat, & proferatur.Tum,unde probationum adminicula ſoleant peti.

M 2 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Liber officialis unius monaſterij, aut collegij, an probet.*

2 *Liber monaſterij continens ſolutiones penſionum & cenſuum, an fidem faciat.*

3 *L. cenſus. ff. de probationib. an intelligatur de publicis inſtrumentis, receptis manu notarij, fidem habentibus indubitatam, aut de quib. ſcripturis intelligatur.*

4 *Libris monaſterij plena fides datur quando agitur de modico praeiudicio. Quod quando ſit, in arbitrio iudicis eſt ſitum.*

5 *Iuramentum adminiſtratoris monaſterij, an ſit neceſſarium, ut eius libro fides detur.*

6 *Liber rationum adminiſtratoris monaſterij, facit fidem contra ipſum monaſterium.*

7 *Liber eccleſiae, continens ſolutiones annui cenſus, an probat plenè cōtra ſoluentem, quando lapſum eſt ſufficiens ad inducēdum praeſcriptionem contra eum. & num. 8.*

9 *Inſtrumenta publica eccleſiae probantia ſolutiones cenſus, an eis ſolutionibus probatur ius cenſus, niſi finitum ſit tempus ad praeſcriptionem ſufficiens.*

10 *Soluens, & tertius an quid differant.*

11 *Liber continens ueritatem in una parte, an in alia etiam praeſumatur idem. & nu. 12. quid de confeſſione mariti de dote recepta.*

13 *Scripturae maior fides datur ex morte uiri inculpatae & integrae uitae & opinionis.*

14 *Solutiones utriuſque penſionis ſaepiùs confunduntur.*

15 *Pro prouinciali maximè praeſumitur, perinde ac praefecto praetorio.*

16 *Probatio admittitur contra praeſumptionem iuris et de iure, propter qualitatem & honeſtatem perſonae.*

17 *Probatio adiuuatur ex numero teſtium.*

18 *Teſtes duo de uniuerſitate, ſufficiant ne, quando plures habere non poſſunt.*

19 *Teſtium numerus, non ſupplet defectum, quando teſtes ſunt omninò inhabiles.*

20 *Fratres praedicatores non poſſunt habere proprium, ut ſinguli.*

21 *Teſtes de uniuerſitate an ſint idonei, quando aliàs eſt imponēda collecta.*

22 *Religioſi an poſſint eſſe teſtes pro monaſterio, quando deponunt in eius commodum: et ſinguli uiuunt ex reditibus monaſterij. Et quid de te-*

de teſtibus de uniuerſitate, deponentibus ſolutionem factam creditori uniuerſitatis.

23 *Liber monaſterij, in quo reperiuntur ſcripturæ diuerſorum religioſorum, an plenè probet.*

24 *Liber monaſterij continens ueritatem in aliqua particula, an fidem in cæteris faciat.*

25 *Iudicis arbitrio pauca & rarò relinquenda ſunt.*

1 QVID in libro † officialis unius monaſterij, capituli, aut collegij, an fidem faciat. Breuiter data paritate terminorum idem uidetur, quod in libro officialis unius uniuerſitatis, aut ciuitatis. Nam liber officialis de publico deputati, ideo fidem facit, quia eius perſona fuit approbata per totam ciuitatem, & ſic probat inter ſubditos, qui approbauerunt, & tali conſtitutioni officialis conſenſerunt: ſecus contra extraneos & non ſubditos: ut ſuprà dixi. Idem uidetur in libro unius monaſterij: quia probabit inter ipſos de monaſterio aut ei ſubditos tantum eadem ratione: contra extraneos uerò non uidetur probare. Sali. in d. l. exemplo. C. de probatio. Felin. in d. c. ad audientiam. col v. in fi. uerſ. decima & ultima concluſio. de præſcriptio. Bal. in d. l. exemplo. Alex. in d. conſ. 187. lib. vij. ubi limitat & tradit deciſio Neapol. deciſ. 364. column. ij. in fin. ubi, quòd ſi in libro
2 † monaſterij ſcribatur, quemadmodum monaſterium habet redditum talis terræ, ex hoc non probatur poſſeſſio ipſius monaſterij in illa terra. Similiter ſi in libro monaſterij ſint deſcriptæ ſolutiones canonum aut cenſuum, ex hoc non infertur ad probationem cenſus aut emphyteoſis. Anchar. in conſ. 44. Primò de uiribus. col. ij. poſt med. uerſ. uidendum eſt igitur. quod conſi. refert & ſequitur Io. de Ana. in conſ. 84. column. j. poſt med. idem tenet Pau. de Caſt. in conſ. 105. Quæſtio, quæ ſperatur moueri. col. iij. poſt pri. lib. j. Ab. in conſ. 67. colum. ij. poſt me. uerſi. & ſi dicatur. li. 2. ¶ Contrarium, quòd imo talibus libris monaſterij continentibus ſolutiones cenſuum, aut penſionum fides detur, tenet Rom. in conſ. 127. Poſito. col. j. per text. in l. cenſus. ff. de probat. ſecundum unam lectu. in ca. ad audiẽtiam. de præſcript. ſequitur Deci. in conſil. col. vj. poſt. med. uerſi. 4. iſta,

 conclu-

concluſio. Boerius in ſuis deciſionibus, q. 105. col. 3. Sed iſta duo iura allegata per Rom. nihil uidentur probare. Nam
3 tex. † in d. l. cenſus. intelligitur in publicis inſtrumentis receptis manu notarij, quæ habent fidem indubitatá. ita Fel. in d. c. ad audientiam. col. 4. in fi. uerſ. ité d. l. cenſus. de præſcrip. idem ſentit Spe. in tit. de inſtru. editio. §. reſtat uidere. colum. 4. uerſic. ſed ſi alij teſtes. Bal. in conſ. 37. Quidam tabellio. poſt med. uerſic. prætereà ad hoc facit. & in conſi. 420. uerba principis. col. ij. circa prin. uerſ. item ſuper iſtis factis antiquis. li. j. Bertach. in uerbo, inſtrumentum probat. uer. 94. ubi, quòd ſecundum ueram lecturam d. l. cenſus. intelligitur in inſtrumentis antiquis, quod ſatis ex uerbis ſuadetur, dum dicit: cenſus & monimenta publica. & ſic loqui uidetur de ſcripturis publicis idem & clarè uoluit Ioan. de Ana. in conſi. 85. in prin. uel ſi intelligamus illam legem etiam in ſcriptura non facta manu notarij, debet intelligi de ſcriptura archiui publici: ſecundum Spec. in d. ti. de inſtr. editio. §: nunc dicendum. col. ij. uerſi. vj. dicitur publicum. ¶ non ob. etiam text. in d. c. ad audientiam. allegatus per Roma. quia loquitur in ſcriptura archiui publici, de qua in præcedentibus dictum eſt, quòd fidem facit. & prætereà etiam ſcriptura archiui publici ſolú uidetur probare contra ſubditos, ut late ſuprà uidimus. Ex quibus uidetur concludendum tales libros monaſterij contra tertios non ſubditos fidem non facere, etiam quòd in archiuo publico inueniantur: ſecundum ea, quæ de archiuo publico in præcedentibus dicta ſunt. Boerius tamen in dicta. q. 105. colum. ij. in fi. quòd libri reperti in archiuis eccleſiæ de conſuetudine Franciæ fidem faciunt, licèt archiuis non præſit aliquis officiarius, uel notarius publicus, dummodò fiat ex-
4 tractus parte uocata. ¶ Limitatur † nunc præmiſſa concluſio aliquibus modis. Et primò, ut non procedat, quádo ageretur de modico præiudicio: quia tunc talibus libris monaſterij datur plena fides. Ancha. in d. conſ. 44. Primo, de utribus col. iij. uerſ 4. quia iſtę ſolutiones. & ibi Anch. appellat ſummas minimas, de 30. l. centum ſolidorum annuatim: ſed hoc totum relinquitur arbitrio iudicis an quid dicatur magnum uel paruum ſecundum qualitatem perſonarum. l. ſed.

& ſi

& ſi ſucceperit.§.j.cum ibi not. ff. de iud.Ang.in l.uxorem. ff.de man.teſta.quem ſequitur Iaſ. in authen.ex cauſa.col. 6.uer. Adde quòd hoc firmat Ang.C.de lib.præterit.tradit Gemi.in conſi.85.circ.fi.Guid.Pap.q.564.in fin.& tradunt doct.in locis ſuprà alleg.circa librum rationum adminiſtra
5 toris,quòd ei creditur † in ſummis paruis, & uerifimilibus cum iuramento, quod etiam iuramentum hic putarem neceſſarium, cum illud religioſis non remittatur. d. c. tuis & c. nuper. extrà de teſtibus, & ſic iurabunt œconomi monaſterij, aut alij, qui ſcripſerunt, ſi agant inter uiuos: alias ſupplebit mors iuramenti efficaciam: ut in præcedentibus dictum eſt. & iſta limitatio optimè uidetur facere pro monaſterio fratrum prædicatorum Grationipolis, in cauſa, quam habent contra magiſtrum Antoniũ Beſſonis, in qua ſolum agitur de ſcutis quinquaginta coram curia parlamen
6 ti Grationopolis. ¶ Secundo † limitatur contra ipſum monaſterium, contra quod liber eius fidem facit. Ancha. in dict. conſi. 44. Ioan. de Ana. in dict. conſi. 84. Abb. in d. conſi. 67. colum. 2. poſt med. lib. 2. Alexan. in dict. conſi. 187. lib. vij. Felin. in dict. cap. ad audientiam.colu.5.in fi. ¶ Tertio limitatur, niſi conſuetudo aliud habeat, quòd talibus libris monaſteriorum fides habeatur. Ancha. Alexan. & Felin. in d.c.locis. & pro hoc tex. in d. c. cum dilectus. de fi-
7 de inſtrumen. ¶ Quartò † limitatur, quando lapſum eſſet tempus ſufficiens ad inducendum præſcriptionem contra ſoluentem: quia tunc talis liber eccleſiæ, in quo deſcribuntur ſolutiones annui cenſus, plenè probant contra ſoluentem, propter lapſum tanti temporis. Contra tertium autem inducit præſumptionem, quæ ſufficiat ad iuramentum ſuppletiuum. ita Roma. in d.conſi.127. quem ita intelligit & citat Feli. in d.c.ad audientiam.col.v.in fi.uerſi.10. & ultima concluſio.de præſcriptio.ſequitur Boerius in d.quæſt.
8 105.col. 3. ¶ Sed † dubito de hac limitatione: quia, ut dixi, Roma. in d. conſi.127. mouetur per duo iura, quæ non probant eius dictum. Rurſus ut ex lapſu temporis probationes leuiores ſufficiant, requiritur tempus centum annorum, ut in principio huius tractatus dictum eſt. Amplius etiam, quòd ſimus in antiquis & in tempore centum anno-

rum: tamen ubi agitur de graui præiudicio, liber eccleſiæ non probat, niſi ſemiplenè: ut habetur in d.c.cum cauſam. ubi Deci.col.ij.uerſi.ij. limitatur. de probatio. niſi dicas, quòd illud ſit contra tertium non deſcriptum in libro eccleſiæ, & qui ſoluiſſe non dicitur: ſed tamen etiam contra ſoluentem non uideretur ſufficere tempus 30. aut 40. annorum: quia doct. dicunt, quod libris cenſualibus eccleſiæ non datur plena fides ad probationem cenſus aut emphyteuſis: ergo clare præſupponunt iſtud procedere, licet agatur de ſolutionibus temporis longiſſimi, quòd ſufficiat ad præſcriptionem: quia alias præſuppoſito maiori tempore, fruſtrà tractatur, an tales libri fidem faciant. non enim poteſt tractari de fide libri ob tales ſolutiones, niſi ad effectũ probandi dominij & iuris ipſius cenſus, aut emphyteuſis.

9 † Poſito enim quòd probaretur de ſolutionibus cenſus per inſtrumenta publica: ex talibus tamen ſolutionibus non probatur ius cenſus, niſi finitum ſit tempus ad præſcriptionem ſufficiẽs. Niſi dicas quæri poſſe de ſolutionibus minoris temporis, ratione poſſeſſorij. Sed, ut dixi, doct. ſcribentes in hac materia, loquuntur etiam, quando agitur petitorio. & maximè ponderanda ſunt uerba Alexan. in dict. conſi. 187.lib.7.ubi in finalibus uerbis conſulit parti, quòd ſe informet, an factæ fuerint ex ueritate ſolutiones 40. annorum eccleſiæ: quia tunc non eſſet tuta pars, nec in foro contentioſo, nec in foro conſcientiæ, reſiſtendo contra eccleſiam. & tamen in præcedentibus dixerat non probari ſolutiones per librum eccleſiæ. & ſic uult Alexan. quòd aliter appareat de ſolutionibus 40. annorum, quàm per librũ eccleſiæ. Fortius uult ibi Alexan. quòd etiam non inducatur ſemiplena probatio ex talibus libris. quod etiam probari uidetur ex ſuprà dictis, dum dictum eſt libros eccleſiæ ſemiplenè tantum probare in antiquis, quotiens agitur de graui præiudicio ergo ſecus uidetur dicendum in non antiquis. Ex quibus patet periculoſam eſſe hanc quartam

10 limitationem. ¶ Rurſus † aduertendum hic eſt, quatenus Rom. & Felin. conſtituunt differentiam inter ſoluentem, & tertium: quia liber eccleſiæ magis probat contra ſoluentem, quam contra tertium. nam iſtud procederet, quando ueritas

ueritas ſolutionum non uocaretur in dubium, & illæ non negarentur: ſed ubi deſcriptus in libro pro ſoluente, negat ſe ſoluiſſe, certè non uidetur differentia inter talem negantem, & tertium. cum ſic negans ſatis uideatur tertius.

11 ¶ Quintam † limitationẽ poſui in d. meo conſi. 158. quando in tali libro eſſent multæ partitæ, & aliquæ comprobantur ueræ: nam præſumitur, quod etiam in alijs partitis contineat liber ueritatem. quæ limitatio uidetur generalis ad omnes libros etiam aliarum perſonarum. ita Pau. de Caſt. in d. conſi. 301. Ad bene examinandum. col. j. in fi. lib. j. confirmauit: quem refert & ſequitur Iaſ. in repe. d. l. admonendi. col. 48. in quinta limitatione. Confirmaui hoc dictum Paul. ex dicto Socin. in conſi. 82. col. 2. in princip. lib. 3. ubi, quod confeſsio mariti de dote recepta conſtante matrimonio, ſi in parte probetur uera, in totum præſumitur uera, iuxta nota. per glo. & doct. in l. ij. C. de non nume. pecu. arguendo ab oppoſitis. Confirmatur etiam hoc dictum Paul. ex dict. Ancha. in conſi. 436. In his dubijs. col. ij. poſt med. uerſi. præterea præſumendum. ubi arguit ſummam centum librarum fideliter fuiſſe erogatã, prout debebat: quando conſtat reliqua, quæ erogatũ oportebat, fideliter fuiſſe erogata? & pro hoc facit reg. ſemel malus. arguendo ab oppoſitis, & ſi ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali: à fortiori ſemel bonus ſemper præſumi debet bonus. argu. l. merito. ff. pro

12 ſocio. Contra † iſtam limitationem in partitis aut capitulis ſeparatis eiuſdem libri tenet Ripa in d. l. admonendi. col. 25. nu. 125. & ibidem ſocer meus Purpura. col. 33. poſt medium. dicens quod Iaſ. nimium effrenatè locutus eſt. Deci. etiam in d. c. ij. col. v. circa med. de fide inſtrumen. dicit hoc dictum Paul. non eſſe ſine dubio in capitulis ſeparatis. Eſt uerum, quod moder. ibi mentionem non faciunt de dictis Anchar. & Socin. ſuprà commemoratis. ¶ Quid tenendum? puto quòd iſta limitatio ita ſimpliciter intellecta non ſit uera: & quidem in caſu, in quo conſului plura concurrebant, & concurrunt ex quibus ſine dubio pütem libros dicti monaſterij fratrum prædicatorum fidem pleniſſimam facere, quicquid aliter iudex, à quo pronuntiauerit.

rit. Procedere igitur poteſt & debet hæc concluſio aut limitatio, alijs puta ex uehementi ueriſimilitudine. de qua in d. conſi. 158. Nam fratres prædicatores agentes produxerunt unum inſtrumentum, licet minus ſolenne, continens negotium, de quo agitur, repertum inter papyros & ſcripturas notarij defuncti, quod inſtrumentum quantumlibet defectuoſum ſemiplenè probat notario mortuo. Bart. & doct. in d. l. admonendi. colu. 8. & latè ſuprà diximus in octauo requiſito ſeptimæ limitationis. nu. 223. ¶ Alia uerisimilitudo. quia in libris dicti monaſterij ſunt deſcriptæ ſolutiones à diuerſis religioſis integræ uitæ & opinionis, modo defunctis: ut ueriſimile non ſit tot religioſos uitæ inculpatæ mori uoluiſſe in peccato falſitatis. ex qua
13 † morte fides maior ſcripturæ datur: ut ſuprà dictum eſt in dicto octauo requiſito ſeptimæ limitationis. nume. 122. & in terminis libri monaſterij, quòd maiorem fidem faciat propter mortem religioſorum, qui ſcripſerunt, tradit Soc. in conſi. 295. col. 2. poſt med. uerſi. 3. principaliter. lib.
14 ij. ¶ Alia † ueriſimilitudo & ipſa efficaciſsima. nam dictus Beſſoni aut eius uxor tenetur dicto monaſterio ob cauſam alterius penſionis octoginta aureorum, de qua nulla ſit cõtrouerſia, & in ſolutionibus confunduntur quandoque ſolutiones utriuſque penſionis: puta ſoluit talis tantum ex cauſa talis, & talis penſionis, nec ſpecificatur tantum pro una, & tantum pro altera: cum ad integrum penſio utraque nõ ſoluatur. ob id illæ ſcripturæ ſolutionum uidentur connexæ: in connexis autem nemo contradicit dicto Paul. de Caſt. ¶ Alia ueriſimilitudo uiolenta: quia in redditione compurorũ facta per œconomos de adminiſtratis per eos, & cõtentis in ipſis libris, fuerunt ipſi libri ſubſcripti per reuerendum patrem prouincialem, & duodecim religioſos
15 ipſius monaſterij, in quare † conſidero duo: primum qualitatem perſonarum unius prouincialis, pro quo maximè præſumi debet: ſicut dicitur de præfecto prætorio, quòd pro eo adeò præſumit lex, ut noluerit ab eius ſententia appellari poſſe. l. unic. ff. de offi. præfecti prætorio. Similiter quando ordinans ad ſacerdotium erat uir notabilis, præſumitur, quòd uiderit literas diaconatus. Innoc. in c. j. de

cleric.

cleric. peregri. Abb. in c. niſi eſſent. de præben. Cardi. in c. Albericus. de teſtib. Socin. in conſi. 270. colum. 3. lib. 2. & quod ſcribit Calderin. in conſi. 12. in tit. de rerum per mutatio. ubi, quòd præſumitur titulus ex laudo arbitrorũ qui erant uiri magnæ ſcientiæ: quia non eſt uerisimile, ꝙ pronuntiauerit in fauorem intruſi, aut non habentis titu-
16 lum in beneficio. ¶ Similiter † propter qualitatem aut honeſtatem perſonæ admittitur probatio contra præſumptionem iuris, & de iure. Anto. de Butr. in c. uidua. in fin. de regular. ſequitur Dec. in c. poſtremò. de appellat. & in cõſi. 575. col. 2. in princip. ¶ Similiter ſi ſuccumbens in cauſa, ſit uir magnæ & approbatæ fidei, excuſatur à condemnatione expenſarum: quia non eſt uerisimile, quòd calumnioſè litigauerit. Hoſtien. in c. finem litibus. col. pen. de dolo & & contu. Alex. in l. properandum. §. ſinautem alterutra. col. 4. & ibi Iaſ. col. v. C. de iudi. & idem Iaſ. in authen. iubemus. col. iij. uerſi. v. facit. C. eod. tit. & in conſi. 170. colu. 6.
17 lib. ij. ubi etiam multa ſimilia adducit. ¶ Secundum † quod hic conſidero, eſt numerus ſubſcribentium: ex quo numero fortiter iuuatur probatio. glo. in l. iij. & quod ibi Iacob. Butrig. ff. de teſtib. Alexan. & Moder. in l. prætor. §. cogentur. ff. de edend. idem Alex. in conſi. v. col. 3. uerſi. 2. reſpondeo. lib. 1. ubi licèt duo teſtes domeſtici non ſufficiant: tres tamen teſtes ſufficiunt. nam illi de uniuerſitate poſſunt teſtificari pro uniuerſitate, quando commodum cauſæ ad eos particulariter non ſpectat: ut habetur in l. in tantum. §. uniuerſitatis. ff. de rerum diui. & in c. inſuper. de teſtibus. & in religioſis pro monaſterio, quòd admittantur tradit Paul. de Caſt. in conſi. 227. Dubium facit. col. ij. poſt med. uerſi. Item, etiam Abb. lib. j. Corn. in conſi. 309. col. 3. lib. 4. & licet non dicantur omni exceptione maiores: tamen numerus ſupplet defectum quia quotiens teſtes omnino non repelluntur, numerus defectum ſupplet: ſecus, quando repelluntur ex toto. Alexan. in conſi. 57. colum. penult. in conſi. 187. colum. fin. & in conſi. 81. colum. penulti. lib.
18 vij. Imò † Corn. in conſi. 47. col. fin. lib. 3. uoluit, quòd duo teſtes de uniuerſitate ſufficiant, quando plures haberi non poſſunt: & ſi plures habeantur, quòd tunc numerus

ſupplet

ſupplet defectum: & licet ſit dubium, an duo ſufficiant. quod Dec. in d. c. inſuper. colum. 2. poſt medium. uoluit relinqui arbitrio iudicis: tamen ubi ſunt plures, quàm duo docto. conueniunt numerum ſupplere. quod etiam uoluit idem Corne. in conſi.333.col.7.in fi.uerſi.item ſunt multi. lib.1.Idem eſt de mente Alex.in conſi.68.col.5.uerſi. præterea, non uidetur uerum.lib. 2. ſed clarè hoc uoluit Alex. in conſi.99.col.4.uerſi.non obſtat,etiam ſi diceretur. lib.5. ſequitur Dec. in c. tertio loco.col. v. uerſi. item quòd non
19 ſint integri. de probatio. Secus, quando † commodũ pertineret ad illos de uniuerſitate in particulari, & ad ſingulos, prout in paſcuis & in nemoribus: quia tunc numerus non ſuppleret defectum, ex quo ſunt omnino inhabiles, & omnino repelluntur. Alex. in d. conſi. 57. col. penult.lib. 7.& clarius Corne.in dict.conſi.333. col.7.in fi.Eſſet enim enim abſurdum,quòd plures teſtes omnino inhabiles poſſent ſe idoneos facere, & quòd unus adderet fidem alteri, quàm ipſe non habet: ut dixi in conſi. 6. col. penult. poſt medium.& in conſi.99.col.fi.circa medium. Pro hoc,quòd ſcribit Alex. in conſi. 143. col. 2. uerſi. & per hoc patet, quòd non eſt tractandum. lib. 2. ubi quando ſunt duo teſtes contrarij, eorum dictum non poteſt ſuppleri ex probatione famæ. Ratio, quia uterque ipſorum omnino repellitur: ideò ſuppletio fieri non poteſt per famam; quæ non eſt ſufficiens probatio. hoc tamen dictum Alex. intelligerem, niſi alter teſtis eſſet ita dignior altero, quòd iudicialiter uideretur: quia iſto caſu poſſet iudex deferre iuramentum ſuppletiuum ex dicto dignioris. Alexand. in conſi. 18. in fi.lib.j.allegat Ioan.And.& doct.in c.in noſtra.de teſtib.
20 & hac ratione † Corn. in conſi. 217. col. 2. lib. 4. uoluit, quòd religioſi non poſſunt eſſe teſtes pro monaſterio,quando deponunt ad eius commodum, & ſinguli uiuunt ex reditibus ipſius monaſterij: quia commodum dicitur pertinere ad ſingulos. Quod dictum confirmari poteſt ex dict. Bald. in conſi. 443. Quæro. lib. v. ubi, quòd illi de uniuerſitate non ſunt idonei teſtes in probanda ſolutione facta creditori uniuerſitatis: quando ea non probata ſolutio ſeu ſoluendi onus pertineret ad ſingulos de uniuerſitate ex neceſsitate,

te, per impoſitionem collectæ. & tradit idem Bald. in d. cap. inſuper de teſti. & in c.tertio loco. de teſtib. Iaſ. in l. ſed ſi hac. §.qui manumittitur.quam legit ſimul cum l.ij.§. patronum.ff.de in ius uocando. ſed tamen contra Corn.facit,quod Bald.ſcribit in c.3.loco.de probat.& ibi Dec. col. iiij.in fin.& idem Dec.in conſi.62.colum.j.& in conſi. 342. colum.iij.ubi,quòd fratres prædicatores poſſunt eſſe teſtes pro relicto facto eorum eccleſiæ: & tamen conſtat, quòd fratres prædicatores uiuunt non ſolum ex eorum reditibus ſi quos habent ex diſpenſatione Papæ, ſed etiam eleemoſynis: cum ſint mendicantes. & mouetur Bald. quia fratres
21 † prædicatores non poſſunt habere proprium, ut ſinguli, & ſic nõ poſſunt prætendere intereſſe probabile. Nec obſt. ratio Corn. quòd uiuunt de reditibus monaſterij: quia attenta hac ratione, nulli religioſi poſſent eſſe teſtes pro monaſterio, cum uiuant ex eius reditibus, & iſta ratio Corne. poſſet conſiderari, quando ageretur de totali reditu aut maiori eius parte: ſecus, quando de aliqua re particulari,ſine qua non propterea uictus eorum deficeret. ¶ Nec obſtat
22 † dictum Bald. in d. conſi. 443. lib. v. quòd teſtes de uniuerſitate non ſunt idonei, quando aliàs eſſet imponenda collecta: quia illud procedit, quando eſſet certum, quòd collecta imponeretur: ita quòd de neceſſitate teſtes ad eam teneantur. ita Bald. ſeipſum declarat. Secus, quando eſſet incertum, an collecta eſſet imponenda uel non, quia tunc admittuntur teſtes de uniuerſitate: ut etiam declarat Alexan. in d. conſi. 99. col. 4. uerſi. 2. reſpondeo. lib. v. allegat Iaco. Butrig. in d. l. in tantum. ff. de rerum diuiſio.& hoc modo retorquetur dictum Bald. contra Cor. quia quando religioſi deponunt pro monaſterio, ſuper aliquo legato, non eſt certum, quòd ſi monaſterium in cauſa ſuccumbat,quòd ipſi religioſi damnum ſuſtineant:ita quòd uitam non agere poſſint:imo contrarium ueriſimiliter præſumendum eſt,quòd æque uicturi ſint citra illud relictum: cum dicatur de religioſis, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Ideò idem Corne.in conſi. 261. colum. 4. lib. 1. melius uidetur locutus: ubi ſolum dicit, quòd tales religioſi non ſunt omnino integri aut idonei, ſaltem quando

do eſſent ſolùm duo. Ex quibus infertur, quòd ſi in dicta cauſa, in qua conſului, monaſterium habet aliquos religioſos antiquos ſuperſtites, qui de memoratis ſolutionibus ſcientiam habeant, illi erunt teſtes idonei: ſaltem concurrentibus alijs adminiculis: de quibus in d. conſil. meo 158.

23 ¶ Et vltra † præmiſſa conſidero, quòd ex eo ſolùm, quòd in libro monaſterij reperiuntur ſcripturæ diuerſorum religioſorum, videtur liber plenè probare, ſicut dicitur de ſcriptura priuata ſcripta per duos mercatores, pro tertio, & contra quod plenè probat. Bal. in d. c. quoniam contra. colum. viij. de probationibus. & infrà dicam. Ergo idem in ſcriptura plurium religioſorum, qui etiam in cauſa monaſterij dicuntur ſcribere pro tertio, & contra tertium.

24 ¶ Alia veriſimilitudo † dari poteſt: qua dictum Paul. de Caſtr. in d. conſil. 301. procedat, quando talis liber veritatem contineret, non in aliquibus partitis tãtùm: ſed in plurimis, & pro maiori parte: arg. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cred. arguendo à contrarijs concurrente legalitate ſcribentis, & quòd liber contineat veriſimilia, ita quòd non contineat aliquam ſummam nimis magnam, quæ non ſit veriſimilis: quod totum iudicantis arbitrio relinquendum ſit. ¶ Iudices tamen

25 † plerique tali arbitrio abutuntur, ob id relinqui debet arbitrio iudicis minus, quàm ſit poſſibile. & dicit Ariſtotel. relatus per Bal. in conſ. 427. Quædam mulier. ante fi. lib. v. oportet rectè poſitas leges omnia determinare, ipſas, & quàm pauciſſima committere iudicantibus. Ideò in iſtis arbitrarijs multum grauantur conſcientiæ iudicũ. dicit Bal. & qualiter verſari debeat iudex in arbitrarijs, aliqua dixi, in conſil. 190. colum. ij. in fin. & ſeq.

ARGVMENTVM.

Libris rectorũ eccleſiaſticorum, an credatur, quantum ad probationẽ mortis ſepultorũ. Tum, quòd tractatus de quauis re, non probat rei euentũ. Libri item mercatorum, an pro ſe, idq; contra ſe admittantur. Et quando, quibúſue cõcurrentibus. Præterea, an patris libro, & matris teſtimonio ſtet̃ ſup filiorũ ætate. Et quid de libris ſtatutorũ vniuerſitatis. Poſtremò, cuius generis epiſtola obligationẽ inducat.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Mors ſepultorum, an probetur ex libris rectorum eccleſiaſticorum. Et quid de excommunicatione.*
2 *Mercatorum libro an credatur, nulla intercedente conſuetudine.*
3 *Mercatoris libro an credatur pro ſe, in magnis ſummis. diſting. num.4.*
5 *Dolus præſumitur contra eum, qui non utitur remedijs oportunis ad actum.*
6 *Statutum aut cõſuetudo, quòd credatur omni ſcripturæ mercatoris, aut perſonæ alterius priuatæ, non ualet. Fallit, nume. 7.*
8 *Conſuetudo aut ſtatutum, quòd credatur libro mercatoris, intelligitur de his, quæ pertinent ad cauſam mercantiæ.*
9 *Mercatoris libro ſuper quantitate mercium traditarum cuiquã, an ſtandum, ſaltem adhibito iuramento.*
10 *Creditor iuramento ſtari debet, concurrentibus alijs coniecturis, ubi alicundè conſtat de ueritate debiti, licèt non probetur certa quantitas.*
11 *Creditor licèt probet mutuum, niſi probet quantitatem, dicitur incertum.*
12 *Credi. probans debitorem à ſe centum mutuò petijſſe, non eo probat quantitatem crediti.*
13 *Teſtes deponentes de tractatu, non probant.*
14 *Crediti incertitudo non uitiat, ex quo poteſt certificari per iuramẽtum creditoris.*
15 *Probatio per iuramentum in litem, admittitur ob ſolam probationem delicti: licet non probetur ſubſtantia debiti.*
16 *Dolus arguitur ex mendacio & ad torturã indicium facit. nu. 18.*
17 *Iuramentum ſuppletiuum defertur etiam in cauſa magna, contra eum, qui in aliquo conuictus eſt de mendacio.*
19 *Mercatoris liber licèt per ſe ſolus non probet: facit tamen præſumptionem aliquam ſupplendam ex alijs adminiculis.*
20 *Præſumptionem pro libro mercatoris, quæ adminicula adferant.*
21 *Scriptura facta aliena manu pro ſe magis probat, quàm ſi propria. Contra uerò ſeipſum, magis probat propria. nu. 22.*
23 *Obligatio cauſam continere debet.*
24 *Scriptura ubi continet plura capitula diuerſa & ſeparata, poteſt acceptari in parte, & in parte non.*

25 Libro

25 *Libro mercatoris addita adminicula ad fidem faciendam,ſimul iun ᵭa,an quid operentur.*

26 *Liber rationum mercatoris,an & quando probet contra ſcribentē, in fauorem abſentis.*

27 *Mercatoris ſcriptura,non habens formam libri, an plenam fidē faciat contra ſcribentem,in fauorem abſentis.*

28 *Mercator dicens,ſe non illud ſcripſiſſe,quod contra ſe ſcriptum eſt in libro rationum.ſcriptumq; contra ſuam uoluntatem,an audiatur.*

29 *Mercatoris ſcriptura,in magnis probat ſemiplenè,pro tertio:& cōtra eum.*

30 *Mercatorum duorum ſcripturæ ſuper eodem facto,an plenè probent.*

31 *Mercatoris ſcriptura,quando probet pro tertio & contra tertium. Et id quomodò accipiendum.nu.*32.

33 *Mercatoris iuramentum generale ſuper ſua ſcriptura debet ab initio interuenire non ſubſequi ſcripturam,cui uult fidem haberi.*

34 *Aetas,an probetur ex libro patris in quo deſcribitur natiuitas filiorum.Et quid,ſi ſit mortuus pater.num.* 36.

35 *Matris teſtimonium,an admittatur ad probandam ætatem filij.*

37 *Liber ſtatutorum unius uniuerſitatis minùs ſolennis,an probet. Et quid de ſcriptura epiſtolæ.nu.*38.

39 *Obligatio licèt non contrahatur per epiſtolam: contracta tamen probatur.*

40 *Confeſſio,quæ fit per epiſtolam principaliter propter ſe, nō habetur pro confeſſione facta abſente parte:ſed habetur perinde, ac ſi facta eſſet parte præſente.*

41 *Epiſtola probat contra ſcribentem,non ſolùm pro eo, ad quem directa eſt: ſed etiam pro tertio.*

42 *Epiſtola commendatitia,non obligat ſcribentem.*

43 *Epiſtola exhortatiua inducit conſenſum ſcribentis, ſibi præiudicialem.Et in quo id maximè procedat nu.* 44.

45 *Obligatio ad proteſtationem indemnitatis,an inducatur ex his uerbis:ne dubites hoc facere: quia nolo, quòd inde aliquid damni ſuſtineas.*

46 *Obligatio an arguatur ex his uerbis: ſum paratus recuperare talem rem.*

47 *Legatum uel fideicommiſ.an inducatur ex uerbis teſtatoris commendatitijs remiſ.*

Vidimus

1 VIDIMVS † & abundè & utiliter de libro monaſterij. Sed quid in libris rectorum eccleſiarum: in quibus deſcribitur mors ſepultorum in eorum eccleſijs, an ex eis probetur mors? Breuiter, ſi conſuetudo ſit, quod detur fides, ſtandum erit conſuetudini: ea autem ceſſante, aut agitur de magno præiudicio, & non puto probari mortẽ: ſecus, ſi de modico præiudicio agatur: per ea, quæ habẽtur in l. ſi quidem. C. ſol. mat. cum etiam unus teſtis deponẽs de uiſu mortis, non probet partem, licet tollat præſumptionẽ, quòd præſumitur quis uiuere annis centum. Iaſ. in l. fi. circa fi. C. de ſacroſ. eccleſi. facit tamen præſumptionem aliquam talis liber. Imol. in conſi. 110. in fi. ſimiliter talis liber rectoris, in quo deſcribi conſueuerunt nomina excommunicatorum, probat excommunicationem eius, qui inuenitur in tali libro, aut matricula rectoris excommunicatus non abraſus. c. j. ij. q j. Fede. de Sen. in conſi. 119. Nulli dubium. circa fi. ¶ Quid in libris † mercatorum ceſſante conſuetudine? dic quòd libro mercatoris pro ſe, creditur in poſtis minutis, quando eſt fide dignus. Bald. in d. l. uni. colum. iij. in fi. C. de confeſ. Curt. Iunior in conſi. 122. colu. 3. in fi. Iaſ. in repe. d. l. admonendi. col. 48. uerſi. 4 principaliter. ubi refert illud dictum Bald. in d. l. unic. pro ſingu. & hoc intellige concurrentibus illis requiſitis, de quibus ſuprà in libro rationum adminiſtratoris: maximè, cum mercator non ſit perſona ita approbata partibus, ſicut perſona adminiſtratoris. ¶ Sed quid † in ſummis magnis, an liber mercatoris fidem pro ſe faciat de iure? Doct. concludunt, quòd non. ita Bart. in d. l. admonendi. colu. 7. ubi, quòd ſolum facit aliquam præſumptionem, quando ſcribens eſſet bonus homo. idem uult Bald. in d. l. rationes. C. de proba. ubi Bart. taxat, quod retulerit uerba Nico. de Matta. ſuppreſſo authoris nomine, Bart. etiam in d. l. admonendi. ſequitur Ioan. de Ana. in conſi. 53. & ſequuntur Docto. communiter in d. l. admonendi. ¶ Sed aduerte: quia Bald. in d. l. unic. col. 3. in fi. C. de confeſ. uidetur uelle, quòd tali libro mercatoris credatur etiam in ſumma magna, arguendo à contrario ſenſu: dum dicit † quòd non creditur in ſum-

2 (margin, at "bium. circa fi. ¶ Quid in libris † mercatorum")

3 (margin, at "adminiſtratoris. ¶ Sed quid † in ſummis magnis")

4 (margin, at "do à contrario ſenſu")

ma magna, quando eſſet magnum præiudicium aduerſarij & ſuſpectum, & ſic ceſſante ſuſpitione: quia res ueriſimilis ſit, uidetur uelle, quòd fidem faciat. Idem uidetur ſentire Ioan. de Ana. in d. conſi. 53. ſed durum uidetur credi ſcripturæ priuatæ mercatoris in eius fauorem, cuius uiuæ uoci etiam cum iuramento non crederetur: ut doct. conſiderant in hac materia. Rurſus aut conſuetudo eſt, quòd mercatores de rebus magnis confici faciant inſtrumenta, nec credatur eorum libris, & imputandum uidetur ei, qui inſtrumentum confici non curauit. Aut conſuetudo eſt, quòd non conficiantur inſtrumenta, ſed ſtetur libris & conſuetudini ſtandum erit. Si autem non conſtet aliqua conſuetudo legitima, nec pro, nec contra, imputandum eſt ei qui ius ignorauerit. l. leges. C. de legib. uel ſi non ignorauit, multò magis imputandum eſt cur non illud obſerua-
5 tum curauerit. † Imò dolus præſumitur, contra eum, qui non utitur remedijs opportunis ad actum. Bald. in conſi. 395. Pro domino Dinaldo.col.ij.lib.ij.per tex.in l.idemq;. §.ſi ignorantes.ff.manda.& in l. fi.§. illud. in uerſi. ſumma ope.C.de temp.appel.Præterea,etiam ſcripturis notariorũ & officialium de publico conſtitutorum in eorum fauorem non creditur: ut in præcedentibus dictum eſt: ergo minus
6 credi debet ſcripturis mercatorum: imò non † ualeret ſtatutum aut conſuetudo indifferens,quòd credatur omni ſcripturæ mercatoris, aut alterius priuatæ perſonæ: ut in præcedentibus uidimus. num. 115. quia præſtaret occaſionem delinquendi & fabricandi falſum.licet Corn. in conſi.319. col.10.lib.3.uoluerit librum mercatoris fidem facere eo caſu, quo liber ſociorum probat ex identitate rationis. ſed certè longè diuerſa eſt ratio ſocijs, quorum perſonæ ſunt inuicem approbatæ: per ea quæ ſuprà diximus de libro ſo-
7 ciorum. ¶ Limitatur † præmiſſa concluſio non procedere. quando ſtatutum uel conſuetudo eſſet in contrarium, quòd credatur libro mercatoris. d. c. cum dilectus. de fid. inſtrumen. latè moder. in d. l. admonendi. & in d. c. ij. de fid. inſtrumen. dummodo tale ſtatutum aut talis conſuetudo non ſit indifferens, & nutritiua peccati, quòd indifferenter indiſtinctè credatur omni ſcripturæ mercatoris: ut ſu-

prà abunde uidimus in ſecunda limitatione principali, circa regulam: quòd ſcriptura priuata non probat. uerſi. ad-
8 uertendum tamen. num. 115. ¶ Rurſus † talis conſuetudo aut tale ſtatutum, quòd credatur libro mercatoris, reſtringitur in his, quæ pertinent ad cauſam mercantiæ tantum Ro.in cõſi.204.& in conſi.ſeq.205. Are.in conſi.33. in cõſ. 44.& in cõſ.45.circa fi.Iaſ.in repet.d.l.admonendi.col.48. in d.l.age.C.de tranſact. & in conſi.103.col.ij.lib.j & dixi ſuprà circa ſcripturam officialis publici,in v. requiſito.nu.
9 236. ¶ Secundo limitatur † præmiſſa concluſio, quando ue rè appareret mercatorem tradidiſſe merces alicui: ſed ſolũ dubitaretur de quantitate eorum nam quantitas licet magna, uidetur probari libro rationum: puta, mercator tradidit merces mulioni aliquò uehendas, quas mulio culpa ſua amiſit, modò quæritur de taxatione intereſſe mercatoris, aut de ualore mercium: mulio non negat merces ſibi fuiſſe commiſſas, ſed quæſtio tantùm eſt de quantitate earum, certè ſuper quantitate ſtandum uidetur libro mercatoris, ſaltem cum iuramento eius. Ita Corn. in conſi.318. in fi.lib.4.ubi tamen,quòd iudex poterit arbitrari,prout ſi-
10 bi æquum uidebitur, & nihil allegat Corne. ſed † pro hoc dict. Corn.adduco Bart. in d. l. admonendi. colum.8.uer. quæro, quid ſi teſtis deficiat in dicto. ubi quando ex teſtibus uel actis conſtat de ueritate debiti, licet non probetur certa quantitas: tamen ſuper quantitate debet ſtari iuramento creditoris, concurrentibus aliquibus alijs coniecturis: puta, quia per alios teſtes probatur, quòd debitor petierat à me x. mutuo fortius uoluit Rayne.de Forli.in l.j. ff.de in lit.iur.Idem etiam licet non probentur aliæ coniecturæ: ſed ſatis ſit probari ſubſtantiam debiti, licet quantitas non probetur: quia ſuper quantitate ſtatur iuramento creditoris. ſequitur & commendat Veron. caut.210.Deci, in l.certi condictio.§.quoniam. col.3.circa med. ff. ſi cert. peta.in l.in actionibus.col.4.ad fi. ff. de in lit.iur.in l.fi.col. fi.C.de eden.in c.1.col.20.de proba.& in conſi. 146. col.6.
11 ¶ Sed iſtam † deciſ.Rayn. duriorem putat ſocer meus Purpu.in d.l.admonendi.col.44.num.265.ubi,quòd paria ſunt non probare,uel obſcure probare.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen.

ſtamen. tutel. ſed quamuis creditor probet mutuum, niſi probet quantitatem, illud dicitur incertum. l. certum. ff. ſi cert.peta.Ideò offerendo minimum,uidetur debitor liberari.argu.l.legato generaliter.ff.de legat.j. cum ibi not. & quòd uidetur abſonum ſtari iuramento actoris, qui nihil iurauit reſpectu quantitatis: quia poſſet in immenſum iurare: quod non conceditur, niſi in iuramento in litem.¶ Sed
12 aduertendum † hic circa impugnationem dicti Ray. quia attenta ratione incertitudinis etiam dictum Bart. non uideretur procedere. Licet enim probet creditor, quòd debitor petijt ab eo centum mutuo. non ſequitur, ergo centum mutuauit: cùm multo minus ſoleant creditores mutuò credere & gratuitò concedere, quam ab eis deſideretur. quod ipſum uidemus ipſa rerum experientia. & ſic etiam in dict. Bar. uerſatur incertitudo circa quantitatem,
13 niſi probetur de concluſione actus, quòd tantum fuerit mutuatum, quantum poſtulabatur. Multa enim tractantur etiam ab utraque parte, quæ tamen non perficiuntur, ob id teſtes deponentes de tractatu, non probant. gloſſ. in l. eleganter. in princip. in uerſi. puto. ff. de condi. indeb. quam pro not. ad hoc refert Bald. in c. fi. col. fin. de iura. calum. & in l. multum intereſt. colum. 2. C. ſi quis alteri uel ſibi. Deci. in c. fina. ad fi. de proba. in conſi. 11. colu. 1.Iaſ.in d.l.eleganter.col.1.in 2.nota.& col.fi. ſuper glo.in uerſi.puto.in conſi.8.col.6.in conſi.22.col.fi.& in conſi.24. col.7.poſt med.lib.3.& alibi ſæpè.doct.ſi tractatus utriuſq; partis non attenditur, nec ille rem certam reddit: quanto minus tractatus unius partis tantum, petentis certam pecuniam mutuo. ¶ Non obſtat igitur ratio incertitudinis: quia procederet, quando ipſa ſubſtantia eſſet incerta. ſecus ſi ſubſtantia certa ſit. Et licet quantitas ſit incerta, ta-
14 men † incertitudo non uitiat, ex quo poteſt certificari per iuramentum creditoris: arg. l. hæc uenditio. §.j. ff.de contr.empt.Old.in conſi.61.Cum Regi.col.2. & quod dicitur de libello incerto,quòd admittitur, dummodò ex poſt certificetur.Abb. in c. ſignificantibus. de libel. obl. Similiter ſtipulatio tritici in genere non uitiatur ratione incertitudinis: quando ex probabilibus coniecturis certificari poteſt

poteſt.l.triticum.ff.de uerb.oblig. ubi Bart. & doct. ¶ Non
15 ob. † quòd talis incertitudo quantitatis non debet declarari & certificari per iuramentum creditoris, ceſſante dolo aut culpa partis, cum talis decratio cadat in iuramentò in litem. Quia reſpondeo, quòd in iuramento in litem plus eſt: quia admittitur probatio per iuramentum in litem ob ſolam probationem delicti, licet non probetur ſubſtantia debiti. nam ex eo, quòd probo uiolentum ingreſſum in domum: licet non probem quòd bona in domo haberem: tamen ſtatur iuramento meo, tam ad probationem ſubſtantiæ, quam quantitatis: licet illud iuramentum per iudicẽ moderetur.l.ſi quando. C. und. vi. Secus in caſu Ray. quia iuramentum ſolum defertur ad probationem quantitatis, conſtituto prius de ſubſtantia. ¶ Secundò reſpondeo, quòd arg. contrarium poſſet procedere, quando aduerſarius nõ negaret debitum: ſed ſolum quantitatem: quia fateretur quidem debitum, ſed non in tanta quantitate. nam tunc opi. & deciſio Ray. uideretur ſatis dura: quare magis ſuper quantitate debeat credi iuramento actoris, quam rei, & debitoris. Sed Say. & ſequaces præſupponunt, quòd ipſa ſubſtantia debiti negata ſit. Patet: quia non eſſet alias neceſſe de ea probare per teſtes aut acta: ob id præſuppoſita
16 negatione debitoris & eius mendacio, iam † apparet de eius dolo: cum ex mendacio dolus arguatur. l. ſi quis affirmauerit.§.j.l.quod uenditor.§.j.l.eleganter. §. idem Pomponius.ff.de dol.& l.falſus.§.ſi quis. ff. de fur. Ideò propter mendacium priuatur quis commodo poſſeſsionis, & de poſſeſſore & reo fit actor. l.ſi.ff.de rei uend. imò ex eo ſolum, quòd debitor reperitur mendax in uno, ideſt in ſubſtantia debiti, uidetur præſumi cõtra eum in alio, id eſt, ſuper quãtitate ipſius debiti citra aliud iuramentum creditoris, niſi ipſe debitor probet de contrario, ideſt, de mutuo minoris quantitatis, quam creditor allegauerit. l. cum de indebito.poſt princip.ff.de probat.Paul.de Caſt. in conſi. 331. In cauſa Silue.col.2.in ſi.lib. 1.& in conſi.302.Ego Paulus lib. 2.& quod ſcribit idem Paul. in conſi.87. Quantum ad con-
17 tenta.col.2.lib.2. ubi, † quòd defertur iuramentum suppletiuum, etiam in cauſa magna contra eum, qui in aliquo con

uictus ſit de mendacio.facit tex. in authen. contra qui pro
18 priam.C.de non num.pec.& adeò † ex mendacio dolus arguitur,quòd ex eo indicium ſit ad torturam.Rom.in conſi. 8.Imo in conſi.2.col.2.uer. aduertendum.Alexan. in conſi. 63.lib.j.Dec.in l.ij.col.ij.poſt med. ff. quod quiſque iuris. ceſſante autem mendacio & negatione principalis: be-
19 ne fateor coniecturis aliquibus opus eſſe. ¶ Tertio † limitatur præmiſſa concluſio, quòd licet liber mercatoris per ſe ſolus non probet: facit tamen præſumptionem aliquam, quæ ſuppleatur ex alijs adminiculis, ut fiat plena probatio: ut per Bart. & doct. in d. l. admonendi. & ſuprà dictum eſt. Sed punctus eſt ſcire, quæ ſint iſta adminicula, ex quibus perficiatur plena probatio. Guido Papæ quæſt. 441. quem ſimpliciter ſequitur Boerius quæſt. 105. colu.
20 j. ponit ſex adminicula. Primo † legalitatem mercatoris. Secundò, quòd ipſe ſcripſerit manu ſua: per l.generaliter. C.de non num.pecu.Tertiò,quòd ueritatem ſcribere conſueuerit. l. uel uniuerſorum. ff. de pig. acti. Quartò; ſi ſcripſerit cauſam, uidelicet, ſi ipſe mercator aliquid contra ſe in eodem libro ſcripſerit: per l. Publia. in fi. ff. de poſi. Sexto,ſi ex uerisimilibus circunſtãtijs præſumi poſsit eſſe uerum,quod per eum ſcriptum eſt: ut pote, habito reſpectu ad tempus debiti contracti ac ſolutionis factæ, & ad perſonas contrahentes, & ad locum contractus. quibus concurrentibus ex ſcriptura priuata & libro rationum infertur probatio, per l. inſtrumenta. & l. rationes. C. de
21 proba. ¶ Sed † aduertendum circa dicta Guid. Papæ, & primò circa ſecundum requiſitum, quòd ipſe mercator ſcripſerit manu ſua. nam puto totum contrarium, quòd maior fides libro haberetur, quando in libro mercatoris pro ſe ſcriptum quid eſſet manu aliena. Videmus enim, quòd liber mercatoris pro tertio, & contra tertium ſemiplenè probat, quando mercator eſt legalis: ut habetur in d. §. numularios. & infrà dicemus. & ſic ſcriptura tertij magis probat, pro aliquo quam ſcriptura propria. & iſtud ſuaderi debet ratione naturali. Sicut enim uox & depoſitio tertij poteſt probare pro aliquo, tanquam uerum teſtimonium: & tamen uox propria non admittitur. l. nullus. ff.

de teſtibus

de teſtibus & l. omnibus.C.eod.tit.Idem & pariter dicendum eſt in ſcriptura,cum à pari procedant.l.in exercendis. C.de fide inſtrumento.nec magis credi debet ſcripturæ alicuius, quam uiuæ eius uoci.Ancha. in d. conſi. 28. Rationes colum. 2. poſt med. uer. ulterius hoc probatur.Paul.de Caſt.in conſi.285.col.1.poſt med.& in conſi.406.colum.2. lib.1.Alexan. in conſi.134.col.3.uer.præterea poſito.lib.2. & dictum eſt ſuprà nume.105.¶ Nec ob.tex. in d.l. generaliter.C. de non num.pecu.allegatus per Guid. Papæ:.quia facit contra eum. quia text.loquitur de ſcriptura aut confeſſione in præiudicium ſcribentis aut confitentis. & ſic
22 contra eum non pro eo. Quo caſu bene fateor † quòd contra debitorem maiorem fidem faciet eius ſcriptura aut confeſſio propria, quam alterius tertij: ſed in eius fauorem, abſit. Similiter circa tertium requiſitum, quòd ueritatem ſcribere conſueuerit, illud uidetur idem cum primo requiſito, quòd ſcribens ſit bonus homo. nam probitas ſcribentis hoc importat, quòd conſueuerit ad ueritatem ſcribere.
23 Similiter † circa quartùm requiſitum, quòd ſcriptura contineat cauſam. ex eo non uidetur addi maior fides ſcripturæ: quia etiam quòd eſſet ſcriptura publica, ſi cauſam nõ contineat, eſſet inefficax: quia obligatio debet continere cauſam: ut habetur in l. Titio. ff. de uer. oblig. & in c. ſi cautio.de fide inſtrumento. & ſic cauſa obligationis non conſideratur in ſcriptura, reſpectu fidei probatoriæ: ſed ſolum reſpectu ualiditatis actus. Circa quintum adminiculum quando ſcribens aliquis ſcripſit contra ſe, illud uidetur ſatis tenue. & eo attento dari uideretur occaſio delinquendi: quia ſemper mercator aliquid ſcriberet contra ſe, ut in maiori ſtetur eius ſcripturæ. ¶ Nec aliquid facit tex. in d. l. Publia.in fi.quia bene dicit quòd ſtatur propriæ ſcripturæ contra ſe: pro ſe autem non dicit, quod ſtetur: ſed quod iudex æſtimabit. & gloſſ. fi. ibi dicit, quòd ſi pars conſenſit illi ſcripturæ, etiam quatenus facit contra ſe, in
24 totum probabit: aliàs ſecus. Ideo doct. † communiter cõcludunt, quod ubi ſcriptura continet plura capitula diuerſa & ſeparata, poteſt acceptari in parte & parte non: ut in præcedentibus abundè uidimus in uerſi. amplius quæro,an

is contra quem,&c.nu.134.Sextum requiſitum eſt nimium generale, & ſolum tendit in genere ad arguendum, quod ſcriptura mercatoris contineat ueriſimilia: quod requiſitũ ſemper eſt neceſſarium, etiam quod agatur de ſumma modica. Ideo puto,quod ceſſante ſtatuto aut conſuetudine,dictum Guido.Papæ procedere nõ poſſit in ſummis magnis,
25 & quotiens ageretur de graui præiudicio. Iſta enim † adminicula de per ſe & ſingulariter conſiderata, uidentur omnino leuia in grauibus, ob id ſimul iuncta operari non poſſunt. l. j. cum gloſſ. C. qui nume.tutela.Bald. & doct.in l. ſi quis ex argentarijs.§ j.ff.de edendo.habetur pr doct. in d.l.admonendi.ubi Iaſ.colum.89.Nec poſſunt plura imperfecta conſtituere unum perfectum. c. tam literis. in prin. de teſtib. c. inter dilectos.de fide inſtrum.c.dum ſanctum. de pœniten.diſtin.2.quæ iura ad hoc citat Calde. in conſi.
26 v.in fine in titulo de regularit. ¶ Quarto † limita non procedere contra ipſum mercatorem ſcribentem: quia contra eum plenè probat: licet non pro eo. d.l.quædam §.numularios.& quod ibi nota.d. l. exemplo. lege rationes & lege inſtrumenta.C.de probationib.l.prima,ubi Deci.col. 1.C. de eden.cap.2.de fide inſtrumen.& in lib.rationum habente formam libri, doct.conueniunt, quod talis liber fidem facit contra ſcribentem etiam in fauorem abſentis, licet confeſsio uiua facta abſente parte ſolum ſemiplene probet quia talis liber uidetur factus de mandato ſaltem tacito eo
27 rum qui cum mercatore contrahunt. ¶ Sed difficultas † eſt in ſcriptura mercatoris non habente formam libri, an fidem plenam faciat contra ſcribentem pro abſente: quia tunc ceſſat ratio taciti mandati. Deci. in d. c. 2. colum. 5. in fi. uerſi. 2. Abb. concludit. de fide inſtrumento. tenet, quod ſic.contra Felin. & profecto uidetur mihi: cum ſcriptura ſemper loquatur,quod poſtquam peruenit ad manus abſentis, dicatur debitor confeſſus in præſentia partis, niſi appareret quod anteà reuocaſſet ſcribens contenta in tali ſcriptura, uel niſi probare uellet de eius errore. de quo etiam in præcedentibus diximus, nume. 225. Sed pone,
28 † quod mercator, in cuius libro quid ſcriptum eſt contra eum, dicat ſe non illud ſcripſiſſe, & quod contra eius uoluntatem

luntatem ita ſcriptum ſit. Dic eum audiendum non eſſe: quia quicquid ſcriptum reperitur in eius libro, de mandato & uoluntate eius præſumitur ſcriptum. Bal. in d. rubr. C. de fide inſtrumen. colum. 9. uerſi. ſed hic quæro. ſequitur Alexan. in conſi. 147. colum. 3. lib. 2. & in conſi. 245. col. 1. lib. 6. Deci. in l. fi. colum. 11. circa med. C. de edicto diui Adria. tollen. in d. c. ij. col. 7. poſt med. de fide inſtrumento.
29 & in conſi. 165. col. 7. circa med. ¶ Quinto † intellige, quod licet ſcriptura mercatoris in magnis pro eo nō probet nec plenè nec ſemiplenè: tamen ſecus eſt pro tertio, & contra tertium: quia tunc probat ſemiplenè. Si partes accedunt ad mercatorē, & rogant, ut uelit ſcribere in eius lib. contractū ipſarum partium, modo mercator ſit perſona legalis. ita Bart. & docto. in dict. §. numularios. & in dict. l. admonendi. ubi Iaſ. col. 44. uerſi. 3. caſu principali & eſt communis opin. ut Deci. teſtatur in dict. cap. 2. colum. 7. de fide inſtrumentorum. tradit Alexander in conſilio ſeptuageſimoſecundo columna tertia. poſt med. uerſic. nec etiam
30 obſtat, ſi dicatur. lib. 5. Imo, ſi ſint † ſcripturæ duorum mercatorum ſuper eod. fact. plenè prebabunt. Bald. in cap. quoniam contra. colum. viij. de probat. quod dictum pro notabili refert, & ſequitur Deci. in d. c. ij. colum. vij. de fide inſtrum. facit quod Soci. ſcribit in conſil. 295. col. ij. circa fin. uerſi. præterea dicti omnes libri. li. ij. ubi, ꝙ plures libri ſimul iuncti in quibus continetur de eadem re, fortius probant per regulam iuris: & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. gloſſ. in l. ij. in prin. ff. de execu. tuto. Quod tamen Soci. dictum mihi non placet in pluribus libris eiuſdē perſonæ, ut eis credatur pro ſcribente: quia coniungi non poſſunt ad plenam probationem, cùm ſinguli de per ſe nō operentur, niſi alia concurrant. Aliàs de facili poſſet quis plures libros tenere, ſi ad eū modum fides haberetur ſcriptis
31 eius. ¶ Similiter † plenè probat liber mercatoris pro tertio, & contra tertium, quando ſolum agitur de probanda ſcientia, & mala fide ipſius tertij, quòd habuerit notitiam de tali re. ita Abb in conſi. 81. colum. j. poſt med. uerſ. quòd autem filia ſciuerit. lib. j. Idem, quando agitur de ſciēdo qualitatem obligationis. Bald. in l. fin. in fi. C. ad legem falc. ſequitu

quitur Deci.in conſil.7.colum.iij.circa med.uerſ.& hoc ul terius probatur. Similiter ex libro probatur ſtatus,uel nominatio alicuius Zenzeli. in clem.ij.§.in fin.de præb. quem refert,& ſequitur Calca. in conſil.90.col.ij. ante med. Sed
32 † quod ſupra dictum eſt librum mercatoris ſemiplenè probare,pro tertiò,& contra tertium,hoc intellige in mercatore,qui ab initio iuraſſet eius artem probè, & fideliter exercere.Bartol.in d.l.nuda.colum.fin.ff.de dona. Alexand. in conſil.134.colum.iij.in uerſ.præterea,poſito.lib.ij.Iaſo. in d.repe.l.admonendi.colum.51.in fin.uerſ.item inquantum Bartol.nume.108.& ibidem Purpura.colum.34.uerſi. & ex Barto.infertur.vbi etiam allegat Bologni. in addi. ad conſ.Ioan.de Ana.in conſ.53.Idem vult Deci.in d.c.ij.col.
33 vij.de fide inſtru.& ſic † non ſufficeret iuramentum mercatoris ſuperuenire poſt eius ſcripturam: ſed requiritur tale iuramentum generale ab initio. magis enim præſumitur,quod ſcribat,quis ad ueritatem propter iuramentum iam præſtitum, quàm quòd iuret ad ueritatem ſuper eo, quod iam ſcriptum ſit: quia metuens argui de falſitate ſcripturæ,non dubitabit periurium committere. Et quia regula iuris eſt,quod quotiens requiritur aliqua qualitas ad habilitatem, aut idoneitatem perſonæ, illa debet adeſſe ab initio: nec ſufficit ſi ex poſt ſuperueniat.c.dudum.j.ubi Abbas. colum.fin.in antepenult.nota.de electio. Decius in c. poſtquam.colum.final.in tertio notabil. eodem modo qualitas iuramenti in mercatore requiritur, ad habilitandum eius perſonam:ut ſit idoneus, & habilis ad ferendum teſtimonium per eius ſcripturam ſaltem ſerui, quò ad ſemiplenam probationem.ergo oportet qualitatē eiuſmodi ab ini-
34 tio interuenire. ¶ Quid † in libro patris, in quo deſcribitur natiuitas filiorum, an ex eo probetur ætas? Alexand. in apoſtil.ad Barto.in l.de ætate.ff.de minor.in additio.ſuper uerbo tantus.ſe refert ad Bal.in l.neque natales. C.de proba.ubi Bal.colum.j.in fin.& colum.ij.in fi.quod probat præſumptiuè numerum annorum.idem ſequitur Bernar. Landrianus in additio.ad Barto.in conſi.92. Ego puto,quòd talis liber patris faciat ſemiplenam probationem, ſi pater uiuit,& ita iuret.nam teſtimonium parentis ſufficit ad ſe-
miplenam

miplenam probationem in ætate. Pau. de Caſt. in conſ. 124. col. j. & ij. lib. j. Imo Barto. in d. conſil. 92. col. ij. circa fi. ſim-
35 pliciter † dicit, quòd in ætate admittitur teſtimonium matris. per l. etiam ff. de probatio. Idem tenet Specu. in titul. de teſte. §. j. col. ij. Veronen. in conſil. ultim. colum. 13. Aufrer. in deciſ. Tholoſa. quæſt. iij. & ſi pater, qui ſcripſit, ſit
36 † mortuus: puto, quod mors vim habeat iuramenti, per ea, quæ ſupra ſcripſi circa l. ſcripturas. C. qui potio in pign. hab. & hoc niſi parens eſſet aduerſarius filij: quia non admitteretur eius teſtimonium ſuper ætate cõtra filium. Bal.
37 in conſi. 19. lib. v. ¶ Quid in libro † ſtatutorum alicuius uniuerſitatis minus ſolenni: quia non habeat ſubſcriptionem alicuius totarij? Dic, quòd probat, ſi fuit habitus, & obſeruatus pro authentico Barto. in extrauag. qui ſint rebelles. in ultim. glo. Dominic. in conſi. 15. Reueren. col. final. circa med. per gloſſ. in cano. in ſumma. 19. diſtin. quæ allegat tex. in c. Iſidorus. 16. diſt. quod dicit ſummè notandum d. Rebuffi ſuper concorda. in tit. de collationibus. §. monemus. uerſic. decimò non negociator. pag. 114. & latius declaraui ſupra, in quinta principali limitatione ad reg. quòd ſcriptu
38 ra priuata non probat. nu. 199. ¶ De ſcriptura † epiſtolæ, late ponunt moder. in d. l. admonendi. vbi Iaſ. col. 55. uerſi. tertio, & ultimo principaliter. non hic transferam eorum dicta, aliqua tamen adijciemus, quæ non legentibus ingra-
39 ta, aut incommoda uideantur. Illud igitur † ſciẽdum, quòd licet per epiſtolam obligatio non contrahatur: inducta tamen probatur. l. epiſtola. l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. l. Lucius. ff. de fideiuſſor. l. j. C. de uſur. Iaſon poſt Angelum in l. ſciendum. colum. iij. circa medium. uerſi. & non eundo per mendicatá ſuffragia. ff. de uerbo. obligatio. Addo, quod etiam per epiſtolam contrahi poteſt obligatio contra conſtituentem ſe ſoluturum pro alio, quando in perſona alterius obligatio iam erat contractat, & ſic noua omnino obligatio per epiſtolam contrahi non poteſt, ſed iam contracta extendi poteſt ad perſonam conſtituentis ſe pro alio ſoluturum in epiſtola, ut contra eum actio competat de conſtituta. l fi. §. fi. ff. de actio. & obliga. cum ſimul. ut Paul. de Caſtr. tradit in conſil. 397 Ad primum quæſitum reſpondeo,

col.j.lib.j.Idem tradit Bald.in authen.ſi quando. C.de con ſtitu.pecu.ubi fortius uoluit,quòd ubi quis confitetur ſe te neri ſoluere id,quod alius debet in epiſtola licèt uerba nõ ſonent in obligationem.ſed ſolum in confeſsionem:tamen ex quo talis confeſſio prebationem operari non poteſt in præiudicium,alterius,operabitur obligationem, ut teneatur ſic confitens actione de conſtituta:per tex. in l. quidam ff.de conſtitu.pecu.ubi dicit eſſe caſum unicum,& menti te nendum.de quo dictum eſt etiam ſupra numer.93. Et con-
40 feſſio † quæ fit per epiſtolam principaliter propter ſe,non habetur pro confeſſione facta abſente parte: ſed habetur perinde, ac ſi facta eſſet parte præſente. dict.l.Publia.§.fi. ff.depoſiti.Cinus in l.non nudis.C.de probationibus Alexander in conſil.181.colum.j.uerſicu.& propter epiſtolam.
41 libr.vij. ¶ Amplius † probat epiſtola contra ſcribentẽ non ſolùm pro eo,ad quem directa eſt,ſed etiam pro tertio.Ro ta deciſio.430.Nota.ego miſi.in antiquis.ſed ibi poſtea arguit in contrarium. Puto quod ueritas dependeat ab illa quæſtione, an confeſsio facta in aliqua ſcriptura priuata; ceſſante mandato expreſſo,uel tacito alterius, plenè probet? de qua ſupra uiſum eſt in duobus locis,uidelicet nume. 225.& nume.276.& Decium retulimus. in dict.c.ij.colum. v.poſt med.uerſic.ſecundo.Abba.concludit de fide inſtrumen.tenentem,quod ſic contra Feli.quòd indiſtinctè ſcriptura quomodocunque facta ſit,probet contra ſcribentem, cùm ſemper dicatur loqui. Ideò ubi epiſtola peruenit ad manus tertij,qui eam acceptat,& ea utitur,uidetur confeſſio facta ipſo tertio præſente.& ſanè extraneum mihi uidetur,quòd liceat ſcribenti aduerſus eius confeſſionem ſcri-
42 ptam uenire,alio errore non probato. ¶ Ad unum † etiam attende in hac materia epiſtolæ,quòd epiſtola commendatitia non obligat ſcribentem. Ideò ſi quis propter epiſtolam partis,aut domini,qua filius,uel ſeruus alteri commen datur,pecuniam mutuet filio,uel ſeruo, non tenetur ſcribens nomine illius mutui,actione quod iuſſu.l.fin.C. quod
43 cum eo. ¶ Sed aduerte † hic,quòd licèt epiſtola commendatitia non obliget:tamen epiſtola exhortatiua inducit cõ ſenſum ſcribentis ſibi præiudicialem.puta ſunt duo fratres

communiter

communiter habitantes, non tamen ſunt ſocij omnium bonorum, ut filia alterius dotari debeat de bonis communibus. alter frater habens filiam, inuenit bonam conditionẽ pro ea, ſed futurus ſponſus deſiderat maiorem dotem: ob id pater difficilem ſe reddit: Alter frater abſens re cognita ſcribit ad fratrem, ut ne dimittat conditionem illam matrimonij per pigritiam, ignorantiam, aut diuitias: quo audito pater perficit matrimonium, & dotem deſideratam conſtituit. certè ex tali epiſtola arguitur conſenſus ſcribentis, quòd uoluerit neptem ex fratre, aut fratris filiam, dotari de bonis communibus. ita Socin. in conſil. 291. col vij. in
44 fin. uerſicu. tertio principaliter. lib. ij. ¶ Sed † aduerte: quia iſtud dictum Socin. poſſet tolerari in fratre, in quo facilius præſumitur donandi animus ratione cõiunctionis ſanguinis. l. ſi ſeruus communis. ff. de donatio. inter uirum, & uxo. not. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo. ſed in alio non coniunctio, non puto, quòd ex talibus uerbis inducatur donatio, quæ in donatio, quæ in dubiò non præſumitur. l. ſi cùm aurum. ff. de ſolutionibus. l. campanus. ff. de operis liber.
45 cum ſimilibus fortius † uoluit. Alexand. in conſil. 199. col. j. libr. vij. quod ſi quis dixerit alicui: noli dubitare hoc facere: quia nolo quòd ex eo damnum aliquod ſuſtineas, ex his uerbis non inducatur obligatio ad præſtationem indemnitatis, quod tamen dictum mihi non placet. Si enim non uult, quòd damnum ſuſtineat: ergo in antecedens neceſſarium cenſetur promiſiſſe indemnitatem, ſine qua promiſſione poſſet damnum ſuſtinere. l. ij. ff. de iuriſdictio. omniũ iudic. l. illud. ff de acquir. hæred. l. iij. §. ſcio. ff. de minor. l. in debitam. ff. de condict. indebi. quod procedit etiam in materia odioſa, puta in diſpenſatione, quæ extenditur ad omnia neceſſaria ad actum. gloſſ. in c. quia in tantum. de præbend. in c. non poteſt. de præben. lib. vj. & in c. ſi quis in clero. vij. q. j. Deci. in c. quanto. col. iij. uerſi. ſed iſta reſponſio non ſa-
46 tis facit de iudicio. imò † idem Alexand. in conſil. 53. col. col. j. lib. j. uoluit, quòd ſi quis dicat alicui: ſum paratus recuperare talem rem, ex hoc arguatur obligatio, quod eſſet obligatus ad ita recuperandum. Sint igitur cauti ſcribentes epiſtolas, aut literas miſſiuas, quòd ſi animum obligandi

ſe non

ſe non habeant, non effuſo nimis ſermone utantur, ne in promptum incidant periculum.l.final.C.de dotis promiſſ.

47 ¶ Et † an ex uerbis teſtatoris commendatitijs inducatur legatum, uel fideicommiſſum, ſi teſtator commendet aliquem hæredi? Vide Alexand.in conſ.158.libr.vij. Ex præmiſſis abſolutam habemus hanc ſeptimam limitationem ad regulam,& concluſionem, quòd in non antiquis ſcriptura priuata non probat. In qua non parum multa ad practicam efficaciſſima liceat inuenire.

ARGVMENTVM.

Arbitrator,qui ſola facti ueritate inſpecta, procedit, an priuatam ſcripturam debeat,aut poſſit admittere. Item ille non eſt ſolutus legibus iuris diuini,uel naturalis. Et quonam eius poteſtas pateat. Scripturæ item priuatæ plena fides datur,modò ſit in loco publico,& patenti.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata, an probet coram arbitratore. vide & nume.3.*

2 *Fama probatio, an ſufficiat coram arbitratore.*

4 *Arbitrator an non poſsit dare fidem vni teſti etiam idoneo.*

5 *Iuris naturalis, & primæui, aut ſecundarij obſeruantia, non cenſetur ſublata per conceſsionem amplißimam poteſtatem datam arbitris.*

6 *Arbitrator habens poteſtatem procedendi de facto, ſecundum veritatem, & ſola facti veritate inſpecta, poteſt ſecundum ſuam conſcientiam procedere, ſine alia probatione,modo ipſe veritatem norit. Et quid ſi ignoret eam.nume.7.*

8 *Arbitrator non debet dare vni, & auferre alteri, niſi ex æquo, ſi uerißimiliter ita ſibi videatur faciendum.*

9 *Arbitrator poteſt admittere probationes perſuaſiuas.*

10 *Conuenire poteſt quis de ſtando dicto ſui aduerſarij.*

11 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, non autem ſola veritate facti inſpecta.*

12 *Scriptura priuata facit fidem,modò ſit in loco publico, & manifeſto: idque de partium voluntate.*

13 *Scriptura in publico loco ſita, in antiquis, præſumitur in dubio de partium conſenſu ibi locata.*

14 *Scriptura priuata inciſa in lapidibus,aut columnis,an probet plenè,aut certè ſemiplenè,in antiquis. Et quid in facto recẽti,nu.15.*

16 Scri-

16 *Scriptura non priuata omninò, in aliquo deficiens, an probet in antiquis.*

17 *Inſtrumentum minus ſolenne, an probet in antiquis.*

18 *Scriptura priuilegij antiqui, non probat, quando ſigillum eſt corruptum, aut non plenè apparet.*

19 *Inſtrumentum, cuius originale non inuenitur, ſed inſertum reperitur in priuilegio principis, an fidem faciat.*

1 OCTAVA datur † limitatio de arbitratore, coram quo ſcriptura priuata uidetur probare: cũ procedat ſola facti ueritate inſpecta. Roma. in repe. rubr. de arbitr. quod dictum refert, & ſequitur Corn. in conſil. 221. circa fin. lib. ij. Nam coram arbitratore ſufficiunt leuiores probationes. Bald. in l. ſolam. in fi. C. de teſtibus ubi, quòd arbitrator poteſt credere teſti reddenti rationem dicti ſui ueriſimilem, licèt non concludentem. ſequitur Deci. in conſil. 178. in fin. & per iſtud dictum Bald. ſcribit Aret. in
2 conſil. 61. col. final. verſicul. Præterea, dato † quòd probatio famæ, quæ non ſufficeret corã iudice, debet tamen ſufficere coram arbitratore. fortius uoluit Bald. conſil. 333. Conſiderato. verſicul. & ad hoc inducitur. libr. ij. quòd arbitrator non tenetur recipere probationes ſi nolit: à fortiori poterit recipere probationes minus integras. & pondero, quòd in caſu Bald. etiam agebatur de codicibus rationum, & ſic uidetur præſupponere, quòd arbitrator poſſit eis fi-
3 dem habere. Quod † ſine dubio uideretur procedere, quando arbitratori data eſſet poteſtas lata procedendi etiã de facto: quia tunc uidetur partes uoluiſſe ſtare etiam ſimplici dicto ipſius arbitratoris. Soci. in conſil. 121. colum. iiij. in fin. lib. iij. & quòd arbitrator habens poteſtatem procedendi de facto, poſſit procedere ſine probatione: tenet Bartol. in conſil. 82. Punctus quæſtionis uertentis inter Albertum Leonis. colum. j. poſt medium. ſequitur Alexand. in conſil.
4 189. in fin. lib. vj. ¶ Sed contra † hanc limitationem tenet Veronenſis in conſil. 61. col. vj. ubi, quòd arbitrator non poteſt dare fidem uni teſti, etiam idoneo: quia coram arbitratore non cenſetur remiſſa ſolennitas iuris diuini, uel naturalis: quo cauetur, quòd in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum.

uerbum. Matthæi.c.18. Amplius, quòd ſi cauſa ſit maxima, non poteſt arbitrator deferre iuramentum ſuppletiuum ex dicto unius teſtis, quantuncunque idônei. & idem Veronē. in conſil.30.colum.penul.quòd ſolùm cenſetur remiſſa ſolennitas iuris ciuilis, uel canonici. Idem eſt de mente Cor. in conſ.170.col.final.lib.iij ubi, quòd arbitrator licèt habeat poteſtatem procedendi de facto: non tamen poterit dare fidem ſcripturæ teſtamenti minus ſolennis, non habentis ligitimum numerum teſtium. Idem Corn. in conſi.
5 114.col.iij.poſt med.li.ij.ꝙ per conceſſionem† cōpliſſimæ ptātis conceſſæ arbitris, aut arbitratoribus, ꝙ poſſint de facto procedere, non cenſetur ſublata obſeruantia iuris naturalis primæui, aut iuris ſecundarij, ideſt iuriſgentiū. alleg. Bar. in l. filiusfamiliàs.ff.de don. in extrau. ad reprimendū. in uerſ. figura. & in uerb. uidebitur. Bar. Ang. & do. in l.j.ff. de teſta. militis. & magis in terminis tradit idem Corn. in conſi.16.col.fi.lib.ij. ꝙ habens arbitrium cognoſcendi, & iudicādi de ueritate, etiā per uerba quantuncūq; latiſsimā poteſtatē concedētia, non pōt credere uni teſti tm̄: quia nō cenſetur remiſſa ſolennitas iuris diuini, aut iuriſgentium. & idem tradit Corn. in conſil.220.col.penult. in prin. uerſ. quantumcunque enim reſcribens. libr.ij. ſi arbitrator non pōt credere uni teſti deponenti in cauſa aliena, quantò minus poterit credere propriæ ſcripturæ alicuius: quia hoc modo crederet uni tantum in facto ſuo proprio. ¶ Quid
6 † tenendum? ego puto, quòd ſi arbitrator habet poteſtatē procedendi de facto, ſecundum ueritatem, aut ſola facti ueritate inſpecta, quòd poſsit procedere ſine probatione alia, ſecundum eius conſcientiam, prout princeps iudicat: dummodo ipſe arbitrator ſciat facti ueritatē. & hoc modo procedat dictum Barto. Bal. & Alexan. ſupra allegatum, quòd arbitrator habens poteſtatem procedendi de facto, poteſt procedere ſine probatione: & ſic iſto caſu ſine dubio poterit fidem habere ſcripturæ priuatæ in fauorem ſcribentis, modo (ut dixi) nouerit arbitrator facti ueritatem. & hoc uoluit Dec. in conſil.631. in fin. & in conſil.699. col.final. ubi qui poteſt iudicare ſola facti ueritate inſpecta, iudicat tanquàm Deus, ſecundum ſuam conſcientiam. Tradit etiam Bald.

Bald.in l.ſcimus ante finem prin.C.de iure delib.& latius, ac clarius in c.j.§.inueſtitura.colum.ij.verſic. & propterea bene facit,de noua forma fideli.& ſicut princeps qui iudicat ad ueritatem facti, poteſt & debet iudicare ſecundum ſuam conſcientiam: ita arbitrator, cui partes talem poteſtatem dare potuerunt ad ſui præiudicium. Si uero arbitra
7 tor † facti ueritatem ignoret,non puto iudicare eum poſſe ſine probatione: niſi uerba compromiſsi eſſent adeo ampla,quòd ſeu per uiam tranſactionis negotium dirimeret dando uni,& auferendo alteri:modo immodicè non lædat, & dolus ab eo abſit.& hoc modo plus fidei habere poterit ſcripturæ priuatæ, quàm merus iudex . Non puto tamen, quòd ſi agatur de graui præiudicio poſsit tali ſcripturæ ex toto fidem habere, & partem condemnare ex probatio
8 ne talis libri,quaſi omnino fidem faciat,taleque † arbitramentum dando uni, & auferendo alteri non debet facere niſi ex æquo,ſi ueriſimiliter uideat ita eſſe faciendum. & quòd talis ſcriptura priuata ueriſimiliter illam fidem habere mereatur,per ea,quæ habentur in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.per Bal in conſil.181. Primò quæro. lib.iij.cũ ſimil.ut per Dec.in conſi.xj.col.v. uerſ.iiij.principaliter.in conſil.39.col.pen.uerſi.ij.principaliter. pulchrè Bellamera in conſ.24.Ex facto.colum.iij.in fin. uerſi.in ij. uero caſu . Licet enim coram arbitratore leuiores probationes ſufficiant:tamen quòd abſque ulla probatione legitima condemnare aliquem poſsit , quando ipſe ueritatẽ
9 non ſcit,hoc non uidetur permiſſum. & hoc † caſu uidentur procedere dicta doct.quòd coram arbitratore non cenſetur remiſſa ſolennitas iuris diuini, aut iuris naturalis,uel gentium:quod tamen intelligo ſcilicet in totum: ſecus in aliquo:quia,ut dictum eſt,arbitrator non tenetur admittere probationes tantum,quòd omnino concludant ſicut iudex:ſed poteſt credere probationibus perſuaſiuis: ut per Bald.in d.l.ſolam.in fi.C.de teſtibus.& poſt ſcripta hæc re peti.Imo.in conſi.91.in fi.ubi quòd coram arbitratore ſufficiant leuiores probationes quando agitur de modica læſione tantum. ¶ Sed dicet aliquis:tu dicis, quòd ubi arbitratori datur poteſtas procedẽdi de facto,aut ſola facti ue-

ritate inſpecta, quòd poteſt iudicare ad ſuam cõſcientiam, citra aliam probationem, ſicut princeps. modo ueritatem facti notam habeat. Sed quid reſpondetur ad argumentum ſupra adductum in contrarium, quòd non cenſetur remiſſa ſolennitas iuris diuini, naturalis, uel gentium, quo iure teſtimonium duorum, uel trium eſt neceſſarium. Ad iſtud reſpondeo, quod tali iuri introducto in fauorem partium litigantium potuerunt partes compromittentes renuntiare:
10 cum concernat earum fauorem tantum. Ideò † poteſt quis conuenire de ſtãdo dicto ſui aduerſarij: ut habetur per Bar. in l. fi. ff. de prætor. ſtipulat. Bald. Alexand. & Modern. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiuran. Alexã. in conſi. 54. colum. j. in conſi. 67. colum. ij. poſt med. uerſ. faciunt no. plenè, & in conſil. 202. lib. ij. ſed dando poteſtatem arbitratori: quòd procedat, & iudicet de facto & ſola facti ueritate inſpecta, uidetur remiſſa illa ſolennitas, & quòd poſſet arbiter pro ſua conſcientia pronuntiare, ſi illa ad ueritatem pertineret. Aut ſi arbitrator facti ueritatem ipſe notam non haberet, quòd poſſet teſtibus credere, quos certos & ueridicos uideret: licèt non ita plenè deponerent, & quòd etiam ſcripturæ priuatæ alicuius fidem maiorem haberet, quàm alius iudex, ſecundum præmiſſa. Vi-
11 demus enim, † quòd iudex etiam, qui non poteſt iudicare ſola ueritate facti inſpecta, ſed ſecundum allegata & probata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi. Poteſt tamen ex cauſa teſtibus etiam non plenè deponentibus fidem habere Barto. & docto. in l. Lucius. ff. de infamibus. Ideò poteſt iudex fidem plenam adhibere teſtibus ſingularibus, ſi ex eis inducatur ad credulitatem. Paul. de Caſtr. in d. l. admonendi. colum. vij. & in d. l. Lucius. quod dictum pro eleganti refert, & ſequitur Soc. in. in conſ. 262. colum. v. ad fi. uerſ. & pro certo. lib. ij. Veronenſis in conſil. iij. in fi. dec. in conſ. 163. column. ij. ij. uerſ. & per hoc non obſt. quod confeſsiones. & in conſil. 463. in fin. Curt. iun. in conſil. 106. colum. j. poſt med. & colum. iij. ante med. Iuſta autem cauſa credendi, eſt integritas, & legalitas perſonarum. Deci. in d. conſil. 463. in fin. Marſi. in conſil. 39. colum. iij. in fin. & in conſil. 72. colum. ij. circa med. Addo aliam cauſam, quando deponerent

nerent

nerent uerisimilia:per dicta ſupra nume.214.& nume.216.
12 arguendo ab appoſitis. ¶ Nona † datur limitatio in ſcriptura priuata facta in lapidibus,aut columnis: quia fidem plenam facit in antiquis,licèt ſcriptura priuata in antiquis ſolum faciat probationem ſemiplenam. & ſic quando talis ſcriptura priuata eſt in loco publico, & manifeſto, in antiquis plenè probat gloſſ.in d.c.cum cauſam.de probatio.per tex.in c.ſanè.colum.ij.24.quæſt.ij.ubi text.loquitur,de ſcriptis ſanctorum patrum prædeceſſorum in dictis,id eſt, columnis: ut ibi exponit gloſſ.idem tenet Spe.in titu.de probatio.§.uidendum reſtat.uerſ.nonò per libros.Bald.in cóſ. 310.an patronatus.lib.v.ubi,quòd ex talibus literis probatur ius patronatus.ſequitur Deci.in conſil.135. poſt princi. Idem tenet Imol.in conſil.60.latiùs Calc.in conſil.90.col. ij.Sed Barto.in l.j.in prin.ff.de bono.poſſ.ſecun. tabul.hoc intelligit, quando tales literæ eſſent ſic ſcriptæ, aut inciſæ de partium uoluntate.ſequitur Felin.in d.cap.cum cauſam. colum.ij.de probat.per text.in l.monumentorum. C.de re
13 ligio. ¶ Sed ad d.l. † monumentorum. reſpondet Bald. in d.conſil. 310. quòd loquitur in ſcriptura facta de recenti, non de antiquo. ¶ Secundò reſpondent Bart.& Bald.in d. l.monumentorum: quod illa lex loquitur in caſu certo,in quo apparebat illam ſcripturam factam in monumento, non fuiſſe appoſitam de uoluntate eius,ad quem negotium pertinebat. Sed in caſu dubio, quòd præſumitur facta de
14 uoluntate partis. ¶ Ex hac ſecunda † reſponſione Barto.& Bald.infertur,quòd talis ſcriptura inciſa in lapide,aut columnis,plenè probat,etiam in non antiquis,quando nó apparet eam factam contra uoluntatem domini. quod etiam uoluit Calca.in d.conſil.90.colum.ij. ubi, quòd ſaltem inducit præſumptionem,donec probetur contrarium.Imò ſine dubio uidetur,quòd inducat ſemiplenam probationem in non antiq. non antiquis. Si enim in antiquis plenè probat:ergo in non antiquis uidetur ſemiplenè probare.& ró diuerſitatis inter talem ſcripturá priuatam inciſam in lapidibus, aut columnis, publicè omnibus apparet, & inducit notorium:ut dicunt Barto.& Bald.in d.l.monumentorum. Calca.in d.conſil.90.colum.ij.Ob id imputandum uidetur

O 2 ei,

ei,de cuius præiudicio agitur, cur non contradixerit. ¶ Et
15 ſine dubio † probant tales literæ inciſæ in lapidibus, aut columnis, etiam in factis recentibus: quando non agitur de præiudicio tertij: puta, quòd eccleſia fuerit conſecrata. Innoc. in rubr. de conſecra. eccleſ. uel alta. Idem, quando agitur de præiudicio tertij, non tamē magno, prout in quæſtione confinium gloſſ. in d. c. cum cauſam. Geminia. in con
16 ſil. 100. colum. ij. circa med. & colum. iij. ¶ Viſo † de ſcriptura priuata, an probet in antiquis, & non antiquis: poſſet dubitari de ſcriptura omninò non priuata: puta, quia ſit ſcriptura notarij, tamen defectuoſa: quia careat aliquibus ſolennitatibus, an illa probet? Breuiter ſi ſumus in facto recenti, & notarius adhuc uiuit, talis ſcriptura nihil probat: ſed imputatur parti producenti, cur non adeat notarium: & redigi eam faciat in formam legitimam. Si uerò notarius mortuus eſt, tale inſtrumentum defectuoſum probat ſemiplenè. Bart. & doct. in d. l. admonendi. colum. viij. uerſi. quæro, quid ſi in inſtrumento reperitur defectus. ſequitur Anton. de Butr. in c. fin. de iureiuran. Alexand. in l. de pupillo. qui nuntiat. colum. ij. uerſic. non omitto tamen. ff. de oper. noui. nuntia. in conſil. 59. col. ij. in. fin. uerſic. nec prædictis etiam obſtat, ſi diceretur. lib. ij. & in conſil. 187. lib. vij. Iaſ. in d. l. admonendi. col. 19. uerſic. quartus & ultimus. & in repet. colum. 63. uerſic. quartò & ultimò quærit Bartol. num. 32. Corn. in cōſ. 22. col. iij. li. iij. Eſt uerum, quòd Bal. in conſil. 179. Inſtrumentum. in final. uerbis, lib. iij. dicit, quòd tale inſtrumentum defectuoſum, aut animus ſolenne facit indicium: ſed ibi non aperit de uita, uel morte notarij. Ideò quòd dicit de indicio, poſſet procedere uiuente notario: quia eo mortuo non ſolum facit indicium, ſed ſemiplenè probat: ut etiam ſuprà dictum eſt. num. 223. ¶ Ex præmiſ-
17 ſis † uidetur inferri, quòd tale inſtrumentum minus ſolenne, plenè probet in antiquis: ſi enim mortuo notario probat ſemiplenè etiam in facto de recenti: ergo in antiquis deberet plenè probare. Quod ipſum utique concederem, ſi habeat teſtes, ſignum, & ſubſcriptionem notarij: licèt careat aliqua alia ſolennitate: puta indictione, loco, aut die, quando quæſtio non eſſet in tempore, aut loco. Si uerò careat

reat ſigno,aut ſubſcriptione notarij , uel teſtibus,apparet, quòd eſt ſcriptura omninò priuata, ob id idem dicendum,
18 quòd,in ſcriptura omninò priuata, ſicut † dicitur de ſcriptura priuilegij antiqui,quòd non probat,quando ſigillum eſt corruptum, aut non benè apparet : aliàs mille fraudes committi poſſent.c.inter dilectos.de fid.inſtrumen. Socin. in conſi.258.colum.iij.uerſi.præctereà,& ſecundo reſpondetur.lib.ij.& dixi in conſil.46. colum.ij. circa med. uidetur autem inſtrumentum minus ſolenne ſine dubio probare etiam in non antiquis,quando reperitur in archiuo publico. Corn.in conſil.171.colum.fin.uerſi. quantum autem ad e-
19 xemplum. lib.j. ¶ Quid † in inſtrumento cuius originale non inuenitur,ſed inſertum reperitur in priuilegio principis,an fidem faciat? Dic,quòd non, niſi fuerit inſertum de conſenſu partis,aut ea legitimè citata: ut habetur per moder.in c.uenerabilis.ubi Deci.colum.fin.de confirma.utili. uel inut. Ceſſante autem conſenſu, aut uocatione partis, an probet in antiquis,uel recentibus : recurrendum eſt ad ea:quæ ſuprà diximus circa uerba enuntiatiua principis,& intellectum clem.j.de probat.

ARGVMENTVM.

Fama an fidem faciat in antiquis, ubi agitur de probatione dominij.

SVMMARIVM.

1 *Fama an probet in antiquis,vbi agitur de graui præiudicio. Et an ibi requirantur alia adminicula,& quæ.nu.2.& 3.*

4 *Dominij antiqui probatio per famam, an ſufficiat ad probandum dominium de præſenti diſting.nu.5.*

6 *Res ſacra præſcribi non poteſt,neque etiam poſsideri.*

VIso in hac prima parte huius tractatus, an uerba enuntiatiua, an ſcriptura priuata pro-
1 bet in antiquis:uidendum eſt † de fama, an in antiquis, plenè probet, etiam ubi agitur de graui præiudicio:puta de probatione dominij Dic.quòd ſic.Innoc.in c.ueniens.de uerbo. ſignifica. Bald.in l.proprietatis.in fin.C.de prob.cum ſimi. ut Alexã. tradit in conſi.iiij.col.v.uerſicu.poteſt alius modus ſeruari lib.ij.in conſi.15.col.j.in conſil.24. colum.final. lib.v. & i.

conſil.101. Quartò dubio.lib.7. Areti.in conſil.15.col.iiij. Calcan.in conſil.11.col.v.in princ.Corn.in conſ.48.col.ij. poſt med.lib.iiij.Dec.in d.c.cùm cauſam.in ij.not.de proba.in c.j.col.iij.in fi.de appella.in conſil.42.col.ij.in conſil. 126.col.ij.in conſil.146.col.v.in conſil.174.col.ij.Iaſ.in repe.d.l.admonendi.col.87.uerſi. limita tamen ſingulariter. in d.l.cùm aliquis.col.fi.uerſi.confirmo & tertiò.C.de iure deliberand.& in conſil.128.colum.ij.lib.j. ¶ Contrarium,
2 quòd † imò ſola fama non plenè probet in antiquis,niſi cō currant alia adminicula: tenet Corn. in conſil.304. colū.v. uerſ.his tamen non obſtantibus.lib.iij.ubi,quòd ſolum plenè probat in his,quæ ſunt notoria,ſeu pro notorijs habentur,de antiquo:ita quòd communis omnium opinio ſine aliqua contradictione ita habet:puta mortem Chriſti redēptoris humani generis,donationem factā eccleſiæ per Cōſtantinum Imperatorem . Vel ſi præſens ſtatus rei , correſpondeat dominio de præterito ut quia de præſenti probatur poſſeſsio 10.20.30.aut 40.annorum. nam ex iſta poſſeſſione coadiuuatur poſſeſsio,& dominium de præterito.Secus ſi uolo ſimpliciter probare per famā,quòd talis res fuit talis ,ſine alio adminiculo præſentis poſſeſsionis,uel communis omnium opinionis , quæ notorium inducat , Aliud etiam adminiculum conſiderat Corn.ubi ſupra,quando appareret de aliqua emptione facta per eū , de cuius dominij antiqui probatione agitur, dum reſpondet ad gloſſ. in d.l.
3 proprietatis.in uerbo,legitimis . ¶ Sed contra Corn. † dicit communem opin.eſſe Dec.in d.c.j.col.iiij.de appel.Sed aduerte ultrà Dec.nam Cor.non negat,quòd ſi produceretur titulus acquiſitionis illius, de cuius dominio agitur , & probaretur dominium eius per famam,quòd talis fama cō ſentiens,& correſpondens tali titulo plenè probet , hoc.n. uult gloſſ.fi. in.d.l.proprietatis.Ergo idē ſi producatur titulus alienationis factæ per eum,de cuius dominio quæritur ſiue inter uiuos,ſiue in ultima uoluntate.Per enim uidetur ratio,& ſic ſemper erit uerum dicere,quòd fama coadiuuetur alio adminiculo,nec ferè tractatur de probando dominium alicuius de antiquo,niſi ut probetur ueritas , & effectus eius tituli,ſiue in acquirendo,ſiue in alienando. ¶ Sed

quæro

4 quæro † hic, an iſta probatio dominij antiqui per famam ſufficiat ad probandum dominium etiam de præſenti: puta uolo probare, quòd ſum dominus huius domus. nihil probo de poſseſsione mea, quòd ego poſſederim per tempus ſufficiens ad præſcribendum, ſaltem iuncto tẽpore authorum meorũ per famã in antiquis, an iſta probatio ſufficiat? Abb. in c. ueniens. el j. & in c. licèt ex quadam. de teſtib. tenet, quòd non contra Anto. de Butr. Ideò dicit Abb. ſi probo, quòd ſunt iam mille anni, quibus domus tua fuit eccleſiæ conſecrata. hoc non ſufficit ad domum tibi auferendã, cùm non probetur ius eccleſiæ de præſenti, ſequitur Corn. in conſil. 35. col. pe. lib. j. in conſil. 19. col. ij. circa med. uerſ. nec obſt. quòd facta. lib. iij. latiùs in conſi. 24. colum. ij. & in conſi. 130. col. ij. lib. iiij. ¶ Sed contra Corn. dicit communẽ opi. eſſe Dec. in d. c. j. col. iiij. de appellat. & latius tradit idẽ Dec. in conſil. 428. & ibi, quòd Aretin. in d. ca. ueniens. el. j. col. pen. de teſtibus. reſpondet rationibus, quæ in contrarium adducuntur. Ripa autem in l. rem, quæ nobis. col. pe. in fin. ff. de acquir. poſſ. uidetur concordare opi. diſtinguen-
5 do, † quòd aut præſens ſtatus repugnat dominio de præterito: puta ſi dicatur, quòd res prophana olim fuerit conſecrata eccleſiæ. nam præſens ſtatus repugnat: & non probetur dominium de præſenti: ſed tantum de præterito per famam. Aut præſens ſtatus non repugnat: & tunc probetur etiam dominium de præſenti. ſed iſta diſtinctio uidetur contra doct. communiter. Nam quando probatur de dominio authorum meorum in antiquis, & modò reperitur res apud aduerſarium non habentem cauſam ab eis, præſens ſtatus ſatis uidetur antiquo repugnare. & tamen. doct. communiter tenent probationem dominij de antiquo ſufficere etiã de præſenti, modò præſens meum dominium præſcriptum non ſit ab aduerſario. ob id illud ſolum puto conſiderandũ, an cum iſta repugnantia præſentis ſtatus cum antiquo, concurrat præſcriptio, uel non quia ſi concurrat præſcriptio, fruſtra tractatur de antiquo dominio: quod per cauſam præ-
6 ſcriptionis perditum dicitur. Quæ tamen † conſideratio ceſſaret in re eccleſiæ conſecrata: quia res ſacra poſsideri non pòt, ob id ne præſcribi quidẽ. §. ſed aliquando. inſt. de

uſuca. Ideò ſi probatur per famam rem olim fuiſſe eccleſiæ conſecratam, talis probatio uidetur ſufficere, quo ad ius de præſenti: licèt aduerſarius longiſsimo tempore eam, ut pro phanã poſſederit. ¶ Poſſem in materia famæ qualiter probari debeat, & de eius effectibus, quaſi uolumen infarcire: ſed non interim permittitur tempus. Tum etiam habetur eius materia in locis uulgaribus, plura etiam de fama conſulendo ſcripſimus, tam in conſilijs iam proditis, quàm alijs quandoque in lucem Deo auſpice exituris.

ARGVMENTVM.

Teſtes deponentes de credulitate in antiquis, an probent plenè, uel ſemiplene. Tũ de auditu, & auditu auditus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de credulitate, an probent plenè.*

2 *Teſtimonium de auditu, & de auditu auditus, an plenè probet. & nume. 4.*

3 *Teſtimonium de auditu, fama ineſt neceſſariò.*

5 *Teſtimonium de auditu, non ſufficit, niſi ubi agitur de cauſa conſanguinitatis, aut parentelæ.*

6 *Conſanguinitas, vt probetur per teſtes de auditu, duodecim ſunt requiſita.*

7 *Teſtimonium de auditu licèt non probet in antiquis: an tamẽ onus probandi transfert in aduerſarium, limit. nu. 10.*

8 *Præſumptio eſt contra partem, quæ non produxit eos, qui facti veritatem magis intelligunt, vbi dicitur multos præſentes fuiſſe.*

9 *Teſtimonium de auditu, proſternitur, ſi teſtes in aliquo deficiant.*

11 *Teſtes de auditu, vbi admittuntur, eſt neceſſe nominare perſonas, à quibus dici audiuerunt, an ſufficiat, quòd à diuerſis perſonis, & pluribus dici audiuerint.*

12 *Teſtes dicẽtes ſe à diuerſis perſonis audiuiſſe an dicãtur ſingulares.*

13 *Teſtes domeſtici, etiam vxoris, admittuntur in antiquis alijs probationibus deficientibus.*

14 *Antiquum dicitur in materia probationis, quod excedit centum annos.*

15 *Teſtimonium domeſticorum, quo caſu, etiam in non antiquis, admittatur.*

16 *Teſtimonium domeſtici pro domeſtico, an admittatur in antiquis. Et quid contra domeſticum.*

17 *Vxor*

17 Vxor an cogi poſſit ad deponendum contra maritum. Et quid de marito contra uxorem.
18 Teſtimonium domeſticorum cõtra domeſticos requiri in ſubſidium, quo modo accipiendum.
19 Teſtis inhabilis, quando admittatur in ſubſidium.
20 Conſtitutum non probatur, niſi probetur, quòd conſtituens rem teneret tempore conſtituti.
21 Poſſeſſio an probetur ex inſtrumento antiquo, in præiudicium tertij.
22 Fama plenè probat in antiquis, etiam ubi agitur de graui præiudicio.
23 Inſtrumento producto de antiquo, an ſit neceſſaria probatio notariatus.
24 Inſtrumenti qualitas aut ſolennitas, facilius præſumitur quam ſubſtantia.
25 Reſcripti qualitas probari poteſt.
26 Præſumptio in antiquis plus poteſt reſpectu transferendi onus probandi in aduerſarium, quàm ſemiplena probatio. & nu. 28.
27 Præſumptio iuris, eſt liquidiſſima probatio.
29 Præſumptionem iuris ubi quis habet pro ſe, & alius ſemiplenè probat, an locus ſit iuramento ſuppletiuo.
30 Probationes leuiores facilioreſque ſufficiunt in antiquis.
31 Probatio præſumptiua & adminicularis, item per indicia, ſufficit in antiquis.
32 Probatio præſumptiua & coniecturalis in antiquis, non admittitur contra eum, de cuius poſſeſſionis iuſtitia apparet. limit. & diſtingui. num. 33.
34 Probationes leuiores non admittuntur, ſi agatur de non antiquo.
35 Probationes per indicia & coniecturas, non ſufficiunt in antiquis, in materia, in qua lex uel ſtatutum requireret plenam probationem.
36 Probatio coniecturalis, ubi & quando repellatur.
37 Probatio præſumptiua. in antiquis habetur pro uera, ubi etiam requiritur probatio inſtrumentalis.
38 Probatio præſumptiua, dicitur euidens, quando præſumptiones ſunt à iure approbatæ. Et iuris præſumptio, habetur pro notorio.
39 Temporis antiquitas, an ſuppleat fidem inſtrumentis, ubi ſubſtantialia

ſtantialia inſtrumenti corroſa, uel deleta ſunt ex temporis antiquitate.

40 *Sigilli conſumptio aut deletio, ob temporis antiquitatem, inſtrumenti fidem tollit. Et quid de cæteris ſolennitatibus.*

41 *Indictionis corruptæ uitio temporis & antiquitatis iniuria, appoſitio, an uitiet inſtrumentum.*

42 *Corneus ad conſulendum contra formam inſtrumenti, procliuis. Ibidem conſulentium & patronorum munus. Deque iuris prolatione.*

1 VISO † de fama in antiquis, an & quomodò probet: uideamus de teſtibus. In qua re ſciendum eſt, quòd in antiquis admittuntur teſtes deponentes de credulitate, & plenè probant. c. quotiens. in fi. in uerſi. accepiſſe à maioribus ſuis, & credere. de teſtibus. Abb. in c. licet ex quadam. eod. tit. Alexan. in conſi. 187. colum. fi. lib.2. Iaſ. in rub. ff. de iureiuran. col.4. circa med. uerſi.4.& ult. in conſi.65.col.pen. circa med. lib.3.& in conſi.166.col.
2 iij. poſt med. lib.4.¶ Similiter† in antiquis teſtimoniũ de auditu & de auditu auditus, plenè probat. d.c. licet ex quadã. ubi latè doct. Alexan. in d. conſi.187. colum. fi. lib.2. Aret. in conſi. 37. Sequendo ordinem. in ſecundo dubio. Socin. in conſi.205. col.2. in fi. uerſi.4. optimè ad propoſitum. lib. 2. Iaſ. in conſi. 128. colum. 2. in princip. lib. 1. in dict. conſi. 15. col. penult. circa med. lib. 3. & in d. conſi. 166. colu.
3 iij. poſt med. lib. 4. ¶ Sed aduerte † circa iſtud teſtimoniũ de auditu in antiquis, quia non puto quòd plenè probet, ubi agitur de graui præiudicio, niſi ex tali teſtimonio inferatur ad probationem famæ, in qua fama neceſſario ineſt teſtimonium de auditu.& ita tenet Abb. poſt Hoſti. & Ioan. And. in d. c. licet ex quadam. quod tamen Aret. in conſi. 103. colum. 2. reliquit indeciſum. Idem ſentit Decius in conſi. 148. ante fi. uer. nam quando de tanto tempore dum loquitur copulatiuè de fama & audit. Bene dicit Deciſio quòd ad probandum præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ſufficiunt teſtes de auditu, ſed in præſcriptione coadiuuatur probatio ex poſſeſſione de præſenti per dicta ſuprà circa probationem

per famam. Et quòd ſolum teſtimonium de auditu non ſufficiat, etiam in antiquis, probari uidetur. ſic, doct. communiter concludunt, quòd dominium in antiquis probatur per ſolam famam, ut ſuprà dictum eſt. Fama autem debet legitime probari ſecundum doctr. Bar. & doct. in l. de minore.§.plurium.ff.de quæſt.Ergo infertur neceſſario, quòd teſtimonium ſimplex de auditu,non ſufficeret. nam ſi ſufficeret,non eſſet neceſſe famam plenè probari, cum (ut dixi) in probatione famæ inſit teſtimonium de auditu neceſſario. Ideò Corn. in conſi. 33. col. 6. uerſi. Iuuatur itaque communitas campli.lib.1.dicit quòd in antiquis admittitur quandoque teſtimonium de auditu, quaſi dicat non ſemper. & ubi ſufficeret teſtimonium de auditu. ſimpliciter, ſine alia probatione famæ, illud eſt in his, quæ de ſui natura ſunt difficilis probationis: prout eſt probatio parentelæ aut conſanguinitatis in terminis. d. c. licet ex quadã, quo caſu uidetur ſufficere teſtimonium de auditu tantum. ſine alio adminiculo, dummodò deponant teſtes ad formã d. c. licet ex quadam.Corn.in conſi.78.colum.3.poſt med. uerſi. his tamen non obſtantibus. lib. 3. Secus, ubi ageretur de probatione dominij aut alterius iuris præiudicialis: cuius probatio de ſui natura non eſt difficilis: quia tunc ſine dubio teſtes de auditu tantum, non ſufficerent niſi concurrat probatio famæ, aut aliud adminiculum. fortius
5 † uoluit Paul. de Caſt. in conſi. 56. Super primo quæſito. colum.ij.poſt med.lib.j.quod tex.in d. c. licet ex quadam. ſolum procedat, quando agitur de probanda parentela aut conſanguinitate in cauſa matrimonij, non etiam ſi ageretur de conſanguinitate ob cauſam alicuius ſucceſſionis,aut hæreditatis. & ſic Paul. directò contrariatur. Cor.in dict. conſi.78.col.3.poſt med.lib.3.ubi Corn. dicit probari conſanguinitatem per teſtes de auditu: licet agatur de hæreditate quod dictum uidetur confirmari ex eo, quod dicitur quaſi poſſeſſionem filiationis ſufficere, etiam ubi agitur de hæreditate obtinenda.Paul. de Caſt. in conſi. 151.lib. 1.& in conſi.392.col.fi.lib.2.Corn. in conſi.1.col.10 in fi.lib.3. Deci. in conſi.54. col.fi. tamen docto. conueniunt in hoc, quòd excepta cauſa conſanguinitatis aut parentelæ, teſtimonium

monium de auditu non ſufficit. ¶ Sed multa ſuper hoc dici poſſent: quia Deci. fuit ſibi contrarius in conſi. 321. col.
6 penult. ¶ Et aduertendum † quòd ad hoc, ut probetur conſanguinitas per teſtes de auditu, debent concurrere duodecim requiſita, quæ enumerantur in d. c. licet ex quadã. Paul. de Caſt. in d. conſi. 56. col. 2. poſt med. lib. 1. Soci. in conſi. 47. col. 3. in fi. lib. 3. Corn. in conſi. 146. lib. 3. & circa illud requiſitum, quòd teſtes debent deponere ſe dici audiuiſſe poſt litem motam. Addo quòd ſi teſtes deponerent ſe dici audiuiſſe poſt litem motam, non facerent etiã præſumptionem. Deci. in conſi. 82. colum. 1. allegat archi. in c.
7 j. xxxv. q. vj. ubi uerò ſumus non in antiquis † teſtimonium de auditu, licet non probet. l. teſtium. C. de teſtibus. c. tam literis. de teſtibus c. inquiſitionis. de accuſa. tamen transfert onus probandi in aduerſarium. Archi. in c. hoc uidetur xxij. quæſt. v. quod dictum pro mirabili refert & ſequitur Roma. in ſing. 341. Teſtimonium de auditu. Deci. in conſi. 272. col. 2. circa med. & in conſi. 595. colum. 1. in fi. addo Soc. in conſi. 295. col. ij. circa med. uer. ij. principaliter. lib. ij. & ultra Soc. & Deci. addo Bald. in conſilio 219. Teſtes col. 2. lib. 4. Curtium ſeniorem conſi. 70. col. 2. circa med. ¶ Sed aduerte: quia non ſine cauſa Rom. in d. ſingulari 341. reputat hoc dictum mirabile: quia uidetur continere iniquitatem, ſi ita ſimpliciter intelligatur. Nam pone, quòd perſonæ à quibus teſtes dici audiuerunt, agant in humanis, & poſſint examinari, nonne uidetur durum, quod teſtes deponentes de auditu, faciant talem præſum-
8 ptionem, quæ onus probandi transferat in † aduerſarium, imò iſto caſu præſumptio & ſuſpicio uidetur contra partẽ producentem teſtes, cur non eos produxerit, & examinari fecerit, qui uериſimiliter facti ueritatem magis intelligerent, & à quibus alij dici audiuerunt. Pro hoc quod ſcribit Aret. in conſi. 13. colum. 6. uerſi. prætereà, cum in matrimonio, & in conſi. 81. colum. 3. uer. niſi fortè obſtaret. ubi, quòd ſuſpicio eſt contra partem, quæ paucos teſtes ſibi magis amicos fecit examinari ſuper eo, in quo dicitur multos fuiſſe præſentes, ob id iſtud dictum uidetur intelligendum mortuis authoribus teſtium, id eſt, perſonis, à quibus te-

ſtes

ſtes audiuerunt, uel eis longè adeò abſentibus, quòd examinari non poſſint. Alias iſtud dictum uidetur durum & abhorrens à iuris ratione & æquitate. ¶ Nec dicatur iſtud dictum intelligi per docto. quando teſtes deponerent de auditu à parte: quia tunc tractaretur de confeſſione extraiudiciali, quæ præſente parte plenè probat: ea uerò abſente,
9 ſemiplenè: ut habetur in d. l. admonendi. ¶ Vnum † etiã omittendum non eſt in hac materia teſtimonij de auditu, quod tale teſtimonium quia fundatur in iure ſpeciali, proſternitur, ſi teſtes in aliquo deficiant. Rapha. cuma. in conſi. 78. Viſis libello. colum. 2. uer. ad quartum. Quod dictũ pro notabili refert & ſequitur Curtius iunior in conſilio 17. in princip. ubi idem dicit in probatione famæ. & allegat in arg. tex. in l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſta. milit. ubi, quòd ius ſpeciale facilius tollitur, quàm ius commune, tanquàm debilius. Addo ultra Curtium Anchara. in conſi. 194. In cauſa & quæſtione Ioannis. colum. 2. uerſi. non eſt etiam uериſimile. Vbi, quòd de facili inueniuntur teſtes, qui dicant ſic & ſic audiuiſſe. & ſic ſentit Ancha. quòd tale teſtimonium de auditu non ſolum ſit debile, ſed etiam multum ſuſpectum. & hoc dictum Anchar. optimè uidetur facere ad id, quod ſuprà proximè dixi: q.
10 teſtimonium † de auditu non uidetur inducere præſumptionem, quæ onus probandi transferat in aduerſarium, quando ſuper ſunt perſonæ à quibus dici audierunt. Quæ-
11 ro † etiam in præmiſſis, & ad intellectum præmiſſorum, in caſibus, in quibus admittitur teſtimonium de auditu uel ad plenam probationem, uel ad præſumptionem: quo caſu neceſſe eſt, quod nominentur perſonæ, à quibus teſtes dici audiuerunt: ut habetur in dict. cap. licet ex quadam. de teſtibus. an ſit neceſſe, quòd teſtes dici audierint ab eiſdem perſonis: aut ſufficiat, quòd à pluribus & diuerſis perſonis dici audierint. Corne. in conſi. 78. colum. 1. in fi. lib. 3. quòd non nocet diuerſitas perſonarum, à quibus auditum
12 ſit. ¶ Sed † contrarium tenet Alexan. in conſi. 82. colum. 2. uerſi. prætereà ſecundum Hoſtien. lib. j. ubi, quod teſtes dicuntur ſingulares, quando dicunt ſe audiuiſſe à diuerſis perſonis, allegat Hoſtien. & Ioan. And. in d. c. licet ex quadam.

quadam. ſequitur Deci. in conſi. 321. col. 4. in fi. & iſta opinio magis placet: maxime, quia, ut dixi, iſtud teſtimonium de auditu ualdè fundatur in iure ſpeciali. Ideo ſpecialia non ſunt multiplicanda. l. 1. C. de dotis promiſſ. & quia aliàs dicit Anchar. in d. conſi. 194. de facili poſſent inueniri teſtes, qui dicerent ſe audiuiſſe unus ab uno, alter ab al-
13 tero. & ſic deinceps. ¶ Amplius † circa materiam teſtium in antiquis, ſciendum eſt, quod admittuntur in antiquis etiam teſtes domeſtici, etiam uxoris, alijs deficientibus probationibus. Bald. in c. 1. §. uaſallus. circa fin. ſi de feudo fuerit controuerſia inter domin. & agnat. per tex. in l. 2. C. quan. & quibus quart. pars. lib. x. ſequitur Bertachinus in prima parte ſui repertorij, in uerbo: domeſticus. uerſi. 23. cuius dicta ad uerbum tranſportauit Aufrerius in
14 Deciſ. Tholoſa. quæſt. 4. ¶ Sed aduertendum † circa hoc dictum. nam aut quæritur de teſtimonio domeſticorum per ſenſum corporis alium, quàm auditus: puta, quod ipſi domeſtici ſciant factum per uiſum aut auditum proprium, ſi ſit quæſtio de probando aliquam confeſſionem extraiudicialem, & iſtud uidetur impoſſibile: quia in materia probationis antiquum dicitur quod excedit centum annos, ut ſuprà dictum eſt ab initio huius primæ partis tractatus. Ideo oporteret rem probari per domeſticum excedentem annos decem ſuprà centum. quotuſquiſque enim inuenia-
15 tur, qui perueniat ad id ætatis. Aut † quæritur de teſtimonio domeſticorum per auditum auditus, & ſic per auditum alienum. in caſu quo tale teſtimonium admittitur, & tunc poſſet procedere dictum Bald. in his, quæ in domo tantũ fieri conſueuerunt, & quæ per alios ſciri non poſſunt, quo caſu teſtimonium domeſticorum admittitur etiam in non antiquis modo deponant concludenter per ſenſum corporis, aliter quàm per auditum alienum. l. conſenſu. C. de repud. ubi Bald. Bart. in l. ſi quando. col. fi. C. unde ui. Alex. in conſi. 24. col. 3. poſt med. uerſ. pro hoc bene facit, lib. 2. Imo in talibus teſtes domeſtici præferuntur alijs, tanquam melius ſcientes ueritatem facti. l. quotiens. ubi Bart. C. de naufra. lib. 12. Areti. in conſi. 13. Viſo. colu. 7. uerſi. uenio nunc ad quintum. ſed in alijs, quæ per alios etiam

non

non domeſticos ſciri poſſunt, non puto admitti teſtimoniũ domeſticorum. & ſic dictum Bald. uidetur reſtringendum in his, quæ niſi per domeſticos de facili ſciri non poſſunt, prout in caſu, in quo loquitur Bald. ad ſciendum an aliqua
16 bona fuerint poſſeſſa, tanquàm feudalia. ¶ Amplius † conſidero, quòd Bertach. & Aufrerius malè uidentur intellexiſſe Bald. in d. §. uaſallus. quia Bald. ibi non dicit, quòd admittatur teſtimonium domeſtici pro domeſtico in antiquis. Imo ſenſus Bal. uidetur, quòd in iſtis antiquis quando agitur de probando bona eſſe feudalia, poterunt interrogari domeſtici contra domeſticum: ut cogantur deponere, an talia bona fuerint poſſeſſa, tanquam feudalia in ſubſidium. nam
17 † Bald. in ſpecie loquitur de uxore, quæ regulariter cogi non poteſt ad deponendum contra maritum. l. 2. C. de teſtib. ſed hoc fallit in ſubſidium, propter inopiam probationum, quando ueritas aliter haberi non poteſt. Abb. in c. in literis in fin. de teſtib. Alexan. in conſi. 2. in ultimo dubio. lib. 7. capella Tholoſa. q. 3. licet ſecus in marito, qui cogitur teſtificari contra uxorem, ut ibi habetur per capellam. & in deciſ. 123. quia non imminet ratio periculi in marito deponente contra uxorem, quæ in uxore deponente contra maritum. ad quod reſpectum uidetur habuiſſe Bald. in dict. §. uaſallus. ut ſcilicet in iſtis antiquis, quorum probatio eſt difficilis, uxor cogatur teſtificari contra maritum. & domeſticus contra domeſticum, & quod iſte fuerit ſenſus Bald. probatur ex lege quam allegat in dict. l. 2. C. quan. & quibus quarta pars. lib. 10. ubi glo. in uerſic. iurata fide. notat quòd uxor cogitur manifeſtare bona hæredibus mariti per iuramentum, & ſimiliter uaſalli feuda. Conuertenda eſt igitur concluſio, quòd in antiquis domeſtici coguntur teſtificari contra domeſticos. Pro eis autem
18 teſtificari non poterunt, niſi ut ſuprà. ¶ Iſtud † autẽ, quòd domeſtici coguntur teſtificari contra domeſticos in ſubſidium, uidetur intelligendum in his, quæ de ſui natura ab alijs ſciri non poſſunt: & ſic ab alijs probari non poſſunt, prout in his, quæ fiunt in domo: per ea, quæ not. Ant. de But. Imol. & doct. in c. tertio loco. de proba. Ant. de But.
19 in conſi. 24. Quæſtio hæc. circa fi. ubi teſtis † inhabilis admittitur

admittitur in ſubſidium, quando res per alios uerisimiliter probari non poteſt,nec actu,nec habitu : ſecus ſi habitu,licet non actu. & in terminis coactionis teſtium, ita tradit Alexand. in conſi. 64. colum. 2. uerſi. 2.reſpondeo. lib. 1.
20 In hac † etiam materia antiquitatis, non ſolum admittitur probatio leuior : uerum etiam ipſa antiquitas probationē uidetur præſtare. puta conſtitutum non operatur, niſi probetur, quòd conſtituens rem teneret, & poſſideret tempore conſtituti. Ang. & Alex. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de acquir.poſſeſ.cum ſimil.ut per Deci.in conſi. 400. colu. penult. in princip. Iaſ. in l. quotiens. col. 4. C. de rei uendic. Iſtud tamen fallit in antiquis in quibus non eſt neceſſe probare poſſeſsionem conſtituentis de tempore conſtituti : ſed illa præſumitur. Soci. in conſi. 187. In controuerſia col. v. uerſi. 2. ratio. lib. 2. ſequitur Deci. in conſi. 302. col. 3. uerſi. non obſtat, quod non apparet, quòd poſſeſſio. allegat Paul. de Caſtr. in conſi. 81. In cauſa, quæ uertitur inter reuerendum patrem. colum. 2. in fi. uerſi. patet etiam ex inſtrumento. lib. 2. ubi, quòd poſſeſſio probatur per inſtrumentum antiquum, in quo dicitur poſſeſſionem eſſe apud talem. quod Paul. dictum etiam refert & ſequitur idem Deci. in conſi. 36. col. 4. uerſi. 1. igitur non obſtat. Addo Panorm.in c.cum nobis. colu.2.de præſcriptio. quem ſequitur Curtius iunior in conſi.90. col. fi. ubi,quòd in antiquis poſſeſsio poteſt probari per ſola inſtrumenta. Addo ultra Decium & Curtium Socin. in conſi. 106. col. 2.lib.3. ubi idem uoluit, quod in d. conſi. 187. quòd ſcilicet in antquis præſumitur poſſeſſio conſtituentis de tempo
21 re conſtituti. Sed † aduerte : quia iſtud dictum, quod probetur poſſeſsio ex inſtrumento antiquo in præiudicium tertij, uidetur dubitabile, quando talis poſſeſsio adferret graue præiudicium, puta : quia ex ea inferretur ad probationem dominij. & iſtud dictum eo caſu uidetur contra communem concluſionem doct. ſuprà firmatam, quod uerba enuntiatiua inſtrumenti, non probant contra tertium, in antiquis, ſiue prolata ſint principaliter & directo propter ſe, ſiue incidenter propter aliud. Ideo non putarem,quòd ex ſimplici conſtituto in antiquis probetur poſſeſsio conſtituentis,

tuentis, quando per tales conſtitutum agitur de probatione dominij contra tertium, quo ad plenam probationem. ſed ſemiplena tantum iuducatur probatio, quæ ſuppleatur ex alijs indicijs aut adminiculis: iuxta ea, quæ in præcedentibus dicta ſunt de probatione uerborum enuntiatiuo-
22 rum in antiquis, contra tertium. Nec obſtat † dictũ Bald. allegatum per Soci. in dictis conſilijs. in authen. quas actiones. circa fi. C. de ſacroſan. eccleſ. ubi quòd poſſeſſio probatur per inſtrumenta ſucceſſiuè facta ſuper poſſeſſione & reditibus: per l. Pomponius. ff. quibus modis uſusfruct. amitta. quia Bald. loquitur in pluribus inſtrumentis quæ æquipollent probationi famæ, ut in præcedentibus dictum eſt. nimirum ſi ex talibus pluribus inſtrumentis ſit plena probatio: quia fama in antiquis plenè probat, etiam ubi agitur de graui præiudicio, & de probatione dominij: ut ſupra uidimus. ¶ Non obſt. etiam Abb. in dict. cap. cum nobis. quia Abb. loquitur eo caſu, quo etiam probaretur poſſeſsio in recentibus: puta quando in ſcriptura continetur, quòd quis miſſus eſt in poſſeſsionem rei, authoritate iudicis, ita quòd per ſcripturam notarij apparet, quòd miſſus apprehẽdit poſſeſſionem. uel quando in rei præſentia uenditor tradidit rem emptori: & de hoc notarius atteſtatur. & quando Abbas loquitur de conſtituto, præſupponit habilia aliunde, id eſt, quòd non ſit dubium de poſſeſſione conſtituentis: per l. qui teſtamen. in princip. ff. de teſtam.
23 ¶Sed dicet † aliquis: quando producitur inſtrumentum de antiquo, non uidetur neceſſaria probatio notariatus, ſed ille præſumitur propter antiquitatem temporis. Bald. in authen. quas actiones. circa fin. & infra dicemus. ergo eadem ratione idem uidetur dicendum in conſtituto, aut recognitione, quòd præſumatur poſſeſſio de tempore conſtituti, aut recognitionis in antiquis. ita, quòd agens ex tali conſtituto aut recognitione habeat intentionem fundatam, ſaltem donec probetur de contrario. Reſpondeo, quòd magna inter iſta uidetur ratio diuerſitatis. primò, quia in notariatu non agitur de præſumenda ſubſtantia rei, ſed de qualitate aut ſolennitate tantum requiſita ad fidem
24 inſtrumenti: quæ † qualitas aut ſolennitas facilius præſumitur,

mitur,

mitur, quàm ſubſtantia. arg. not.per Bart.& doct. in l.certi conditio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet.ubi quando aliquid nõ poteſt probari, niſi per inſtrumentum: eius tamen quali-
25 tas probari poteſt per teſtes. Similiter † licet reſcriptum teſtibus probari non poſſet, ſed ſcripturam requirat: Bald. in l. humanum. C. de legibus & in l. nec exemplo. C. de falſis. Moder. in rub. extrà de conſtitutio. qualitas tamen reſcripti teſtibus probari poteſt. c. auditis. ubi Abb. in 2. nota. de reſti. in integ. Dec. in c. paſtoralis.col.3. in princ. de reſcrip. ſed quando agitur de probatione dominij, aut poſſeſsionis, dicitur agi de probatione ſubſtantiæ & ipſius negotij principalis. ¶ Secundo reſpondeò, quòd lex facilius præſumit pro inſtrumento publico, quàm pro adſertionibus priuatorum aliquid aſſerentium ſuper dominio aut poſſeſſione, ex qua inferatur ad probationem dominij.
26 ¶ Sed rurſus † inſtabit aliquis: tu dicis, quòd in antiquis probatur poſſeſsio conſtituentis aut recognoſcẽtis de tempore conſtituti aut recognitionis ſemiplenè: ergo fortius uideris concedere, quàm Socin. & Dec. qui dicunt præſumi talem poſſeſsionem in antiquis. Probatio enim ſemiplena plus uidetur in ſe habere, quàm præſumptio: ut habetur in l. admonendi. ff. de iureiuran. Reſpondeo, quòd reſpectu transferendi onus probandi in aduerſarium plus efficaciæ uidetur obtinere præſumptio, quàm ſemiplena probatio. Patet: quia iuris præſumptio, transfert onus probandi in aduerſarium. l. fin. in princip. ff. quod metus cauſ. l. nuptura. in fin. ff. de iure dot. l. ſi chirographum. l. uerius. & l. ab ea parte. ff. de probatio. l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fideicom. liber. l. ſiue poſsidetis. C. de proba. c. ex inſinuatione. de procur. c. unic. ut eccle. benefic. Oldr. in conſi. 261. In unione. & in conſi. 277. Quod Abbas in ſi. Calderi. in conſi. v. in fin. in tit. de probatio. & tamen non ſic uidetur in ſemiplena probatione: quia actor probans ſemiplenè, non obtinet, licet reus nihil probet, niſi ſit caſus, in quo actori deferatur iuramen-
27 tum ſuppletiuum. & quòd iuris præſumptio efficacior † ſit probatione ſemiplena apparet: quia iuris præſumptio dicitur probatio liquidiſsima. l. licet Imperator. ubi glo. & doct.

doƈto. ff. de legat. j. & latius in præcedentibus uidimus, quòd non æquè dicitur in probatione ſemiplena. Quòd
28 † igitur dicitur præſumptionē minus eſſe, quàm probatio nem ſemiplenam, id uidetur intelligendum in præſumptio ne hominis, uel in alia leui iuris præſumptione de qua per glo. & doƈt. in l. ſi duo patroni. in princ. ff. de iureiur. ubi, quòd ex ſententia inter alios lata, ſit aliqualis præſumptio iuris, non tamen talis, quæ onus probandi transferat in aduerſarium: ſed quæ cęteris paribus faciat obtinere par-
29 tem, pro qua talis præſumptio ſit. ¶ Sed poſſet † hic dubitari: pone, quòd aliquis habet præſumptionem iuris pro ſe, & alius ſemiplenè probat, an ſit locus iuramento ſuppletiuo? Dic, quòd non: quia eliditur ſemiplena probatio ex præſumptione iuris, quæ eſt contra eam. l. 1. cum gl. nota. ubi Bart. C. qui & aduer. quos. Roma. in conſi. 91. col. pen. poſt med. uerſi. Item procedit diƈta regula. Iaſ. in repeti. l. admonendi. colum. 104. uerſic. 19. caſus. & ſic uides fortiorem eſſe præſumptionem iuris probatione ſemiplena. ¶ Vidimus in ſpecie multos caſus, in quibus propter antiquitatem temporis faciliores ac leuiores admittuntur probationes: ſed non erit inconueniens poſt ſpecialia ſubijcere claúſulam, aut concluſionem generalem, quod regulariter in antiquis probationes leuiores ſufficiunt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aquil.
30 Generalis † igitur habetur concluſio, quòd in antiquis probationes leuiores faciliores quæ ſufficiunt: & ſufficit probatio per indicia & conieƈturas. l. cenſus & monumenta. & quod ibi not. ff. de proba. l. qui ex literis. ff. de bono. poſ. ſecun. tab. c. cùm cauſam. de proba. c. cum olim. de cenſibus. & utrobique not. tradit Paul. de Caſt. in conſi. 164. In præſenti cauſa, quæ uertitur coram maiore. col. 1. lib. 2. Ancha. in conſi. 310. Tres domini magnifici. colum. 2. uerſi. & iſtæ probationes. & dicit idem Ancha. in conſi. ult. col. 6. in fine tertij dubij. quòd in antiquis ſufficit probatio
31 † præſumptiua & adminicularis. & quòd in antiquis ſufficiat probatio per indicia, tradit Calca. in conſi. 8. col. v. ante med. Idem uoluit Iaſ. in conſi. 128. colu. 1. in fi. lib. 1. ubi, quòd in antiquis ſufficit probatio conieƈturalis, licet

neceſſario non concludat. & uaria ac plurima id genus di-
cta & exempla lector aſsiduus inuenire poterit apud doct.
32 tam legendo quam conſulendo. ¶ Limitatur† nunc iſta
concluſio, quòd in antiquis probationes leuiores ſufficiũt,
ut non procedat contra poſſeſſorem aut reum, de cuius poſ
ſeſsionis iuſtitia apparet: quia probatio, quæ fit ex tempo
ris antiquitate, dicitur præſumptiua, & coniecturalis: ideò
admitti non debet contra ueritatem, id eſt contra eum, de
cuius poſſeſsionis iuſtitia apparet. ita Soci. in conſi. 194.
col. fi. lib. 2. ubi quando is, contra quem agitur, apparet
iuſtus poſſeſſor, actor debet plene probare, non obſtante
antiquitate temporis. alleg. Inno. & doct. communiter in d.
33 c. cum cauſam. de probat. ¶ Planè aduertendum † eſt circa
iſtam limitationem Soci. quia aut reus poſsidens præſcri-
pſit rem, quàm poſsidet, & tunc fruſtra tractamus de pro-
batione actoris. poſito enim, quòd pleniſsimè probet de
iure ſuo: talis probatio non releuat ſiue in antiquis, ſiue in
recentibus: quia præſens ius rei, extinguit ius actoris anti-
quum & præſcriptum. Corne. in conſi. 142. colum. 3. ad fi.
lib. 3. Aut reus nondum præſcripſit contra actorem, & tunc
licet ſit iuſtus poſſeſſor cum titulo & bona fide: dico ſuffi-
cere probationes per indicia & coniecturas, in antiquis,
nec obſtat, quòd actor debet plenè probare de iure ſuo:
quia fateor: ſed dico, quod talis drobatio in antiquis dici
34 tur plena & legitima. ¶ Secundo † limitatur dicta conclu-
ſio, ut procedat, quando agitur de probando aliquid, quod
ſit de antiquo: tunc enim probationes leuiores ſufficiunt.
Secus, ſi agatur de probando aliquid, quod non ſit antiquũ:
quia tunc illud non probaretur per inſtrumentum de anti-
quo: ubi alias tale inſtrumentum probaret, ſi res eſſet de
antiquo. Ita Dec. in conſi. 13. col. pen. uerſ. 2. dato. ſed aduer
te ultra Dec. quia uidetur impoſsibile, quòd res non anti-
qua probetur per inſtrumentum antiquum: quia non po-
tuit fieri inſtrumentum ſuper re, quæ nondum erat de tem-
pore ipſius inſtrumenti. Benè fateor, quòd inſtrumentum
de antiquo, poſſet iuuare probationem rei non antiquæ,
incipiendo ab origine & probando, quod res præſens ha-
buit originem à re, de qua inſtrumentum de antiquo lo-
quitur:

quitur: puta in caſu, in quo Decius loquitur: uidelicet in conſanguinitate de præſenti, quæ non probatur per inſtrumentum de antiquo in quo fit mentio de prioribus gradibus ipſius conſanguinitatis. nam tale inſtrumētum ſolum non ſufficeret: quia præſens conſanguinitas poteſt aliter probari, incipiendo ab ulterioribus gradibus. tamen ſi ſit quæſtio de gradu anteriore, de quo fit mentio in ipſo inſtrumento, & quòd ego ſim de deſcendentibus ab illo forte non procederet dictum Decij: quia tunc uidetur agi de re antiqua, licet gradus ſequentes non ſint antiqui. ¶ Ter-
35 tio † limitatur dicta concluſio, ut non procedat in materia, in qua lex uel ſtatutum requireret plenam probationē: nam non ſufficeret probatio per indicia & coniecturas etiā in antiquis. ita Soci. in d. conſi. 194. col. fi. uerſi. ſed ad ambo fundamenta. lib. 2. & exemplificat Soci. quando ageretur de retractatione ſententiæ per uiam reſtitutionis in integrum. nam tunc probationes deſiderantur luce ipſa clariores. l. fi. in uerſi. luce clarior. ubi Bald. C. ſi minor ſe maior. dixe. Iſto enim caſu quo probatio plene requiritur, non ſufficeret ſemiplena, etiam cum iuramento: ergo multo minus ſufficient indicia & coniecturæ. ¶ Sed aduertendum
36 † circa hanc limitationem Soci. nam fateor, quòd ubi probatio plena requiritur, non ſufficeret ſemiplena cum iuramento: ſed dico, quòd in iſtis antiquis per indicia & præſumptiones fit plena probatio, non ſemiplena tantum, & licet dicatur probatio coniecturalis: plena tamen eſt, & ſufficit talis probatio, licet actor tendat ad aliquid infringēdum aut impugnandum. Pau. de Caſt. in conſi. 281. In cauſa iſta quinque col. 2. uer. nec obſtat, ſi dicatur. & in conſi. ſeq. 282. col. 3. poſt med. uerſi. & ſi dicatur dictus Albertus. lib. j. ubi, quòd ſolum repellitur iſta probatio coniecturalis in cauſa criminali: per l. fi. C. de proba. ſed in cauſa ciuili ſufficit, licet tendat ad impugnationem aut reſciſſionē alicuius
37 actus. Iam † iſta limitatio Socin. aperte confunditur per dicta Dec. in rub. ext. de prob. col. 17. uerſi. 2. concluſio. ubi, quòd probatio præſumptiua habetur pro uera probatione, etiam ubi requiritur probatio inſtrumentalis. alleg. Bald. in l. j. col. vj. uerſi. quæro, quid ſi ſtatutum. C. de fidei-

cõmiſſ.& idem Dec.in conſi.54.col.fi.uerſi.nam ſolet Dec. Addo Alex.in conſi.126.col.2.poſt med uerſi.fortificantur prædicta.lib.6.& tradunt Moder.in d.l. licet Imperator.ff.
38 de leg.1.ubi,quòd † probatio præſumptiua dicitur euidẽs, quando ſunt præſumptiones à iure approbatæ. ubi tamen non allegant conſilia Pau.de Caſt. ſuprà memorata. Addo etiam Calde.in conſi.15.in fi.in tit.de uſur.ubi,quòd mani feſtum quid dicitur ex ſola præſumptione,inferens ad uſurarium manifeſtum: licet hoc dictum de uſurario manifeſto,ad præſens non diſcutiam.Præterea,attenta iſta limitatione Socin. ſequeretur, quòd lex præcluſam eſſe uoluiſſet quodammodo uiam probandi in iſtis antiquis: cum aliter probari non poſſint,quam per præſumptiones, indicia, aut famam. Amplius dicitur, quòd præſumptio iuris habetur pro notorio.c. literas de præſumptio.c.clericos.de cohabi. cleri.& mulie.c.tua.iuncta glo. in uerſi. non ex euidentia. eod.tit.glo. in c. Michael.de filijs præsby. quæ iura ad hoc citat glo.pragma.ſanctio.in tit. de concubina. §. publici.in
39 uerbo,dimittit. in fi.char. 186. ¶ Quartò † limitatur præmiſſa concluſio,ut non procedat in ſubſtantialibus alicuius inſtrumenti corroſis uel deletis ex temporis antiquitate: puta indictio licet appareant anni,ex quibus inferri poſſit, quæ indictio curreret de illo tempore. quia tali caſu antiquitas temporis non ſupplet fidem inſtrumenti. Ita Corn. in conſi.93.lib.4.reprobando Bald.in l.unum ex familia. §. ſi omiſſa.ff.de lega.ij.¶ Sed puto,quòd ipſe Corn.reprehenſione egeat,& quòd Bald.melius loquatur. Nam ſi ex antiquitate temporis præſumitur notariatus,ſine alia eius probatione,ut ſuprà dictum eſt,& inferius dicemus, multo fortius præſumi debet pro indictione, quæ declarari poſſit ex ipſa expreſsione annorum, licet indictio ipſa ſit deleta ob temporis antiquitatem.¶ Secundo, nos uidemus, quòd inſtrumentum minus ſolenne probat ſemiplenè mortuo notario, licet res non ſit de antiquo. Bar. & doct. in d. l. admonendi col.8.& ſuprà latius diximus, quanto fortius dicendum erit, quando defectus ſolennitatis apparet prouenіſſe non ex uitio aut culpa notarij, ſed ſolum propter lapſum temporis omnia conſumentis,& uerbum aliquod ſubſtantiale

ſtantiale corrodentis? Imò ſuprà diximus,quòd inſtrumentum minus ſolenne, & cuius defectus proceſsit uitio notarij, omittentis aliquam ſolennitatem, puta locum aut indictionem: uidetur plenè probare in antiquis, ex quo in non antiquis ſemiplenè probat: quanto fortius, quando apparet, quòd inſtrumentum ab initio fuit ſolenne, ſed poſt ob temporis lapſum uerbum aliquod ſubſtantiale oblitum aut deletum ſit maximè quando ex præcedentibus aut ſequen-
40 tibus ſciri poteſt,quid illud importaret? ¶ Nec † præmiſſis obſtat tex. in c. inter dilectos. de fide inſtrum.allegatus per Corn.in d.conſi.93.lib.4.quia ſcriptura ibi tota nitebatur ſuper ſigillo,non mirum,ſi conſumptio aut deletio ſigilli uitiat eius fidem. Secus eſt in inſtrumento, in quo plura ſunt alia ſolennia,& in quo ſolennitas indictionis conſumptæ ex temporis antiquitate, ſuppleri poteſt ex annorum expreſsione,cum uel interpretationes ad hoc inuentæ ſint, ut actus ſubſtineatur,& non pereat.l.quotiens. ff. de uerb. oblig.l.3.ff.de teſtamen.milit.cum ſimil. Baldi opinionem amplector tam quàm benigniorem,& de iure etiam ueriorem: quicquid in contrarium arguat Corn. Præterea,contra Corn. adduco Bart. in l. nominatim. ff. de cond.& de-
41 monſt. ubi, † quòd appoſitio indictionis corruptæ facta, non uitiat inſtrumentum: quia ex appoſitione annorum apparet de qua indictione notarius ſenſerit, & ſic apparet omnino de errore notarij in appoſitione indictionis ſequitur Iaſ. alia allegans in d. l. admonendi.col. 19.uerſi. intelligetamen.ff.de iureiur.& in rep.col.64.in fin.uerſi. item attende.dum dicit Bart. ſi appoſitio indictionis erronea,non uitiat,quando ex annis de ea poteſt apparere. multò minus debet uitiare conſumptio ex antiquitate temporis, aut ſaltem eadem eſt ratio, non uitiandi in utroque. ſed magis in terminis contra Corn. adduco Imo. in l. j. ff. de his,quæ in teſtam.delen. ubi, quòd ſi indictio eſt erronea & conſumpta ex toto, & omnino non apparet,inſtrumentum nõ probat. ſequitur Felin. in d. c. inter dilectos col. 7. uerſi. Vnde dicit Imo.de fid.inſtrumen.& ſic Imo.& Feli.non ſolum uolunt inſtrumentum probare,quando indictio eſt conſumpta,ſi ex annis de ea poſsit apparere: ſed etiam ſi duo con-

42 currant, quod ſit conſumpta & erronea. Itaque † facilis per nimium fuit Corne. ad conſulendum contra fidem inſtrumenti, & forte iudex ſententiam dixerit ad formam illius conſilij. Cor. fraudando partem iure ſuo optimo, cuius probatio in promptu erat per inſtrumentum eiuſmodi. Equidem non breuis ſit conſulentium ſarcina, plerique animo oſtentandi, ut plus ſapere uideantur, opiniones rectas impugnabunt cauillosis quibuſdam interpretationibus. & iure noſtro hodie abutimur: plurimumque præſtitiſſe arbitramur, quotiens clientis cauſam etiam per iniuriam ad uictoriam pertulimus. ita fit, ut cruciatus nobis laboremus, dum gloriæ aut alieno ſtudemus commodo. Non tot, tantæque doctorum uarietates in iure forent, ſi ad ueritatem omnes reſpicerent: ſed enim quoties caſus conſulentis propoſitus ſit, illud primum omnium nonnulli quærunt, quomodo ueras rectaſque opiniones, clientis deſiderio minime commodas liceat effugere: etiam opiniones alias reprobatas, & ab omni ratione æquitateque alienas manibus pedibuſque (quod aiunt) pertinaciter ſuſcipiendo ac tutando.

PRIMAE PARTIS FINIS.

SECVNDA PARS TRACTATVS DE antiquitate temporis, Domini Aymonis Crauettæ à Sauiliano.

ARGVMENTVM.

De præſumptione ſolennitatis extrinſecæ, ob temporis antiquitatem, in actibus iudicialibus. Primò quidem, quid dicatur de antiquo: vt præſcriptio ſit, litem eſſe conteſtatã, partem citatam, & aliàs ſolennitates ad ſententiam requiſitas interueniſſe. Et an id ſpecificè ſit neceſſum exprimere: an uerò ſufficiat generaliter complecti. Tum an in uera fictâue contumacia præſumatur quid antiquum.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quando quid præſumatur in ſententia, vt omnia præſumantur ſolenniter acta.*

2 *Sententia dicitur de antiquo, quando lata eſt contra abſentem, & contumacem vera contumacia.*

3 *Contumax fictus an poßit appellare à ſententia. Et infrà quantum tempus. Et an habeatur pro abſente. Et an contra eum præſumatur ſolennitas ex antiquitate temporis decem, aut viginti annorum.*

4 *Sententia lata præſentibus partibus non præſumitur habere omnes ſolennitates enuntiatas, niſi poſt lapſum tempus ad appellandum.*

5 *Pro ſententia in antiquis, an præſumitur quo ad acta, non facta de eis in ea mentione, & nume. 6. Quid de laudo. Quid de inſtrumento vnionis, ibidem.*

7 *Pro decreto iudicis, quando ſit præſumptio.*

8 *Sententia an præſumatur continere acta requiſita non facta de eis ſpecifica mentione diſting. Pro qua facilius præſumitur quo ad acta, quam reſpectu ſolennitatis.*

9 *Pro ſentẽtia, in qua exprimitur ſolẽnitas in genere, præſumitur.*

10 Nota-

10 Notariorum,aut priuatorum actus: non tantam habent præſumptionem quantam iudicis actus. Et an in eis ſufficiat ſolennitates in ſpecie enuntiari.

11 Iudicis aſſertioni ſuper ſolennitatibus ſententiæ,aut decreti quando ſtetur. Et quid de actu notarij.

12 Iudicis aſſertioni ſuper ſolennitatibus,quibus nec iudex,nec partes potuerunt renuntiare,non creditur.

13 Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita,non creditur,& ſuper quibus præterea illi non credatur.

14 Iudex:item & partes, non poſſunt renuntiare ſolemnitatibus iudicij ſubſtantialibus.

15 Sententia & decretum,quid differant. Et an æquè ſuper eis iudicis aſſertioni credatur,quantum ad ſolennia.

17 Pro ſententia an magis præſumatur, quàm pro decreto. diſting. & nume. 18.

19 Sententiæ approbatio præſumitur,ex præſentia, & taciturnitate partium.

20 Iura pro iudice magis præſumunt,quàm pro priuato: nec tanta in eum cadit ſuſpicio quanta in priuatum.

21 Iudici an credatur ſuper cauſa,ſine qua quis actum facere non poteſt,& quid de his,ſuper quibus poteſtatem non habet.

22 Iudicis aſſertioni creditur, quando eo concurrit veriſimilitudo. Et quando illa ipſa veriſimilitudo adſit. Et vnde cauſetur. nume. 23.

24 Pars an & quando contra ſententiam reclamare poſſit.

25 Sententiæ iudicis reclamans poſt debitum tempus, tenetur probare aliter eſſe, quam iudex aſſeruerit: ſi ex tali aſſertione velit arguere nullitatem.

26 Iudicij ſolennia poſſunt tacitè remittere partes præſentes,& non contradicentes iudicis aſſertioni.

27 Iudex an dicatur cauſa cognita procedere, eo quòd partes ſunt præſentes, vel contumaciter abſentes diſting. & nu. 36.

28 Præſentia partis,non neceſſariò infertur ex citatione.

29 Iudicij ſolennitates, quæ potuerunt interuenire ſententiæ,vel decreti iudicis tempore, præſumanturne interueniſſe. & nu. 30.

31 Notarius poteſt conficere inſtrumentum, & de eo atteſtari, quòd geſtum eſt,modò rogatus à partibus.

32 Sententia poſtquàm tranſiuit in rem iudicatam, ſolennitatem præſum-

præſumptionem habet quando agitur ad eum effectum, ad quem iudex pronuntiauit. Et quid ſi agatur ad alium finem, modo non ex diuerſa cauſa: maximè vbi obſtat exceptio rei iudicatæ. nume. 33.

34 *Notarius, item & partes poſſunt fateri factum in ſpecie: non in genere.*

35 *Teſtis debet ſolum deponere ſuper facto, non ſuper iure. Et quid de notario.*

37 *Sententia, quando dicatur de antiquo lata, vt pro ea præſumatur, etiam in ea non facta mentione ſolennium, aut actorum.*

38 *Iudicis arbitrio relinquendum, quando ſententia dicatur antiqua: qui iudex variè arbitrabitur ſecundum qualitates iudicum, qui pronuntiarint.*

39 *Sententia lata de antiquo, an ita pro ea demum præſumatur ſi lata ſit contra præſentem, aut contumaciter abſentem: an verò etiam ſi contra abſentem non contumacem diſting.*

40 *Sententiæ notitia, præſumitur propter temporis diuturnitatem, in his caſibus, in quibus abſens poſt notitiam habitam tenetur appellare.*

41 *Sententia an ſit de recenti, vel de antiquo, vt præſumatur pro ea, diſtinctione opus: maximè an ſolennium enuntiatio ſit neceſſaria.*

42 *Contra tertium non præſumitur pro ſententia.*

43 *Sententia in quibus præiudicat tertio, videtur pariter contra tertium præſumi pro ſententia.*

44 *Res inter alios acta, quæ alijs plenè non præiudicat: an ſaltem aliquod, aut quale præiudicium pariat.*

45 *Scriptura priuata inter duos cum vno teſte integro an plenè probet. Quid de libro æſtimi: nùm præſumptionem faciat contra tertium?*

46 *Iuris præſumptio, vt probandi onus transferat in alium, nùm plena requiratur probatio?*

47 *Socius criminis, an admittatur contra apprehendentem, vel cuſtodientem ſeipſum. Tum quot & quales teſtes requirantur contra legis præſumptionem.*

48 *Res inter alios acta, quòd præſumptionem aliqualem, & leuem faciat contra tertium.*

49 *Res inter alios acta, in antiquis, contra tertium inducit ſemiplenam*

plenam probationem.

50 *Pro ſententia præſumitur, quæ tranſiuit in rem iudicatam contra præſentem, vel abſentem, in his, in quibus non valet ſententia ex defectu conſenſu partium.*

51 *Sententiam latã ſine cauſæ cognitione, vbi apparet ceſſat præſumptio, quæ ceſſat in caſu claro, vbi aliter de veritate apparet.*

52 *Pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur, etiã reſpectu ſolennitatis, & ordinis iudiciarij.*

53 *Sententiæ nullitas cauſatur ex libelli ineptitudine. Et an pro ea ſententia poſſit præſumi.*

54 *Acta an probent ſententiæ ſolennitatem non interueniſſe.*

55 *Acta producenti ſufficit negare, quòd ſint alia acta. Quodſi aduerſarius plura adſeueret, tenetur probare.*

56 *Actorum pluralitas, non præſumitur.*

57 *Sententiæ inſtrumentum, niſi fuerit publicum, & in forma probante, pro ea non præſumitur.*

58 *Præſumptio non eſt pro his, quæ non fiunt coram iudice: vt pro mandato facto in abſentia iudicis.*

59 *Mandatum an præſumatur ex antiquitate temporis in vtranque partem acuta diſſertatio: maximè affirmatiuam. nume. 60.*

61 *Mandatum videtur probari propter antiquitatem temporis, vbi in ſententia, aut inſtrumento fit mentio de ipſo inſtrumento.*

62 *Verba enuntiatiua alterius inſtrumenti, an illud non probent, niſi inter ipſos contrahentes.*

63 *Qualitas, facilius quàm ſubſtantia probari poteſt. Item & facilius inducitur. nume. 64.*

64 *Mandatum an probetur propter antiquitatem temporis, in actu, ad quem quis veriſimiliter non accederet ſine mandato.*

65 *Mandati ratificatio præſumitur ex antiquitate temporis, vbi agitur de modico præiudicio.*

66 *Mandatum de cuſtodiendo, præſumitur ex temporis antiquitate: & diuturnitate cuſtodiæ præcedentis.*

67 *Mandatum præſumitur, concurrentibus quaſi poſſeſſione, & diuturna patientia, & quid de mandato vicarij epiſcopi. nu. 68.*

69 *Mandati extrinſeca ſolennitas præſumitur, concurrentibus aliquibus indicijs, aut coniecturis.*

70 *Mandatum præſumitur ex antiquitate, quando agitur de fauore & commodo allegantis mandatum.*

Ex

EX præmiſſis abſolutam habemus prima hanc partem tractatus noſtri de temporis antiquitate, circa materiam probatoriam. In qua ipſa prolixior longè fui, atque exiſtimarem: ſed non potui Breuius ſcribere, pro difficultate, & caſuum onere non breui. Veniamus interim ad ſecundam partem circa materiam præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ ob temporis antiquitatem in actis iudicialibus, quando quid dicatur de antiquo, vt fiat, talis præſumptio. & de quæſtionibus oportunè occurrentibus, ſe-
1 cundum materiam ſubiectam. ¶ Primò igitur † quæro in hac ſecunda parte, quando quid dicatur de antiquo in ſententia, ut omnia præſumantur ſolenniter acta: puta litem fuiſſe conteſtatam, partem citatam, & aliàs ſolennitates fuiſſe adhibitas neceſſarias ad ipſam ſententiam. Reſpondeo, quòd uario modo res dicitur de antiquo in hac materia. nam quandoque ſufficit lapſus decem dierum, quod tẽpus datur ad appellandum. nam ſi lapſum ſit tempus appellandi, & ſolennitates enuntientur in ſententia, & illa feratur præſentibus partibus, & non appellantibus, omnia præſumuntur ſolenniter acta: prout in ſententia enunciatur. Bar. in l. j. C. de rela. in l. acta. ff. de re iudi. & in l. fi. ff. quando appell. ſit Bal in conſil. 217. Citatio. lib. iiij. Abb. in cõſil. 92. col. j. in fin. lib. j. & in conſil. 60. col. fina. lib. ij. Veronenſis in conſil. 63. colum. iij. & iiij. Alexand. in conſil. 42. Viſo proceſſu. circa princ. lib. iiij. Deci. in conſil. 42. col. vj. uerſ. Secundò hoc deducitur. Aufr. in deciſi. Tholoſ. q. 328. habetur in auth. ſi quis in aliquo documento. vbi Iaſ. in fin.
2 comenti. C. de eden. ¶ Idem, † ſi lata ſit ſententia contra abſentem, & contumacem uera contumacia. Rota deciſio. 301. ſi petatur. in nouis. Corn. in conſ. 278. colum. ij. & lib. iiij. & opi. quòd requiratur uera contumacia: atteſtatur cõmuniter Aret. in conſi. 62. In facto. colum. ij. Addo Gemin.
3 in conſil. 53. col. iij. circa med. ¶ Sed quòd † idem ſit in ficto contumace, tenet Felin. in c. quoniam contra. col. 14. in uer. quarta concluſio. de proba. ſed magis placet prima opinio nam fictus contumax poteſt appellare: vt habetur in l. fi. ff. de reſtit. in integrũ in l. properandum. §. ſi autem reus. C. de

C.de iudi.& in l.ea,quæ.C.quomodò & quãdo iud.ergo intelligitur, quòd poterit appellare intra decem dies à die notitiæ habitæ de ſententia.auth.hodie.in gloſſ. C.de appel.c.concertationi.de appel.lib.vj.quod procedit,licèt ſtatutum dicat,quòd tempus appellandi currat à die ſententiæ.Corn.in cōſil.17.col.iiij.lib.j. & ſic apparet, quòd fictè contumax non habetur pro præſente,ſed pro abſente: nec propter contumaciam fictam,cenſetur approbare ſententiam:quia ſi cenſeretur approbare, non poſſet appellare.Si non cenſetur approbare ſententiam : ergo nec ſolennitates in ea enuntiatas: & ſic quo ad iſtum caſum fictus contumax habebitur pro abſente:ut ſolennitas enuntiatorum in ſententia non præſumatur contra eum,poſt lapſum decem dierum à tempore ſententiæ: ſed cōputabitur iſtud tempus decem dierum à tempore notitiæ.Poteſt tamen dici,quòd contra fictum contumacem præſumatur ſolennitas ex antiquitate temporis decem, aut uiginti annorum: per id quod ſcribit Geminia.in conſil.53.col.iij.ante med.

4 ¶Aduertendum autem † hic eſt,quòd licèt Barto.& docto. plerique in hac materia ſimpliciter loquantur, quòd tales ſolennnitates enuntiatæ in ſententia præſumantur, quando lata eſt ſententia præſentibus partibus:nec diſtinguant, an lapſum ſit tempus appellandi, uel non:tamen neceſſariò debent intelligi poſt lapſum tempus ad appellandum. nam qua ratione ante lapſum id tempus poſſunt, non cenſentur approbare ſententiam: eadem nec enuntiata in ea. & ita intelligunt moder.in d.c.quoniam contra. vbi Felin. col.14.uerſ.quarta concluſio.Decius colum.21.uerſ.ij.præ dicta concluſio.de probat. Addo Paul.de Caſt.in conſi.16. Si ponderentur.col.ij.uerſic.reſtat nunc reſpondere.libr.j. Bal.in d.conſi.217.lib.iiij.Abb.in d.conſ.92.lib.j. ubi Bal. Paul. & Abb. hoc uolunt procedere, quando pars non appellauit,& conſequenter lapſo tempore ad appellandum: quia ante eius lapſum dici non poteſt, quòd non appella-

5 uerit, cùm adhuc poſſit appellare. ¶ Secundò † quæro in hac ſecunda parte,tu dicis, quòd ubi lapſum eſt tempus appellandi ſententia dicitur de antiquo,quò ad hoc, ut præſumantur ſolennitates enuntiatæ in ea, quando eſt lata

contra

contra præſentem uel uerè contumacem: quæro inquam, an iſtud procedat indiſtinctè etiam quòd tales ſolennitates non enuncientur in ipſa ſententia. Paul. de Caſtr. in conſil. 202. In cauſa confinium. colum. iij. lib. j. refert Innoc. in ca. cùm in iure. de offic. de legat. tenentem quòd ſic. Paul. tamen non bene firmat, niſi ſimus in antiquis opin. etiam Innoc. quòd præſumantur ſolennia ſententiæ poſt decurſa fatalia, & ſic poſtquàm ſententia tranſiuit in rem iudicatam: licèt illa in ſententia non exprimantur, ſaltem in antiquis, tenet Veronenſis in conſil. 26. In ſecundo dubio. & in conſil. 63. colum. iiij. uerſ. ultra etiam prædicta. idem uidetur tenere Corne. in conſil. 333. col. iiij. poſt med. lib. j. ubi, quòd creditur ſententiæ antiquæ, licet acta non producãtur, maximè ſi acta refert. ergo idem uidetur uelle, licet acta non referat. idem & clarè uoluit Gozadi. in conſil. 96. colum. fi. uerſic. ſextò adduco. ubi quod præſumitur pro ſententia, quo ad citationem lapſo tempore ad appellandum, licet de citatione mentio non fiat. idem uoluit Felin. in d. c. quoniã contra. colum. xix. uerſic. quinimò eſt unus caſus, ubi quòd præſumitur pro decreto in antiquis, etiam quo ad ſolennitates in eo non expreſſas. idem uoluit Iaſo. in l. iiij. §. condemnatum. col. ij. circa med. ff. de re iudic. ubi, quòd præſumitur pro ſententia, à qua non fuit appellatum, reſpectu citationis, licet de ea in ſententia mentio non fiat. poſt Spec. per eum allega. & quod non requiratur enuntiatio in antiquis, tenet Aret. in conſil. 36. col. fi. uerſ. ad ſecundum dico
6 breuiter. Sed † cõtrarium etiam in antiquis, tenet Paul. de Caſt. in conſ. 76. In facto iſto quatuor. col. ij. lib. ij. ubi, quòd non præſumitur pro ſententia etiam in antiquis quò ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſententia. Idem uoluit Bald. in conſil. 204. Longum thema. colum. ij. circa med. uer. & hæc uera, ſi conſtat, &c. lib. iij. Idem uidetur uelle Alex. in conſ. 123. col. ij. uerſ. præterea prædicta ſententia. lib. ij. Pro hoc, quod ſcribit Aret. in conſil. 88. colum. iij. poſt med. uerſic. præterea poſito, ubi quando iudici creditur atteſtanti de actis, intelligitur quando de eis atteſtatur particulariter. Ad idem quòd ſcribit Paul. de Caſt. in conſil. 139. Pro declaratione eius, de quo quæritur. ante fin. libro primo, ubi quòd

laudum,

laudum, in quo enunciatur inſtrumentum tranſactionis inter præſentes, ipſam tranſactionem non probat, quando tenor ipſius tranſactionis in ſpecie non exprimitur. Ad idem quod ſcribit Old. in conſil. 262. In quæſtione. col. ij. uerſic. Sed prædictis obſtare uidetur, ubi ſi in inſtrumento unionis dicatur, quòd unio fuit facta cum omnium iurium ſolennitate: talia uerba non probant ſolennitates præceſsiſſe, niſi in ſpecie exprimantur oẽs ſolennitates ad unionem neceſſariæ. Ad idem, quod ſcribit Rota deciſ. 190. Quo ad reuocationem. in nouis, ubi, quòd non ſufficit confeſſiò appellati, quòd fuerit appellatum, niſi dicatur & probetur in ſpecie, quòd fuerit appellatum infra decem dies, & per habentem poteſtatem interponendi ipſam appellationem, de quo dixi in conſil. 29. colum. ij. poſt med. & ſupra etiam dictum eſt in prima parte. Addo. Deci. in d. ca. quoniam con-
7 tra. colum. 22. in fin. uerſ. & iſtud † quod dictum eſt de decreto. de probat. ubi, quod tunc demum præſumitur pro decreto iudicis, quando in eo enunciantur ſolennitates ad actum neceſſariæ. addo Bald. ultra eum in c. in pręſentia. col. fi. de renunt. Soci. in conſ. 29. colum. v. in fin. uerſ. ſecundum argumentum, ſimiliter non obſtat. lib. j. ubi, quòd non præſumitur ſolennitas extrinſeca, de qua non fit mentio in inſtrumento, quamuis potuerit adhiberi de tempore actus: & quamuis partes illi potuerint renuntiare. & in decreto tradit Bald. in conſil. 284. Ad intelligentiam. circa prin. lib. ij. Paul. de Caſt. in conſil. 174. Contra ſuperius conſulta, col.
8 ij. uerſ. Præterea dicebat Bald. lib. j. ¶ Quid † tenendum in tanta uarietate, & difficultate? Breuiter reſoluendo: aut loquimur in præſumptione ſententię reſpectu actorum: aut reſpectu ſolennitatum. Si reſpectu actorum, quæ pertinent ad iuſtitiam cauſæ: puta circa teſtes, inſtrumenta, aut aliàs probationes, conſiderandum eſt, quòd facilius præſumitur pro ſententia quo ad acta, quam reſpectu ſolennitatis. Bal. in conſil. 492. In cauſa uertente inter Blaſium. col. ij. in fin. uerſ. modò reſtat reſpondere. lib. iij. Soci. in conſil. 158. col. col. iij. in fin. uerſ. ſed ego etiam reſpondeo. clarius. libr. ij. Dec. in c. ſuper eo. col. j. in fi. uerſ. quartus & ultimus caſus eſt. de appella. & in cap. conſuluit. j. ante fin. eodem tit. Ideò

reſpectu

reſpectu actorum uidetur præſumi debere pro ſententia, ſiue referat acta, ſiue non: quia non eſt uerisimile, quòd iudex aliquem condemnauerit, uel abſoluerit, ſine probationibus. & ita in probationibus loquitur Alex. in conſil. 105. in princ. lib. v. ubi, quòd præſumitur iudicem pronuntiaſſe ex cauſa uera, & iuſta: licet nõ appareat de probationibus, & quo ad acta probatoria. idem uoluit Bald. in d. c. præſentia. col. fi. de renunt. Aut † loquimur reſpectu ſolennitatis,
9 & tunc aut ſolennitas exprimitur in ſententia ſaltem in genere, & ſimiliter uidetur præſumendum pro ſententia. Paulus de Caſtro. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. ubi, quòd ſatis eſt exprimi in decreto iudicis, quòd cauſa cognita proceſſerit, licet in ſpecie non exprimantur omnes ſolennitates requiſitæ ad tale decretum, ſequitur Alex. in conſilio octuageſimo columna ſecunda libro. v. in conſilio centeſimoſeptuageſimonono colum. iij. uerſic. & tanto magis, ſi in inſtrumento. & in conſil. 213. in fin. lib. vij. Deci. in conſi. 341. col. v. in fi. in conſil. 373. col. ij. poſt med. Iaſo. in conſ. 40. col. pen. circa med. uerſ. tertiò reſpondetur. lib. iij. addo eundem Paul. de Caſt. in d. conſil. 174. Contra ſuperius conſulta. col. ij. uerſ. præterea dicebat Bald. lib. j ſi uerò tales ſolennitates non enunciantur in ſententia, ſecus
10 uidetur dicendum. ¶ Sed dicet † aliquis, quid reſpondetur ad contraria ſupra adducta, in quibus apparet, quòd tales ſolennitates debent in ſpecie enunciari? Reſpondeo, quòd procedunt in actibus priuatorum, aut notariorum tantum pro quibus non ita præſumitur, ſicut pro actu iudicis. iſtam reſponſionem tradit Dec. in d. c. quoniam contra. colũ 22. uerſic. poſtremò in caſibus, ubi, quòd aut uerba concipiuntur in perſonam iudicis, & ſufficit expreſſio generalis, quòd cauſa cognita, aut ſolennibus adhibitis proceſſerit. Aut cõcipiuntur in perſonam notarij, & tunc requiritur expreſſio ſpecifica. & illud dicit colligi ex deciſione. Ioã. Fabri. in §. fin. inſtit. de fideiuſſ. ¶ Sed aduertendum circa iſtam reſpõſionem Decij: quia uidetur dubitabilis multum. Nam procederet quando ageretur de præiudicando tertiò: quia magis præſumeretur pro actu iudicis, quam notarij, aut unius priuati: ſed quando agitur de præiudicio ipſarum partium

præſentium, & conſentientium expreſſe, uel tacitè, quare non ita ſufficere debet generalis expreſſio ad earum præiudicium, ſicut in actu iudicis? Præterea contra iſtam reſponſionem arguitur ſic. Doct. dicunt, quòd ad hoc ut ſolennia ſententiæ præſumantur, requiritur quòd partes fuerint præſentes, uel quòd habuerint notitiam, & non appellauerint, & ſic iſta præſumptio non fundatur propter perſonam iudicis: ſed in præſentia, aut notitia partium, quibus imputandum eſt, cur non appellauerint: ſed conſenſerint actui iudicis, tacendo, & non appellando, quæ ratio pariter militat in alijs actibus priuatorum, in quibus partes conſenſerint expreſsè, uel tacitè. Ob id puto non eſſe differentiam, an uerba cõſpiciantur in perſonam iudicis, uel notarij, ſuper enuntiatione ſolennitatum, quando actus legitur habitus inter partes præſentes, & quæ ſibijpſis potuerunt præiudicare, & quòd utroque caſu præſumatur ſolennitas, licèt in genere tantùm exprimatur. Quæ tamen concluſio clarius explicabitur limitationibus, quas ſtatim ſubijciam. nam iſtud intelligo, quando notarius ita atteſtaretur in præſentia iudicis: ſecus ſi per ipſum ſolùm cum ipſis officium non ſit qualia ſint iuris ſolennia, per ea, quæ infra dicam de enuntiatione notarij. ¶ Limitatur † igitur præmiſſa concluſio, quòd ſtatur aſſertioni iudicis ſuper ſolennitatibs ſententiæ, aut decreti, ut procedat contra ipſas partes præſentes, & conſentientes expreſsè, uel tacitè: puta non appellando, aut contra alios cauſam habentes ab ipſis partibus præſentibus: ſecus contra tertios abſentes: ita uolunt doct. ſupra allega. in princ. primæ quæſtionis huius ſecundæ partis trac. noſtri. ubi expreſsè ponderant præſentiam partium. & idẽ dico in actu notarij eo caſu, quo actus geritur inter præſentes, & eos, qui ſibijpſis potuerunt præiudicare, & multò fortius in actu notarij procedet hæc limitatio, ut eius enuntiatio non præiudicet tertijs abſentibus. ¶ Secundò † limitatur, ut non procedat in ſolennitatibus, quibus nec iudex, nec partes potuerunt renuntiare. Ideo ſi iudex interponat decretum ſuper alienatione rerum minoris, uel eccleſiæ, & aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, non uidetur credendum tali aſſertioni. per l. ſi fortè. ff. de caſtrẽ. pecu.

Margin numbers: 11 (at "nuntiatione notarij. ¶ Limitatur"), 12 (at "tiatio non præiudicet tertijs abſentibus. ¶ Secundò").

cu.l.ſi donatione.C.de collationi.ubi latè moder.Ita in ſpecie determinat Paul.de Caſt.in conſil.38. Super eo, quod quæritur .lib.ij.ſequitur Dec.in conſil.556.col.j.in fi Hyp. in ſingu.399. multi ſunt.d.Rebuffi ſuper concorda. in titu. de concluſio.Latera.conci.bagi.251.col.j. uerſ. Tertiò infertur.Idem ſequi uidetur Iaſ.in l.nec quicquam.§.ubi decretum. col.12. uerſ. not. & ſecundo diligenter.ff.de offic. procon.Ad idem facit,quod Iaſ.ſcribit in l.admonẽdi,col.

13 vij.uerſ.quæro,an ſtetur.ff.de iureiur.ubi, quòd non † creditur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita:cum ſine cauſæ cognitione deferre non poſſet.Ad idem facit dictum Bald.in l.omnem. C. ad Tertull. ubi,quòd non ſtatur ſoli aſſertioni iudicis dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione. quod dictum pro notabili refert,& ſequitur Iaſ.in conſ.149.col.iij.ante med.lib.ij. Ad idem facit Dec.in c.quæ in eccleſiarum.col.13.uerſ.nõ obſt.quòd præſumatur.de conſti.ubi,quòd non creditur iudici ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt, in qua fundamentum ſuæ poteſtatis conſiſtit. Alibi ſcribit Angel. in conſil.107.Iacobellus.in fi.quòd non creditur iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſsionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi,ſine quo ſcandalo talis ſequeſtratio fieri non poteſt,ſequirur Dec.in conſ.366.col.penult.circa med.hoc etiam dictum Paul.de Caſt.in d.conſ.38.in ſpecie refert,& ſequitur Feli.in c.eccleſia.S.Mariæ col.viij. uerſ. undecimo pro hac parte.extra de conſtitu. ¶ Sed iſta limitatio uidetur dubitabilis,& ea attenta ſequi uidetur, deſtructio cõmunis concluſionis ſuprà firmatæ in prima quæſtio.huius ſecundæ partis,quòd ubi ſententia fertur contra præſentes, præſumitur pro eius ſolennitatibus anuntiatis

14 in ea. nam nec † iudex, nec partes poſſunt renuntiare ſolennitatibus iudicij ſubſtantialibus:ita quòd ſententia ſine eis lata ualeat,ut ſententia:ut habetur in l.ius publicum.ff. de pact.& in l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.Bal.in conſil.427. In cauſa ſpectabilis.lib.j.Guido Papæ.quę.216. cum ſimil. Ergo ſequeretur, quòd licet tales ſolennitates omnes in ſpecie enuntientur in ſententia,& lapſum ſit tempus appellandi:non tamen præſumantur:quia non credatur iudici in

his,quibus per eum,nec per partes renuntiari nõ poterat. ¶ Ruſus iſta limitatio uidetur contra communem concluſionem doct.quòd ſtetur aſſertioni iudicis in decreto, quòd illud interpoſuit cauſa cognita, etiam quòd in ſpecie non exprimantur ſolennia requiſita ad ipſum actum, ſuper quo decretum interponitur,& loquuntur Doct.etiam in actu,in quo tales ſolennitates remitti non poterant, ut in alienatione bonorum eccleſiæ,uel minoris:ita licet uidere in caſibus & exemplis,in quibus docto.ſuprà commemorati loquuntur:in d.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſact.ubi Bald.& Pau.& in alijs locis ſuprà relatis.iam contra Pau.de Caſtr. in d.conſil.38.dicit communem opin.eſſe Soc.in conſ.115. Circa primam quæſtionem. in primo dubio. libr.j. contra Pau.etiam in ſpecie tenet Alexand.in l.ſecundum. col.vij.
15 ff.de uerbo.oblig. ¶Sed dicit † aliquis:tu confundis in hac materia ſententiam iudicis & eius decretum, quòd utroq; caſu credatur iudici ſuper ſolennibus, modo ſententia tranſierit in rem iudicatam: cum tamen uideatur differentia: quia magis uidetur credendum iudici in decreto: quam in ſententia:quia decretum interponitur de plano:extraiudicialiter inter conſentientes & requirentes: ſententia uero fertur inter nolentes per uiam contentioſæ iuriſdictionis, ob id ſolennia ſententiæ præſumi non debent,niſi de eis appareat ex actis.ita Bald.in d.l.cum hi.§.ſi prætor.in finalibus uerbis.ff.de tranſact.in l.non aliter.colũ.ij.in fi.uerſ.& no.tamen. quòd ubi decretum.ff.de adoptio.& in c.in præſentia.col.fi.de renun.ſequitur Imol.in conſ.98.col.ij. circa med.Soc. in d.conſi.115.col.ij.uerſ.& quòd quando ſuperior.lib.ij.Corn.in conſil.71.col.j.in fi.uerſ.& quòd quãdo ſuperior.lib.iij.Alia rationẽ diuerſitatis adſignat Imol. in d.conſ 98.col.iij.ante med. quia in decreto potuit iudex ſe informare extraiudicialiter,antequàm illud interponere:nimirum,ſi in decreto magis præſumitur pro iudice. Addo Bart.ultra alios in l.ambitioſa.col.pe. uerſ.præterea, in iſtis extraiudicialibus.ff.de decret.ab ordi.fac ubi,quòd magis creditur aſſertioni alicuius. puta decurionum in extraiudicialibus quam in iudicialibus.idem uoluit Old.in cõſ.
16 101.Quia cuiuſlibet. col.ij. ante med. Ideo doct. † in hac materia,

materia,quòd præſumatur pro iudice in decreto, non diſtinguunt,an res ſit de antiquo,uel non. Amplius & fortius uolui Alex.in conſi. 80.col.ij. libr.v.quòd præſumatur pro decreto iudicis,quòd cauſa cognita proceſſerit,& ſolennitatibus adhibitis, licet hoc non exprimatur in eo: dum dicit,quòd tanto tutius præſumitur, quando id exprimitur: ergo idem uult,ſi non exprimatur. idem uoluit Socin.in d. conſil.115.col.ij.lib.j.clarius Imo.in d.conſ.98. col.ij.& ſe
17 quen.¶ Sed contra iſtam † differentiam aperte tenet Alexand.in conſil.105.col.j.;ubi,quòd magis præſumitur pro ſententia, quàm pro decreto: quia ſententia tranſit in rem iudicatam:ſecus in decreto.Addo ultra Alex.quòd idem tenet Ang.in l.quæcunque.§.fi.ff.de publicia.ubi uult,quòd non præſumatur pro decreto:ſecus pro ſententia: quando eſt lata contra præſentem,& non reclamantẽ: quo ad omnia enuntiata in ea,etiam quòd non potuerint interuenire tempore actus.ſatis eſt enim quòd per præſentiam & taciturnitatem confiteantur quis ea interueniſſe. Sed ultra authoritatem Alex.& Ange.conſidero rationem. Nam aut loquimur de præſumptione pro ſententia reſpectu perſonæ iudicis,aut reſpectu partium præſentium, & non reclamantium.Si reſpectu iudicis, uidetur, quòd magis præſumi debeat pro eo in foro contentioſo, quam in foro uoluntario. & ſic magis in ſententia,quæ dicitur fori contentioſi,quam in decreto:quod dicitur fori uoluntarij. quia in foro contentioſo timet, uel timere poteſt de reuocatione ſuorũ geſtorum per appellationem:ſecus in decreto,quod interponit partibus poſtulantibus. Et uidemus à communiter ac-
18 cidentibus,quòd in huiuſmodi † decretis, quæ interponuntur inter præſentes, petentes & conſentientes, nihil aliud quærit pretor, quàm partium concordiam.l.ſi conuenerit. ff.de re iudi.& raro uideas decreti interpoſitionem denegari me tu amiſsionis emolumenti pro decretis conſtituti, & apud iudices pleroſque inferiores, ſolùm ualent decreta eiuſmodi ad commodum burſale,nouit Deus, ſi præter uectigal hoc,aliud iudices eiuſmodi quærunt. Videmus etiã à communiter accidentibus,quòd maturius, & deliberatius procedunt iudices in iudicialibus,& contentioſis, quã

in iſtis extraiudicialibus,ob id plus placet opi. Alex. quòd magis præſumatur pro iudice in ſententia,quam in decreto.& ſi præſumitur pro decreto iudicis, à fortiori pro eius ſententia.Similiter ſi conſideramus perſonas partium, ea-
19 dem uidetur ratio.præſumendi † præſuppoſita earum præſentia & taciturnitate ex qua re approbatio ſententiæ inducitur. Sit igitur concluſio,quòd præ ſumitur pro iudice, quo ad enunciata ſiue in ſententia,quando tranſiuit in rem iudicatam,ſiue in decreto, etiam in caſu, in quo ſolennitas enunciata non dependet à poteſtate iudicis, neque partiũ, & in ſententia,à qua non eſt appellatum:quod omnia præſumantur ſolenniter acta,tenet Alexan.in l. ſciendum col. v.uerſ.item fallit in iudice.ff.de uerb.obli.& ibidem Alex. col.vij.uerſ. pro hoc optimè facit. æquiparat iſta duo ſententiam,& decretum.Imo maius dubium præſupponit in decreto, quàm in ſententia. Et in decreto,quòd pro eo nõ præſumatur,adduco Bald.ſibi contrarium,in conſil.376.q.
20 lib.j.¶ Nec obſtat † argumentum Paul.de Caſt in d.conſ. 38.lib. ij. fundatum ſuper regula d.l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecul.quia illa regula procedit in priuatis,nõ in iudice,pro quo iura præſumunt,nec ita contra eum ſuſpicantur, ſicut contra priuatum.Ita in ſpecie reſpondet Alexand.in dic.l. ſciendum.col.vij.poſt med.uerſ. & iſtam partem ſimpliciter tenuit.ff.de uerbo.obli. Eandem reſponſionem ad illud conſil Paul.de Caſt. & ad d.l.ſi fortè.tradit Iaſ.in l.j. colu. 14.in fine quinti no.ff.de officio eius.Confirmatur iſta reſponſio ex his,quæ Bart.ſcribit in d.l.ambitioſa. col. pen. uerſ.uiſis & examinatis.iuncto eo,quod dixerat in eadem l. ambitioſa. col.j. poſt medium.uerſ.quæro, utrũ liceat. ubi dixerat decuriones non poſſe donare, niſi ex cauſa remunerationis,ſi remuneretur aliquis benefaciens,aut benemeritus de ciuitate,aut uniuerſitate.poſtea in d.uerſ.uiſis.quęrit Bart.an in caſibus,in quibus decuriones quid facere poſſunt ex aliqua cauſa,ſtetur eorum aſſertioni ſuper tali cauſa:puta,ſi in præfatione donationis faciant mentionem de benemeritis:& concludit Bart.quòd ſic,propter qualitatẽ, & grauitatem perſonarum ipſorum decurionum:per tex.in l.j.ff.de offic.præfecti præto.& ſic apertè uult Barto. quòd

tex.

tex.in d.l. ſi fortè. ſolum procedat in perſonis priuatis: ſecus in perſonis publice electis: pro quibus iura præſumunt. & illud dictum Bart. refert & ſequitur Alexã. in conſil. 34. ante fi. lib. iiij. Dec. in conſil. 191. col. iij. circa med. Iaſo. in
21 conſi. 101. col. iiij. in fi. lib. iiij. ¶ Sed iſtam † reſponſionem impugnat. Dec. in c. cum ſit Romana. in tertio not. de app. ubi uult, quòd iudici non credatur ſuper cauſa, ſine qua actũ facere non poteſt. & quòd regula d.l. ſi fortè. procedit etiam in iudice. Sed idem Dec. in d.l.j. col. 20. circa mediũ. ff. de offi. eius, uidetur uelle, quòd d.l. ſi forte. non procedat in iudice, quando ad eum commodum non pertinet, & iudex intereſſe proprium prætendere non poteſt. & forte opini. Dec. in d.c. cum ſit Roma. quòd indiſtincte non credatur iudici in his, ſuper quibus poteſtatem non habet, ſeu quæ non dependent ab eius arbitrio, uidetur uerior. ¶ Ideo ul-
22 tra † Alex. & Iaſ. aliter & ſecundò reſpondeo ad d.l. ſi forte. quòd non procedit, quando cum tali aſſertione concurrit. uериſimilitudo, quòd ita ſit, prout aſſeritur. Salice. in l. ſi mater. C. de contrahen. emptio. Alex. in conſil. 18. lib. iij. & latius ſupra dixi in prima parte, in quinto requiſito ſeptimæ limitationis. nu. 64. 65. & nu. 215, & ibi in terminis allegaui dictum Anchara. in conſil. 277. col fin. quod eſt repetitum in conſil. 439. ubi quòd ſtatur aſſertioni iudicis, quãdo alias non ſtaretur, ubi illa eſt uериſimilis: ſed dico, quòd aſſertioni iudicis ſiue in ſententia, ſiue in decreto eſt pluſquam uериſimilis, poſtquàm partes ſunt præſentes, & nõ cõtradicunt, nec appellant à ſententia, eo modo tacite ſententiam approbando. l.j. C. de poſtul. l.j. C. ſi ſæpius in integr. reſti. poſtu. c. quod ad conſultationem. de re iudi. neque enim uериſimile eſt, quòd ſi aſſertio iudicis in eius ſententia, aut decreto ueritatem non contineret, pars, de cuius præiudicio agitur, contineret: arg. l. cũ de indebito. ff. de prob. Ideo non ab re doct. loquuntur, quòd præſumitur pro aſſertione iudicis contra partes præſentes, uel quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & ſic nolunt docto. quòd ſimpliciter & indiſtincte præſumatur pro iudice, ſolum habi-
23 to † reſpectu ad qualitatem eius perſonæ, ſed propter uериſimilitudinem, quæ cauſatur ex eo, quod partes acquie-

ſcunt eius ſententiæ, & illam approbant expreſſe, uel taci te.& ex hac reſponſione, tolluntur omnes deciſiones doct. ſupra allegatæ in contrarium, per quas apparet non credi aſſertioni iudicis,in his, quæ non dependent ab eius arbitrio.nam ſi doct.conſideres.loquuntur quando partes non conſentiunt actui iudicis:ſed reclamant infra tempus debi-
24 tum. ¶ Hic tamen omittendum non eſt, † eſſe differentiã an pars reclamet infra tempus appellandi, an poſt: quia ſi infra tempus,reclamans non tenebitur probare de contrario: ſed ſatis erit appellanti producere ſententiam iudicis, aut acta,ex quibus nõ appareat de ueritate aſſertorum per iudicem.ſed quãdo poſt debitum tempus reclamatur, quia actus iudicis fuit approbatus,ſi habet iudex præſumptionẽ pro ſe talis præſumptio transfert onus probandi contrariũ in aduerſarium: & tenetur aduerſarius probare aliter eſſe,
25 quàm iudex aſſeruerit:ſi ex tali † aſſertione uelit arguere nullitatem, quæ nunquàm tranſit in rem iudicatam, & de qua perpetuò dici poteſt uſque ad triginta annos. gloſſ.in c.unde quæritur.in fin.gloſſ.magnæ.35.q.ix.Ang.in l.ſicut. per.no.per glo.ibi.C.de præſcriptio.30.uel 40.anno. Bal. in l.ſcire oportet.§.fi.ff.de excu.tut.cum ſimil.quæ Iaſ.adducit in conſil.21.col.ij.circa fin. lib.j. Addo Bald.in l.poſt mortem.in princ.ff.de adoptio.ubi quòd ius agendi de nullitate eſt perpetuum niſi in cauſa ſtatus in qua durat ſolum annis decem.Itaque reclamans contra ſententiam poſt tẽpus appellandi tenetur probare de eius nullitate, uel per inſpectionem actorum, uel aliter per teſtes quando de actis non apparet:quia præſumitur pro iudice, ex quo pars fuit præſens,& non contradixit: ſed quando contradixit in fra tempus,ſi nulla ſint acta,non tenebitur probare per teſtes:quia tunc iudex non habet præſumptionem pro ſe, niſi quatenus apparet ex actis. Ex præmiſsis apparet hanc ſecundam limitationem de iure non procedere. Et quòd imò præſumitur pro iudice in ſententia lata contra præſentes, uel a qua non fuit appellatum, etiam quoad ſolennia: quibus nec iudex, nec partes potuerunt renuntiare: quia præſumuntur interueniſſe,ex quo non fuit appellatum. & licet partes expreſſe renuntiare non poſſent:tamen præſu-
muntur

muntur adhibita, ex quo non contradixerunt. & ſic nõ obſ. d.l.ſi fortè.alleg.per Pau.de Caſ.in d.conſ.38.lib.ij.ex quo adſunt coniecturæ, ex quibus iuſtificetur aſſertio iudicis.
26 ¶ Sed † hic conſidero aliam & tertiam reſponſionem ad d. l.fortè.& ad dictum Pau.de Caſt.in d.conſi.38.uidelicet, poſito, quòd dictum Paul.ſit uerum in ſe, quòd indiſtinctè non credatur iudici ſic aſſerenti, tamen ex quo partes fuerunt pſentes & non contradixerunt, dico quòd tacitè remittere potuerunt ſubſtantialia iudicij: licet expreſſe id facere nõ poſſent. c. fi.de probat. ubi Dec. uerſi. 3.reſponderi poteſt. & idem Dec.in l.uinum.col.pen.ante med.uerſi.ſed reſponderi poteſt.ff.ſi cer. pet. & hoc modo conſiderando, in totũ corruit concluſio, quòd præſumatur & pro ſententia iudicis, quo ad ſolennia, quando ab ea non eſt appellatum: quia quòd ſententia teneat, quando eſt lata contra præſentes & non contradicentes, illud non eſt propter præſumptionem ſententiæ: ſed propter tacitam renuntiationem talium ſolennitatum, etiam ſubſtantialium. Sed tamen iſta tertia reſponſio non ſatisfacit: quia procederet, quando apparet de actis, ex quorum inſpectione apparet ſolennia non fuiſſe adhibita, nec etiam partes oppoſuiſſe defectum omiſſionis ſolennitatum: ſed concluſio loquitur, quando ſolum apparet de ſententia ſine actis lata contra præſentes, an om
27 nia præſumantur ſolenniter acta. ¶ Quarta † reſponſio poteſt accommodari ad conſilium Paul.de Caſt. quòd præſuppoſita præſentia partium, ceſſet ratio præſumptionis: ſed tunc ſumus in caſu claro, quòd cauſæ cognitio præceſſerit: quia cauſæ cognitio conſideratur, & arguitur ex hoc, quòd iudex procedit partibus præſentibus, uel contumaciter abſentibus.l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de minor. Bart. in l. prolatam.C.de ſenten.Pau.de Caſt.in conſi.412.Viſis punctis, ſeu caſibus.col j.lib.ij.Soci.in conſi.46.colu. fi. uerſic. prætereà dicta conſignatio.lib.4.Iaſ.in l.ait prætor.§.ſi iudex.col.3. circa med. ff. de re iudi. ſed etiam iſta reſponſio non ſatisfacit: quia ex ſola præſentia partium non dicitur iudex procedere cauſa cognita. Quid enim ſi ex abrupto & uelo leuato præſentem ſtatim condemnet, dicetur ne adhibita cauſæ cognitio. ſed hoc intelligitur quando apparet de actis

de actis geſtis contra præſentem uel contumaciter abſentem. Ideò ſecunda reſponſio per nos conſiderata uidetur
28 cæteras anteire. Aduerte † tamen, quòd ex ſola citatione non argueretur partem fuiſſe præſentem. maxime quando negaret pars ſe fuiſſe citatam. Frede. de ſenis in conſi. 170.
29 Quæſtio. ¶ Tertiò † limitatur, ut procedat in ſolennitatibus, quæ potuerunt interuenire tempore ſententiæ uel decreti iudicis: quia quo ad eas præſumitur pro iudice. ſecus, quò ad eas, quæ tempore actus interuenire non potuerunt. Ita Paul. de Caſt. in conſi. 428. Viſis & conſideratis col. 2. lib. 1. & in d. conſi. 38. lib. 2. Alexan. in conſi. 179. col. 3. uerſi. item, inquantum in priore conſi. lib. 7. Soci. in conſi. 29. col. 6. lib. 1. Curtius iunior in conſi. 29. col. v. in fi. d. Rebuffi ſuper concorda. in titu. de conclu. Latera. conci. pag. 251. uerſi. 2. infertur. Addo Bald. ultra moder. in conſi. 376. Quæſtio. lib. 1. Areti. in conſi. 33. Conſultatio. col. 2. circa
30 med. uerſi. his ita præmiſsis. ¶ Sed nec iſta † tertia limitatio placet. nam concluſio loquitur, quando iudex procedit partibus præſentibus uel contumaciter abſentibus, & ſic quando partes tacitè confitentur & approbant uera eſſe, quæ in ſententia aut decreto enuntiantur, quo caſu ita poſſunt confiteri & approbare illa fuiſſe adhibita ante actum, ſicut tempore actus. & in terminis ita tenet Ang. in dict. l. quæcunque. §. fi. col. 2. poſt med. uerſi. nec etiam præſumitur. ff. de publicia. ubi, quòd non præſumitur pro enuntiatis in inſtrumento ſententiæ, quæ non potuerunt interuenire tempore ipſius ſententiæ, niſi illa lata ſit contra præſentē, & non reclamantem. ergo uult, quòd ſi dicatur ſententia contra præſentem, & non reclamantem, quòd præſumatur pro enuntiatis in ea, licet illa tunc non potuerunt interuenire. Ad idem adduco Pau. de Caſt. in conſi. 186. In cauſa, quæ uertitur Piſis. colum. 3. circa med. & in conſi. 202. In cauſa confinium. columna ſecunda circa fi. lib. pri
31 mo ubi, † quòd creditur enuntiatis per notarium in inſtrumento, inter ipſas partes præſentes & conſentientes: licet illa interuenire non potuerint tempore ipſius inſtrumenti, facit, quod ſcribit Ant. de Butr. in conſi. 32. In quæſito prędicto. circa fi. ubi, quòd notarius poteſt conficere inſtrumē-

tum,

rum,& atteſtari de eo,quod in præteritum geſtum eſt,quan
32 do de eo rogatus eſt. ¶ Quartò limitatur † ut procedat, quando ageretur ad eum effectum, ad quem iudex pronuntiauit: quia tunc præſumitur pro ipſa ſententia, quoad ſolennia & iuſtitiam, poſtquam ſententia tranſiuit in rem iu dicatam: ſecus ſi agatur ad alium effectum, ita Alexan. in conſi. 21.colum.2.uerſi.poteſt etiam reſponderi. lib.j. ubi licet præſumatur pro decreto iudicis, ut is minor præſumatur, cui iudex tanquam minori curatorem decreuit. Iſtud procedit, quando agitur ad ſuſtinendum ualiditatem illius decreti: ſecus, ſi quoad alium effectum. & pro hoc facit: nam exceptio rei iudicatæ non obſtat, quotiens agitur ad alium effectum, aut ad alium finem. l. uindicantem. cum l.ſeq. ubi Bart.ff.de euict.& Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in v. opp.ff.de uerb. oblig. Socin. in conſi.264.in 6.q. lib.2.ſi non obſt.ſententia: ergo nec enuntiata in ea.arg.l.
33 cum principalis.ff.de regu. iur. Tamen † iſtud argumētum non uidetur benè tutum: quia exceptio rei iudicatæ uidetur obſtare, licet agatur ad alium finem,modo non agatur ex diuerſa cauſa. Alex. in repe. l. ſæpè. col. 16. uerſi. non obſtat,quòd mutetur finis.& col.25.uerſi.ſed aduerte: quia non puto.ff.de re iudi.Ideò etiam quarta limitatio uidetur dubitabilis,nec obſt.arg.Alex. quòd uerba enūtiatiua propter aliud,non probant,quando principaliter diſputatur de ueritate enuntiati: iuxt. not. per Anto. de Butr. & docto. in c. illud. de præſump. & late ſuprà uidimus in j. parte,in materia uerborum enuntiatiuorum: quia hic non ſumus in uerbis enuntiatiuis propter aliud: imò iſta ſolennia iudicij principaliter enuntiantur propter ſe, & ad effectum principalis ſententiæ. Puto igitur quòd in caſibus, in quibus obſtat exceptio rei iudicatæ, in eis procedat concluſio, quòd præſumitur pro ſententia, quoad ſolennia & iuſtitiā, & econtrà, quòd pro ſententia non præſumatur, quotiens exceptio non obſtat:quia fruſtra tunc quæritur de præſum-
34 ptione. ¶ Sed circa præmiſſa † quæro, dictum fuit ſatis eſſe, quòd iudex aſſerat in genere cauſæ cognitionem adhibuiſſe uel ſolennia proceſſiſſe, an idem ſit in aſſertione notarij aut partium,uideretur dicendum,quòd ſic: quaſi par-

tes

tes potuerint iſta fateri ad ſui præiudicium: cum maiorem poteſtatem habeant partes in rebus proprijs: ut ſibijpſis præiudicare poſſint, quam iudex. Contrarium puto uerius. quia partes nihil poſſunt cōfiteri in his quę ſunt iuris: quia ad eas non pertinet. l. ornamentorum. ff. de aur. & argu. le. & ſic partes bene poſſunt confiteri factum: puta quòd ita & ita factum eſt in ſpecie: ſed in genere aſſerere, quod cauſæ cognitio præceſſit, iſtud ad eas non pertinet, nec ad
35 notarium: ſed ad ius & iudicem miniſtrum iuris, ſicut † dicitur de teſte, quod ſolum debet deponere ſuper facto, non ſuper iure. Inno. Bald. & doct. in c. cum cauſam. de teſtib. Bald. in l. ſolam. col. 1. C. eod. tit. in conſi. 81. In cauſa iſta. lib. 3. & in conſi. 323. Præmittendum eſt. in fi. lib. 4. & in conſi. 425. Statuto cauetur, quòd nullus. lib. v. Bart. in conſi. 113. Proceſſum eſt. in fi. & alibi ſæpe doct. & iſto caſu præcedant allegata in contrarium, quod enuntiatio ſolennitatum debet eſſe ſpecifica, nec ſufficit generalis: quia intelligitur, quando fieret à notario aut ab alio, ad quem non ſpectat iudicare, quæ & qualia ſint iuris ſolennia. & ita procedant quæ ego ſcripſi in conſi. 29. col. 2. circa med. & in notario, quòd non ſufficiat expreſsio aut enuntiatio in genere: tradit Iaſ. poſt Albe. in d. l. ſciendum. colu. 6. uerſi. limita iſtam doctrinam Bart. ff. de uerbo. obliga. Ex
36 præmiſſis habetur † concluſio, quod ubi ſententia lata eſt de recenti contra præſentem uel contumaciter abſentem, & tranſiuit in rem iudicata, ita demum præſumitur pro ea ſi acta & ſolennia referat, ſaltem in genere. Si uero de antiquo lata ſit, præſumitur pro ea, licet acta nō referat. ¶ Sed
37 hic † uidendum eſt, quando dicatur de antiquo lata, ut pro ea præſumatur: licet de ſolennitatibus aut actis non habeatur in ea mentio: ſecundum aliquos, ſufficit biennium: ſecundum aliquos, poſt xx. annos: ſecundum omnes, committitur iudicantis arbitrio. Alexan. in conſi. 219. colu. 4. poſt med. uerſi. præterea, ut præſupponitur. lib. 6. idem uoluit ipſe Alexan. in conſi. 17. col. 3. uerſi. nec obſtat, quod not. Cyn. lib. 4. dum ſe remittit ad doct. per eum alleg. in d. conſi. 219. & hanc opi. quod relinquatur arbitrio iudicis ſequitur Aret. in conſi. 36. col. fin. Sed idem Alex. in l. fi. §. illud. ff.

Iud.ff.quando appel. ſit in addi. ad Bart. ſequitur opi. quod ſufficit biennium refert & ſequitur Bertach. in 3. parte ſui repertorij.in uerb. ſententia pręſumitur .ante finem primi uerſi. Idem Alex.in conſi.123.col.2.uerſi. præterea prædicta ſententia.lib.2.uoluit,quod ſufficiat tempus x. annorũ. refert & ſequitur Goza.in conſi.29.col.fi.uerſi.6.Addo Veronenſem in conſi.26.col.4.ad fi.Abba. autem in conſi. 61. col.pen.poſt med.uerſi nunc uenio ad reſponſionem lib. 1. ſequitur opinionem Ioan. Cald. in d. c. quoniam contra. de probat.quòd requiratur tempus uiginti annorum. eandem opi. tenet Calca.in conſi.8.col.4.in fi. Ex præmiſſis apparet,quòd certa doctrina dari non poteſt circa iſtud tempus: ob id totum uidetur reliquendum arbitrio iudicis: qui uarie arbitrari poterit ſecundum qualitates iudicum,

38 qui pronuntiauerunt: quia † magis præſumetur pro ſententia unius iudicis maioris, quam inferioris in dubio l. 1. ff. de offi. præfe. præt. Bal. in l. tutores. ff. de confir. tut. Iaſ. in l.pacta nouiſſima.in tertio not.C.de pact.in c.1.col.3.ad fi.qui feu.dare poſſ.& in rub. C.qui admi.col.2.in fi.& hoc quando qualitas iudicis maioris non eſſet nota iudici arbitranti. Si enim nota eſſet, & iudicem ſciret imperitum, præcipitem, aut alias conſcientiæ nebuloſæ,aut minus integræ, arbitrium eius conſiderabit tempus longius, quam in iudice recto, & integro, perito æque & inculpato. ubi uerò tempus exactum eſſet annorum triginta, illud ſine dubio uidetur ſufficere. Veronen. in conſi. 63. col. 2. ¶ Sed

39 hic quæro † quando ſententia lata eſt de antiquo,an ita demum præſumatur pro ea, ſi lata ſit contra præſentem aut contumaciter abſentem: an uerò etiam, ſi contra abſentē non contumacem Corne. in conſi. 333. col. 4. in fi. lib. 1. quòd dicta diſtinctio, an feratur ſententia contra præſentem aut contumaciter abſentem, uel abſentem citra contumaciam, ſolum ſit, quando ſententia eſt de recenti. Sed ubi de antiquo eſt,indiſtinctè pro ea præſumitur. Addo rationem ultra Corne. nam ideò præſumitur pro ſententia recenti contra præſentem uel contumaciter abſentem: quia imputandum eſt ei,cur non appellauit: uel cur contumacē agit & quòd non appellans cenſetur acquieuiſſe ſententiæ,

& appro-

& approbaſſe omnia enunciata in ea. Sed iſta ratio militat etiam contra abſentem, non contumacem, ubi ſumus in
40 antiquis: quia † propter diuturnitatem temporis præſumitur ſcientia. id eſt, quòd, is contra quem pronuntiatum eſt, notitiam habuerit de ſententia. Salicet. in l. authoritatem. uerſi. quæro de quæſtione facti. C. unde vi: quem refert & ſequitur Decius in conſi. 185. col. vj. Addo Calderi. in conſi. 15. col. 1. uerſi. ex quo ſequitur. in titu. de præben. licet contrarium uoluerit Bellamera in conſi. 10. col. 10. in fi. uerſi. quo ad primam difficultatem. & col. 13. in prin. ¶ Et ex hac ratione infertur, quòd ubi alias poſſet probari ſcientia abſentis non contumacis, quòd notitiam habuerit de ſententia: & ab ea non appellauerit infra tempus debitum à die ſcientiæ, ita præſumetur pro ſententia contra talem abſentem, etiam non contumacem, ſicut contra præſentem. ita Bart. in conſi. 98. Apparet ſententia. col. 2. uerſi. & idem intelligo. Calca. in conſi. 76. colum. 7. & in conſi. 80. col. 4. in fi. Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. quem refert & ſequitur Goza. in d. conſi. 96. col. fi. uerſi. 7. adduco. Quod intellige in caſibus, in quibus abſens poſt notitiam habitam tenetur appellare. ¶ Ex præ-
41 miſſis † habes duas differentias, an ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam ſit de recenti, uel de antiquo: quia ubi eſt de recenti, oportet quòd ſit lata contra præſentem, ita quòd appareat ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam per conſenſum præſentis expreſſum uel tacitum, ad hoc ut præſumatur pro tali ſententia. Secundo oportet, quòd ſententia ſolennia referat; ſaltem in genere, ubi uerò eſt de antiquo, iſta duo non uidentur neceſſaria. Eſt uerum circa ſecundum requiſitum: ut oporteat ſolennia ſententiæ in ea enuntiari ſaltem in genere, quòd multi talem enuntiationem non requirunt. & etiam in ſententia de recenti, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam: ut in præcedentibus uiſum eſt. ¶ Concluſio etiam ex præmiſſis infertur, quòd præſumitur pro ſententia, quando tranſiuit in rem iudicatam contra præſentem uel contumaciter abſentem, licet ſit ſententia de recenti: ſi uerò de antiquo, etiam contra
42 abſentem citra contumaciam. ¶ Quæ concluſio † limita-

tur,

tur., ut non procedat in præiudicium tertij contra quem pronuntiatum non eſt: quia contra eum non præſumitur pro ſententia, etiam in antiquis. Pau. de Caſt. in conſi.99. Circa primum quæſitum. col. 2. uer. nec obſt. quòd præſumitur. lib. 2. Soci.in conſ.158.col.iij.in fin. uerſ.ſed ego etiam reſpondeo clariùs.lib.ij.Abb.in c. cum inter. R. col. iij.de elect.Fel.in d.c.quoniam contra.colum.14.de proba. Rip.in l.2.§.uoluntatem.col.v.circa med.ff.ſol.matr.ubi ta mén de Paul.& Socin. non meminit. & faciunt quæ ſcripſi ſuprà in j. part. de uerbis enunciatiuis,quòd tertio non præ
43 iudicant, etiam in antiquis. Sed aduerte † quòd iſta limitatio dependet ab illa quæſtione, an ſententia lata inter alios alijs præiudicet: quia in caſibus, in quibus præiudicat tertio, pariter uidetur quòd pro ipſa ſententia præſumatur contra tertium. & ſiquidem ſententia in totum & plenè præiudicet tertio, pariter dicendum uidetur quòd plenè pro ea præſumatur contra tertium, ſi in parte, pro ea parte. Quæ materia an ſententia præiudicet tertio, habetur pleniſſimè in l. ſæpe. ff. de re iud. ubi Alexan. repetendo,eandem mat.uerſ.fortius dixit. poſt notarij. uerbo
44 rum,quòd ſemiplenè probat contra tertium. Non † dicam hic quando res inter alios acta, alijs plenè præiudicet, ſed pro intelligentia huius limitationis uidendum eſſet, in caſibus in quibus plenè non præiudicat, an ſaltem præiudiciũ aliquod pariat. Alexan. in d. l. ſæpe. colum. 20. uerſi. fortius dixit. poſt nu. 71. quòd parit præiudicium, quò ad ſemiplenam probationem. & idem Alex. in conſi. 156.in fi. lib. 2. Anchar. in conſi.276. Viſa diligenter.colum.1.circa med.uerſi.ego his non obſtantibus.Rom. in conſi.343.ante fi. uerſi. quòd autem aliquale præiudicium, Soci. in conſi. 149.col.6.uerſi.confirmatur prædicta.lib.1. Deci. in conſil. 42. col. fi. in conſi. 109. col. 1. in conſi. 272. col. 3. & in conſi.596. Corn. in conſi.319.col.penult.lib.3.ubi uoluit,
45 quòd ſcriptura priuata† inter alios cum uno teſte integro, plenè probet: ergo uult quòd talis ſcriptura ſemiplene pro bet.& dicit Iaſ.in l.decem.col.9.uerſi.ſed unum fortiter ob ſtat.ff.de uerb.oblig.& liber æſtimi aut cataſtri inducit prę ſumptionem contra tertium, quæ onus probandi in eum transferat.

transferat. quæ ſanè præſumptio iuris plus uidetur habere quàm probatio ſemiplena: cum talis probatio ſemiplena non transferat onus probandi in aduerſarium, niſi eo caſu, quo ſemiplenè probanti deferendum ſit iuramentum ſuppletiuum quo etiam caſu ad euitandum tale iuramētum ſufficere uidetur aduerſario, quòd partem & ſemiplenam probationem præſtet: per ea, quæ habentur in l. admonendi.
46 ff. de iureiura. ſed ubi † præſumptio iuris transfert in alium onus probandi, neceſſaria uidetur probatio plena: imò fortior uidetur neceſſaria probatio propter talem præſumptionem, quæſit contra eum per c. quia ueriſimile. ubi Abb. in ſecundo nota. de præſumptio. Imo iſto caſu probationes debent eſſe apertiſsimæ & tales teſtes, de quibus non ſit aliqua ueriſimilis dubitatio, quod debeant deierare: per tex. cum glo. in l. non eſt ueriſimile. ff. quod metus cauſ. in c. ſuper hoc. de renunt. & in d. c. quia ueriſimile. habetur per glo. & doct. in l. tranſactione. C. de tranſactio. Soci. in conſi. 263. col. 6. uerſi. reſpondeo. lib. 2. Deci. in conſi. 105. col. 3. in conſi. 175. col. 5. & in conſi. 177. colum. 1. Iaſ. in l. ſi extraneus. in vj. nota. ff. de condict. ob cauſ. & in l. ſciendum. col. 5. ff. de uerbo. obliga. Addo bonum tex. in l. ſicuti. C. de quæſtio. ubi, quod teſtimonium ſocij criminis
47 † non facilè admittitur contra apprehendentem, uel cuſtodientem eum: quia non eſt ueriſimile, quod eum apprehendiſſet aut cuſtodiret, ſi ſe conſcium aut complicem uideret. & ſic iſta iuris præſumptio. quę eſt contra teſtimonium ſocij criminis, illud repellit, ubi alias admitteretur. Amplius quando, quis uult probare contra illud, quod lex præſumit, requiruntur tres teſtes idonei, uel ſaltem duo excellentes, ut reſultet plena probatio. Specul. in titul. de probationib. §. ſi. uerſi. ſi. quod dictum pro ſtupendo refert & ſequitur Iaſ. in d. l. ſciendum. col. v. uerſi. not. tamen ſtupēdum dictum. ff. de uerb. oblig. illud etiam dictum pro ſingulari refert & ſequitur Curtius iunior in conſi. 52. colum. 3. circa med. Idem eſt in ſuſpitione: quia fortiores requiruntur probationes in eo, contra quem maneat ſuſpicio. Aret.
48 in conſi. 64 col. 4. uerſi. item ex clauſulis. ¶ Sed † quòd res inter alios acta, non pariat præiudicium ſemiplenæ probationis

tionis contra tertium, ſed tantum præſumptionem aliqualem, aut leuem faciat: tenet Areti. in conſi. 163. Sicut Ioannes. colum. 2. uerſi. uirum autem iſtæ probationes. Curt. ſenior in conſi. 73. col. 2. in fi. & ſeq ubi latè. idem tenet Deci. ſibi contrarius in l. 2. col. 10. C. de eden. ubi, quòd ſolum inducit ſemiplenam probationem in cauſa connexa, ratione connexitatis. Idem tenet Iaſ. in l. ſi duo patroni. in princ. col. 2. ff. de iureiurand. Addo Bald. in conſi. 2. Si egreſſæ. in fi. lib. 4. ubi, quòd confeſſio maioris ætatis facit indicium inter alios: tamen in confeſsione uidetur, quòd faciat ſemiplenam probationem: ut habetur d. l. admonendi. & tradit Veronenſis in conſi. 45. colum. 2. circa fi. Ripa etiam in dict. l. admonendi. colum. penult. & in dict. l. 2. colu. 11. poſt med. C. de edendo. quòd res inter alios acta ſolum inducit qualemqualem præſumptionem, quæ operatur. ut data paritate probationum, is cauſam uincat, pro quo ſit talis præſumptio: per glo. in d. l. ſi duo patroni. in princip. Alium effectum ponit Curt. in d. conſi. 73. colum. 3. ut iudex faueat in deferendo iuramentum ſuppletiuum habenti unum teſtem, cum iſta qualiquali præſumptione. & colum. 4. dicit Curti. quòd iſtud qualequale præiudicium non ſit tertio ex ſententia iniuſta, aut nulla, etiam confirmata reſcripto principis.
49 ¶ Et hanc † ultimam opin. puto de iure ueriorem in facto de recenti: in antiquis autem procedat prima opinio quòd inducatur ſemiplena probatio. & in antiquis ita tenet Areti. in conſi. 15. colum. 2. poſt med. uerſic. & iſtud indubitanter. Curti. in dict. conſi. 73. colu. 3. uerſi. 3. reſpondemus. ubi quando ex antiquitate temporis uerisimiliter acta & proceſſus forent deperdita, tunc ex ſententia ſit præiudicium tertio, quo ad ſemiplenam probationem. Iaſ. in d. l. ſi duo. col. 2. ff. de iureiuran. & quæ ſcripſi ſuprà in prima parte circa uerba enuntiatiua & circa ſcripturam priuatam quòd in antiquis probant ſemiplenè contra tertium, & ſic quatenus ſententia inter alios lata alijs præiudicat, eatenus pro ea præſumetur.
50 ¶ Secundo † limitatur præmiſſa concluſio, quòd pro ſententia præſumitur, quando tranſiuit in rem iudic. contra præſentem uel abſentem, ſecundū ſuprà dicta: ut procedat in his, in quibus non ualet ſenten

tia ex defectu conſenſus partium: quia partes non appellando, cenſentur conſentire, & tacite remittere talem defectum: ſecus, ſi ſententia aliunde ſit nulla, quam ex defectu conſenſus partium: ut quia lata ſit ſine cauſæ cognitione. ita Calca. in conſi.88.col.2. Sed neſcio, quid uelit Calca. dicere. nam ſi uelit intelligere, quòd non præſumatur pro ſolennitatibus, quas partes expreſſe remittere non poſſunt, tanquam ſubſtantiales, malè loquitur: quia fateor, quòd partes expreſſe non poſſunt remittere. Sed dico, quòd lex præſumit eas interueniſſe, quãdo ſententia tranſiuit in rem iudicatam, uel quando lata eſt de antiquo: & ſic iſto caſu non conſideratur conſenſus partis non appellantis circa remiſsionem ſolennitatum: ſed conſideratur præſumptio iuris pro ſententia, quòd rite recteque lata ſit: ut ſuprà uiſum eſt. & quod dicit Calca. quòd non præſumitur pro cognitione cauſæ, quòd cauſa cognita lata ſit: quia tunc non nulla ex defectu conſenſus partis: dico, quòd malè loquitur: quia doct. non dicunt, quòd præſumitur pro ſententia, & quo ad ſolennia & quo ad iuſtitiam: imò facilius reſpectu iuſtitiæ, quàm ſolennitatis. Cauſæ autem cognitio, magis reſpicit iuſtitiam, quam ſolennitates, & in ſpecie ſupra probatum, & quòd præſumitur pro ſententia reſpectu cognitionis cauſæ, dum diximus non eſſe differentiam inter decretum iudicis, & eius ſententiam. ſed in decreto iudicis doct. communiter cõueniunt, quòd præſumatur adhi
51 bitum, cauſa cognita. Bene fateor, quòd † ſi uere appareret latam eſſe ſententiam ſine cognitione cauſæ, tunc ceſſaret præſumptio, quæ ceſſat in caſu claro, ubi aliter de ueritate apparet. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. & ita declarat Feli. in d.c. quoniam contra. colum. 15. in fi. uerſi. 2. declara. de prob. & latius infra habetur nume. 53. Et ſi bene conſideres Calca. uoluit unum, quod eſt contra omnes doc. communiter, quòd magis præſumatur pro ſententia reſpectu ſolennitatis, quam iuſtitiæ. Nec ob. argumentum Calca. quòd ſententia nulla, ratificari, non poteſt, ut ualeat tanquam ſententia: quia fateor, ubi apparet de nullitate. Sed dico, quòd in dubio non præſumitur nulla ex defectu ſolennitatum, quando fertur contra præſentes, & tranſiuit

& tranſiuit tempus appellandi. uel quando contra abſentes, & ſumus in antiquis: quia omnia præſumuntur ſolen-
52 niter acta, & ſic ceſſat nullitas. ¶ Tertio † limitatur prædicta concluſio, ut ſolum procedat, quò ad iuſtitiam & ueritatem ſententiæ, pro qua præſumitur: non reſpectu ordinis iudiciarij. Bald. in conſi. 492. In cauſa uertente. inter Blaſium. colu. 2. in fi. uerſic. modo reſtat reſpondere. lib. 3. ſed iſta limitatio non placet: quia ut ſæpius dictum eſt, præſumitur pro ſententia, quæ tranſiuit in rem indicatam etiam reſpectu ſolennitatis, & ordinis iudiciarij.
53 ¶ Quarto † limitatur, ut non procedat, quando libellus eſt ineptus. Bald. in conſi. 251. Poſito. lib. 4. ſed iſta non eſt proprie limitatio: quia concluſio loquitur, quòd præſumitur pro ſententia in caſu dubio: ſed quando apparet de ineptitudine libelli, ſumus in caſu claro: in quo clarè conſtat de nullitate ſententiæ, propter ineptitudinem libelli. Quando enim producuntur acta ex quorum productione apparet de nullitate, aut iniuſtitia ſententiæ, tunc uere & clare dicitur probari de nullitate & iniuſtitia: nec tunc tractari poteſt aliqua præſumptione pro ipſa ſententia. Bart. in l. 1. ff. ſi tutor, uel curator appel. in l. qui ad ciuilia. C. de appel. & in conſi. 98. Apparet ſententia. in fi. Feli. in d. c. quoniam contra. colu. xv. in fi. uerſi. 2. declara. de probatio. Soci. in conſi. 46. col. 9. circa med. uerſi. ſed clare etiam reſpondetur. lib. 4. Areti. in conſi. 62. Ex facto ante fi. Iaſ. in l. 4. §. condennatum. col. 2. in fi. uerſi. 2. contra Bart. facit. ff. de re iud. & quæ infra dicam in tertia parte huius tract. in vij. limitatione. num. xv. & in 4. parte in xij. q. & quod proxime
54 dictum eſt num. 51. Sed illud, quòd † probetur ſolennitatē ſententiæ non interueniſſe ex inſpectione actorum, non uidetur procedere in his, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis: quia potuit adhiberi ſolennitas in alijs actis, ita Cor. in conſi. penult. col. fi. lib. j. facit Imo. in conſi. 98. col. 3. ante med. ubi, quòd magis præſumitur pro decreto iudicis, quod eſt uoluntariæ iuriſdictionis, quam pro ſententia: quia in decreto potuit iudex ſe informare extraiudicialiter, antequam illud interponeret. Sed iſtud dictum Cor. non uidetur tutum: quia pluralitas actorum non prǽſumitur. gloſſ.

in l.omnium.C.de teſta. Sali.in l.2.C.de errore aduoc. ob id non poteſt præſumi de alijs actis,de quibus non apparet
55 & ſufficit † parti producenti acta negare, quòd ſint alia acta, & ſi aduerſarius prætendat eſſe plura,tenetur probare.glo.in l.cum de lege.ff.de proba.Bald.in conſi.60.generalitas.lib.4 Roma.in conſi. 222. Dubitatur.in fi. Paul. de Caſt.in conſi.177. Viſo ſuprà ſcripto puncto, primò uenia. col.1.& in conſi. 212. Suprà dicta omnia quæſita. col. 2. in ſecundo dubio lib.1. Alexan. in conſi.4.in fi.lib.3.in conſi. 71.col.fi.lib.4.& in conſi.16.col.fin. lib. 5. Iaſ. in l. cum ex cauſa.ff.de re iud. Curtius iunior in conſi. 150. col. 5. poſt med.ubi,quòd illa glo. in d. l. cum de lege.eſt communiter approbata,quam etiam nouiſſimè ſequitur Gozad.in conſi. 94.col.7. poſt med. & ſine dubio procedit illa glo. quando præſumptio eſt pro negante aliquid de pluri eſſe. Iaſ. in l. ſi conſtante.col.19.num.120.ff ſolu. matri. & in conſi. 34. col.3.in fi.& ſeq.lib. 1.ſed hic præſumptio eſt pro negante, quòd alia ſint acta,præter producta: quia pluralitas facto-
56 rum non præſumitur,ut ſuprà dixi.¶ Non obſt. etiam † ratio Imolæ,quòd potuit iudex extraiudicialiter ſe informare ante decretum: quia fateor: ſed dictum Imol. procedit, quando ſimpliciter producitur decretum, nec apparet de aliquibus actis cognitionis cauſæ circa ipſum decretum: nos uerò loquimur, quando producuntur acta, ex quorum inſpectione apparet de defectu ſolennitatum: tunc enim non militat præſumptio, quod potuerint procedere alia acta: quia pluralitas actorum non præſumitur. & uerisimile eſt,quòd ſi alia acta proceſſiſſent,etiam illa in ſcriptis redacta eſſent. Dictum tamen Corne. ſaluari poſſet in uno caſu,quando non appareret de notario rogato de ipſis actis & in actis productis multa enuntiantur, de quibus non apparet: unde rogari potuit alius notarius, ut uerisimile ſit alia plura eſſe acta. & ita erat in caſu Corn. ſed aduerte ſi non apparebat in caſu Corn.de perſona notarij rogati,quo modo poterat probari negatiua ex inſpectione aut productione actorum, cum illa productio fidem non faceret?
57 ¶ Quinto † limitatur præmiſſa concluſio,ut procedat,quando producitur ſententia in forma probante,ita quòd fidem facit.

facit. tunc enim pro ea præſumitur reſpectu certitudinis & rectitudinis. Secus ſi inſtrumentum ſententiæ non ſit publicum,nec fidem faciat: quia aliqua requiſita deſint ad fidem inſtrumenti: nam tunc fruſtrà tractatur de præſumptione ſententiæ, ex quo de ea non apparet. ita Socin. in conſi. 2. col. 2. in princip. lib. 3. allegat Bald. & clarius Imo. in l.j.ff.de his,quæ in teſtamen.delen.ſed de hoc dubitare Socin. non oportebat: quia paria ſunt,quòd nulla ſententia lata ſit, uel quòd de ea non appareat.l.in lege. ff. de contrahen.empt.l.duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tute.c.1.de presby. nondum bapti. miniſtran.c.ſolennitates.1.de conſecra.diſtin.j.& qui non probat,quod allegat aut producit, dicitur carere iure.l.argentarius. §. cum autem.ff.de eden. l.quidam tabularum. ff. de furtis,quæ duo iura ad hoc citat Bald.in conſi.67.Quia ex facto.col.2.circa med.lib.3.& de
58 hac limitatione habetur infrà in 3. parte. ¶ Sexto † limitatur,ut procedat in his,quæ fiunt coram ipſo iudice: ſecus in alijs,quæ coram iudice non fiunt:puta in mandato,quod fit in abſentia iudicis, ob id pro mandato non præſumitur etiam in antiquis. Bald. in l. 2. C. ſi ex falſis inſtrumen. & in l.1.C.de rebus alienis non alien.ſequitur Alexan. in d.l. ſciendum.ff.de uerbo.oblig.in l.qui in aliena.in princip. ff. de acquir.hæred.in conſi.1.col.penul.lib.4.& in conſi.191. col.2.poſt.med. uerſi. nec obſtat longitudo temporis. lib. 6. Veronenſis in conſi.26.col.6.circa med.Socin .in conſi. 254.col.2.poſt med.uerſi.præterea non ſumus in caſu certo.lib.2.deciſio.Neapolit.deciſio.345.col.3.& deciſio.368. col.4.uerſi.item allegabatur. Feli.in c.ſicut.col.17.uerſi.6. aduerte.de re iud.Decius in conſi.215.col.2. uerſi. ulterius in tali inſtrumento.Bertachi.in prima parte ſui repertorij: in uerb.diu.uerſi.antepen.Curti. ſenior in conſi. 49.col.5. in fi.& colu.18.circa med.uerſi.& dum ſubijciebatur.Curtius iunior in prima parte tracta.feud.quæſt.1.col.2. Iaſ.in
59 conſi.140.col.2.in fi.lib.4.Contrariam opinionem † quòd imò præſumatur mandatum ex antiquitate temporis, tenuit Bald. ſibi contrarius, in conſi. 337. In primis. colum. fin.lib.1.quem citat & ſequitur Deci.licet ſub alio numero & libro, in conſi. 199. circa fin. uerſi. prætereà, etiam in

mandato.& in conſi.297.col.2.in fi. uerſi. nec obſtat,quòd iſta.& licet Decius in dictis conſilijs hoc non bene firmet: firmat tamen idem Decius in conſi.486.col.fi. ubi pro hoc allegat tex.in l.fi.ff.de uſuca.pro empto. Curtium ſen orē in conſi. 77.Super motiuis. latius hoc idem firmat Deci.in conſi.638.col.2.ubi, quòd dictum Bald. ſuprà allegatum in vj.limitatione, quòd mandatum nō præſumatur ex antiquitate temporis, non eſt uerum: & quòd loquitur ex capite ſuo, & ſine lege: ſecundum Curtium in dict. conſi. 76. Et quòd præſumatur mandatum ex temporis antiquitate, tenet Iaſ. ſibi contrarius id dict. l.ſciendum.col.8.uerſi.limitat d.Alexan.ff.de uerbo.obliga.& in l.1.col.v.in ſecunda limitatione.C.qui admitti.Addo ultra Moder.Paul.de Caſt. in conſi.84.Viſa dicta facti narratione, & his, quæ copioſe. circa fi. lib. 1. & profecto,ſi præſumuntur ſolennia ſubſtantialia, quibus partes renuntiare non poſſunt, neſcio uidere rationem diuerſitatis, cur non idem in mandato: imò facilius in mādato, cum poſſit quis approbare perſonam falſi procuratoris: ut habetur in l. licet. C. de procura. & pro hac opinione faciunt, quæ infrà dicam in iij. parte huius tract. uerſi. xj. ex antiquitate temporis, ubi, quòd præſumitur poteſtas tutoris & executoris ob temporis antiquita-
60 tem.† Sed tenendo hanc vj. limitationem ſine iuris præiudicio, eam ſublimita multis modis.¶ Primò, ut non procedat, quando appareret productionem mandati eſſe factam. uel ceſſante productione litem cum aliquo tanquam procuratore fuiſſe conteſtatam, tunc enim pro mandato præſumitur. Imol. in d. l. ſciendum. colum. 5. uerſi. per prædicta decidi poteſt. ff. de uerbo. obliga. refert & ſequitur Gozadi. in conſi. 96.col.fin. uerſi.4.adduco.¶ Secundo
61 † ſublimita, niſi in ſententia aut in alio inſtrumento fiat mentio, de ipſo mandato: quia tunc uidetur probari propter antiquitatem temporis. Ita Deci. in conſi.36. colum. 5.uerſi. non obſtat, quòd mandatum. ſequitur Gozadi. in conſi.11.col.4.Purpura.in authen.ſi quis in aliquo documēto.in fi.C.de edendo.Addò ultra moder.Bald.in conſi.112. Quæritur, qui intelligantur. colum. ij. poſt med. uerſicu. quæritur ulterius. lib.1. ubi quòd præſumitur mandatum,

quando

quando eſt executum ex uerbis narratiuis, aut enuntiatiuis in antiquis, dum æquiparat compromiſſum mandato: quia ſicut per mandatum datur poteſtas procuratori: ſic per compromiſſum arbitro aut arbitratori. Et utrunque mandatum dici poteſt. & quòd ex uerbis enuntiatiuis præſumatur mandatum in antiquis, uoluit Veronenſis in conſi. 26. in ſecundo dubio. facit Sociu. in conſi. 158. col. 5. uerſic. ſed tamen præmiſſis. lib. ij. ubi, quòd ſolennitas citationis facilius præſumitur, quando enuntiatur in actu iudicis, quàm quando non enuntiatur, quod etiam uoluerunt docto. tenentes ita demum præſumi ſolennia ſententiæ, ſi in ſpecie enuntientur. de quo abunde ſuperius diximus. Sed
62 † contra hanc ſecundam ſublimitationem uidetur facere, quòd Alexan. ſcribit in conſi. 90. col. 2. poſt med. uerſicu. non obſtat prædictis. lib. v. ubi, quòd uerba enuntiatiua alterius inſtrumenti, illud non probant, niſi inter ipſos contrahentes. Rurſus in contrarium faciunt, quæ ſuprà diximus in prima parte, circa uerba enuntiatiua, quòd non probant in antiquis, contra tertium, niſi ſemiplenè. Suſtinendo hanc ſecundam ſublimitationem: dici poteſt, quòd aliud ſit in uerbis enuntiatiuis ſententiæ, quam alterius actus unius priuati aut priuatorum hominum: quia magis præſupponitur pro iudice. Vel & ſecundo dici poteſt, quòd Alexan. & allegata in contrarium loquuntur & & procedunt, quando ageretur de probatione ſubſtantiæ rei, aut actus: puta unius inſtrumenti. Nos uero loquimur in probatione qualitatis, id eſt, ſolennitatis mandati: licet talis ſolennitas ſit ſubſtantialis apparet de ipſa ſubſtantia rei, id eſt de ſententia. ob id ſi ageretur de probanda una ſententia per talia uerba, enuntiatiua, illa non probaretur plenè: ſecus, quando agitur de probatione ſolennitatis, licet ſubſtantialis: cum † facilius probetur qualitas,
63 quàm ſubſtantia. Ideò licet damnum probari non poſſit, niſi per inſtrumentum, quia ita conuentum ſit, aut ſtatuto caueatur, quantitas tamen damni teſtibus probari poterit. Bart. Alexan. & docto. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. ſimiliter licet reſcriptum probari teſtibus non poſſit: ſed ſcriptura tantum. Bald. in l. humanum. C.

de legibus.& in l. nec exemplo. C. de falſis.Moder.in rub. de conſti. qualitas tamen reſcripti teſtibus probari poteſt. c.auditis.ubi Abb.in ſecũdo not.de reſti.in integ.Dec.in c. paſtoralis.col.3.de reſcript.ſimiliter facilius inducitur qua
64 litas, quàm † ſubſtantia rei. Ideò licet alteri ſtipulari quis non poſſit, ut ei acquiratur actio: tamen poteſt ſtipulari, reſpectu qualitatis, ut acquiratur qualitas ad ipſam actionem, quæ omnino alteri competebat. l. 3. in princip. ff. quòd ui aut clam. ubi Bart.l.ſi quis ſolutionis.§.fi.ff.de uſuris.l.ſi cum exceptione. §. in hac.in fi. ff.quod metus cauſ. Ad idem glo. in l.talis ſcriptura. in glo.fi.circa fi.ff.de leg. 1.ubi Mode.Iaſ.in l.ſi ſeruum Stichum. §. nunc uideamus. colum.2.circa medium. uerſi. tu aduerte,quòd gloſſ. ff. de uerbo. obliga. ſed tamen durum uidetur, quòd præſumatur talis qualitas mandati ita ſubſtantialis, contra tertium. Præterea contra tertium non uidetur plenè præiudicare ipſa ſententia, ſed ſemiplenè tantum, etiam in antiquis, ut ſuprà diximus, in fine primæ limitationis: ergo non magis præiudicabit tertio ſolennitas mandati enunciata in ſententia,quàm ipſa ſententia. & iſta uidetur ueritas. & ſic intelligi debet iſta ſecunda ſublimitatio, quando ageretur inter ipſas partes, inter quas pronuntiatum eſt aut habentes
65 cauſam ab eis. ¶ Tertio ſubmilitatur † non procedere in actu, ad quem ueriſimiliter quis non accederet, ſine mandato: puta ſi quis ſoluit penſionem nomine alieno: quia præſumitur ſoluere de mandato eius, pro quo ſoluit: cum ueriſimile non ſit, quòd uelit iactare ſuum ita Rota Dec. 23.Nota,quòd ubi dicit ſe aliquis. in antiq. refert & ſequitur Soci. in conſi. 46. col. 2. poſt med. lib. 3. Dec. in dict. conſi. trigeſimoſexto colum. quinta uerſi. ſecundo reſpondetur. in conſi. quadrageſimoſecundo colum. penult. poſt medium. uerſi. tertio reſpondetur. & in l. j.colum.4. poſt med.C.qui admi.Gozad.in d.conſi.11.col.4.Addo Curt.ſe niorem in d.conſi.77. Super motiuis.col.4.poſt med.uer.facit, quod not.do.de Rota. Aduerte tamen: quia iſta tertia ſublimitatio nõ aptè uidetur cõuenire ad terminos noſtros quia dicta in hac tertia ſublimitatione,uidentur procedere etiam in factis recentibus, ceſſante antiquitate temporis.

Quarto

66 ¶ Quartò † ſublimitatur, quòd licet non præſumatur mandatum ex antiquitate temporis: præſumitur tamen ratificatio ipſius mandati. Bertachi. in prima parte ſui reperto.in uerb.diu.uerſic.iij.Socin.in d.conſil.46.colū.ij.in fin. Dec.in d.cōſil.299.col.ij.Gozadinus in d.conſ.xj.col.iiij. ¶Sed Iaſ.in d.conſil.140.col.iij.lib.iiij.iſtud intelligit,quādo ageretur de modico præiudicio:ſecus ſi de magno, quia tunc non præſumitur ratificatio ex antiquitate temporis, niſi concurrat alia præſumptio.ſed certa pręſuppoſita ſcientia eius,de cuius ratificatione agitur,uidetur abſurdum dicere ex temporis antiquitate ratificationem nō induci, ſed quia Iaſ.allegat Bartol. in diſpu. Mulier habens amplum patrimonium. de cuius dicto latius uidebimus in iij. parte
66 huius tracta.ad ibi dicta me remitto. ¶ Quintò † ſublimitatur, ut non procedat in mandato de cuſtodiendo: quod præſumitur ex antiquitate temporis,ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præcedentis.Alex.poſt Bartol.in l.ſi uxor.§. Si quis uxorem.ff.de adulter. ſequitur deciſio Neapolita. deciſio. 345.colum.iij.Bertachin.in ſecunda parte ſui repertorij:in
67 uerbo,mandatum qualiter.uerſ. vij. ¶ Sexto † ſublimitatur,ut non procedat concurrente quaſi poſſeſsione, & diuturna patientia: quia tunc mandatum præſumitur ex lapſu triginta annorum.Alex.in d.conſil.j.col.pen.lib.iiij.ſequitur Brunus Aſtenſis in conſil.95.col.j. poſt medium. ¶ Se-
68 ptimo ſublimitatur † non procedere in mandato uicarij Epiſcopi,quod præſumitur, ſi non negetur: & in eo ſufficit probare communem nominationem,& reputationem.Fel. in d.c.ſicut.col.15.de re iudica.poſt Rotam per eum alleg.
69 ¶Octauò † ſublimitatur non procedere,concurrentibus aliquibus indicijs,aut coniecturis:quia tunc præſumitur ſolennitas extrinſeca mandati. Curt. ſenior in d. conſil. 77. Super motiuis.col.pe.uerſic.tertia concluſio. ¶ Nonò non
79 † procedit, quando ageretur de commodo & fauore allegantis mandatum:quia tunc uidetur præſumi ex antiquitate temporis. Aret.in conſil.42. Viſo conſil. col.ij. poſt medium.uerſic.præterea,ut tetigit.

SECVNDAE PARTIS FINIS.

TERTIA PARS TRACTATVS DE antiquitate temporis, Domini Aymonis Crauettæ à Sauiliano.

ARGVMENTVM.

Tempus de antiquo præſumi in materia ſolẽnitatis extrinſecæ, concurrentibus poſſeſſione, uel quaſi longi temporis: item ſcientia, & patientia aduerſarij. Et unde præterea illa præſumptio naſcatur. Tum an ſolennitatis præſumptionem tollat negatio, uel oppoſitio partis, cum qua actum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quid dicatur in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ in extraiudicialibus.*

2 *Solennitas extrinſica, quot annorum tempus deſideret, ut res dicatur de antiquo.*

3 *Titulus non præſumitur ex ſolo temporis lapſu, concurrente etiam poſſeſſione decem annorum. & nume. 5.*

4 *Præſcriptio an currat contra minorem. & eccleſiam. Et ſi currat, non debeant reſtitui.*

6 *Solennitas extrinſeca an præſumatur, quando concurrit ſola antiquitas temporis, ſine alio adminiculo poſſeſſionis: aut alio, & agitur de magno præiudicio. Et an tempus. xxx. annor. ſufficiat contra tertium. nu. 7. diſting. nu. 8.*

9 *Solennitas extrinſeca an præſumatur ex lapſu decem annorum, ubi agitur etiam de graui præiudicio, concurrente poſſeſſione decennali, cum ſcientia, & patientia partis, idque in præiudicium tertij. diſting. nu. 10.*

11 *Solennitas extrinſeca an præſumatur in extraiudicialibus, licet illa non enuntietur. in actu. Et an ſit neceſſe illam enuntiari in ſententia in antiquis. diſting. nu. 12.*

13 *Solennitas curatoris, an præſumatur per adſertionem adultorũ, poſt*

poſt lapſum uiginti annorum.

14 *Iuris declarandi magna hodie eſt neceſſitas. Et rarò committendum eſt arbitrio iudicis, quod tempus dicatur de antiquo.*

15 *Solennitas extrinſeca, ex ſola temporis antiquitate an præſumatur, etiam ex lapſu. xxx. anno. niſi concurrat alia præſumptio, ut poſſeſſio uel quaſi.*

16 *Solennitas extrinſeca an propter antiquitatem temporis non præſumatur, eò fortè quòd pars, cum qua actum eſt, negat ſolennitatem interueniſſe. Et quando pars debeat opponere. nu. 17.*

18 *Solennitas extrinſeca præſumatur, an neceſſariò debeant concurrere ſcientia. et patientia eius, cuius conſenſus erat neceſſarius ad actum diſtin. nu. 19.*

20 *Diſpenſatio an præſumatur ex temporis antiquitate: aut quando, quibusve concurrentibus. nu. 21.*

22 *Solennitas non præſumitur ob antiquitatem temporis, ubi agitur de ſubſtantia actus. diſting. nu. 23.*

24 *Emancipatione præſumptio, an inducat titulum contra patrem.*

25 *Solennitas extrinſeca ob temporis antiquitatem, an præſumatur in eo, qui actum gerere non poteſt.*

26 *Solennitas extrinſeca ob temporis antiquitatem, non præſumitur, ubi inſtrumentum de antiquo fidem non faceret.*

27 *Solennitas extrinſeca, non præſumitur ob temporis antiquitatem, ubi ex inſpectione inſtrumenti probaretur ſolennitatem non eſſe adhibitam. Et id quomodo intelligatur.*

28 *Probatio in contrarium contra præſumptionem antiquitatis, an admittatur.*

29 *Præſumptio ueritati cedit.*

30 *Solennitatis præſumptio procedens ex temporis antiquitate, tollitur etiam per aliam præſumptionem in alium.*

31 *Solennitas citationis, & ſententiæ non præſumitur, ubi producuntur acta, ex quibus apparet ſententiam eſſe nullam cõtra Dec. falsò quid in eum locum tribuentem* Paul. de Caſt.

1 VENIO † nunc ad Tertiam partem tractatus noſtri, quando quid dicarur de antiquo in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ in acti extraiudicialibus. In qua materia, quia latus apparet campus certaminis, in quo uariè inter milites belli noſtri certatum reperitur, ut

ueritatis

ueritatis uictoriam pertingere liceat, puto ex doct. mente aliquos caſus conſiderari poſſe. ¶ Primus caſus eſt,quando cum antiquitate temporis concurrit alia præſumptio:puta poſſeſsio,uel quaſi longi temporis, ſciente & patiente aduerſario,& tunc tempus decem annorum, dicetur de antiquo,& illud ſufficiet,ut præſumatur ſolennitas extrinſeca: Puta alienata eſt res eccleſiæ,uel minoris, non apparet de ſolennitatibus requiſitis: tamen emptor rem poſſedit decem annis parte ſciente & patiente. certè poſt lapſum decem annorum præſumi uidetur ſolennitas extrinſeca requiſita in tali alienatione.Ita habetur in cap.peruenit.de emptio. & uendit.Paul.de Caſtr.in conſil.202.in cauſa confinium.colum.ij.& in conſi.375.Ne ſub æquiuoco.colum.ij. circa med.uerſic.dicet aliquis.libr.j.Alex.in conſi.45.in fi. lib.iij.Socin.in conſil.28.col.iij.uerſ.reſpondetur,& ſecundo.lib.ij.Corn.in conſil.348.col.5.lib.iij.in conſi.145.col. fi.& in conſi.284.col.j.lib.iiij.Addo Bald.in conſi.531.Quidam prælatus.col.ij.ante med.lib.v.ubi,quòd aſsidui actus & continuatio poſſeſsionis,non ſolùm faciunt præſumi ſolennitatem,ſed etiam titulum in alienatione rei eccleſiaſticæ.& multò magis præmiſſa procedant, ubi concurreret poſſeſſio longiſſimi temporis:tunc enim ſine dubio omnia præſumuntur ſolenniter acta. Corn.in conſil.109.in fi.lib. iij.ubi loquitur in alienatione bonorum minoris. ¶ Secun-
2 dus caſus † eſt,quando concurrit ſola antiquitas temporis ſine poſſeſſione uel quaſi,& ſine alia præſumptione,& agitur de modico præiudicio: & iſto etiam caſu ſufficit tēpus decem annorum, ut præſumatur ſolennitas extrinſeca.l.ſi filius.C.de petitio.hæredita.quam text.ita intelligit Bart. in d.quæſt.Mulier habens amplum patrimonium. in fi.Alexand.in d.l.qui in aliena.in prin.col.iij.ff.de acquir.hæred. in conſil.12.col.fi.& in conſil.113.col.pen.lib.iiij.Deci.in c.j.col.vj.poſt med.uerſ.nō obſtat ratio Abb.de fide inſtru. & in conſil.442.col.v.in princ.uerſ.tertiò illa præſumptio. Iaſ.in d.l.j.col.v.in iiij.limit.C.qui admitti. in conſil.176. col.iij.circa medium lib.ij.& in conſil.148.col. pen.in fin. lib.iiij.Sed dicet aliquis: Imò in dict.l.ſi filius concurrebat poſſeſsio longi temporis:quia filius ibi tenuit bona hæreditaria,

taria,in quibus fuerat inſtitutus parte ſciente, & patiente, ex qua poſſeſſione arguitur conſenſus patris in adeundo. Solutio illa non erat poſſeſſio bonorum patris,ſed alterius defuncti.& iſto reſpectu dicitur tractari de modico præiudicio,cum bona patris non eſſent. ſed ubi ageretur de poſſeſſione bonorum eius, cuius conſenſus eſſet neceſſarius, tunc multo fortius argueretur eius conſenſus, licet agatur de magno præiudicio:quia non eſſet uerifimile, quòd paſſus eſſet poſsideri bona per alium,in quibus ius prætendit.
3 Non † intelligo tamen,quòd ex ſolo lapſu temporis, concurrente iſta poſſeſsione decem annorum præſumatur titulus:ſed præſuppoſito titulo habito ab eo, de cuius præiudicio agitur,dico præſumi ſolennitatem ipſius tituli,& obi n d.l.ſi filius. dicitur agi de modico præiudicio:quia non agitur,ut præſumatur titulus:nam is uerè præceſſerat:ſcilicet, titulus teſtamenti,in quo filius inſtitutus erat:ſed agebatur tantum de ſolennitate requiſita in executione illius tituli, & de conſenſu patris in aditione:cuius intereſſe nullum, aut modicum uerſatur,quòd filius adeat, cum ex hoc pater non obligetur. ¶ Imo non uidetur fortè neceſſaria diuturnitas temporis ad præſumendum ſolennitatem extrinſecã, quando agitur de modico præiudicio.Curt. Senior in conſ. 77.col.iiij. in fi.ubi generaliter dicit præſumi ſolennitatẽ extrinſecam, quotiens agitur de modico præiudicio allegat Abb.in.c.j.de iudi.in c.ſi fraternitatis.& in ca. Albericus.de teſtib.in c.niſi eſſent.per illum tex.de præben. & in c.fraternitati.de cle.non reſid.poſt.Innoc.in c.j.de cler.pe
4 reg. ¶ Sed iterum † inſtabit aliquis ad maiorem declarationem. tu ergo ais,quòd ubi emens ab eccleſia, uel minore,rem tenuit longo tempore decem annorum, quòd præſumatur ſolennitas extrinſeca:conſequenter,quòd emptor ſit ſecurus.ſed iſtud non uidetur procedere,cum non præſcribatur contra eccleſia minori ſpatio 40.annorum:ut habetur in l.ſi.C.de ſacroſ.eccl.& ſimiliter contra minorem. uel non currit præſcriptio, uel ſi currit minor reſtituitur: ut habetur in l.etiam.ff.de mino.per Bart.Solutio,hic non tractatur de præſcribendo, ubi habitus eſt titulus ab eccleſia,uel minore,quo caſu ſolum quæritur,an titulus ſit ualidus,

dus,uel non.nam ſi ualidus ſit,ſtatim ſecurus eſt emptor ci-
5 tra præſcriptionis opem.in qua † re dicitur, quòd lapſo tẽ
pore decem annorum,& concurrente poſſeſsione empto-
ris ſolennitas extrinſeca præſumitur, ex qua præſumptio-
ne titulus fiat ualidus iuris præſumptione, ob id lapſo de-
cennio non poterit eccleſia,aut minor allegare nullitatem
contractus ex defectu ſolennitatis, extrinſecæ, niſi poterit
negatiuam,quòd ſolennitas uere non interuenerit. Poterit
tamen nullitatem proponere,ſi eam probet, uel agere re-
medio reſciſorio, aut reſtitutorio, ſi læſio interceſſerit.
6 ¶ Tertius caſus eſt, † quando concurrit ſola antiquitas tẽ-
poris ſine alio adminiculo poſſeſsionis, aut alio, & agitur
de magno præiudicio,& iſto caſu non ſufficit tempus decẽ
annorum:ſed tempus longiſsimum requiritur annorũ 30.
Alex.in d.l.qui in aliena.in prin.col.iij.ff.de acqu.hære.&
in conſil.179. col.iij.uerſic.nec obſtat longitudo temporis
lib.vij.licet Iaſ.in d.conſ.140.col.iij. poſt med.lib.iiij. re-
quirat tempus, cuius initij memoria non extat in contra-
rium.de quo curandum non eſt tanquam ſibi contrario, ut
7 ſtatim dicam. Sed hic † quæro, circa hunc tertium caſum,
an iſtud tempus triginta annorum ſufficiat etiam contra
tertiũ,& ubi agitur de præiudicio tertij? Reſpondeo quòd
ſic Alex.in d.conſi.179.col.iij.lib.vij. Socin. in conſi.270.
col.iij.uerſ.confirmatur:quia ex quo longiſsimo tempore.
& in conſil.254.col.ij.uerſ. ſed contra præmiſſa uidebatur
obſtare.lib.ij.per tex.in d.c.peruenit.de emptio. & uendi.
Idem tenet Corn.in conſ.181.col.vj.uerſ.ſed ſolum dubi-
tatur.lib.ij.Curt.Senior in conſil.77.Super motiuis.col.ij.
poſt medium Dec.in d.conſil.442.colum.v.in prin.uerſ.ter
tiò illa præſumptio.& in conſi.638.colum.ij.uerſ.& contra
Baldum eſt regula.Iaſ.ſibi contrarius in conſi.54.colum.v.
lib.j.Sed conſidero circa hanc quæſtionem, quòd aut con-
tractus de cuius ſolennitate agitur, eſt potens, ut præiudi-
cet tertiò,ſi ualidus,& ſolennis ſit:& tunc qua ratione præ-
ſumetur ſolennitas contra ipſum contrahentem eadem ui-
detur præſumenda contra tertium,cui præiudicat. At con-
tractus eiuſmodi,de cuius ualiditate,& ſolennitate non du-
bitatur,tertiò non præiudicat: & tunc fruſtra quæritur an
contra

9 contra tertium præſumatur ſolennitas. ¶†Secundo quæro, circa primum caſum,in quo dictum eſt præſumi ſolennitatē extrinſecam,ex lapſu decem annorum, etiam ubi agitur de graui præiudicio,concurrente poſſeſsione decennali , cum ſcientia,& patientia partis.An illud procedat etiam in præiudicium tertij?Alex.in d.l.qui in aliena.in princip.col.iij. uerſ.ſed contra prędicta.ff.de acquir.hæred.tenet,quòd ſic: dummodo ille tertius ſciuerit,& paſſus fuerit rem poſsideri per tantum tempus,& reſpondet Alex.ad text.in d.c.per uenit.de emptio.& uendit.ubi requiritur tempus triginta annorum,quòd ibi non apparebat de ſcientia, & patientia illius mulieris.& idem tenet Alex.in conſil.17. col.ij. poſt med.uerſic.confirmantur prædicta lib.iiij. & clarius in conſil.219. colum.v. poſt med.uerſ. non obſtat etiam dum. in nouiſsimis.lib.vj.idem tenet Iaſ.in d.l.j.col.v.in iij.limita. C.qui admitti.quicquid aliter & nimium perfunctoriè ſentiat Ripa in l.j.col.19.in fi.nu.105.ff.ſolut.matrim.ſi benè ponderetur.& iſta opinio uidetur rationabilis:cum per tēpus decem annorum bona immobilia præſcribantur, data ſcientia & patientia domini, licèt agatur de magno præiu-
10 dicio.Sed hic aduertendum:quia † aut contractus principalis nocet tertio,ſi ualidus ſit,& ſolennis , & eadem ratione præſumenda uidetur contra tertium ſolennitas. Aut tertio non præiudicat,& fruſtra quæritur de eius ſolennitate.Poteſt autem præiudicare tertio , reſpectu tituli , ut ſufficiat minor præſcriptio propter titulum : puta decem annorum inter præſentes,& uiginti inter abſentes:& iſto caſu tractari poteſt de præſumptione ſolennitatis extrinſecæ contra
11 tertium.¶ Tertiò quæro † in caſibus,in quibus dictum eſt præſumi ſolennitatem extrinſecam in iſtis extraiudicialibus,an iſtud procedat, licet ſolennitas non enuntietur in actu? Dic quòd ſic Feli.in d.c.ſicut colum.15.uerſi.ſeptimò & ultimò.Decius in conſil.341.colu.vj.poſt. med.uerſ.non obſtat,ſi dicatur.& in conſil.558.colum.ij. circa finem Iaſ. in dict.l.ſciendum colum.vij.uerſic.quid tenendum in tanta uarietate.ff.de uerb.oblig.Si enim enuntietur ſolennitas in contractu,& ſit talis,cui enuntiātes renuntiare poſsint, talis enunciatio ſtatim probat inter ipſos contrahentes. l.

optimam.

optimam.C.de contrahen. & commit. ſtipula. Si uerò renuntiare non poſsint,illa non prǽſumetur,etiam inter partes,niſi per temporis antiquitatem, quæ antiquitas in hoc uim probationis obtinebit. ¶ Et ex præmiſsis inferri po-
12 teſt ad dicta ſupra in ij.partes,circa ſolennia ſententiǽ,†an ſit neceſſe illa enuntiari in ſententia in antiquis. Si enim talis enuntiatio non eſt neceſſaria in actibus extraiudicialibus priuatorum,multominus in actis iudicialibus,in quibus pro iudice magis præſumitur. Ex præmiſsis habes,quādo quid dicatur de antiquo in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ in actis extraiudicialibus & quòd ſufficit tempus decem,aut triginta annorum,ſecundum diſtin-
13 ctionem factam in dictis tribus caſibus. ¶ Sed † dum fuit concluſum requiri tempus triginta annorum,quando agitur de graui præiudicio, & ceſſat poſſeſsio, ſeu quaſi longi temporis:in contrarium uidǽtur facere, quod ſcribit Anchar.in conſil.222.Subtiliter. colu.j. in fi.ubi uoluit, quòd præſumatur ſolennitas curatoris per adſertionem adultorum poſt lapſum uiginti annorum.& tamen in caſu Ancha. agebatur de graui præiudicio. Solutio in caſu Ancha.concurrebat aliud:quia obligatio,ſuper qua curator liberationem conceſſerat,erat contracta cum eodemmet curatore, ob id factum illud curatoris, adulti impugnare non poterant. Prǽtereà concurrebat adſertio,aut confeſsio ipſorum adultorū,quia facilius præſumitur ſolēnitas enuntiata,quā non enuntiata,ut ſæpius dictum eſt. Sed iterum opponitur contra præmiſſa ex eo,quod ſcribit Alex.in cōſ.218.col.3. poſt med.uer. prǽterea Hoſt.li.6.ubi uoluit neceſſariū eſſe tēpus centum annorū, ut præſumatur ſolēnitas extrinſeca. ſed puto ꝙ Alex.male loquat̄,cōtrariādo his quǽ idē Alex. dixerat in locis ſuprà alle.& doct.per eum alle.loquuntur, quando agitur de præſumendo titulo aut ſubſtantia actus, non de eius ſolennitate. Rurſus etiam opponitur contra præmiſſa,ex his quæ ſcribit idem Alex.in conſ.79. col. iij. in fi.uerſ.fortificatur per id.lib.j.& in conſ.ix.col.fin. li.iij. ubi uoluit,quòd in iſta materia. præſumendi ſolennitatem extrinſecam in contractibus ob temporis antiquitatem, relinquatur arbitrio iudicis,quando tempus dicatur de antiquo.

quo. Sed certè non puto, quòd iudex poſſit arbitrari de minori tempore decem aut triginta annorum, ſecundum caſus præmiſſos. Ex quibus † uides, quòd licèt pleriq; multitudinem ſcriptorum hodie deuoueant, inſtar languentis ſtomachi, cui ciborum diſplicet apparatus: nunquam tamé declarandi neceſſitas tanta fuit, quantum interim uidemus. Plerique enim uel iudicum uel aduocatorum, ut primû uident deciſioné aliquam doctoris alicuius maximè celebris nominis, non ab ea ſanctum putant diſcedere. Sed ſcribentis authoritas nûquam tanta fuerit, quin rationes iuris procellant: ſecundum Senecam relatum per Fulgo. in l. pen. C. de condict. indeb. Fieri enim poteſt, quòd unus longè minoris ſcientiæ & authoritatis, in aliquo ſuperet plures & maioris authoritatis & ſcientiæ. l. j. circa med. C. de uete. iur. enucle. Corn. in conſi. 55. col. ij. lib. iiij. & dicit Dec. in côſ. 74. in ultimis uerbis, quod rationes metiri debemus propter ſeipſas, & non ex proferetis authoritate. Relinque arbitrio iudicis, quando tempus dicatur de antiquo, côtinuò iudex præceps rudis & culpatæ conſcientiæ pro amico aut priuato ſuo commodo arbitrium dicat.

15 ¶ Sed opponitur † adhuc contra præmiſſa, & uidetur, quòd nunquàm ex ſola antiquitate temporis præſumatur ſolennitas extrinſeca, etiam ex tempore 30. annorum, niſi concurrat aliqua præſumptio alia ultra temporis lapſum: puta poſſeſſio, uel quaſi. ita Abb. in c. Alberic. col. pen. de teſtib. per text. in l. quæcunque. §. fi. ff. de Public. & per not. in d. c. peruenit. de empt. & uend. ſequitur Alex. in dict. conſil. xij. col. ij. poſt med. uerſ. nec obſtat etiam, ſi dicatur. in d. conſ. 17. col. iij. uerſ. nec obſtat. quod notat Hoſti. libr. iiij. & latiùs in conſ. 218. lib. vj. Iaſ. in d. conſi. 140. col. iij. poſt med. lib. iiij. Idem uoluit Soci. in conſi. 29. col. v. in fi. uerſ. ſecundum argumentum. Similiter non obſtat lib. j. ubi, quòd nunquam præſumitur ſolennitas extrinſeca, quæ têpore actus interuenire non potuit; uel cui partes renuntiare non poterant. & loquitur Soci. in alienatione rei eccleſiaſticæ. & in ſolennitate tractatus. & ſic Soci. ſi bené ponderetur, uoluit fortiùs non præſumi ſolennitatem etiam concurrente poſſeſſione longi temporis, ſimiliter Corn. in conſil. 181. col.

S vj. lib.

vj.lib.ij.quòd non eſt omnino tuta illa opinio, quòd propter diuturnitatem temporis omnia præſumantur ſolenniter acta. Sed iſta opinio poſſet procedere in tempore decē annorum, quòd non eſt ſufficiens ut præſumatur ſolennitas extrinſeca non concurrente alio adminiculo: puta poſſeſſionis, uel quaſi, quando agitur de graui præiudicio. Secus in tempore longiſſimo.xxx. annorum. quod ſolum ſufficit ad inducendum præſumptionem ſolennitatis extrinſecæ. & hanc opi. quòd ex ſola antiquitate temporis omnia præſumantur ſolenniter acta, tenet Signorolus de homodeis, in ſubſcriptione ad conſilium Ziholi de cauſtellis, inter conſilia Anchara. in conſi. ult. Alex. in conſ. 19. col. v. uerſic. non obſtat, dum obijciebatur. lib vj. Soci. in conſi. xv. col. penul. uerſi. confirmatur etiam prædicta concluſio. lib. j. conſ. 153. colum. ij. & in conſ. 266. colum. xij. uerſic. ex quibus infero. lib ij. Corn. in conſi. 144 col. j. in fi. lib. iiij. ubi dicit hác eſſe communem opinionem. & idem Corn. in conſ. 284. col. j. eod. lib. iiij. Eandem opi. dicit communem Deci. in dict. l. j. colum. iiij. C. qui adm. in conſi. xxxvj. col. vj. uerſi. ij. reſpondetur. in conſi. 42. col. pen. in conſi. 135. in princ. in conſil. 329. colum. fi. in conſi. 341. col. vj. poſt med. & in conſi. 409. col. j. & in d. conſi. 36. col. vj. dicit Deci. præſumi ſolennitatem extrinſecam ex ſola antiquitate temporis, etiam nulla poſſeſſione ſubſecuta. Eandem opin. tenet Iaſ. ſibi contrarius, in d. l. ſciendum. col. vii. & viij ff. de uerbo. obliga. & in d. l. qui in aliena. in prin. colum. v. in fin. ff. de acquir. hæred. Ripa in l. ij. reſponſ. c. xxij. col. iij. in fin. Quam tamen opi. ego teneo ſecundum diſtinctionem ſuprà factam per tres caſus. ¶ Et in hac materia non omitto dictum Geminia. in cōſi. 87. col. ij. poſt med. ubi, quòd magis præſumitur pro ſolennitate actuum extraiudicialiū, quam iudicialium. ſed ego dicerem totum contrarium, quòd magis præſumatur

16 pro factis in iudicio. ¶ † Memorata concluſio, quòd præſumitur ſolennitas: extrinſeca propter antiquitatem temporis ſecundum diſtinctionem, de qua ſuprà, limitatur aliquibus modis. & primo, ut non procedat, quado pars cum qua dicitur actus celebratus, negaret illam ſolennitatem interueniſſe: puta ſi Canonici negant interueniſſe conſenſum capituli

pituli in alienatione rei eccleſiaſticæ, ita Ale. in d. conſ. ix. col. ij. in fi. uerſic. non obſtat, ſi diceretur. & in fin. illius conſilij lib. iij. ſequitur deciſio Neapoli. deciſione. 245. colum. iij. & deciſione. 395. colum. ij. uerſ. & ſi diceretur. ¶ Sed ualdè dubito de hac limitatione. nam ſi pars non opponit defectum ſolennitatis, illa præſumitur etiam in actu recenti, ceſſante antiquitate temporis. Compoſtella. in ca. cum dilectus. de conſuetu. quod dictum pro multùm notabili citat Matthesila. nota. xij. Nota, quòd illa regula. ſequitur Soc. in d. conſil. 270. colum. iij. uerſ. & hoc maximè, quia longiſſimo tempore. lib. ij. Feli. in d. c. ſicut. colum. xij. in ſecunda fallentia de re iudi. Iaſ. in d. l. ſciendum. col. vij. in iij. limita

27 tione. ff. de uerb. oblig. Quo autem tempore † debeat fieri oppoſitio, tradit Geminia. in cõſ. 87. col j. poſt med. ubi, quòd debet opponi ante perfectionẽ actus: ſecus poſt actũ perfectum. ſed iſtud poſſet procedere in ſolennitate intrinſeca. Itaque quum dicunt doct. ſolennitatem extrinſecam præſumi ob temporis antiquitatem, neceſſario præſupponunt, quòd defectus talis ſolenitatis fuerit allegatus & oppoſitus. ¶ Secundo, conſidero contra hanc limitationem, & contra hoc dictum Alex nam talis ſolennitas & extrinſeca præſumitur, etiam contra tertium poſt lapſum. xx. annorum ut ſuprà dictum eſt, & ſic tertius defectum talis ſolennitatis opponere non poteſt, niſi probet negatiuam: quanto minus igitur talem defectum opponere is poterit, quo cum geſta res ſit: cùm difficiliùs cõtraueniat quis facto proprio, quàm alieno. l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de adoptio. Ideò non poſſum non mirari de hoc dicto Alex. ſed magis admiror, quomodo ſenatus Neapolitanus dictum illud ſecutus fuerit.

28 ¶ Secundo † limitatur memorata concluſio, ut ſolùm procedat interueniente ſcientia & patientia eius, cuius conſenſus eſt neceſſarius ad actum: quia in iſtis terminis loquitur d. l. ſi filius. C. de peti. hæredi. Ideo ſi in alienatione aut contractu ſit neceſſaria licentia Papæ, illa nõ præſumetur: quia non eſt ueriſimile, quòd habuerit Papa notitiam talis alienationis aut contractus. ita Alexan. in d. conſil. ix. col. fin. lib. iij. & in dict. con. xvij. col. ii. poſt med. uerſ. nec poteſt di

ci,quòd dictæ omnes ſolennitates. libr.iiii. ſequitur deciſio Neapoli.deciſione.107.colum.fin. ubi propterea infert, quòd allegans præſumptionem ſolennitatis conſenſus uel licentiæ ſuperioris, debet probare ſcientiam ipſius ſuperioris,quòd ſuperior ſciuerit talem actum factum eſſe. De quo tamen uide,quæ infrà dicam hac eadem parte. nume.

19 29. ¶ Sed aduerte: quia † iſtud non procederet, quando res eſſet de antiquo per tantum tempus cuius initij memoria non extat in contrarium:quia tunc non requiritur ſcientia ſuperioris, non ſolum quando ageretur de præſumenda ſolennitate extrinſeca:ſed ét ubi ageretur de probatione tituli & ſubſtãtię actus: quia tẽpus tam antiquum habet uim conceſſionis & tituli l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quoti.& æſti.c.ſuper quibuſdam §.præterea.de uerbo.ſign. Nec in tanto tempore requiritur ſcientia ſuperioris,etiam quòd agatur de eius præiudicio:ut per Alexan. in conſi.vj. lib.j.& habetur in l.imperium.ff.de iuriſd.om. iud. & infrà dicemus in iiii.parte huius tractatus.ubi tamen teneo contra Alex.& ſequaces pro Barto.

20 ¶ Tertio limitatur, † ut non procedat in ſolennitate, quę eſt contra ius commune:puta in diſpenſatione,quæ nõ præſumitur ex antiquitate temporis.ut pote,tenuit quis longo tempore duo beneficia incompatibilia, uel eſt minor aut alias incapax ad beneficium: ſed allegat ſecum diſpenſatũ perdidiſſe. Bellame.in conſi.x.colum.xx.uerſic. & ſi dicas, quòd conceſſio. ubi indiſtinctè dicit, quòd non præſumitur diſpenſatio ex antiquitate temporis. ponderãdo quod in præcedẽtibus loquitur de eo, qui erat in poſſeſſione ſeu quaſi faciendi actus, qui citra diſpenſationem fieri non poterant. ¶ Sed Abb.in c.licet Heli.col.fin. de ſimonia.dicit conſiderandam eſſe antiquitatem temporis, qualitatem beneficiati,& ſuperiorum prædeceſſorum, qui ipſum beneficiatum tolerauerunt.nã ſi ueriſimilis ſit diſpenſatio ex iſtis

21 qualitatibus, illa pręſumetur ſaltem † cum iuramento ipſius beneficiati allegantis amiſſionem ipſius diſpẽſationis: ſicut in ſimili dicitur de iuramento ſuppletiuo,quod defertur quando præſumptio & ueriſimilitudo eſt pro iurante: iuxta not.in c.fi.de iureiu.Imo & ſine iuramento uult Abb.

præſumi

præſumi diſpenſationem in antiquis.quæ tamẽ prӕſumptio non procedit, ſecundum Abb. quando ius commune eſſet contra beneficiatum : ita quòd ſuperior expreſsè conſentire aut diſpenſare non poſſet:quia tũc.nec etiam tacitè præſumi poteſt conſenſiſſe propter antiquitatem temporis. Quæ dicta Abba. refert & ſequitur glo. pragm. ſanctionis in tit.de pacificis poſſeſſo.§.ordinarij. ſuper glo. in uerſi.in quirant.colum.pen.in fi.char. 143. & iſtud uidetur æquius & uerius.

22 ¶ Quartò † limitatur, ut ſolum procedat in ſolennitate extrinſeca,quæ præſumitur ex antiquitate tẽporis : ſecus ubi ageretur de ſubſtantia actus : quia illa non præſumitur ob temporis antiquitatem: puta ſi in inſtrumento fiat mentio de aliquo alio contractu aut inſtrumento, illud non præſumitur ex temporis antiquitate. Ale.in conſil.l.col.ii. lib.v. ſimiliter ex antiqua patientia non præſumitur titulus aut tituli ſubſtantia.l.nullo.C.de rei uen.l.diuturna.C.de lon. temp.præſcri. Ale.in conſ.179.col.iii. lib. vj. Similiter per antiquitatem temporis aditio hæreditatis nõ præſumitur: ſed præſuppoſita ſubſtantia ipſius aditionis prӕſumitur pro eius ſolennitate,quòd ſolenniter facta ſit. Deci.in conſilio 442.col.iiii.in fi.& generaliter uerum eſt, quòd facilius inducitur qualitas rei,quam eius ſubſtantia.gloſ. fi. in l. talis ſcriptura.§.fin.ff.de lega.primo.quam glo. pro multum notabili refert & ſequitur Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§. alteri. col. vj.in decima limitatione.ff. de uerb. oblig. & quod dictum eſt ſuprà in ſecunda parte. ¶ Sed ibi contrarium uidetur facere,quod ſcribit Bal.in l.poſt mortẽ.in fi. ff. de adoptio. ubi ſi filius habitat ſeorſum à patre,gerendo ſe pro emancipato,præſumitur emancipatio, ſi illa allegetur cum curſu decennij uel uiginti annorum. ſequitur Barba. inter conſilia Alexan.in conſi.ult.colum.iiij.lib.iiij.Similiter in contrarium faciunt not.in l.cũ de in rem uerſ.ff.de uſuris.&in l.ſi certis annis.C.de pactis.ubi,quòd præſumitur titulus, & ſic ſubſtantia obligationis ex antiquitate temporis, quando quis in annos ſingulos certum quid ſoluit. ¶ Solutio.

23 Quando antiquitas † temporis habet admiſtũ factum hominis ſucceſſiuum: puta ſolutionem, aut præſtationem an-

nam,inducitur titulus,ſi allegetur. Secus quandò antiquitas temporis ſolùm habet admiſſam hominis patientiam, niſi eſſet tempus antiquiſsimum, cuius initij memoria non extat in contrarium, quòd habet uim tituli: ut ſuprà di-
24 ctum eſt. ¶ Et ſi dicatur in † præſumptione emancipationis non interuenit factum hominis, ſed patris ſolùm eius patientia: reſpondetur dupliciter. Primo, quòd ex tali præſumptione emancipationis nullus inducitur titulus obligationis contra patrem: ſed ſolùm acquiritur libertas filio, quæ de facili præſumitur inter patrem & filium, cum etiã aſcendens præſumatur donare deſcendenti: ut habetur in l.quæ dotis.ff.ſoluto matri. Secundo, reſpondeo, quod fauor liberationis & libertatis hoc inducit. Tertio poteſt reſpõderi, quòd iſtud procedit propter qualitatẽ perſonę patris iſtud patientis. nam cum pater quotidie uideat filium ſeorſum negotiantem, non eſt uerisimile, quòd iſtud pateretur ceſſante emancipatione: ſicut dicimus in titulo beneficij eccleſiaſtici, quod præſumitur ex poſſeſſione.x.annorũ: quia cum Epiſcopi uiſitent ſingulis annis ſuam diœceſim, non eſt uerisimile, quòd tolerarent tanto tempore retineri eccleſiam abſque Canonico titulo. Inno.& Hoſti.in c.illud. de præſumption. & in c.licet Hely. de ſimo. ſequitur Geminia.in conſi.87.còl.ij.

25 ¶ Quinto † limitàtur, ut non procedat in eo, qui actum gerere non poteſt: quia in eo non præſumitur ſolennitas extrinſeca ob temporis antiquitate. Decius in d. conſil. 442. col.iiij.in fin.ubi loquitur in aditione pupilli, qui hæreditatem adire non poteſt, ſine authoritate tutoris. l. pupillus. ff.de acquir.hæredita. §.neque. inſtitu. de authorita. tutor. ¶ Sed iſta limitatio nihil aliud eſt, quàm deſtructio omnimoda concluſionis, cùm prælatus & minor non poſſint alienare bona immobilia, ſine debitis ſolennitatibus & idem in alijs perſonis, quæ contrahere non poſſunt ſine certa ſolennitate: & tamen illa præſumitur ob temporis antiquitatem.

26 ¶ Sexto limitatur, † non procedere, quando inſtrumentũ de antiquo fidem non faceret. Nam cùm principale nõ probetur, aut de eo legitimè non apparet, fruſtrà tractatur de

eius ſolennitate.Socin.in conſil.ij.col.ij.in princ. lib.iij.allegat Bal.& clariùs Imol.in l.j.ff.de his,quæ in teſtam. delen.idem tradit Corne.in conſil.22.col.iij.circa med. uerſ. Inſuper quamplura lib.iij.& dixi ſuprà in ij.parte,in quinta limitatione.

27 ¶ Septimo limitatur, † ut non procedat, quando ex inſpectione inſtrumenti de antiquo probaretur de contrario, ſcilicet ſolennitatem adhibitam non eſſe. quod intelligo non quando in inſtrumento nihil diceretur de ipſa ſolennitate quia adhuc præſumeretur. ſed quando in ipſo inſtrumento nihil diceretur de ipſa ſolennitate: quia adhuc præſumeretur. ſed quando in ipſo inſtrumento enunciatur ipſa ſolẽnitas,quæ apparet minùs legitima.Paul. de Caſt. in conſil. 81.In cauſa,quę uertitur inter reuerẽdum patrem. col.iij. in fin.lib.ij.ſequitur Feli.in d.c.ſicut.col.15.uerſ.vij. & ult. declara.de re iudi.Deci.in conſ.13.col. j.in conſil. 36. col. iij.in fi.uerſi.ſecundo reſponderi poteſt. & in d.c.quoniam contra.col.20.uerſicu.ſucceſsiuè.Abb.de proba Iaſ. in d.l. j.col.v.in v.limitationē.C.qui admitti.& in conſ. 176. col. fin.lib.ij.Curtius iunior in conſil.130.col. ij. ad fin. Gozadinus in conſi.73.col.v.in fin.Addo Abba.in conſi.61. col.

28 fina.uerſicu.item antiquitas.lib.j. ubi, † quòd contra præſumptionem antiquitatis admittitur probatio in contrarium.Idem dicit Veronenſis in conſi.25. ad finem primi dubij. Ad idem facit Bellamera in conſil.10.col. 10. in princ. ubi,quòd regula,quòd titulus præſumitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, non procedit, quando expreſsè producitur titulus nullus,& inualidus: quia ſumus tunc in caſu claro. de quo tamẽ latiùs dicam in iiij. parte.Et ratio huius limitationis eſt: quia antiquitas temporis in hac materia ſolùm inducit præſumptionē: ſed ceſſat præſumptio,ubi de ueritate apparet in contrarium.l.cõ

29 tinuus.§.cùm ita.ff.de uerbor.oblig.Cedit enim † ueritati præſumptio & per contrarias probationes tollitur. l.fin. in princip.ff.quod metus cauſ.l.nuptura.in fi.ff. de iure dotium.l.ſi chirographum. & l.cùm de indebito.§.j.ff. de probatio.l.filio,quem pater.ff.de liber.& poſthu. l.j. §. ſi quis filium.ff.ſi tabu.teſtamen.nullæ extab.ca.is, qui fidem. de

 ſponſal.

30 ſponſal.c.quicunque.80.diſtinctione. ¶ Amplius † iſta præſumptio ſolennitatis procedens ex antiquitate temporis, non ſolùm tollitur per contrariam probationem,id eſt,quãdo ex inſpectione inſtrumenti probatur ſolennitatem minùs legitimè adhibitam eſſe: ſed etiam per aliam præſumptionem,quæ eſſet in contrarium. Abb.in d.c. Albericus.de teſtibus.refert & ſequitur Corne.in conſ.144.col.j. uerſic. nec uidetur opitulari.lib. iiij.& eſt generaliter uerũ,quòd una præſumptio alteram tollit.l.diuus.ff. de reſtitu. in integrum.l.non ſolùm.ff.de ritu nuptiarum.l.quia autem. §.nõ ſimpliciter.ubi Ange.ff.ſi quis omiſſa cau.teſtam.l.j. in fin. C.qui,& aduerſus quos.l.mater.ubi Ange.& Sali. C.de calumnia.l.eum,qui probabilem. ubi Bald. C. de epiſcop. & cleric.l.ſi hi,qui.C.de adulter.c.tranſmiſſæ. qui filij ſint legiti.c.literas.de præſumptio.& c.accedens.de falſis.Et cõprobatur hæc ſeptima limitatio ex dictis ſuprà in ij.parte.

31 in iiii.parte limitationis. ¶ Sed † aduerte circa hanc ſeptimam limitationem: quia Decius in conſ. 341. col. vj.poſt med.& in conſ.558 circa fin.reprobat Paul. de Caſtr. in d. conſ.81.intelligendo,quòd Paul. uoluerit non præſumi ſolennitatem contractus ex eo ſolùm,quòd producitur inſtrumentum ipſius contractus, in quo nulla fit mentio de ipſa ſolennitate, quaſi eo modo probetur negatiua ſolennitatẽ adhibitam non fuiſſe: ſed certè Paulus non meruit reprehẽdi:quia nõ ita loquitur:prout Decius refert. ſed dicit Pau. quòd ſolennitas citationis & ſententiæ non præſumitur, quando producuntur acta,ex quorum inſpectione apparet de nullitate ſententiæ. quo caſu bene loquitur Paul. quia tunc defectus citationis clarè & uerè probatur per inſpectionem actorum: in quibus deſcribuntur omnia ſolennia: vt ſupra diximus in ſecunda parte:& in quarta limitatione. malè enim dixiſſet Paul. ſi dixiſſet probari nullitatem ſententiæ per id ſolùm, quod producitur ſententia ſine actis: ex cuius ſententiæ inſpectione appareat ſolẽnia non fuiſſe adhibita:cum deſcribantur ſolennia in actis,non in ipſa ſententia,niſi enuntiatiuè quandoque. Similiter malè locutus eſſet Paul.ſi dixiſſet,quòd ex ſola productione inſtrumenti contractus,in quo non appareat de eius ſolennitate,probe-

tur ipſius contractus nullitas, & ſolennitatis omiſſio: cum aliũde potuerit adhiberi, & de ea apparere per aliam ſcripturam. Sed procliuiores interim ſimus ad ſupercilium. Imò Decius ſe ipſum reprehendere debuerat: quia in conſ. 445. col. pen. poſt medium, intellexit Paul. prout ſuprà retuli, eum intellexiſſe, & tamen eum ſequitur. & idem Dec. in conſil. 564. col. iij. ¶ Non procederet tamen hæc ſeptima limitatio, data ſcientia, & patientia longi temporis eius qui titulum inualidum conceſſiſſet, uel ſuperioris, qui actũ confirmare poterat? quia tunc cenſetur confirmatus titulus, per ea, quæ infrà dicam hac parte. iij. Hic accommodari poſſent multæ ex limitationibus ſuprà traditis in ij. parte, circa ſolennia ſententiæ: ſed idẽ ſæpius non repetemus. Planè lector diligens animum ad omnia facilè admouebit.

ARGVMENTVM.

Solennitas extrinſeca ex temporis diuturnitate, in actibus extraiudicialibus, unde præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Generalia ſunt faciliora: particularia uerò ueriora.*

2 *Notariatus qualitas, præſumitur in antiquis: & probandi onus transfert in aduerſarium, & negantem. Negatiuam uide nume. 3.*

4 *Notariatus qualitas, facilius præſumitur ex antiquitate temporis in ſcriptura publica, quàm priuata.*

5 *Notariatus an probetur in antiquis, quando producuntur plura inſtrumenta eiuſdem tanquàm notarij. & nume. 9.*

6 *Inſtrumenta duo ab omnibus recepta ſine contradictione, ad probandam quaſi poſſeſſionem notariatus, an ſufficiant. Et an ſufficiat fama, nume. 7. Quid de antiquitate temporis. nume. 8.*

10 *Notariatus qualitas, ut præſumatur, non ſufficit tempus xxx. annorum: ſed tempus antiquiſſimum, ad minus centum annorum.*

11 *Solennitas extrinſeca, & notariatus qualitas, quid differant in probandi modo & ratione.*

12 *Solennitas extrinſeca, ex antiquitate temporis, in exemplatione inſtrumenti, an præſumatur.*

13 *Inſtrumenti regiſtratio facta in literis papæ an præſumatur factæ parte citata propter temporis antiquitatem, ita ut fidem faciat.*

14 *Inſtru-*

14 *Inſtrumenti exemplatio, vt dicatur facta de antiquo, quantum tempus requiratur. & nu. 16.*

15 *Inſtrumenti exemplandi ſolennitas, quò tendat.*

17. *Solennitas exemplationis inſtrumenti, quantùm requiratur, ut præſumatur interueniſſe.*

19. *Inſtrumenti exemplatio ut præſumptionem pariat, an neceſſe ſit exprimi, & enuntiari ipſas ſolennitates neceſſarias in tali exemplatione.*

19. *Inſtrumentorum exemplandorum forma, & conſuetudo in* Del*phinatu.*

20. *Inſtrumenti exemplatio, an præſumatur ſolenniter facta, ob temporis antiquitatem, non obſtante, quòd pluribus defectibus labore. & nu. 24.*

21. *Solennitas exemplationis ubi in quæſtionem uenit, præſupponitur, quòd aliundè omnia ſunt habilia.*

22. *Inſtrumenti exemplatio in quibus caſibus præſumitur facta ob temporis antiquitatem, intelligitur quò ad omnia, ut omnia præſumantur ſolenniter acta.*

23 *Imperfectum, & nihil, æquiparantur.*

25 *Solennitas extrinſeca præſumitur ob temporis antiquitatem, in alienatione rei eccleſiaſticæ.*

26 Pretium *an præſumatur ob antiquitatem uerſum in eccleſiæ utilitatem, in eius alienatione.*

27 Exemptio, *quam* Epiſcopus *concedere non poteſt, ſine confirmatione* Papæ, *præſumitur ex temporis antiquitate.*

28 Tituli *inualidi confirmatio, inducitur ex antiqui temporis patientia.*

29 Papæ, *aut ſuperioris confirmatio, ubi præſumitur ex temporis antiquitate, an neceſſaria ſit eorum ſcientia diſting.*

30 Epiſcopi *conſenſus an præſumatur ob antiquitatem interueniſſe in reſeruatione facta patrono eccleſiæ, uel capellæ.*

31 Papæ *licentia præſumitur interueniſſe in teſtamento* Cardinalis, *propter diuturnitatem temporis.*

32 Promotio *ad ordines ſacros præſumitur, quando quid diu ſeruiuit in beneficio, tanquam promotus.* Et *quid ſi diu ſtetit in poſſeſſione, ſeu quaſi clericatus in beneficio, an præſumatur clericus. nume. 33.*

34 Clericatus *ſola poſſeſſio, aut quaſi, an ſufficiat, ut quid gaudeat beneficio*

beneficio clericali reſpectu fori.

35 *Decreti ſolennitas præſumitur, propter temporis antiquitatem interueniente ſcientia ſuperioris, cuius decretum in actu dat neceſſarium.*

36 *Inueſtitura domini præſumitur, quando quid ſtetit longiſsimo tempore in poſſeſsione bonorum feudalium.*

37 *Tutelæ ſolennitas præſumitur, quando quis diu ſe geſsit pro tutore. Quid de executore. Quid de mãdato, unde præſumantur.*

38 *Referenti an credendum ob temporis antiquitatem, licèt non conſtat de relato.*

39 *Abbreuiaturæ ſolennia, præſumuntur in antiquis, licèt de eis non appareat. Et ob id fidem facit.*

40 *Scriptura præſumitur ex antiquitate temporis, modò interueniat factum hominis.*

41 *Vniuerſitas præſumitur legitimè congregata, ob temporis antiquitatem.*

42 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas petita infra annum præſumitur.*

VIDIMVS in genere, quid dicatur de antiquo in materia præſumendæ ſolennitatis ex trinſecæ in actibus extraiudicialibus. Rurſus uidimus limitationes, & fallentias, in quibus talis præſumptio ſolennitatis ceſſat.

1 Sed quia † ſermones circa generalia ſunt faciliores, circa particularia uerò ueriores, ſecundum Philoſophum, quem Areti. refert in conſil. 13. col. 1. uerſic. circa primum. in conſil. 29. col. 7. circa mediũ. uerſ. his breuiter p̃miſsis. & uerba generalia non ſunt epicicatoria, nec concludunt uiris ſubtilibus, ſed ſolùm groſsis: ait Aret. in conſil. 106 In præſenti dubitatione. col. 3. in principio tertij dubij. deſcendamus ad aliqua particularia, & ad caſus ſpeciales, in quibus ſolennitas extrinſeca præſumitur ex temporis antiquitate, in actibus extraiudicialibus.

2 ¶ Primò, † præſumitur qualitas notariatus, in antiquis. nam in factis recentibus, quando is, contra quem producitur inſtrumentum, opponit, & negat illum, qui inſtrumentum recepit, fuiſſe notarium, tenetur producens probare notariatum, quando adhuc non eſt notorium illum eſſe notarium: quia

quia qualitas notariatus non ineſt à natura, cum notarius naſcatur nemo Specul.in titul.de inſtru.editio.§. reſtat uidere.col.8.uerſ.& ſcias,quòd tabellionatus officium.& col. 13.uerſic. illud autem notandum eſt, quòd licet in aliquo inſtrumento. Oldr.in conſil.227. De toto themate.col.ij. ad fin.uerſic.iiij.obijcit.Anchar.in conſil.213.Pro iſto patre.col.ij.circa medium.Alex.in conſil.166.col.ij.uerſicul. & eſt de iure.lib.2.Socin.in conſ.198.col.1.lib.7. Socin. in conſ.33.Proſequendo.col.1.uerſ.ſecunda concluſio. libr.1. Iaſ.in l.Barbarius.colū. 11. de offic.præto.nec creditur in hoc eius adſertioni,quòd ſit notarius:ut habetur in d.locis maximè per Soci.in d.conſ.33. tamen quando ſumus in antiquis,non eſt neceſſaria probatio notariatus:ſed præſumitur propter antiquitatem temporis.Innoc.in c.ueniens.de uerb.ſigni.Bald.in authen.quas actiones.circa fin.C.de ſacroſan.eccle.& in l. comparationes. C. de fide inſtrument. Ancha.in d.conſil.213.col.2.circa medium. Socin.in conſ. 187.col.4.uerſic.ad ſecundum reſpondeo.libr.2.ubi etiam allegat Fulgo.in l.fin. C.de edicto diui Adria.tollend. Idē tenet Alexand.in conſi.101.col.3.libr.7.Corn.in conſ.35. col.6.in conſil.171.col.2.ad fin.lib.1.& in conſ.247.col. x. lib.11.Dec.in c.1.col.6.in fin.uerſi. quicquid tamen ſit de fide inſtrumen.in conſil.36.col.2.poſt medium. & in conſi. 42.colum.2.Iaſ.in d.l.Barbarius.colum.11.uerſi.Tertiò notabiliter limita.ff.de offic.præto.Guido Papæ quæſt. 357. Et in ſtatuto,ſi quis per literas. in uerbo, propria manu ſignatas.uerſ.ſed an in literis antiquis.deciſio Neapolit.deciſio.245. col.3. & deciſio.251. ad fin.Aufrerius in deciſio.
3 Toloſa.q.330.in fin.Contrarium,quòd † ex ſola antiquitate temporis non præſumatur notariatus,niſi cōcurrat aliud adminiculum, puta fama, quòd haberetur pro publico notario,uel niſi producantur plura inſtrumenta eiuſdem notarij,reperta in archiuo publico, uel niſi producatur matricula eius notariatus.tenet Corn.ſibi contrarius, in conſil. 142.colum.3.in fin.uerſi. non etiam apparet de notariatibus.in conſi.304.col.8. verſ.quod & ſecundū uidetur poſſe dici.lib.3.& latius in conſi.24.colum.v. libr.4. allegat Innocen.in d.c.ueniens.de uerb.ſignificatio.Bald.in d.l.Barbarius

barius.ff.de offi.prætb.& in l.data opera.C.qui accuſar. nō poſ.debuit allegare in l.non ignorat.colum.4.C.eodem titul.uerſic.unde ex quo Gomeſ.idem tenet in addi.ad Bald. in d.l.comparationes.colum.pen.in uerbo,cautela. allegat
4 Anto.de Butr.in d.c.1.de fide inſtrumen.¶Sed † conſidera, quòd qua ratione in ſententia facilius præſumitur ſolennitas extrinſeca,propter authoritatem iudicis, pro quo ius præſumit,ex antiquitate temporis, quàm in contractibus priuatorum,in quibus longius tempus requiritur ad inducendum talem præſumptionem,ut ſupra uiſum eſt.Eadem ratione uidetur, quòd in ſcriptura publica facilius præſumatur iſta qualitas notariatus ex temporis antiquita-
5 te. ¶ Secundò † conſidera, dum Cornel. uoluit præſumi qualitatem notariatus, quando reperirentur plura inſtrumenta eiuſdem, tanquàm notarij in archiuo publico, quòd in hoc nihil ſpeciale eſſet in publico inſtrumento: quia etiam in ſcriptura priuata nulla habens ſolennia, reperta in archiuo publico,fidem plenam facit,ut ſupra abundè uidimus in prima parte.Similiter dum dicit Corn. probari notariatum in antiquis, quando producerentur plura inſtrumenta eiuſdem tanquàm notarij, illud uidetur ſine dubio: quia plura inſtrumenta habent uim probationis famæ:ut per Bald.& doct.in l.cum aliquis.C.de iure delib.&
6 ſupra dictum eſt in prima parte. ¶ Aduerte † tamen, quòd ubi agitur de probando quaſi poſſeſſionem notariatus per inſtrumenta,non ſufficerent duo inſtrumenta ab omnibus recepta ſine contradictione.Innoc.& Anto.de Butr.in c.j. de fide inſtru.ſequitur Aret. conſ.132. In cauſa, quæ uertitur inter homines.colum.2.poſt medium uerſic. ſed tamen his non obſtantibus.Iaſ.in d.l.Barbarius.col.9.uerſ.aduerte,quòd Innoc.Quid tenendum.docto.tenentes, quòd notariatus præſumitur ex antiquitate temporis. allegant Innoc.in d.c.ueniens.de uerbo.ſignifi.ubi Innoc.loquitur concurrente communi opinione,aut fama.& ita eum refert, & intelligit Bald.in d.l.Barbarius.col.8.uerſicul.qualiter autem probetur.& in d.l.non ignorat. famam etiam requirit Anton.de Butr.in d.c.1.& de fide inſtrumen. quem ſequitur additio ad Bald.in d.l.comparationes.colum.penul. in

uerbo

uerbo,cautela.Idem uoluit Paul.de Caſtr. ſi bene ponderetur,in conſil.202.In cauſa confinium.col.2.circa medium. uerſic.breuiter,ſi bene inſpiciantur.lib.1. Anton. etiam de Butr.in d.c.1.ſequitur.Dec.in d.conſil.36.colu.2.poſt med. & in d.conſil.42.col.2.Rurſus,ſi ſola antiquitas ſufficiat ad præſumendum notariatum citra aliud adminiculum,de facili poterit quis confingere unum inſtrumentum, quod uideatur de antiquo ſub nomine alicuius priuati,tanquàm notarij,& falſum fabricare,uidens neceſſarium non eſſe pro-
7 bationem notariatus.& ſi dicatur,etiam,quòd ſit† neceſſaria probatio per famã, æquè poterit committi falſitas ſub nomine unius uerè notarij;cuius qualitas per famam probari poſsit. Reſpondeò, quòd ſi neceſſaria ſit probatio per famam,quòd is uerè eſſet notarius.facilius denudari poterit falſitas per comparationem literarum, & inſtrumentorum illius notarij. Vix enim fieri poteſt,ut probetur quem fuiſſe notarium per famam,quin aliqua inueniantur eius in
8 ſtrumenta.Quòd autem † ſola antiquitas temporis ſufficiat ad præſumptionem notariatus,citra aliud adminiculum,uoluit Bald.in d.authen.quas actiones. circa finem. & in d.l. comparationes.quem doct.magis communiter uidentur ſequi.Sed conſidera, quòd Bald.loquitur in factis antiquiſſimis,in ſuperlatiuo gradu in d. authen.quas actiones. & ita ponderat Alexand.in d.conſil.101.col.3.lib.7. Similiter in d.l.comparationes.loquitur Bal.in factis non antiquis ſimpliciter,ſed multum antiquis.& ſic uidetur Bald. hoc dictũ intelligere,quando res eſſet ita de antiquo, quòd impoſsibilis uideatur probatio per famam , aut communem opin. tunc ne pereat fides inſtrumenti tam antiqui, uoluit præſumi notariatum ob temporis antiquitatem.Sequitur Iaſo.in d.l.Barbarius.colum.11.in 3.limit. Sed adhuc iſto caſu uidetur dubitabile hoc dictum Bald.propter periculum falſitatis.& quia uix fieri poteſt aliquem fuiſſe notarium,utcunque de antiquo res ſit,quin ſaltem aliqua eius alia inueniãtur inſtrumenta,ſaltem in loco ubi ageret , ob id imputandum uidetur producenti,quando uidet negari notariatum,
9 cur non curet † producere alia inſtrumenta eiuſdem perſonæ.quam productionem inſtrumentorum uidetur Iaſ.requirere,

quirere,in d.l.Barbarius.col.11.ib 3. limitatione poſt Bal.
Vel poſſet procedere dictum Bal.quando nulla ſuſpicio ue-
riſimilis conſiderari poſſet contra producentem,conſide-
rata qualitate,& legalitate eius perſonæ, & cõſiderata qua
litate ſcripturæ,uix enim confici poterit ſcriptura recens,
ut uideatur multum de antiquo,quin ſigna aliqua ſuſpicio-
10 nis appareant. ¶ Ex præmiſſis † apparet, quòd in præſu-
menda qualitate notariatus, nõ ſufficeret tempus triginta
annorum.quod regulariter ſufficit,ut præſumatur ſolenni-
tas extrinſeca in actibus extraiudicialibus: ut ſupra uiſum
eſt.ſed tempus requiritur antiquiſsimum, aut multum an-
tiquum,& ſic ad minus annorum centum.quod non obſcu-
rè uoluit deciſio Neapolita. in dicta deciſione 245. in de-
ciſio. 251. idem præſupponit Guido Papæ in dicta deciſio.
357.dum in principio loquitur de annis centum. Idem præ
ſupponunt Docto.tenentes hanc opinionem, quòd ex ſola
antiquitate temporis præſumatur qualitas notariatus. Et
11 † ratio diuerſitatis inter ſolennitatem extrinſecam, & hãc
qualitatem notariatus, uidetur:quia in notariatu agitur de
materia probationis, ut probetur ipſa res, ſuper qua confi-
citur inſtrumentum, & tendit notariatus ad fidem inſtru-
menti.ſed quãdo ſumus in materia probationis, res de an
tiquo dicitur,quæ excedit metam centum annorum:ſed ſo
lennitas extrinſeca non reſpicit probationem actus,ſed e-
ius ualiditatem.Imò quando tractatur de ſolennitate actus
præſupponitur,quòd de ipſo actu legitimè appareat: quia
alias fruſtra quæritur,an ſit ſolenniter factus uel non : ſi de
eo non cõſtat,ut ſupra uidimus in hac tertia parte,in ſexta
limitatione.& ſic cum agatur de probatione actus,magis di
citur tractari de ſubſtantia,non de qualitate,ſeu ſolennita-
12 te. ¶ Secundò † præſumitur ſolennitas extrinſeca ex anti-
quitate temporis,in exemplatione inſtrumenti : quia ſi e-
xemplatio ſit de antiquo,præſumitur ſolenniter facta,& ſic
parte citata.Hoſtien. Ioan.Andr. Anton.de Butr. & Doct.
in d.c.Albericus.de teſtibus. Bal.in conſil.40.Super primo
puncto.col.2. lib.4.Aretin.in conſi.36.col.fina.uerſicul.ad
ſecundum dico breuiter.Socin.in conſil.194.col.fina.uerſi.
præterea.& ij.lib.ij.Corne,in conſil.247.col.10.poſt med.
uerſic.

uerſicul.ita ergo dicamus lib.2.& in conſil.144.col.2.lib.4. Decius in conſil.36.colum.2.uerſic.non obſtat,quòd in iſta exemplatione.in conſ.445.colum.3. circa medium, uerſic. his præmiſsis.& in authen.ſi quis in aliquo documento.columna quinta,in ſeptima fallentia.C.de edend. & ibi Iaſo. col.3.ad finem.& colum.4.in fin. in nona fallentia. & idem Iaſo.in l.publicati.columna ſecunda poſt medium uerſicu. nota tamen diligenter.C.de teſtamen.Guido Papæ.quæſt. 118.& quæſt.404. ¶ Sed contra hoc dictum adduco Corn. in conſil.22.colum.tertia.uerſic.nec obſtat gloſſ.in d. cap.
13 nonnulli.lib.3.ubi,quòd regiſtratio † inſtrumenti facta in literis Papæ,non præſumitur facta parte uocata, propter antiquitatem temporis,ita quòd faciat plenam fidem,quãdo agitur de graui præiudicio. Solutio in caſu.Corne. concurrebant duo contra fidem inſtrumenti regiſtrati. Primũ, quòd contra tenorem illius inſtrumenti ſic regiſtrati diutius fuerat obſeruatum. Secundum, quòd tale inſtrumentum ſic regiſtratum continebat non ueriſimilia.¶ Sed hic
14 quæro † quantum tempus requiratur: ut iſta exemplatio dicatur facta de antiquo: & an ſufficiat tempus requiſitum in præſumptione ſolennitatis extrinſecæ: de quo ſupra dictum eſt,per diſtinctionem trium caſuum? Aretin. in dict. conſil.36. colum. fin.refert tres opi.unam Hoſti.in dict.c. in præſentia.de renunt.quòd poſt biennium. & hanc ſequitur Guido Papæ in dict.quæſt.118.Secundam opin. refert, quòd poſt xx.annos.Tertiam quòd relinquitur in arbitrio iudicis.¶Sed aduerte:quia doc.alleg.per Aret.loquuntur in ſolẽnitate ſententiæ,pro qua magis & facilius pręſumitur, quàm pro actu notarij exemplantis unum inſtrumentum.
15 ¶ Secundo aduerte † quòd iſta ſolennitas exemplationis tendit ad iuuandum fidem inſtrumenti, ſeu ut inſtrumento fides detur non ad ualiditatem actus contenti in ipſo inſtrumento, præſuppoſita eius fide. & ſic ſimus in materia pro-
16 batoria, quo caſu requiritur tempus † antiquiſſimũ,prout ſuprà dictum eſt circa præſumptionem notariatus. & quòd requiratur tempus ualde antiquũ, ita quòd probatio ſolennitatis eſſet difficilis, uel penè impoſsibilis, uoluerunt Hoſt. Io. And. & But. in d. cap. Albericus de teſtib. prout refert

ſefert Aret. in d. conſi. 36. col. fi. ſequitur Corn. in conſi. 181. col. 6. uer. Soci. poſtea. lib. 2. Socin. in conſi. 46. colu. 9. lib. 4. Iaſ. in d. auth. ſi quis in aliquo documento colu. 3. uerſi. 3. principaliter. & col. 4. in nona fallentia. C. de eden. addo Paul. de Caſt. in d. conſi. 202. In cauſa confinium. col. 2. poſt med. uerſi. ſecundus caſus fallentiæ. lib. 1. ¶ Sed hic
17 quæro † an requiratur iſtud tempus ualde antiquum in præſumenda ſolennitate exemplationis inſtrumenti, licet ſecundum tenorem talis exempli res fuerit obſeruata ſeu obſeruantia ſecuta. Paul. de Caſt. in dicti conſi. 202. colu. 2. circa medium. uoluit, quòd ſic, quando ageretur de graui præiudicio. ſed puto contrarium data ſcientia & patientia partis, de cuius intereſſe agitur: quia patiendo rem ſuam poſsideri per longum tempus in uim inſtrumenti ſic exemplati, cenſetur approbaſſe fidem ipſius inſtrumenti, modò ſciuerit de ipſo inſtrumento ſic exemplato, & de poſſeſsione ſecuta: per ea quæ ſuprà dixi in prima parte de inſtrumento minus ſolenni, quòd eius fides uidetur ſuppleri ex obſeruantia ſubſecuta ad formam talis inſtrumenti. & faciunt quæ ſcripſi ſupra in hac tertia parte, in primo caſu.
18 ¶ Rurſus quæro † circa hoc dictum & ad eius declarationē an ſit neceſſe in exemplatione ipſius inſtrumenti exprimi & enunciari ipſas ſolennitates neceſſarias in tali exemplatione? Aret. in dict. conſi. 36. colum. final. tenet, quòd non. cuius opinio confirmari poteſt ex latè ſuprà traditis in ſecunda parte huius tractatus, in ſecunda quæſtione, nume. 4. & ſuprà hac eadem 3. parte. ¶ Contrarium, quòd imò requiratur expreſsio & enunciatio talium ſolennitatū tenet Paul. de Caſt. in dict. conſi. 202. colum. 2. poſt medium lib. 1. Guido etiam Papæ in d. q. 118. ponderat aſſertionem notarij dicentis ſe groſſaſſe de commiſsione iudicis. Rurſus clare hoc uoluit Dec. in d. authen. ſi quis in aliquo documento. col. 5. in ſeptima fallentia. C. de eden. & ibi reſpondet Decius ad ea, quæ in contrarium adducuntur: quod procedunt in ſententia, pro qua magis præſumitur, q̄ pro actu unius notarij. ¶ Ego puto quòd talis enunciatio non ſit neceſſaria concurrente poſſeſsione longi, uel lōgiſsimi temporis, ſciente & patiente parte, & etiam con-

currente ſcientia partis de tali exemplo: quia non eſt uériſimile quòd tanto tempore tacuiſſet. Ceſſante autem tali poſſeſsione & ſcientia ac patientia, adhuc puto idem, ſcilicet enuntiationem non eſſe neceſſariam, quando lapſum eſſet tempus antiquiſsimum centum annorum: nec iſto caſu tantum præſumitur pro notario, quantum pro iudice, cum in actu iudicis ſufficiat, uel quòd ſententia tranſierit in rem iudicatam, uel ad ſummum tempus xx. annorum: uel ſaltem relinquatur arbitrio iudicis, ut uidimus in ſecunda parte. Nec iſto caſu uidetur obſtare ratio Decij, in d. authen. ſi quis in aliquo documento. quòd notarij ſunt faciles ad leuanda & exemplanda inſtrumenta: nec aliter curant de ſolennitatibus: quia conſiderãdum eſt, quòd pars, quæ exemplationem curat, præſumitur ſcire iura. l. leges. C. de legibus. ob id uerisimile eſt, quòd uoluerit actum ualidum facere. l. 3. ff. de teſtamen. milit. ſed ualida eſſe non poterat exemplatio ſine partis uocatione, ut habetur in d. authen. ſi quis in aliquo documento. ergo &c. In patria

19 tamen † Delphinatus ceſſat iſta difficultas, quò ad ſolennitatem citationis: quia ualent inſtrumenta exemplata per commiſſarium generalem deputatum ad leuanda, aut groſſanda inſtrumenta notarij defuncti, ſine partis uocatione, de conſuetudine generali totius Delphinatus, ut Guido

20 Papæ atteſtatur. quæſt. 2. ¶ Sed † quæro adhuc circa iſtud dictum quòd exemplatio inſtrumenti præſumitur ſolenniter facta propter antiquitatem temporis, an procedat, licet ſint plures defectus: puta omiſsio citationis, commiſſionis iudicis, quod utrunque inſtrumentum fuerit auſcultatum, aut debitè collationatum, ut aiunt, quod exemplator fuerit tabellio, quòd committens fuerit iudex. Corn. in conſi. 304. colum. 7. in fi. uerſi. quod & ſecundo uidetur poſſe dici. lib. 3. & in conſi. 24. colu. v. uerſi. uidi etiam. lib. 4. dicit, quòd non: & quòd iſta antiquitas non eſt omni-

21 potens: ut ſuppleat omnes defectus. ¶ Sed aduerte † quòd ubi diſputatur de ſolennitate exemplationis, præſupponitur, quòd aliunde omnia ſint habilia: ſicut quando diſputatur, an legatarius poſſit eſſe teſtis in teſtamento, præſupponitur quòd excepto eo, quòd eſt legatarius, aliunde ſit

habilis

habilis ad teſtimonium, ſi enim aliunde eſſet inhabilis: quia infans, mulier aut furioſus, fruſtra tractaretur, an prohibeatur eſſe teſtis, eo quòd ſit legatarius. l. qui teſtam. in princip. ff. de teſtam. l. furioſum. C. qui teſtamen. facer. poſſ. Ad idem tex. in cap. 1. ibi, ſi aliud non obſtat. de ætat. & qualit. cap. quia diligentia. de electio. de qua regula ſæpius feſtum Decius facit in l. fi. colum. 1. circa med. uerſi. 2. reſpondetur etiam. C. de inſtitu. & ſubſti. in cap. cum omnes colum. 1. in 2. lectura. & in cap. quæ in eccleſiarum. in prin. de conſtit. in cap. 1. colum. 9. de iudic. & in cap. 3. loco. col. 4. de probat. & in cap. cum ceſſante. in ſeptimo notab. de appella. In propoſito, quando quæritur an exemplatio præſumatur legitimè facta ex temporis antiquitate, præſupponitur quòd aliunde omnia ſint habilia, id eſt quòd inſtrumentum habeat ſua ſolennia, quòd non reuocetur in dubium qualitas notariatus: ita quòd ſolum ſit dubium de ſolennitate requiſita ad actum exemplationis. In † qua re puto, quòd in caſibus, in quibus exemplatio præſumitur facta ob temporis antiquitatem, intelligatur quò ad omnia, ut omnia. præſumantur ſolenniter acta: quia doctor. generaliter & indiſtincte loquuntur, & profectò neſcio uidere rationem, cur magis præſumi debeat una ſolennitas, quàm alia. & aliter dicere, eſſet attribuere legi actum imperfectum, id eſt, quòd partem tantum ſolennium requiſitorum præſumere uoluerit. Quod non eſt dicendum, cum † imperfectum & nihil, æquiparentur. l. cum Sillanianum. in fi. C. de his quibus, ut indignis. ¶ Præterea, conſidero contra Corne. Aut producitur actus ipſarum † ſolennitatum, id eſt, in quo ſolennia exemplationis dicuntur adhibita: & tunc ſi appareat omnia ſolennia non fuiſſe adhibita, dico quòd nō præſumetur pro ipſis ſolennibus: quia tunc ſumus in caſu claro, quo conſtat ſolennia adhibita non eſſe per inſpectionem actus pertinentis ad ipſa ſolennia, ut ſuprà dictum eſt in hac tertia parte: in vij. limitatione. Aut nullus producitur actus talium ſolennitatum: & tunc. ſi quæſtio eſt de præſumendis ſolennitatibus, aut omnia præſumi debēt, aut nihil, quia ſi pars tantum præſumeretur, perinde eſt ac ſi nihil præſumptum ſit. d. l. cum Sillanianum. in fi. ¶ Ter-

Note: margin numbers 22, 23, 24 appear beside lines "tate requiſita…", "re uoluerit…", "Aut producitur…".

25 tio † præſumitur ſolennitas extrinſeca ob antiquitatem temporis, in alienatione rei eccleſiaſticæ: puta tractatus & conſenſus capituli. c. ea naſcitur. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu cap. c. peruenit. cum glo. de empti. & uendit. Alex. in conſi. 79. col. 3. lib. 1. in conſi. 45. col. fi. lib. 3. & in conſi. 92. col. 2. lib. 6. Soci. in conſi. 15. col. penult. uerſic. confirmatur etiam prædicta concluſio. lib. j. in conſi. 208. col. 3. uerſi. reſpondetur & ſecundo. & in conſi. 266. colum. 12. uerſi. ex quibus infero. lib. 2. Dec. in d. l. j. colum. 4. poſt med. C. qui admit. in conſi. 36. col. 6. uerſi. ult. non obſtat. in conſi. 329. colum. fi. in conſi. 341. colu. 6. poſt med. in conſi. 409. col. 1. & in conſi. 558. col. 2. circa fi. Iaſ. in d. l. ſciẽdum.
26 col. 8. ¶ Et † non ſolum præſumitur ſolennitas extrinſeca in alienatione rei eccleſiaſticæ, propter antiquitatem temporis: ſed etiam præſumitur uerſum pretium in utilitatem eccleſiæ propter antiquitatem temporis. Dec. in d. conſilio 36. col. v. uerſi. 3. aduertendum. Addo Ancha. in conſi. ulti. col. 6. uerſi. prætereà, cum à tempore. ponderando quòd ibi diſputatur, an præſumatur conuerſum pretium in utilitatem eccleſiæ: ut apparet ex præcedentibus: licet illud non ſit conſilium Ancha. ſed alterius doct. & quæ dicta ſunt in alienatione rei eccleſiaſticæ, intellige etiam procedere in alienatione bonorum minoris, eadem ratione. ¶ Quar-
27 to † quando Epiſcopus exemptionem concedere non poteſt ſine confirmatione Papæ, illa præſumitur ex temporis diuturnitate. Dec. in conſi. 152. col. fi. Ripa lib. 2. de reſcrip.
28 cap. 7. col. 5. circa fin. char. 9. ¶ Quinto † ex antiqui temporis patientia inducitur confirmatio tituli inualidi: puta, ſi filius minus ſolenniter emancipatus ſit, confirmatur emancipatio ex patientia patris diuturna. l. ſi poſt mortem. ff. de adoptio. Similiter titulus exemptionis ab oneribus, minus ſolennis, confirmatur ex patientia longi, aut longiſſimi temporis, quando eximens paſſus eſt exemptum uti & gaudere exemptione per tantum tempus. Paul. de Caſtr. in conſi. 313. Poſtremò. colum. 1. lib. 1. Secus in patientia alterius non eximentis, & ignorantis ipſam exemptionem per dicta hac parte. rurſus dicta hic intelligo de patientia eius qui titulum inualidum poterat ualidare, ne aliàs plus ope-
retur

retur tacitum, quàm expreſſum. l. qui ad certum.ff.locati.
29 ¶ Sed † hic quæro, quando præſumitur confirmatio Papæ aut ſuperioris ex antiquitate temporis, an ſit neceſſaria ſcientia ipſius ſuperioris, quòd ſciuerit actum, de cuius confirmatione agitur. Alexan. in conſi. 9. colum. fin. lib. 3.tenet,quòd ſic,& idem Alexand.in conſi. 17. col. 2. poſt med. uerſi. nec poteſt dici,quòd dictę omnes ſolennitates. lib. 4. ſequitur deciſi. Neapoli. deciſi.107. col.fi.& dixi ſupra hac eadem parte in ſecunda limitatione. Ego puto, quòd ſi actus inferioris ſit præiudicialis Papæ, quòd requiratur eius ſcientia & patientia. Si uero agatur de præiudicio ipſius inferioris tantum, licet actum facere non poſſet ſine confirmatione ſuperioris,tunc ſuperioris ſcientia non uideatur neceſſaria. Niſi dicas, quòd ſatis dicatur intereſſe ſuperioris ex eo ſolum, quòd eius licentia aut confirmatio ſit neceſſaria. Iſta tamen ſcientia non uidetur neceſſaria,quando lapſum eſſet tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium: per ea, quæ not. Alexan. in conſi. 6. lib. 1. & quæ habentur in l. imperium. ff. de iuriſdict. omnium iudi. quòd in præſcriptione temporis, cuius initijs memoria non extat in contrarium,non eſt neceſſaria ſcientia ſuperioris.De quo tamen dic. ut infrà in 4. parte.¶ Se-
30 xto † in reſeruatione cenſus facta patrono eccleſiæ aut capellæ,præſumitur interueniſſe conſenſus Epiſcopi ob temporis diuturnitatem. Deci. in conſi. 174. colum. 2. in fin.
31 uerſi. & licet cenſus. ¶ Septimò † licentia Papæ præſumitur interueniſſe in teſtamento Cardinalis, propter diuturnitatem temporis. Aretin.in dict.conſi.36. ſequitur Deci. in dict. conſi. 409. colum. 1.Iaſ. in d.l.ſciendum.colum.7.
32 uerſi. contrarium. in hoc ultimo. ¶ Octauo † præſumitur promotio ad ordines ſacros, quando quis diu ſeruit in beneficio, tanquàm promotus. Rota deciſio. 84. Nota, quòd ubi contra aliquem. in antiq. Similiter, quando quis longo tempore ſtetit in poſſeſsione ſeu quaſi clericatus in beneficio etiam curato, præſumitur clericus: & habet intentionem ſuam fundatam. Deci. in c. 1. colum. 6. in fi. uerſi. finaliter tamen de fide inſtru.& in conſi.118.allegat Hoſti. Anto.de Butr.& Abb.in cap.illud de præſumption. Bald.in

l.ſiue poſſideris.in quarta oppoſitione.C.de probatio. Addo Rotam deciſi.264 .nota quòd talis in antiq.¶ Sed aduer
33 te † circa iſtud dictum, quòd non uidetur ita generaliter intelligendum: quia ſolum procedit in poſſeſſore beneficij, ut abſoluatur à petitione actoris, uel ut manu teneatur in poſſeſsione: licet non doceat de clericatu per ſcripturam aut teſtes: ſecus in actore, ut ſibi adiudicetur beneficium: quia tunc oportet conſtare de clericatu per ſcripturam aut teſtes: alias beneficium ſibi ut capaci adiudicari non poterit. ita Rota deciſio 311. Nota, quòd clericus.& deciſi. 343. Nota, quod non præſumitur. in antiq. Bertachi. in uerbo,clericus agit.uerſi.7. Rebufi in tract. nomi.in xxij.xxiij.q.princ.pagi.154.nu.13.ubi allegat Bald. in cap.
34 dudum.1.col.fi.de electio.¶ Sed † an ſola poſſeſsio,aut qua ſi clericatus,ſufficiat ut quis gaudeat priuilegio clericali reſpectu fori.Aufrer.in deciſio. Tholoſa. q.117. quòd ſic. ut remittatur,non ut puniatur,niſi laicus ſimpliciter talem re
35 mitteret,non reſeruato iure uendicandi.¶ Nono † propter antiquitatem temporis præſumitur ſolennitas decreti, quòd decretum in actu interuenerit in quo erat neceſſarium.Calca.in conſi.11.col.5.circa med.Deci.in d.l.1. colu. 4. circa med. C. qui admitti.ubi tamen Calca.non allegat. Intellige hoc procedere, interueniente ſcientia ſuperioris cuius decretum erat neceſſarium in actu, quòd ſciuerit actum ſic geſtum. deciſio Neapoli. in dicta deciſi. 107. colum. fina. allegat Alexand. in d. conſi. 9. col. fin. lib. 3. Addo Alex. in terminis decreti,in conſi.218.col.3. uerſi. præterea in d. l.qui in aliena.lib.6. & quæ dixi ſuprà hac eadem parte nu.
36 x.& nu.xxix.¶ Decimo † quando quis longiſſimo tempore ſtetit in poſſeſsione bonorum feudalium, præſumitur inueſtitura domini,quod à domino fuerit inueſtitus. Gozadin. in conſi.4.col 6.in fi.Sed aduerte:quia uidetur ſufficere longum tempus decem annorum, quando quis tanto tempore tenuit & poſſedit bona tanquam feudalia, domino ſciente & patiente: per dicta ſuprà in princip. huius tertiæ partis, & in primo caſu,ſicut dicimus,quòd ubi emit quis bona emphyteotica,& illa poſſedit longo tempore tanquàm emphyteota domino ſciente & patiente,præſumitur conſenſus domini,

mini,quòd alienationi conſenſerit.Alex.in conſi.113.colu. penult.lib.4.ſequitur Deci.in conſi.185.colum.penul. poſt med.Iaſ.in dict.l.ſciendum.colum.7.in fi.uerſi.6.facit.ff.de uerb.oblig.& ibidem Iaſ.uoluit ſufficere longum tempus, etiam in præſumptione inueſtitutæ, pro bonis feudalibus.
37 ¶ Vndecimo † ex antiquitate temporis præſumitur ſolennitas tutelæ,quando quis diu ſe geſsit pro tutore. nam præſumitur quòd legitimè fuerit conſtitutus. Socin. in conſi. 153.col.2.lib.2.ſimiliter, quãdo quis uendidit rem tanquã executor, præſumitur quòd fuerit talis, ob temporis antiquitatem.Calca.in conſi.8.col.4.poſt med.loquitur tamen Calca.quando probatio executoris eſſet aliàs impoſsibilis. & ſit tempus requirit multum antiquum. & præmiſſa uidẽtur coadiuuare opinionem, quòd mandatum præſumatur ob temporis antiquitatem: ſicut hic præſumitur poteſtas
38 tutoris & executoris. ¶ Duodecimo † propter antiquitatem temporis creditur referenti, licet non conſtet de relato: puta præſumitur pro mandato enuntiatio in aliquo inſtrumento, licet de ipſo mandato aliter non appareat: ut dictum eſt ſuprà in ſecunda parte. in uerſi. ſecundo ſublimita.Sed iſtud pertinet ad materiam probationis, non ſolennitatis: niſi dicas quòd à fortiori præſumetur pro ſolennitate enuntiata in aliquo actu: licet de ea aliter non appa
39 reat. ¶ Decimotertio† in antiquis præſumitur pro ſolennibus abbreuiaturæ,licet de eis non appareat,ob id abbreuiatura in antiquis fidem facit, licet ſolennibus careat. Alexandrinus in conſi.x.col.fi.allegat Roma.in conſi.303.Hæc ſcriptura.¶ Sed Roma.ibi, de hoc nihil dicit.Præterea,inſtrumentum minus ſolenne mortuo notario ſolum uidetur ſemiplenè probare, ut ſuprà dictum eſt in prima parte.Eſt uerum, quòd ſi ſcriptura omnino priuata ſemiplenè probat, ut uidimus in prima parte,uidetur quòd inſtrumentũ, quod conſtat receptum eſſe per notarium habens teſtes, licet careat aliquibus alijs ſolennitatibus, uidetur plenè probare: ſed hoc pertinet potius ad materiam primæ partis,
40 in qua dictum eſt. ¶ Decimo quarto † præſumitur ſcriptura ex antiquitate temporis, puta emphyteuſis debet probari per ſcripturã tamen ſi quis longo tempore ſoluit pen-

ſionem tanquàm emphyteuta, præſumitur emphyteuſis: licet de alia ſcriptura non appareat. Bald. in conſi. 116. Columbinus col. 2. lib. 1. & in conſi. 24. Subtiliter. col 2. uerſi. & notandum eſt. lib. 4. Similiter licet unio & ordo ſubdiaconatus requirant ſcripturam: tamen ſi quis longo tempore fuit in poſſeſsione uirtute unionis uel longo tempore ſeruiuit tanquam ſubdiaconus, præſumitur ſcriptura. Alexan. in conſi. 29. col. penult. in fi. uerſi. Item non obſtat alia reſponſio. lib. 6. Sed aduerte hic, quòd in caſibus, in quibus requiritur ſcriptura, illa non præſumitur ex ſola antiquitate temporis, niſi etiam interueniat factum hominis: puta ſolutio cenſus aut penſionis, quòd quis ſeruierit tanquam ſubdiaconus, uel duas eccleſias poſſederit tanquam unitas. Ripa in l. 1. colum. 19. nu. 104. ff. ſoluto matrimo. ¶ Decimoquinto
41 †uniuerſitas præſumitur, quòd fuerit legitimè congregata ob temporis antiquitatem. Dec. in conſi. 199. ante fin. Decimoſexto bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas, præ-
42 ſumitur † petita infra annum: iuxta. l. fin. C. qui admit. propter antiquitatem temporis. glo. & doct. in l. 1. in uerſi. ratam. C. qui admitti. Pau. de Caſt. in conſi. 365. Ne ſub æquiuoco. col. 2. circa med. uerſi. dicet aliquis. lib. 1. Corn. in conſi. 94. col. fi. lib. 2.

TERTIAE PARTIS FINIS.

QVARTA PARS TRACTATVS DE antiquitate temporis, Domini Aymonis Crauettæ à Sauiliano.

ARGVMENTVM.

Antiquum quid dicatur in materia præſcriptionis, aut conſuetudinis. Primùm, quis conſuetudo, & eius uſus, & uis. Proximè, quid præſcriptio, & eius natura. Deinde quid inter ſe diſcrepant. Tum quatenus extendatur ratione publicæ utilitatis, honeſtatis, correlationis, & iuris realis. Itẽ, in pœnalibus non extenſio de ſimilibus ad ſimilia, per identitatem rationis. Quando odium eſt rationabile, aut irrationabile diſtinctione eſt opus.

ASMMARIVM.

1 *Conſuetudo, & præſcriptio, quid differant. & nu. 3.*

2 *Præſcriptio datur etiam in habentibus cauſam, aut poſſeſſionem diſcontinuam.*

4 *Per conſuetudinem etiam agitur de derogando iuri alterius.*

6 *Præſcribere quid de futuro, et nondum in eſſe productum, an quis poſſit.*

7 *Præſcriptio maius tempus requirit, quàm conſuetudo. Et quantùm tempus conſuetudo requirat: & quantum præſcriptio.*

8 *Conſuetudo, quando quadraginta annos non requirat.*

9 *Conſuetudo inducitur decennio contra populum, qui ſemper præſens dicitur.*

10 *Conſuetudo decennio ſuper eo induci non poteſt ſuper quo populus expreſſe ſtatuere non poſſet: ſed requiritur tempus ſufficiens ad præſcribendum.*

11 *Conſuetudo non inducitur decennio, ubi agitur de præſcribendo re ſeruata principi, & quantum tempus ad id requiratur.*

12 *Conſuetudo præſcripta ubi requiritur, an ſemper requirantur quadraginta annorum. Et quid ſi agatur contra ius canonicũ.*

13 Con-

13 *Conſuetudinem an inducere non poſſit, qui legem condere non poteſt, & econtrà, ita ut non poſſit induci per populum non habentem iurisdictionem.*
14 *Conſuetudo an induci poſſit in præiudicium unius ſingularis perſonæ.*
15 *Conſuetudo quando adſumat naturam præſcriptionis.*
16 *Conſuetudo an requirit titulum, et bonam fidem, ſicut præſcriptio. diſting. nume. 17.*
18 *Præſcriptionem impedit mala fides, in fauorem univerſitatis, quã diu ſupereſt unius de univerſitate habens fidem, & ſcientiam rei alienæ.*
19 *Præſcribentis bona fides requiritur, in reſcriptione iuris ſeruitutis, in qua non agitur, ut res ab alio auferatur: ſed ut tantum ius ſeruitutis, competat.*
20 *Rem ſuam alicui auferre legitimè an liceat, cauſa utiltatis publicæ.*
21 *Conſuetudo facit ius publicum, quò ad omnes, quos tãgit negotiũ. Et quid de præſcriptione, quæ inducit ius contra priuatum inter præſcribentem, & eum, cottra quem præſcribitur.*
22 *Præſcriptio dicaturne, an conſuetudo potus, ſi unus particularis præſcribat contra unam univerſitatem, ad exactionem, aut præſtationem annuam.*
23 *Alexandri lapſus.*
24 *Domini, cui acquiritur, animus, continuè poſſidet ciuiliter: licèt quod acquiritur, cauſam habeat diſcontinuam.*
25 *Præſcriptio dicitur, non conſuetudo, ubi datur poſſeſſionis continuatio.*
26 *Domini non poſſunt grauare ſubditos ultrà quam teneantur ex pacto, aut præſcriptione. Item nec princeps poteſt eos grauare ſine licentia ſuperioris.*
27 *Tempus non eſt modus inducendæ obligationis.*
28 *Conſuetudo an ſit, an præſcriptio, ſi una univerſitas acquirat ius contra aliam univerſitatem.*
29 *Conſuetudo, eſt generalis, reſpectu rerum, & perſonarum: præſcriptio uero particularis.*
30 *Præſcriptio dicitur, quando litigatur cum eo, contra quem præſcriptum eſt: Conſuetudo uerò, quando litigatur cum tertio.*
31 *Præſcriptio dicitur, quando una acquiritur, & alteri aufertur: conſue-*

conſuetudo autem uni acquirit,alteri tamen non aufert.

34 *Præſcriptio an debeat eſſe obtenta in contradictorio iudicio: & quid de conſuetudine.negatiuam uide nu.33. limit.num.34.*

35 *Conſuetudo iudicialis induci debet,licèt in contradictorio iudicio nihil fuerit pronuntiatum,aut obtentum.*

36 *Stylus à quo induci poſſit, & an, & quando contra ius admittatur.*

37 *Ius quæſitum conſuetudine, an ſit debilius quæſito præſcriptione.*

38 *Princeps non poteſt tollere ius quæſitum mediante iure ciuili ſine cauſa poteſt tamen tollere ius poſitiuum. Et quid de iure quæſito conſuetudine.nu.39.*

39 *Præſcriptionem tollere poteſt princeps, de plenitudine poteſtatis.*

40 *Conſuetudo an ſit potentior iure ciuili:& an ea princeps ligetur.*

41 *Conſuetudo an ſit fauorabilis, & extendatur præſcriptio uerò odioſa, & reſtringenda.*

42 *Conſuetudo quatenus extendenda.& nu.44.46.*

43 *Conſuetudo contra legem,an ualeat.*

45 *Præſcriptio an recipiat extenſionem perſonarum,uel actuum.*

47 *Conſuetudo & præſcriptio,an comparentur,quò ad materiam extenſionis: ut utraque reſtringatur ad ſuos actus.*

48 *Conſuetudo fauorabilis reipublicæ extendenda,etiam in pœnalibus:modo non agatur de graui alterius præiudicio.*

49 *Conſuetudo extenditur,ubi agitur de interpretatione, aut declaratione alicuius actus. Et quando uoluntas ſecundum ius commune declaranda ſit potius, quàm ſecundum conſuetudinem.*

50 *Conſuetudo extendenda,ubi agitur de dominio, & ditione unius perſonæ in pluribus,modo non ſit iuris contraria.*

51 *Conſuetudo circa procuratoris debitum, eſt cõformis iuri diuino.*

52 *Conſuetudo Romanæ eccleſiæ,non extenditur ad alias eccleſias,niſi expreſſe mandetur ſeruari exceptis his,quæ ad fidem pertinẽt.*

53 *Conſuetudo extenditur ad locum alium, acceſſorium ad locum, ubi uiget conſuetudo.Limi.nu.54.*

55 *Conſuetudo extenditur ad locum unitum modo id ſit per modum acceſſorij:non autem æquè principalis.*

56 *Delphinatus,& ceteræ prouinciæ unitæ regno Franciæ,nomen antiquum retinent æquè principaliter, & reguntur iure conſuetudinario,prout & ipſa Francia.*

57 Con-

57 *Conſuetudo uniuerſalis totius territorij extenditur ad loca eiu. dẽ territorij, in quibus nunquam fuit obſeruata.* Et quid de exercente unum actum iuriſdictionalem, animo acquirendi uniuerſalem iuriſdictionem in loco, nu 58.

59 *Ius uniuerſale, ut iuriſdictionis, uel decimarum: extenditur etiã ratione uniuerſitatis, quia agitur de iure reali, quod ius ad omnes extenditur.*

60 *Conſuetudo, aut præſcriptio iuris uniuerſalis, extenditur ad alios actus, qui tamen ſint de eadem ſpecie actuum, quos quis exercuit.*

61 *Extenſio non fit ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis.*

62 *Præſcriptio in caſu inſtituendi in beneficio, an extendatur ad caſum deſtituendus.*

63 *Conſuetudo extenditur in his, quæ ueniunt per modum antecedentis neceſſarij.* Et *qualis iuris ſit diſpenſatio, & an extendatur.*

64 *Sententia, dicitur ſtricti iuris, & quomodo eius uerba ſint accipienda.*

65 *Sententia reſtitutionis in integrum, ſuper principali, an trahatur ad fructus, qui acceſſoriè ueniunt.*

66 *Sententia iudicis, an extendatur ad antecedens neceſſarium.*

67 *Conſuetudo ſiue præſcriptio trahitur ad acceſſoria.*

68 *Pactum ſuper principali, in diſpoſitione hominis, non extenditur ad acceſſoria.* Et *quid de conceſſis iure ſpeciali.*

69 *Principalis deſtructio per uiam præſcriptionis, cenſetur deſtructiũ, & acceſſorium.*

70 *Conſuetudo uel præſcriptio extenditur in his, quæ ſunt de natura actus.*

71 *Conſuetudo diſponens ſuper uno correlatiuorum, extenditur ad alterum: reſpectu eiuſdem actus. Secus, ſi diuerſi. nume. 72.*

73 *Conſuetudo æqua, laudabilis, & rationabilis, in utroque ex correlatiuis, extenditur.*

74 *Conſuetudo laudabilis, non oneroſa, non contra ius, ſed præter ius extenditur ad caſus ſimiles eiuſdem rationis.*

75 *Conſuetudo exorbitans an extendatur ex identitate rationis.*

76 *Diſpoſitio expreſſa, à iure communi exhorbitans, an extendatur ex identitate rationis.* Et *quid de conſuetudine, quæ dicitur ius tacitum.*

77 Con-

77 *Conſenſus tacitus reſtringitur ad actus præteritos, in quibus quis conſenſit: expreſſus autem, etiam ad futuros.*

78 *Conſuetudo exhorbitans à iure communi, extenditur, quando materia eſt fauorabilis.*

79 *Diſpenſatio an & quando extendatur. Et quid de concernentibus fauorem publicum, aut utilitatem.*

80 *Conſuetudo extenditur, quando unus caſus comprehenditur ſub alio ſecundum communem uſum loquendi.*

81 *Conſuetudo extenditur, quando caſus, ad quem fit extenſio, comprehenditur ſub caſu expreſſo, ſaltem ex lata uocabuli ſignificatione.*

82 *Extenſio ut fiat in correctorijs, de uno ad alium caſum, quæ, & quot ſint neceſſaria.*

83 *Ratio ubi una tantum poteſt adſignari, illa habetur pro expreſſa: & extendi poteſt.*

84 *Rochi lapſus.*

85 *Diſpoſitio correctoria, & pœnalis ſimul, non extenditur ad caſum qui de larga ſignificatione uocabuli, comprehendi poſſet ſub expreſſo, etiam ex identitate rationis.*

86 *Ratione expreſſa in materia correctoria, an ſimpliciter fiet extenſio ad alium caſum: an uerò ita demum ſi alius caſus comprendi poſſit ſub expreſſo, de lata uocabuli ſignificatione, & nume.* 88.

87 *Falcidiæ appellatione, uenit trebellianica, largò ſumpto uocabulo.*

89 *Saltem, dictio eſt implicatiua, implicans etiam alium, qui non comprehenderetur ſub caſu expreſſo, de lata ſignificatione.*

90 *Extenſio quare in correctorijs licita eſt, quando ratio eſt expreſſa.*

91 *Lex dicitur omne, quod in ratione conſiſtit. Et ratio, lex eſt communis ad omnes caſus.*

92 *Extenſio an dicatur fieri, quando ratio eſt expreſſa in lege, uel diſpoſitione.*

93 *Ratio expreſſa, uel unica tantum, paria ſunt.*

94 *Ratio expreſſa, quid differat à tacita.*

85 *Ratio coniecturanda eſt in ſtatuto, quæ potuerit mouere Principem, ad ſic diſponendum.*

96 *Ratio naturalis, certa eſt & indubia, & habetur pro lege & æquitate ſcripta ad quam animum ſuum cõponere debet iudex.*

97 *Extenſio non fit in correctorijs, & odioſis, licèt ratio ſit expreſſa,*

quando

quando diſpoſitio taxatiuè loquitur.

98 Conſuetudo extenditur, quando duo æquiparantur à lege antiqua. & numero 100. Et quid in pœnalibus, & correctorijs & nume. 99.

101 *Extenſio ut fiat in pœnalibus, propter æquiparationem duorum caſuum, quali: illa debeat eſſe æquiparatio.*

102 *Argumentum à ſimili, ut procedat, ſufficit ſimilitudinem eſſe in caſu, de quo agitur: nec illa requiritur, quò ad omnia.*

103 *Diſpoſitio authen. quas actiones. correctoria loquens in eccleſia, an trahatur ad ciuitatem.* Et illius authẽ. intellectus. & nu. 106.

104 *Eccleſia & ciuitas, ſimiles ſunt in præſcriptione: ſed alia atque alia ratione.*

105 *Ius publicum, uerſatur in religione. & quiuis de populo ad cauſam piam poteſt agere.*

107 *Ius nouum Authenticorum correctorium iuris Codic. quò ad præſcriptionem centenariam in eccleſia, quare extenſum fuit ad ciuitates habentes iura fiſcalia, & æquiparatas eccle.*

108 *Extenſio fit etiam in conſuetudine, aut lege noua correctoria in his, quæ per legem antiquam ſunt æquiparata de uno ad alterum, licèt lex, & conſuetudo de altero tantum loquatur.* Limita. nu. 109. & 110. & infra per diſcurſum.

111 *Verba taxatiua habent in ſe implicitam negatiuam, quòd aliter fieri non poſſit.*

112 *Dictio taxatiua oppoſita circa id, quod aliàs erat diſpoſitum, nihil operatur, nec impedit extenſionem.*

113 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem, quando aliàs induceretur correctio iuris.*

114 *Argumentum à contrario ſenſu, & ad correctionem iuris communis, an ſumatur, quando aliàs in ſenſu directo nihil operaretur.*

115 *Verba diſponentis, intelligi debente ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ubi non apparet, quòd diſponens uoluerit recedere à iure communi.*

116 *Diſpoſitio taxatiua extenditur ad alterum ex purificatis in materia non correctoria.*

117 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem, in his, quæ ſunt de natura actus, quæ nunquam cenſentur excluſa.*

118 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem, quãdo inde reſultaret abſonus*

abſonus intellectus.

119 *Dictio taxatiua non tollit ea, quæ ſunt de conſuetudine.*

120 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem ad ſimilia, ex identitate rationis, in fauorabilibus.*

121 *Dictio taxatiua non excludit ea, quæ ſunt de acceſſorijs, ſeu appendicijs.*

122 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem, ubi aliter apparet de mente diſponentis.*

123 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem eorum, quæ ſunt magni præiudicij.*

124 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem in his, quæ eſſent maiora expreſſis.*

125 *Dictio taxatiua non excludit id, quod cenſetur unum & idem per repræſentationem.*

126 *Promittens de ſuo facto tantum, an teneatur de facto heredis. Et quid de facto defuncti, cuius eſt hæres. nu. 127.*

128 *Dictio taxatiua non excludit ea, quæ æquipollenter idem important.*

129 *Dictio taxatiua non excludit id, quod expreſſè excludi, prohiberiue non poterat.*

130 *Dictio taxatiua an ius accreſcendi tacitè, uel expreſſè prohibere poſſit in inſtitutione. diſting. & nu. 132. 133.*

131 *Renuntiatio hæreditatis, aut, pactum de non ſuccedendo, firmatum iuramento, non nocet, deficiente perſona cuius contemplatione talis renuntiatio facta eſt.*

134 *Conſuetudo, uel diſpoſitio correctoria iuris communis, diſponens ſuper uno ex æquiparatis non extenditur id alterum, quando noua correctio fieret per idem ius, quod æquiratur.*

135 *Diſpoſitio correctoria ſuper uno ex æquiparatis, extenditur ad aliud ſolum, quando æquiparantur duo per legem antiquam, per modum regulæ, & generaliter quò ad omnia.*

136 *Conſuetudo introducta ad obuiandum fraudibus, extenditur.*

137 *Conſuetudo extenditur, ubi aliàs reſultaret abſurdum.*

138 *Conſuetudo diſponens ſuper uno, extenditur ad aliud, quod in eius locum ſubrogatur. Idem iudicium de caſu ad caſum: & de re ad rem.*

139 *Conſuetudo diſponens ſuper uno, extenditur ad aliud, quando illa effectum aliàs habere non poſſet.*

140 Con-

140 *Conſuetudo, ſeu ſtatutum extenditur, quando caſus ſuper quo diſponitur non eſt diuerſus in ſubſtantia: ſed in aliquibus accidentibus tantum.*

141 *Statuto diſponente, quòd mater teneatur relinquere certas partes bonorum ſuorum filijs filij illas partes conſequuntur non tanquam hæredes matris, ſed tanquam uniuerſales ſucceſſores ex forma ſtatuti.*

142 *Matris an interſit, hæredes relinquere.*

143 *Filijs lucrum delatum ex priuilegio ſtatuti, an tranſmittatur ad hæredes filiorum.*

144 *Nullum, & inutile, æquiparantur.*

145 *Conſuetudo ſeu alia diſpoſitio etiam correctoria, extenditur, ubi ſunt duo quorum unum commenſuratur ad alterum.*

146 *Extenſio fit de caſu ad caſum in pœnalibus, ex identitate rationis.*

147 *Diſpoſitio l. fi. C. de iur. emph. quæ punit emphiteotam alienantem ſine domini conſenſu, ut cadat à iure ſuo: habet etiam locum in conductore ad longum tempus.*

148 *Pœna priuationis, locum non habet, niſi lex expreſſè dicat.*

149 *Statutum pœnale loquens, de perſona uera, non extenditur ad repræſentatam.*

150 *Conſtitutio quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquàm extenditur reſpectu pœnæ. Tum, quòd teſtatoris diſpoſitio, non trahitur de caſu ad caſum. Negatiuam pete. nu. 151.*

152 *Res ubi reuertitur ad dominum, & ad naturam ſuam, ibi non agitur de mera pœna. Et priuare uaſallum feudo, & utili dominio, dicitur pœna. quo quidem feudo ſine culpa priuare non poteſt. Et omnis priuatio, pœna dicitur.*

153 *Statutum pœnale dicitur, eo etiam, quòd patrimonium alicuius minuit. Et quid pœna dicatur.*

154 *Quid, dictio, uerificatur in qualibet re, etiam minima.*

155 *Vaſallus feudo priuatur, quando quid agis contra iuſtitiam fidelitatis, & uaſalli.*

156 *Diſpoſitio generalis generaliter debet intelligi, quatenus uerborum proprietas patitur, in materia pœnali & odioſa, quando uaſallus, id quod iuſtum eſt, domino non præſtat ex forma fidelitatis.*

157 *Extenſio in pœnalibus per identitatem rationis, non fit, maximè*

quando,

quando conſtitutio pœnalis contineret odium irrationabile.

158 *Extenſio in pœnalibus fit per identitatem rationis, quando odiū eſt rationabile.*

159 *Maſculinum concipit fœmininū in pœnalibus, quando odium eſt rationabile.*

160 *Argumentum ubi eſt odium rationabile, maſculinum concipit fœmininum: ergo etiam fit extenſio etiam ad aliam perſonā, aut alium caſum, non ualet.*

161 *Conſtitutio pœnalis non extenditur per identitatem rationis, quando aliquid de facto fit.*

TRANSEO nunc ad quartam partem huiuſce operis, & tractatus: quando quid dicatur de antiquo in materia præſcriptionis, aut cōſuetudinis. Et ne procedamus ſub æquiuoco, prius uidendum eſt, quæ dicatur differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem. In hac difficultate uariè doct. loquuntur. ex quorum dictis plurimæ uidentur differentiæ inter conſuetudinem, & præſcri-
1 ptionem. ¶ Prima † datur differentia, quòd conſuetudo conſideratur circa ea, in quibus non cadit poſſeſſio, ſeu quaſi continua: quia conſuetudo non requirit continuationem, ſed actus ſucceſſiuos conſuetudinem inducentes. l. de quibus. §. inueterata. ff. de legibus. Præſcriptio autem, eſt continuatio poſſeſſionis. l. 3. ff. de uſucap. ita Bald. in conſ. 370. uerba reſcript. col. j. lib. 3. & in l. imperium. col. 4. in fi. uerſ. circa octauum. ff. de iuriſdict. om. iudi. in prima lectura. eandem differentiam ſentit Bellamera in conſili. 10. colum. 15. uerſic. tertia differentia. Sed iſta differentia nō
2 uidetur bona: quia etiam in habentibus † cauſam, aut poſſeſſionem diſcontinuam, datur præſcriptio, licèt maius tēpus requiratur: ut per gloſſ. & doct. in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſeruituti. Prætereà etiam in his, in quibus cadit poſſeſſio continua, uel cauſa perpetua, conſideratur conſuetudo. text. eſt iuncta gloſſ. in uerſ. quandiu in l. j. §. fi. ff.
3 de aqua pluuia. arcend. ¶ Secunda † datur differentia: quia præſcriptio eſt uſurpatio rei alienæ, ſeu iuris alieni in eſſe producti: ſed conſuetudo, eſt quædam forma introducta ex conſenſu populi ſine uſurpatione iuris alieni. Bald. in

conſil.401.Caſus talis adſeritur. lib.5. Sed iſta differentia
4 † non uidetur generalis:quia etiam per conſuetudinē agitur de derogando iuri alterius, ut in l.uenditor. §. ſi conſtat.ff.com.præd.ubi habetur de conſuetudine, quòd quis cogatur alteri uendere rem ſuam. de qua in c. conſtitutus
5 de religio. domi. ¶ Tertia † differentia: quia conſuetudo obuiat futuris:præſcriptio autem præteritis, ſeu præterita tollit.Corn.in conſil.22.col.7.poſt med.nu.30.lib.3.eandem differentiam ſentit Bellamera in conſi.10.colum.15. uerſic.tertia differentia:dum dicit præſcriptionem eſſe ius diſpoſitum: conſuetudinem uero ius diſponens, quòd habet uim legis. Sed aduerte:quia etiam iſta differentia non
6 eſt generalis:nec ſemper procedit:quia † poteſt quis præſcribere ius de futuro, & nondum in eſſe deductum: puta, quòd teneatur qui ſoluere certum quid annuum:ut habetur in l.cum de in rem uerſo.ff.de uſuris. & in l.ſi certis annis. C.de pactis.Similiter poteſt quis præſcribere ſeruitutem, quæ non eſt in eſſe deducta,& declarat Bartol in repe.d.l. de quibus.col.6.uerſi.iuxta prędicta quæro.ibi:tu dic, &c.
7 & ibi Iaſ.col.xj. ¶ Quarta † datur differentia reſpectu temporis:quia maius tēpus requiritur in præſcriptione, quàm in conſuetudine. Patet: quia in conſuetudine inducenda regulariter ſufficit decennium.l.diutina.ff. de legibus, & C.quæ ſit longa conſuetudo in rubro, & nigro.longum autem tempus dicitur decem annorum.l.ſi cum fideicommiſſaria.§.Ariſt.ff.qui & à quibus. tradit Bartol. in d.l. de quibus.in ſecunda quæſtione princ.uerſi.tertiò uideamus. ff.de legibus.in ſecunda lectu.vbi,quòd hoc procedit,licèt conſuetudo ſit contra ius ciuile. ſequitur Iaſo.ibi. col.11. uerſ.ſecunda eſt opinio gloſſ. uera, & communis. Curtius Iuni.in conſi.42.col.pen. Secus,quando conſuetudo eſſet contra ius canonicum:quia requiritur tempus quadraginta annorum,ut habetur in c.fin.de conſuetud.Bart.& moder.in d.l.de quibus.Alex.in conſi.5.col.3.lib.5.Aretin.in conſil.44.poſt princ.uerſ.ſecunda concluſio. Quod tamen intellige,ut per Corneum in conſ.155.col.pen.lib.4.ubi, quòd hoc procedit in uniuerſitate eccleſiaſtica, quæ non poteſt ſtatuere contra ius canonicum, uel contra populū
laicum

laicum ſubditum eccleſiæ, qui non poteſt ſtatuere in bonis eccleſiaſticis, contra ius canonicum: ſecus ſi populus ſubditus eccleſiæ uellet inducere conſuetudinem contra ius canonicum, circa bona temporalia: quia tunc ſufficit conſuetudo decem annorum: cùm talis populus, quò ad temporalia, poſſit etiam ſtatuere contra ius canonicum. Idem ſentit Curtius Iunior in ſecunda parte tractatus feudorum. quæſt. 2. col. pen. poſt medium. uerſ. allegata autem per Laud. ubi, quòd in præſcriptione contra ius canonicũ requiruntur quadraginta anni, quando agitur de præiudicio eccleſiæ. Imo iſto caſu, quando agitur de præiudicio alicuius eccleſiæ particularis, requiruntur quadraginta anni: licèt conſuetudo non ſit contra ius canonicum, ſed præter Abb. in d. c. fi. de conſuetud. gloſ. pragma. ſanct. in tit. de

8 cauſis. §. ſtatuit. in uerſ. præſcripta. char. 110. Addo † aliam limitationem, in qua non requiruntur quadraginta anni in conſuetudine, quæ ſit contra ius canonicum, quando ſcilicèt inducitur talis conſuetudo ſciente, & patiente ſuperiore. Anto. de Butr. in d. c. fi. de conſue. & in c. quia circa. de conſan. & affi. ſequitur Gozad. in conſ. 101. col. 6. idem uoluit Corn. in d. conſil. 293. col. 3. lib. 1. licèt Iaſ. contra in d. l. de quibus. col. 12. in fin. ſed Anto. de Butr. ſequitur Dec. in conſil. 134. col. 2. in fin. uerſ. accedit ſcientia. Similiter

9 in conſuetudine, in qua de iure † ciuili ſufficit decennium, non ſit diſtinctio, an inducatur conſuetudo inter præſentes, uel abſentes, quæ ſit in præſcriptione, ſed indiſtinctè ſufficit tempus decem annorum. nam inducitur conſuetudo contra populum, qui ſemper præſens dicitur. ita Barto. in repe. d. l. de quibus. col. 5. in fin. uerſ. 3. uideamus. Corn. in conſil. 293. col. 3. in fi. li. j. & in conſil. 268. colum 4. in fi. uerſic. nec requiritur ſcientia. libr. 4. quæ tamen diſtinctio ſit in præſcriptione. l. ſuper longi. & l. fi. C. de præſcri. lon. temp. inſtit. de uſucap. in princ. ſimiliter circa tempus conſuetudinis non ſit diſtinctio, an habeat conſuetudo cauſam perpetuam, uel continuam, aut diſcontinuam: ſed ſemper ſufficit tempus decem annorum in conſuetudine, licèt habeat cauſam diſcontinuam. Bartol. in repet. d. l. de quibus. col. 5. in fi. & ibi Iaſ. col. 10. in fi. Corne. in d. conſi. 155. col.

penul.in fin.& in conſil.268.col.5.uerſic. & hinc eſt,quòd procedit conſuetudo.lib.4.quicquid aliter,& malè uoluerit Alex.in conſil.136.col.pen.uerſ.præterea dictus Iaco. lib.2.Quæ tamen diſtinctio fit in præſcriptione:quia ſi habet cauſam diſcontinuam, requiritur tempus antiquum, cuius initij memoria non extat in contrarium. ut habetur in dict.l.ſeruitutes.la grande, ff.de ſeruit. Iſta concluſio,
10 † quòd in conſuetudine ſufficit decennium licèt ſit contra ius ciuile:aut etiam contra ius canonicum, quando inducitur ſine præiudicio eccleſiæ,quò ad bona temporalia,etiã per populum ſubiectum Romanæ eccleſiæ,ſequendo Cor. in d.conſil.155.col.penult.lib.4.limitatur non procedere, quando induceretur conſuetudo ſuper eo, ſuper quo populus expreſsè ſtatuere non poſſet: quia tunc ut ualeat conſuetudo,requiritur,quòd ſit præſcripta per tempus quadraginta annorum.ita Aret.in conſil.23.col.4. uerſ.ſed quando uniuerſitas.dicens quòd ita diſtinguit notabiliter Bal. ſi rectè inſpiciatur,in rubri. C.quæ ſit longa conſuetu.ſed ultra Aret.confirmatur hoc ex his,quæ infrà dicã, in quinta differentia:ubi plures uoluerunt non eſſe conſuetudinẽ, ſed præſcriptionem,quando inducitur ſuper eo, ſuper quo expreſsè ſtatui non poteſt. & ſic apertè uolunt tenentes hanc opinionem requiri tempus ſufficiens ad præſcribendum.de quo uide infrà proximè.nume.5. Secundò,nõ pro
11 cedit iſta † concluſio, quando ageretur de præſcribendo reſeruata principi: quia tunc non ſolùm non ſufficeret tẽpus x.anno.imò nec xl.ſed tẽpus antiquũ requiritur,cuius initij memoriá nonextat in contrariũ.c.ſuper quibuſdam. §.prætereà.de uer.ſig. Ant.Imo.& doc.in c.fi.de conſu.Iaſ. in d.l.de quibus.col.12.uerſ.primã tamẽ concluſionẽ.ff.de legibus, de quo latius dicemus inferius. Sed hic quæro:
12 † Aret.in d.conſil.23.col.4.uoluit,quòd ubi inducitur cõſuetudo ſuper eo, ſuper quo populus expreſsè ſtatuere nõ poteſt, quod illa debet eſſe præſcripta ſpatio quadraginta annorum,an iſtud indiſtinctè procedat, quòd ubi requiritur conſuetudo præſcripta,requirantur quadraginta anni? Aret.ut uides,dicit,quòd ſic. Sed contrarium uidetur uerius,quòd imo ſufficiat tempus triginta annorum.gloſſ.fi. in l.

in l.domini prædiorum.C.de agrico.& cenſi.libr.11.Bald. in c.1.in princ.qual.olim feud.poterat alie.Specu. in titu. de præſcript.§.j.uerſ.de conſuetudine.Pau.de Caſt.in l.de quibus.refert & ſequitur Iaſ in d.l.de quibus. col. 12.poſt med.uerſ.ſecundo limita.Curt.Iun.in conſi.60.col.3.in fi. & in conſi.61.col.3.poſt prin.iſtud tamen intellige ſecundum præmiſſa:quia ſi ſit contra ius canonicum, requiruntur quadraginta anni.& ſi agatur de reſeruatis principi,requiritur tempus antiquum,cuius initij memoria non extat in contrarium.& ſic uario modo intelligi poteſt conſuetu

13 do præſcripta ſecundum ſubiectam materiam. ¶ Quinta differentia: quia conſuetudo conſideratur in his tm,ſuper quibus populus inducens conſuetudine pollet expreſſe diſponere,& ſtatuere,aliàs autẽ dicitur præſcriptio.ita Bart. in conſi.136.Capitaneus.in fin.& quod ſcribit Alexand.in conſil.173.col.fi.uerſ.ultra prędicta.lib.6.ubi, quòd conſuetudo eſt altera lex iuriſdictionis.& quòd non poteſt introduci per populum non habentem iuriſdictionem.& ſic qui legem,aut ſtatutum condere non poſſet.allegat Baldũ poſt gloſſ.in l.2.in prima & tertia oppoſitio.C.quæ ſit longa conſuet.idem tradit Iaſ.in l.fin.col.pen.in fin.C.de teſtam. Addo Frede. de Senis in conſil.91.Quod pater.col.

14 2.ante fin.ubi, † quòd qui legem condere non poteſt,non poteſt etiam conſuetudinem inducere. Sed iſtud dictum reprobat Aret.in d.conſil. 23.col.4. licèt de Bartol. mentionem non faciat. Nam dicit Aret. ſtatutum non poteſt fieri pro commodo unius particularis perſonæ,nec ad præiudicium unius particularis:ſed debet eſſe generale inſtar legis ad communem omnium utilitatem: & tamen ualet conſuetudo in præiudicium unius perſonæ ſingularis. d.l. uenditor.§.j.ff.commun.prædior.ubi Iuriſconſtus,qui uocabulis non abutitur,dicit Aretin. appellat illam conſuetudinem.Addo ultra Aretin.tex.in d.l.1 §. fin.ff. de aqua plu.arcend.ubi Iuriſconſultus appellat conſuetudinem in materia ſeruitutis inter particulares perſonas. Sed aduer-

15 te:quòd iſta†diſputatio uidetur uerbalis potius, quàm realis.& quicquid ſit de nomine,quò ad effectum realem,Bartol.bene loquitur:quia pro tanto ualuit Bart.dici præſcri-

 ptionem,

ptionem non conſuetudinem: quia in ea requiritur tempus ſufficiens ad præſcriptionem, qñ inducitur cõſuetudo ſuper eo, ſuper quo populus expreſsè diſponere, aut ſtatuere non poſſet. & hoc idem uoluit Aret. in d. conſ. 23. col. 4. ut ſupra uidimus, in quarta differentia. uerſ. iſta concluſio. & tradit idem Aret. in conſ. 132. In cauſa, quæ uertitur inter homines col. 3. uerſ. 2. reſpondeo, ubi quando uniuerſitas uult aliquid ex conſuetudine inducere contra priuatum. contra quem non poſſet hoc facere ſtatuendo, iſta cõſuetudo adſumit naturam præſcriptionis & potius dicitur

16 præſcriptio quàm conſuetudo. ¶ Sexta differentia, † quia in conſuetudine non requiritur titulus nec bona fides: quę ſunt neceſſaria in præſcriptione. Ange. in d. l. de quibus. colum. pen. uerſi. probatur hoc per rationem. & ibi Iaſo. colu. 13. uerſ. item dum ſupradixi. Addo Calde. in conſil. ultim. in titul. de conſuetud. Bellame. in conſi. 7. colum. penult. in conſi. 31. in fin. & in conſi. 41. colum. pen. in fin. ubi, quòd pro titulo conſuetudinis: ſufficit legis authoritas eam approbantis, dum eſt rationabilis, & præſcripta. tradit etiã Alex. in conſil. 124. colum. 3. in fin. uer. alia ratione principali. libr. 4. ubi, quòd titulus non requiritur in conſuetudi-

17 ne. ſequitur Deci. in conſil. 134. col. fi. Sed aduerte, † ne decipiaris circa hanc ſextam differentiam: quia non uidetur ita generaliter intelligenda, ſed ſolum uidetur procedere in his, ſuper quibus populus expreſsè poſſet ſtatuere, & diſponere. & ſic quando eſſet conſuetudo generalis inducta pro omnibus uniuerſaliter, & contra omnes, ita quòd non ſit neceſſarium tempus requiſitum ad præſcriptionem: quia tunc non eſt neceſſarius titulus, cùm tacitè, & ex quo aut ſimul, omnes conſentiant. Similiter non poteſt tunc cõſiderari mala fides propter mutuum omnium conſenſum. Secus in conſuetudine, in qua requiritur præſcriptio: quia quando inducitur conſuetudo contra particularem perſo-

18 nam: quia tunc uidetur neceſſaria bona fides: cum † etiam mala fides impediat præſcriptionẽ in fauorem uniuerſitatis: ſaltem quandiu ſupereſt vnus de uniuerſitate, habens malam fidem, & ſcientiam rei alienę. Inn. in c. cura de iur. patro. ſequitur Bartol. in l. poteſt pluribus. in fi. ff. de uſuca.

Soci.

Soci.in conſil.187.col.pe.uerſ.præterea ultra famam.lib. 2.Corn.in conſi.22.col.6.poſt med.lib.3.Rurſus, ſi requiritur,quòd conſuetudo ſit præſcripta:ergo præſupponitur, quòd interueniant omnia neceſſaria requiſita ad præſcriptionem.l.qui teſtamento.in prin.ff.de teſta. & in terminis,quòd ubi requiritur conſuetudo præſcripta, ſit neceſſarius titulus, & bona fides: prout in præſcriptione:tradit Ancha.in c.non eſt.de conſue.lib.6.quæ opi.ſaltem procedere debet quando agitur de acquirendo obligationem. Allegationem etiam tituli in conſuetudine requirit Alex. in conſil.136.col.penul.in fin.verſ.item requirebatur.lib. 2.Nec dicatur requiri bonam fidem,quando agitur de auferendo,aut extinguendo totaliter ius alterius: ſecus ſi de acquiſitione alicuius iuris tantùm re exiſtente apud aliũ:
19 quia † etiam in præſcriptione iuris ſeruitutis, in qua non agitur, ut res ab alio auferatur, ſed ius tantùm ſeruitutis competat,requiritur bona fides præſcribentis.l.fin.ff.quẽadmo.ſerui.amit.l.j.§.ſed ſi iure.ubi gloſſ.ff. de aqua quoti.& æſti.l.ſi.ff.de itinere actuque priuat.l.j.ubi Bald.C.de ſeru.& aqua.Bar.in l.j.§.hoc ĩterdicto.ff.de itinere actuq; priua.Imò iſto caſu bona fides non præſumitur cum naturaliter quælibet res præſumatur libera: & ſic præſumptio iuris ſit contra ſcribentem.Barto.in d.§.hoc interdicto. colum.fin.Bal.in d.l.j.C.de ſerui.Are.in conſil.30.Viſo themate.in ij.dubio.Barto.de uulpis,inter conſi.Calc.in conſ. 53.col.2.ante med.Et ſi dicatur, quid reſpondetur ad dict. l.uenditor.§.j.ff.commu.prædio.ubi competit ius ex conſuetudine fodiendi lapides in agro alieno:& tamen non uidetur conſiderabilis bona fides in re aliena? Reſpondeo cùm dicatur ibi ualere conſuetudinẽ:præſupponitur,quòd procedanr omnia habilia,& neceſſaria ad ipſam conſuetudinem præſcriptam.d.l.qui teſtamento.in prin.ff.de teſta. l.furioſum.in fi.C.qui teſt.fac.poſ.c.j.de ætate, & qualita. cum ſi.& ſic intelligi debet ille text. quòd inducta fuerit
20 conſuetudo præſcripta cum bona fide. Secundò † reſpondeo,quòd in d.l.uenditor.§.j.agebatur de utilitate publica,ut haberentur lapides ad uſum totius populi, & ædificiorum,in quibus dicitur uerſari publica utilitas: ut ciui-

tas reddatur amplior,& elegantior.l.ſenatus.ff.de contrahen.empt.l.cætera.§.fin.ff.de lega.j.l.2.C.de ædifi. priua. Ideo propter utilitatem publicam licitum eſt alicui auferre rem ſuam.l.item ſi uerberatum §.j.ff.de rei uendi.l.Lucius.ff de euictio.late moder.in l.fi. C.ſi contra ius uel util. pub.& in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& ita illum text. in d.l.uenditor.§.j.intelligit Bart.in procemio digeſtorum
21 colum.3.circa med.¶ Septima † differentia,quia per præſcriptionem acquiritur ius in particulari,& priuato,& agitur de fauore,uel præiudicio particularium, & certarũ perſonarũ,quibus acquiritur ex præſcriptione,& contra quas acquiritur ex præſcriptione: ſed conſuetudine acquiritur ius in communi omnibus , & contra omnes de populo , & agitur de fauore,& præiudicio incertarum perſonarũ, cõſuetudo enim facit ius publicũ quò ad omnes , quos negotium tangit.dict.l.de quibus.§.ex non ſcripto.inſti.de iure natu.gen.& ciuili.c.conſuetudo.j .præſcriptio uerò inducit ius priuatum inter præſcribentem , & eum contra quẽ præſcribitur.Iſtam differentiam cõſiderat Abb. poſt alios in d.c.fi.de conſuetud.& ibi Card.Flor.q.8. refert & ſequitur Corn in d.conſ.268.col.5.uerſ. ſed prout aliàs legendo.lib.4.Addo Bellameram,in conſ.10.col.15.uerſ.ſecunda differentia eſt.Bald.in d.l.imperium.col.4.in fi.uerſ.circa.octauum.ff.de iuriſ.om.iud. Gemini.in conſi.123.Abb. in conſ.18.lib.2.Alex.in conſi.6.col.pen.uerſ. Ad idem inducit.lib.j Deciſio.in conſi.134.col.fin.Abb.in conſil. 94.
22 in fi.lib.j. ¶ Sed quæro † circa hanc ſeptimam differentiã, pone quòd ex una parte ſit perſona particularis , ab alia parte uniuerſitas: puta ſi unus particularis præſcribat contra unam uniuerſitatem: puta aliquam exactionem , aut præſtationem annuam,an dicetur præſcriptio,uel conſuetudo. Bald.in conſi 439.Amplius colum.4.lib.3.quòd ubi præſcribitur iuriſdictio,reſpectu ſubditorum,dicitur conſuetudo quia reſpicit uniuerſos:ſed reſpectu domini,dicitur præſcriptio.Sed iſtud dictum non placet: quia una , & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes. ff.de uſuca.l.ſi ſine.ff.de condi.& demon.ca.cum in tua.de decimis.cle.j.de electio.c.cognouimus.12.q.ij.Alex.autẽ

in d.

in d.conſil.124.colum.prima in fi.uerſicu.alia ratione principali.lib.4.quòd dicitur ſimpliciter conſuetudo.& loquitur Alexand.quando dominus præſcribit contra ſubditos
23 aliquam exactionem. Ex hoc † infert Alexand.non eſſe tunc titulum neceſſarium, nec eius allegationem: eadem ratione diceret poterat non eſſe neceſſariam bonam fidē: ut ſuprà diximus in ſexta differentia. Deum immortalem potuit tantus uir dictum tam impudens,& damnoſum pronuntiare. Commodiſsima uidelicet ſententia ad cupiditatem dominorum contra ſubditos. ſi tam facilè contra eos conſuetudinem exactiuam onerum poſſint inducere. Duo hic conſidero contra Alexand. Primum,quòd conſuetudo cum reſpiciat ius publicum,& perſonas incertas, ut ſupra dixi,ex parte domini præſcribentis non poteſt dici conſuetudo,ſed præſcriptio: prout dicit Bald. in d.conſil.
24 439.col.4.lib.3.maximè, † quia hic datur poſſeſsio, ſeu quaſi continua propter animum perſonæ domini, cui acquiritur ius,qui animus continuè poſsidet ciuiliter, licèt id quod acquiritur cauſam habeat diſcontinuam. Bartol. in l.iuſto.§.non mutat.ff.de uſucapio.Paul.de Caſt.in conſil.444.in cauſa,quæ uertitur inter communitatem. col.3. ad fin.lib.j.in conſil.3.in cauſa, quæ uertitur coram domino uicario poteſtatis Pergami.col.final.& in conſil.12. Super primo uidetur dicendum dictam ſententiam. colu.2. poſt med.lib.2.Aret.in conſil.153. Conſultatio. colum.fi. uerſicul.2.præmittendum. Corn.in d. conſil. 268. colum. 10.uerſicul. Nec obſtat ſecunda ratio.libr.4.& ubi datur
25 †cōtinuatio poſſeſsionis dicitur præſcriptio potius quàm conſuetudo,per ea,quæ ſupra diximus in prima differētia, & in principio huius quartę partis.Secundū quod conſidero contra Alex.eſt,poſito & non conceſſo, quòd ubi dominus præſcribit contra ſubditos, & ſic contra uniuerſitatē, diceretur cōſuetudo non præſcriptio: tamen talis cōſuetudo debet eſſe præſcripta ſpatio xl.annorū,cū agatur cōtra uniuerſitatem.l.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.& cum iſta conſuetudo cadat ſuper eo, ſuper quo dominus inducens conſuetudinem expreſsè ſtatuere non poſſet, quo caſu etiam, quòd conſuetudo dici poſsit: tamen in ea tempus requi-

ritur

ritur neceſſarium ad præſcriptionem: vt ſuprà uidimus in quarta differentia. ver. Iſta concluſio & in quinta differen-
26 tia. Certum eſt † autem, quòd domini non poſſunt grauare ſubditos vltra; quàm teneantur ex pacto, aut præſcriptione. Ideò non poteſt dominus imponere ſubditis collectas aut angarias. Baldu. in l. cum multa. in fin. C. de bonis, quæ libe. per text. in l. domini prædiorum. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & in l. j. ff. qui & à quibus Alexand. in conſi. xxxv. in princ. libro ſecundo vbi ſolùm fundat ius domini in iſtis oneribus, ſuper conſuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. & clarè hoc idẽ tenet Alexand. in conſilio 124. Super primo quæſito. columna ſecunda uerſic. quo autem ad ea onera. libro quarto & in conſil. 145. in princ. libro ſecundo, & quòd dominus non poſſit ſubditis onera imponere, tenet Calderin. in conſilio quinto in titul. de cenſibus. Brunus Aſtenſis in conſil. xxxij. columna ſecunda circa med. & licèt Boerius in deciſion. ſuis quæſtion. 162. aliud velit in certis caſibus: tamen doctor. per eum alleg. loquuntur in vaſallo, qui fortiùs teneatur ſubuenire domino, quam ratione feudi, quod tenet à domino, quam ſimplex ſubditus, nullum habens feudum. Ideò non debebat Boerius iſta confundere in terminis ſubditorum. Vt obligentur ergo dominis ad aliqua onera, ceſſante titulo, quòd requiratur præſcriptio ſeu tempus præſcriptum, uoluit Alex. in d. cõſ. 35. in prin. lib. ij. Guido Papæ. q. 407. Imò etiam princeps inferior non poteſt ſubditos ſuos collectare ſine licentia ſuperioris. Ripa in l. iiij. in princ. col. vj. ff. de re iud. Iam
27 vbi † lapſum eſſet tempus ſufficiens ad præſcribendum aliqua onera contra ſubditos, non ſufficeret ſolus lapſus tẽporis ad inducendum obligationem: quia tempus non eſt modus inducendæ obligationis: ſed eſſet neceſſaria allegatio tituli, & ad eius fidem, probare antiquitatem temporis. Alex. in conſil. 114. lib. j. in conſil. 108. in fin. lib. ij. & in conſil. 75. colum. fina. libr. iiij. Guido Papæ, quæſt. 408. vbi, quòd debet allegari cauſa in ſpecie, quæ ſit idonea & ſufficiens. Ex quibus patet, quòd Alex. in hac materia non debebat conſtituere differentiam inter conſuetudinem &

præ-

præſcriptionem : quia effectualiter conſiderando idem iuris eſt in vtraque, tam circa tempus, quàm circa titulum,
28 aut eius allegationem. ¶ Secundò † quæro, circa hanc ſeptimam differentiam. pone, quòd vna vniuerſitas acquirat ius contra aliam vniuerſitatem: an dicetur conſuetudo vel præſcriptio? videtur, quòd conſuetudo: quia acquiritur ius in vniuerſo, ex vtraque parte tam præſcribente, quam ea, contra quam præſcribitur: puta, ſi agatur de iure paſcendi animalia aut incidendi ligna in territorio, paſcuis aut nemore alterius vniuerſitatis. ſed ex præmiſsis apparet, quòd licèt conſuetudo nomine dici poſsit: tamen quò ad effectum idē iuris eſt, quòd in præſcriptione: quia cùm vniuerſitas non poſſit ſtatuere contra aliam vniuerſitatem ſibi non ſubditam: non poterit etiam inducere conſuetudinem, niſi præſcriptam. & ſic requirentur in tali conſuetudine ea, quæ ſunt neceſſaria in pura & ſimplici præ-
29 ſcriptione, per ſuprà dicta. ¶ Octaua † differentia; quia conſuetudo eſt generalis non ſolum reſpectu perſonarum, de quarum fauore & præiudicio agitur: ſed etiam reſpectu rerum: quia non reſtringitur conſuetudo ad unam rē; Puta ſi ſit conſuetudo, quòd maſculi excludant fœminas: nam talis conſuetudo eſt generalis in omnibus hæreditatibus & ſucceſſionibus: ſecus in præſcriptione, quæ dicitur particularis tàm reſpectu rerum, quàm perſonarum. Iſtam differentiam ponit Bellamera in dict. conſil. x. colū.
30 xv. uerſic. quarta differentia. ¶ Nona † differentia: quia præſcriptio dicitur, quando litigatur cum eo, contra quem præſcriptum eſt: conſuetudo uerò, quando litigatur cum tertio. Io. And. in c. non eſt. in fi. de conſuetu. lib. vj. ſequitur Bellamera in d. conſil. x. col. xv. uerſic. prima ergo differentia. Ex qua differentia videtur inferri, quòd ſi præſcribens litigat cum tertio, contra quem præſcriptum non eſt, non ſit neceſſaria probatio eorum, quæ ſunt requiſita in præſcriptione: ſed ſatis ſit probare conſuetudinem, ſine titulo aut bona fide: ſecus, ubi agitur cum eo, contra quē præſcriptum ſit. Sed certè ſi agens fundet ius ſuum in tempore, uidetur teneri, ut probet omnia neceſſaria ad præſcriptionem: quia alias actore non probante, reus abſoluitur.

31 uitur.l.qui accuſare.C. de eden. ¶ Decima † differentia: quia præſcriptio dicitur, quando vni acquiritur, & alteri aufertur: per conſuetudinem verò vni acquiritur, ſed alteri non aufertur: puta, ſi quis præſcribat iuriſdictionem in mari: per hoc enim vſus maris alteri non aufertur. Bal. in rubric.ff.de rerum diuiſio.colum.j.in fin.verſicu.in contrarium videtur. refert & ſequitur Ripa in l.quominùs.colum.viij.ff.de flumi. Addo Angel. Aretin.in §.flumina.colum.ij.ſuper gloſſ.in verſicu.omnibus inſtitu. de rerum diuiſio. vbi ſi quis ſolus piſcatus fuerit in flumine publico, & alios volentes piſcari prohibuerit, dicitur conſuetudo, non præſcriptio: quia per eam nihil proprium ab alio aufertur: cum in flumine publico ius proprium nemo prætendat. & ſic pondera Bald. Angel. & Ripam velle, quòd dicatur conſuetudo etiam in vna perſona priuata, & particulari, dummodò agatur de acquiſitione iuris publici. Sed ego iſtud intelligo, dummodò talis conſuetudo ſit præſcripta per tempus ſufficiens ad præſcriptionem huiuſmodi iuris publici: cùm vnus priuatus ſuper tali iure nihil expreſsè poſſet diſponere, aut ſtatuere, per ſupradicta.

32 ¶ Vndecima † differentia: quia in præſcriptione non requiritur, quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio: ſecùs uidetur in conſuetudine. gloſſ. in §. ex non ſcripto. inſtitu.de iure natura.gen.& ciui.& in rub.C.quæ ſit longa cõſuetudo. ſequitur Alexand. in conſil. 132. ad finem primi dubii.libr.i.& in conſil.136.colum. penult.in fin. verſicul. item oportebat probari. libr. ij. idem Alexand. in conſil. 173.colum.ij.poſt medium,libr.vj. quòd requiritur, ut ſit obtenta in contradictorio iudicio: vel ſaltem, quòd quis tali vſui aut conſuetudini aliquando cõtradixerit. & quòd non obſtante tali contradictione ſic fuerit obſeruatum. Et quòd requiratur ad validitatem conſuetudinis, quòd fuerit obtenta in contradictorio iudicio, quando eſt contra legem, tenet Franciſcus de ramponibus, inter conſilia Calderi.in conſil.vi.colum.ij.ante medium, in titu. de cenſibus. Anchara.in conſil. 178. Viſis & diligenter inſpectis. colum fina.verſicul. non obſtat iſta ratio de conſuetudine. Angel.in conſi.367. In quæſtione vertente inter illuſtres.

col.

col.iij.circa princ.verſ.non obſtat allegata antiqua conſue tudo.Curtius iunior i.tractatu feud.in iiij. parte,q.30.col.
33 ij.poſt mediũ.†Sed contrariũ,quòd non requiratur cõſuetudinem eſſe obtentã in contradictorio iudicio:tenet Bar. in d.l.de quibus.col.v.in fi.ver.quæro nunquid.& in repetitio.illius legis col.v.poſt medium,ver.ij.videamus.ff.de legib. ſequitur Iaſ. ibi, colum. iij. verſicu. in ij.parte. gloſſ. vii. Eandem opinionem tenet Bald.in conſil.210.Caſus talis eſt, quidam A.col.ij.libr.j. Soci.in conſil. 99. colum.ij. uerſicu. & licèt illa conſuetudo. libr. j. ubi dicit hanc eſſe communem opinionem. Hanc etiam opinionem dicit cõmunem Corne.in conſil.293.colum. iij. poſt medium uerſicul.non enim obſtat; quòd non fuit obtenta.lib.j.in conſil.179.col. ij. in fin. verſicu. facit ad prædictã.libr.iij.& in conſil.155.col.fina. lib. iiij. Eandem opinionem ſequitur Abb. in conſil.73.col. penult.in tertio dubio.lib.ij.Veronenſis in conſil.31.in fin.Iaſ.in conſil.46. columṅ.ij.libr.j. dixi in conſil.55.columṅ.ij.in fin.Ex quibus patet hanc o-
34 pinionem eſſe magis communem. Limitatur † modò hæc opinio, ut ſolùm procedat, in actibus extraiudicialibus: ſecùs in iudicialibus,in quibus requiritur, quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio. Ita Baldus in dict. conſilio 210.colum.ij.lib.j.Idem tenet Angelus,Aretinus, in dict. §.ex non ſcripto.colum.iiij.inſtitu. de iure natura. gen. & ciui.vbi tamen de Bald.mentionem non facit; ſolùm allegat Salice.in d.l.de quibus. Sed aduerte,quòd qua ratione
35 ualet conſuetudo in actibus‡ extraiudicialibus, licèt non ſit obtenta in contradictorio iudicio: eadem & fortiori debet valere in actibus iudicialibus. nam ideò non requiritur, quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio in extraiudicialibus: quia ſatis eſt, quòd illi actus extraiudiciales deuenerint in notitiam populi: licèt in iudicium deducti non ſint. ita Bartol.in dict.l.de quibus. in prima & ſecunda lectura. ſed iſta ratio magis & fortiùs militat in actibus, qui fiunt in iudicio, & ſic palàm & publicè. Ideò dicit Bartol. quòd ex actibus iudicialibus faciliùs inducitur conſuetudo, propter eorum notorietatem, ob id ſi longo tempore, quid in iudicio obſeruatum ſit, quare conſuetudo

do iudicialis induci debet: licet in contradictorio iudicio nihil fuerit pronunciatum aut obtentum. Secundò conſi-
36 derò, † contra hanc limitationem quòd in actibus iudicialibus propriè non dicitur conſuetudo, ſed ſtylus: cùm non inducatur à toto populo, aut maiori eius parte: ſed ſolùm à iudice aliquo maiore, qui habet poteſtatem legis condendæ. Barto. in repetitio. dict. l. de quibus. col. iiij. in fi. Ideò magiſtratus non habens poteſtatem condendæ legis non poſſet ſtylum inducere contrarium iuri. Alexan. in conſil. 36. in fi. libr. ij. ſequitur Deci. in rubr. extra de conſuetu. colum. iij. & in conſil. 677. in fi. Quod intellige procedere, niſi talis ſtylus eſſet præſcriptus: quia ualeret, licèt contra ius. Rochus de curte, in dicta rub. de conſuetu. colum. iij. q. iiij. Secundò intellige, niſi talis ſtylus ueniſſet in notitiā populi aut maioris eius partis: quia tunc ualeret in uim conſuetudinis, Alex. in d. conſil. 36. in fi. lib. ij. Tertiò intellige, niſi talis ſtylus ſolùm concernat modum & ordinem procedendi: quia tunc uidetur ualere, licèt ſit contra ius. Alex. in conſil. 65. ante fi. lib. j. ubi, quòd ſtylus poteſt derogare ſolennitati citationis: tradit idem Alex. in conſil. 140. colum. j. lib. vj. & ratio eſt: quia ubi ſtylus reſpicit proceſſum ſeu modum & ordinem procedendi, dicitur agi de modico præiudicio. Socin. in conſil. 36. colum. iij. circa med. & in conſil. 39. colum. v. poſt med. lib. iiij. & in tali ſtylo etiam non requiritur, quòd ſit obtentus in contradictorio iudicio: licèt ſi obtentus ſit, hoc magnum adminiculum præſtet ad eius ualiditatem. ita Corneus in conſil. 73. columna prima, in fine libro ſecundo.
37 ¶ Duodecima † differentia: quia ius quæſitum conſuetudine, uidetur debiliùs, quàm ius quæſitum per præſcriptionem. patet: quia ſuperior poteſt tollere ius quæſitum per conſuetudinem, cùm poſsit conſuetudinem reprobare. l. fin. C. de teſta. ſecùs in iure quæſito per præſcriptionem, quòd à principe tolli non poteſt: ut in auth. ut eccleſi. roma. cent. ann. gaude. præ. in prin. Iſtam differentiā ponit Bald. in dict. l. imperium. colum. iij. in fin. uerſic. cir-
38 ca octauum. ff. de iuriſdict. om. iudi. Sed † aduerte circa hanc differentiam: quia non uidetur uerum, quòd ſuperior

rior poſsit tollere ius quæſitum per conſuetudinem, nec eſt bonum argumentum Bald. ſuperior poteſt tollere aut reprobare conſuetudinem: ergo etiam ius quæſitum conſuetudine. nam ſuperior aut princeps poteſt tollere ius poſitiuum.l.princeps.ff.de legibus.l.digna uox.C.eod.tit. c.j.de tranſactio.c.propoſuit.de conceſsio.præben.c.j.de conſtitu.lib.vj.c.ſtatutum. & c.final. de reſcript. eod. libr. & poteſt princeps conſtitutionem à ſe factam habere pro infecta,quò ad iuris effectum c.j.iuncta gloſſ. in uerſic.pro infectis.de immunit.eccleſ.in clem.Abb.in conſil.84.col. ij.poſt medium,& in conſil.99.col.ij. circa med.lib.j. & tamen non poteſt princeps tollere ius quæſitum mediante iure ciuili, ſine cauſa: puta ius quæſitum per aditionem hæreditatis, aut per ſententiam: ut habetur in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liber.& poſthu. in l. fi.C. ſi contra ius uel utili.pub.& in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.& latè dictum fuit ſuprà num. 17. in prima parte huius tracta. & de iure quæſito conſuetudine,quòd tolli non poſſit, tradit Bartol.in l. priuilegia. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Decius in conſil.335. poſt principium. Secundò, conſidero

39 † contra Bald. & eius differentiam. nam ideò ius quæſitum conſuetudine tolli poteſt: ſecundum Bald. quia princeps poteſt tollere conſuetudinem. Dum ergo dicit Bald. non poſſe tolli ius quæſitum præſcriptione, præſupponit illam à ſuperiore tolli non poſſe,quod eſt falſum:quia præſcriptio fuit introducta de iure ciuili,& poſſet princeps, ſi uellet,eam tollere,de plenitudine poteſtatis. Ideò non uidetur ratio diuerſitatis inter ius quæſitum præſcriptione, & conſuetudine. fortiùs voluit idem Bald. in conſil. 309. Ad euidentiam præmitto.colum.ij.lib.v. quòd iuriſdictio acquiſita præſcriptione à principe, tolli poteſt: quia non dicitur præſcriptum contra eum, ſed contra ſubditos: licèt dicat,quòd malè facit princeps,ſi eam tollat, niſi præſcribens abutatur.quod tamen Bald.dictum affirmare non

40 auſim. Tertiò † conſidero contra Bald. quòd potentiùs uidetur ius conſuetudinis, quàm iuris ciuilis: quia conſuetudo ligat etiam ipſum principem. Socin. in conſil. 58. in princ.lib.iij.allegat Bald.in cap.j.de natu.feu.& in authét.

omnes

omnes peregrin. ante fin. C. cō. de ſucceſ. & tamē princeps non ligatur iure ciuili. ſed tamen hæc tertia conſideratio non uidetur efficax: quia Bald. & Soci. loquuntur in conſuetudine feudorum, quæ ligat principem propter contractum reſultantem ex conceſſione feudi. Ideò princeps non poteſt ſine cauſa priuare uaſallum feudo: ut habetur in d. locis, & tradit idem Bald. in conſil. 323. Proponitur, quòd dominus. col. ij. lib. ij. ubi, quòd conſuetudo generalis feudorum, maior eſt quolibet principe ſingulari: & eum ſic ligat, ut nequeat contraire: per tex. in d. c. j. de natu. feu. Secus in alia cōſuetudine, in qua nullus conſideretur contractus principis: quia illa non ligatur princeps: ſed tollere eam poteſt, cùm ſit in poteſtate ipſius principis. Bald. in conſil. 388. Si princeps. in conſil. 401. Super eo. colum. j. circa fin. & in conſil. 430. Circa primum punctum. in fin. lib. iiij. Rochus de Curte, in repe. c. fin. q. ix. de cōſuetu. fol. 65.

41 ¶ Decimatertia differentia: † quia conſuetudo reſpectu præſcriptionis uidetur fauorabilis, cùm reſpiciat ius publicum: ideò extenditur: præſcriptio uerò dicitur odioſa, & reſtringitur. Antō. de Butr. poſt Innocent. in c. dilecto. colum. fin. de offic. Archid. Cardi. in clemen. j. colum. viii. in vi. q. de ſupplen. negli. prælat. refert & ſequitur Dec. in c. tranſlato. colum. iii. circa medium. de conſti. in prima lectur. & in ſecunda lectur. ad fin. commenti in d. rubri. extrà de conſue. colum. ij. circa medium. Addo Anchar. in conſil. 237. Quia in primo quæſito. colum. ij. poſt medium. uerſic. non obſtat, quòd iſta conſuetudo. ubi, quòd extenditur cōſuetudo ad cauſam habentem ſimilem rationem. ¶ Sed

42 † aduerte circa iſtam differentiam: quia non uidetur ita ſimpliciter uerum, quòd conſuetudo dicatur fauorabilis, ob id, quòd debeat extendi, nam ſi conſuetudo ſit contra ius, illa uidetur odioſa & reſtringenda. Bart. in authen. qui rem. circa fin. C. de ſacroſanct. eccle. ubi, quòd conſuetudo infeudandi aut cōcedendi in emphyteoſim perpetuam bona eccleſiæ, non ſeruata forma iuris, non extenditur ultra id, quod agitur. ſequitur Iaſ. ibi. colum. viij. uerſic. quid tenendum. Alex. in conſi. ix. colum. j. lib. iij. Dec. in c. j. col. 14. uerſicul. confirmatur hoc, quia conſuetudo, de probat. in conſil.

in conſil. 142. colum. iij. ante med. uerſic. & dato, quòd conſuetudo. Alibi ſcribit Alexand. in conſil. 173. colum. fin. uerſic. ulterius etiam dico. lib. VI. quòd conſuetudo, ut uicinus non poſſit uendere alteri rem ſuam, uicino irrequiſito, dicitur odioſa, & ſtrictiſſimè debet intelligi in caſu ſuo. ideò ſi non dicat, quòd res uendita contra formam ipſius conſuetudinis poſſit ab emptore auferri, nec nos id dicere debemus. Alibi ſcribit Bald. in conſi. 275. Quod pro regula circa fin. libr. ij. quod in conſuetudine, quæ eſt contra ius commune. nihil debent ſuppleri præter ſolitam obſeruantiam. & quòd ſi conſuetudo de aliquo non diſponit, nec nos debemus diſponere. Alibi ſcribit idem Bald. in l. fin. colum. iiij. uerſicul. unum aliud quæritur. C. cõ. utriuſ. iudi. quòd conſuetudo reſtringitur per actus, ex quibus inducitur, ſicut præſcriptio, nec proprios facti terminos excedit. & loquitur ibi Bald. in conſuetudine continente ius ſingulare, etiam quòd in alio caſu militet eadem ratio, quando illa ratio non eſt redacta in ſcriptis. Alibi ſcribit idẽ Bald.
43 in c. j. in prin. ante fi. qui feu. dare poſ. quòd † conſuetudo, quæ eſt præter legem, tantum habet de potentia, quantum habet de actu, & non plus. & ſi ſit contra legem prohibentem ipſam cõſuetudinem, non ualet. refert & ſequitur Iaſ. in d. l. de quibus. colum. vij. uerſic. nota tu diligenter. ff. de legib. & in d. authent. qui rem. colum. viij. uerſi. quid tenen
44 dum. C. de ſacroſ. eccl. Alibi † ſcribit Are. in conſil. 44. in princ. quòd conſuetudo, quæ eſt contra ius, non extenditur ad alium caſum, neque ad alium locum. Alibi ſcribit idem Areti. in conſil. 132. In cauſa, quæ uertitur inter homines. colum. iij. uerſic. non obſtat ſecunda ratio, quòd ubi conſuetudo eſt contra ius commune, non debet extendi de perſona ad perſonam, de loco ad locum, nec de re ad rem. Idem in conſuetudine exorbitanti, quòd non extenditur de loco ad locum. Areti. in conſil. 15. Clariſſime colum. ij. & dicit Bald. in conſil. 257. Quæſtio uertens. lib. ij. quòd cõ
45 ſuetudo & præſcriptio † cùm ſint facti, non recipiunt extenſionem perſonarum, nec actuum. Imò Dec. in conſil. 389. colum. pe. in fi. uerſ. non obſtat, quòd tex. ſimpliciter dicit, quòd conſuetudo reſtringitur ad loca, in quibus ui-

get.nec diſtinguit an ſit contra ius,uel præter ius, aut exorbitans. Similiter idem Dec. in conſil.viij. col.iij. circa fin. uerſicu. ſed talis conſuetudo. & in conſil.72. colum.ij. circa medium.uerſic.& iſta concluſio. maximè uidetur procedere ſimpliciter,dum dicit, quòd conſuetudo ſolùm habet locum in caſibus, in quibus ſecundum eam fuit obſer-
46 uatum. ¶ Alibi & fortius † uoluit Paul. de Caſtr.in conſil.340. Quia ſuprà.ante fin.lib.ij.quòd ſtante ſtatuto excludente cognatos,propter agnatos, ſi aliqua conſuetudo in contrarium fuerit obſeruata, per quam fœminæ ſimul cum maſculis ſucceſſerint: talis conſuetudo dicitur ſtricti iuris, & non extenditur ultra caſum, in quo uiguit obſeruantia, ſicut dicitur in præſcriptione. & tamen in caſu Pau. conſuetudo non erat contra ius commune: imò reducebatur per eam res ad cauſam iuris communis, ob id uidebatur extendendā, tanquam fauorabilis: iuxta gloſſ. in c.ſtatutum.in uer.numerandum. de præben. lib.vi. habetur in l.ſi unus.§.pactus,ne peteret.ff.de pact.& in conſuetudine contra ius commune, quòd non extendatur ad aliū locum,etiam vicinum, tradit Pau. de Caſt. in conſil.310. In inſtrumento.& in conſ.471.in fi.lib.j. vbi etiam, quòd non extenditur ad aliam rem.In qua tamen re Pau. fuit ſibi contrarius,in conſil.372.colum.ij.lib.j. ubi conſuluit totum contrarium eius,quod tenuit in d.conſi.310.ad quam etiam contrarietatem aduertit,& idem quod Pau.in d.conſil.310.tenet Fulgo.in conſil. 66. Guarnerius.quem refert & ſequitur Rochus de Curte,in repe.c.fi.chart.33.colum.
47 j.in parua impreſſione. Ex præmiſſis † apparet hanc decimam tertiam differentiā non uideri de iure ueram,& quòd concluſio in contrarium firmari poteſt:uidelicet,quòd conſuetudo & præſcriptio æquiparantur, quò ad materiam extenſionis: ut neutra extendatur, ſed reſtringatur ad ſuos actus. Quæ tamen concluſio nonnullas limitationes uidetur recipere. In quibus fiat extenſio in conſuetudine.
48 ¶ † Primò itaque limitatur,ut ne procedat in conſuetudine fauorabili reipublicæ. Calderi.in conſil.iiij. in ultimis uerbis in tit.de cenſibus.allegat not.in c.fin.in tit. de cenſibus. faciunt quæ infrà ſcribo in undecima limitatione, in fin.

fin. & tradit Alexand. in conſil.190. columꝫ.iiij. uerſicul. prætereà dictum ſtatutum emanauit &c.lib.ij. & in conſil. 34.colum.final.lib.v.Imò iſto caſu, quando agitur de fauore reipublicæ, fit extenſio etiam in pœnalibus: ut per Iaſo.in l.ſi quis id,quod.colum.ix.ff.de iuriſdict. omnium iudic.in l.ſi filius familias.colum.iii.ff. ſi certum peta. & in l. fratris.colum.iij.C.de inoffic.teſtament. Aduerte tamen: quia non uidetur procedere hæc limitatio, quando ageretur de magno alterius præiudicio. Soci. in conſil.275.colum.v.in fin.verſic.poſtremò etiam nos habemus. libr.ij.

49 ¶ Secundò † limitatur, non procedere quando ſolùm ageretur de interpretatione aut declaratione alicuius actus: quia tunc actus, qui fiunt in uno loco, recipiunt interpretationem & declarationem à conſuetudine aliorum locorum uicinorum.c.ex parte.cum glo.de cenſibus. vbi quando aliqui longo tempore non ſoluerunt frumentum, licèt olim ſoluerint pro votis perſoluendis, ſi non appareat ad quam menſuram antiquitùs ſoluerint, recurritur ad conſuetudinem uicinorum, ad quam menſuram uicini ſoluere conſueuerint. Similiter uoluntas diſponentis dubia declaratur ex conſuetudine uicinorum.Pau.de Caſt.in conſil.437.Super dictis quæſitis.in ſecundo dubio.lib.ij.Similiter,quando aliqui uiuunt iure Francorum,ſi dubitetur in quibus bonis id procedat,inſpicitur conſuetudo uicinorum,qui & ipſi uiuunt tali iure. deciſio Neapolit. deciſione.248.columꝫ.iiij.Putarem tamen,quòd ubi conſuetudo uicinorum eſſet contraria iuri communi, quòd uoluntas diſponentis potiùs declarari debeat ſecundum ius commune,quàm ſecundum conſuetudinem uicinorum,niſi eſſet talis diſpoſitio quæ concerneret materiam conſuetudinis ui-

50 cinorum. ¶ Tertiò † limitatur non procedere in pluribus locis exiſtentibus ſub ditione & dominio unius perſonæ: quia conſuetudo aliquorum locorum, reſpiciens fauorem ipſius domini,debet obſeruari etiam in alijs locis: puta Epiſcopus in ſua prouincia & diœceſi habet plures eccleſias, in quarum aliquibus extat conſuetudo certa circa cauſam procurationis præſtandæ ipſi Epiſcopo uiſitanti eccleſias ipſas, certè talis conſuetudo ſeruari debet etiam in

alijs eccleſijs ſuæ diœceſis & prouinciæ. capitulo eccle-
51 ſijs. & capitulo ſopitæ.de cenſib.Sed † aduerte,circa hanc
tertiam limitationem, quòd conſuetudo circa procurato-
ris debitum, eſt conformis iuri communi: quo iure uiſita-
tioni annexa eſt procuratio.c. conquerente. de offic. ordi.
c.cùm uenerabilis.& c procurationes.de cēſibus.nimirùm
ſi conſuetudo aliquarum eccleſiarum unius Epiſcopi, extē
ditur ad alias eccleſias ſuæ diœceſis: quia etiam ceſſante
conſuetudine, de iure communi tenentur aliæ eccleſiæ ad
procurationem, cùm Epiſcopus talem procurationem ex-
preſsè remittere non poſſit, pro tempore futuro. Abb.in
capitulo cùm ex officij. columna quarta uerſiculo uenio
ad ſecundum. de præſcriptio. Aufreri. in deciſio. Tholo-
ſa.quæſtio.332.& ſic in dictis iuribus conſuetudo eſt confir
matiua iuris communis,& illud adiuuans,& tantùm poteſt
conſiderari conſuetudo aliarum eccleſiarum circa taxatio
nem & declarationem ipſius procurationis: in qua declara
tione uerum eſt attendi debere cōſuetudinem uicinorum:
ut dictum eſt in ſecunda limitatione:ſecùs putarem, ſi con
ſuetudo eſſet iuri contraria: quia non extenderetur ad a-
lia loca,etiam eiuſdem dominij aut prouinciæ,quæ non eſ
ſent acceſſoria ad ea loca, in quibus uigeret conſuetudo,
52 Videmus enim, † quòd conſuetudo eccleſiæ Romanæ
non extenditur ad alias eccleſias, niſi expreſsè mandetur
ſeruari.glo.in c.quis neſciat.& in c.nolite.xi.diſtin.Roma.
in conſi.367.Circa primum.in fine quarti dubij.licèt aliud
uidetur uoluiſſe idem Roma.in conſi.123. in fine primi du
bij. & tamen non eſt dubium omnes eccleſias eſſe ſub po-
teſtate & dominio eccleſiæ Romanæ,cum ſit mater,caput,
& primatus omnium eccleſiarum: cuius præcepta omnes
aliæ eccleſiæ tenentur implere.c.j.& ij.xij. diſt. c. dudum.
iij.q.vi. & omnes eccleſiæ mundi Romanæ ſubſunt eccle-
ſiæ: & in eas plenitudinem habet poteſtatis.c. qui. ſcit.ij.
q.vi.& c.nunc uerò.iii.q.iiii.Oldra.in conſi.244.Ad obie-
ctus. colum. iii. circa princip. & quòd conſuetudo contra
ius commune, non extendatur ad alia loca ſimilis condi-
tionis, aut eiuſdem dominii: apertè uoluit Innocen.in d.
c.ſopitæ.dum ponderat,quòd conſuetudo ibi non erat con

tra ius commune. Quod tamen dictum eſt conſuetudinem eccleſiæ Romanæ non extendit ad alias eccleſias, non procederet in his, quæ pertinent ad fidem. gloſſ. in c. j. de ſumma trinita. Calca. in conſil. 58. colum. iiii. poſt medium.

53 ¶ Quartò limitatur, † non procedere in loco alio acceſſorio ad locum, ubi uiget conſuetudo: puta in comitatu acceſſorio ad ciuitatem. Ideò conſuetudo ciuitatis ſeruari debet in comitatu. gloſſ. final. in l. ex ea. ff. de poſtuland. Decius in conſil. 389. colum. iii. poſt medium, uerſic. & ad hoc facit: quia ducatus. fortiùs uoluit Romanus in conſi. 123. colum. ij. circa finem primi dubij, quòd conſuetudo ciuitatis, quæ eſt caput prouinciæ, debet ſeruari in tota prouincia, ne membra ſeparentur à capite. Quòd tamen

54 † intellige, niſi in comitatu eſſet propria conſuetudo contraria conſuetudini ciuitatis, eo caſu quo comitatus conſuetudinem poſſet inducere. Socinus in conſil. vii. colum. iii. uerſicul. prætereà etiam reſponderi poteſt. libr. j. Aretinus in conſil. 132. In cauſa, quæ uertitur inter homines. colum. ij. in fin. uerſicul. prætereà in caſu noſtro. Rochus de Curte, in repetitio. dict. c. fi. char. 34. colum. iiii. uerſicul. quintò limitatur. de conſuetu. in parua impresſione. Addo etiam Rom. in conſil. 61. Licet. in fi.

55 ¶ Quintò † limitatur non procedere in loco unito & adiuncto alteri loco, in quo uiget conſuetudo: quia extenditur conſuetudo etiam ad locum unitum. Cyn. poſt Richar. Malum. in l. etiam. de iure dotium. ſequitur Paul. de Caſt. in d. conſil. 372. quantum ad illam partem. colum. ij. libr. j. Sed aduerte circa hanc quintam limitationem: quia non procedit ſic generaliter, prout Paulus refert. Imò intelligi debet, quando unus locus uniretur alteri per modum acceſſorii: ſecus, ſi æquè principaliter: quia tunc locus æquè principaliter unitus, non ſubiicitur conſuetudini nequè legibus loci, cui unitur: puta Delphinatus fuit unitus coronæ Franciæ: tamen retinet adhuc nomen ſuum, & ap

56 pellatur Delphinatus, & quando † Rex Franciæ reſcribit in patria Delphinatus appellat ſe Delphinum poſt titulũ Regis. Idem quando reſcribit in patria Prouinciæ: quia poſt titulum Regis appellat ſe comitem Prouinciæ. ex qui

buſapparet, quòd iſtæ patriæ Delphinatus & Prouinciæ non fuerunt unitæ regno Franciæ per modum acceſſorij: ſed æquè principaliter retinendo antiquum nomen,& priſtinas leges: nec uiuitur iure conſuetudinario,prout in patria Franciæ. & ita in ſpecie declarat Bart. in l. ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pign. actio. ubi exemplificat in comitatu Tholoſæ unito coronæ Franciæ, æquè principaliter, & iſto caſu Rex dicitur repræſentare duas perſonas, ideſt Regis & Comitis. Anchar.in conſil.114. Pro impetrante. col.j.uer.ſed his non obſtantibus. Eandem declarationem uoluit Ange.in conſi. 247. Punctus. Papa uniuit. Feli.in c. tranſlato.colum.iiii.de conſti.Iaſ.in l.ſi eadem.in princ.ff. de offic.aſſeſſor. Ripa lib.j. reſponſorum. de legib.c.j. col. 21.Addo Alex.in cõſi.151.col.ij.uerſi.præſuppoſito ergo.
57 lib.ij. ¶ Sextò † limitatur in conſuetudine uniuerſali totius territorij:quia extenditur etiam ad loca eiuſdem territorij:in quibus nunquàm fuit obſeruata. Puta: eſt conſuetudo in ciuitate,& toto eius territorio,quòd licitum ſit lapides cædere in agro alieno, iuxta text.in d.l.uenditor.§. ſi conſtat.ff.commu.præd. Pone, quòd dominus agri nolit pati lapides cædi in ſuo agro, dicendo nunquam fuiſſe cæſos in agro ſuo, eo inuito: nunquid poterit contradicere? certè non quia conſuetudo ex quo eſt uniuerſalis in toto territorio: omnes ligat.ita Oldr.in conſil.267. Quòd domino Epiſcopo. circa ſi. & quòd ubi ſumus in iure uniuerſali,conſuetudo aut præſcriptio extendatur etiam ad ea,in quibus nihil fuit obſeruatum, modò in illis alius non reperiatur in poſſeſſione. Videtur probari in c.tua.de decim.ſecundum unum intellectum.ubi probatur, quòd ſi quis præſcripſit ius decimandi in certa terra, percipiendo decimã de omnibus fructibus prouenientibus ex illa terra, exceptis aliquibus fructibus,decima illorum fructuum, de quibus ſolutum nihil fuit, debetur præſcribenti, non eccleſiæ parœciali: modò eccleſiæ parœcialis non fuerit in poſſeſſione percipiendi decimam de illis fructibus: quia præſcribens percipiendo decimam aliquorum fructuum in uno agro,nemine percipiente aliorum fructuum decimam, uidetur ius decimandi in totum acquiſiuiſſe.Non enim uidetur

detur habuiſſe animum acquirendi partem,ſed totum, pro pter unitatem ſubiecti. & ita per illum text.in iure uniuer ſali tenet Abb.in conſ.71.colum.ij.lib.ij.ubi etiam ad hoc allegat Inn.in c.dilectus.de relig.domib.ubi quòd exercẽs
58 † unum actum iuriſdictionalem, animo acquirendi uniuer ſalem iuriſdictionem in loco,uidetur iuriſdictionem in to tum acquirere,dummodò alius non ſit in poſſeſſione gene rali.nam tunc tantùm acquirit reſpectu actuum, quos exer cuit. & hoc modo procedit dictum Barto. in l.j.§.hoc in- terdicto. ff. de itine. actuque priuat. Idem uoluit Abb.in conſil. vi. colum.iij.uerſic.quinimò non prodeſſet. libr. ij. Addo, quòd idem uoluit Oldra. in conſil. 172. Quia om- nes.colum.fi.uerſic.deinde opponitur,quia non datur,quẽ actum correctionis &c. & in conſi. 254. Quia tota.colum. v.uerſic.Quintò opponitur. Rom.in conſil. 368. Præſens. colum.fi.Socin.in conſi.vii.colum.ij.poſt med.in conſi.74. colum.iii.poſt med.uerſic.unde dicit not. Innoc.in conſil. 111.col.fi.uerſic. accedit ad hoc,quòd iſtud ius.lib.j. & la- tiùs in c.cùm contingat.col.antep.in vi. q. de for. compe. Iaſ.in l.iij.in princ.colum.vi.uerſic.ſuprà dicta procedunt.
59 ff.de acquir.poſſ. ¶ Sed aduerte † v.tra præmiſſos patres, & pro ratione præmiſſorum,quòd in iure uniuerſali: puta decimarum aut iuriſdictionis, non ſolùm ſit extenſio ratio ne uniuerſitatis:ſed etiã quia in talibus agitur de iure rea- li:quod ius reale ad omnes extenditur. Ideò qui præſcri- pſit iuriſdictionem in aliquo loco, poteſt punire aduenas ibi delinquentes:licèt quò ad eos nunquam fuerit uſus iu- riſdictione.Ita Bald.in l.ſi quis diuturno.per illum text.ff. ſi ſeruit. uindi. refert & ſequitur Berta. in iij. parte ſui re- per.in uerb.præſcriptio extenditur.uerſic.iii.Iaſ.in d.l.iii. in prin.col.fi.ff.de acquir.poſſeſſ.:Quod Bald.dictum forti ter facit pro illuſtri & celebratiſſimo milite domine Gui- gone Guyfredi,domino de Bottieres,cõtra Bartholomeũ Girodi in cauſa,ſuper qua cõſului:ut patet in cõſi.meo 55. ĩ qua cauſa fuit iudicatum pro ipſo domino de Bottieres, ĩ curia Grayſinodani.& nũc pẽdet appellatio ab aduerſario ĩterpoſita apud curiã parlamẽti Grationopolis. Sublimita
60 tur† nunc iſta ſexta limitatio,quòd cõſuetudo aut præſcriptio

iuris uniuerſalis extenditur ad alios actus:ut procedat in alijs actibus,qui tamē ſunt de eadē ſpecie actuū,quos quis exercuit:puta iuriſdictio habet plures ſpecies,ideſt merum imperiū,miſtū,& ſimplicē iuriſdictionem.Si quis exerceat unum actum ſimplicis iuriſdictionis,uidetur acquirere,ſeu præſcribere ius iuriſdictionis, quò ad omnes alios actus, qui ſunt de illa ſpecie inferioris iuriſdictionis tantùm: ſed uirtute talis præſcriptionis non poterit exercere actus ad merum & miſtum imperium. Similiter, ſi quis exercuerit unum actum miſti imperij,& illum præſcripſerit,extendetur præſcriptio ad omnes actus eiuſdem ſpeciei,ſcilicèt miſti imperij:ſed non ad actus meri imperij. Ita Alexand.in conſil.68.colum.penu.uerſic.non obſtat,quòd quo ad onera.lib.2. Socin. in d.c. cùm contingat.colum. antepenult. quæſt.6.de for.compe.& in dict. conſi.111.colum.2.in fin. uerſic.ſed eſt diligenter aduertendum. lib.1. tradunt modern.in l.imperium.ubi Iaſ.colum.11.uerſ.3. circa prædicta,& Purpur.pater,& ſócer meus,colum.12.ff.de iuriſdic. omn.iud. Addo Bald.in d.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeru. uend.

61 ubi,quòd † non ſit extenſio ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis.Ideò ſi quis præſcripſit iuriſdictionem in cauſis ciuilibus,non poterit eā uti in cauſis criminalibus. Quod maxime procedit in reſeruatis principi: in quibus conſuetudo aut præſcriptio reſtringitur: & præſcriptio ſuper aliquibus,non extenditur ad alia. Abb.in c. quod ad tranſlationem in ultimò nota.per illum text.de offic.deleg.ſequi

62 tur Socin.in conſil.275.colum.4.lib.2. Sed contra † hanc ſublimitationē uidetur facere,quod Dec. ſcribit in c.referente.in primo not.de præb.ubi licèt præſcribens poteſtatem inſtituendi in beneficio,non cenſeatur preſcribere ius deſtituendi.Hoſti.Abb.& alij in c.cùm ex iniuncto.de hæret.Iſtud tamen non procedit,quando Epiſcopus,aut ordinarius non eſſet in poſſeſsione deſtituendi:quia tunc præſcriptio in caſu inſtituendi,extenditur ad caſum deſtituendi.idem tradit Aufreri.in deciſ.Tholoſ.quæſt.323.& tamē uidentur diuerſa inſtituere,& deſtituere. Solutio dici poteſt,quod iſta non ſunt diuerſa in ſpecie: imò uidentur correlatiua inſtituere,& deſtituere:ſicut dicitur de abſolutione,

ne;& condemnatione,quòd qui poteſt unum,poteſt & alterum.l.3.cum ibi not.ff.de re iudi.& licèt maior ratio uideatur in inſtituendo,quia agitur de fauore, quàm in deſtituendo,ubi agitur de odio:non tamen uidetur diuerſitas, aut maioritas in potentia : ſicut dicitur de gradibus meri, aut miſti imperij. Nam aliqui gradus meri, aut miſti imperij, uidentur maiores alijs, & tamen fit extenſio ad omnes gradus,qui ſunt ſub eadem ſpecie : puta ſub mero, aut miſto imperio:ut ſtatim diximus. ¶ Septimò limitatur,
63 † ut non procedat in his,quæ ueniunt per modum antecedentis neceſſarij:quia ad illud extenditur conſuetudo.Ro. in conſil.243.ad prædictorum.in fi. Confirmatur iſtud dictum.Nam etiam diſpenſatiò dicitur ſtrictiſsimi iuris. c.j. & ij.de fil.præsb.lib.6.& adeò eſt iuris ſtrictiſſimi diſpenſatio,quòd in ea non ueniunt non ſolùm ſpecificè non conceſſa:ſed etiam ea, quæ ex proprio uerborum ſignificato comprehendi poſſunt. Abb. in conſil.57.colum.pen.lib.1. quod tamen dictum non affirmo pro nunc : quia etiam in materia odioſa uerba intelligi debent generaliter quatenus eorum proprietas patitur.l.cum lege.ubi Aret.ff.de teſtam.gloſſ.in c.contra Chriſtianos.de hæret. libr.6. bonus tex.in c.ſi quando.de ſenten.excõ.quem ad hoc citat Dec. in c.non liceat.colum.2.in fin. de præb. tradit Alexand.in auth.ex teſtamento.C.de collat.Calde. in conſil.24.in titu.de præb.Vtcunque ſit,non eſt dubium quin diſpenſatio ſit ſtricti imo ſtrictiſſimi iuris , & tamen extenditur ad omnia,quæ ueniunt per modum antecedentis neceſſarij gloſ. in c.quia in tantum de præb.Dec.in c.5.col.3.uerſi.ſed iſta
64 reſponſio nõ ſatisfacit.de iudicijs.Similiter ſententia † dicitur ſtricti iuris.l.1.&.2. C. ſi plur.una ſent.fue. condemnati.in l.Iulianus uerum debitorem.ff.de cond.inde.& uerba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda ad intellectum , quẽ ſtrictè habere poſſunt:nec trahuntur ad intellectum quem poſſunt habere ex lata ſignificatione uocabuli.ca.dilectus. ubi Abb.in 2.not.de offi.ord.Bart. in l.ſi expreſsim.col.2. ff.de appe. nec in ſententia habet locũ fictio tranſlatiua de re ad rem, uel de perſona ad perſonam,quando aliter ualere poteſt.Ange.in conſil.235.Punctus eſt,Albertus.col.2.

circa

circa medium.nec ſententia abſolutoria lata pro principa li,prodeſt fideiuſſori:ut ei pariat exceptionem rei iudicatę: quia potuit abſolui reus,eo quòd actor non probauerit. Secus,ſi eſſet abſolutus:quia non deberet. & ſic ſententia lata contra reum ad eum reſtringitur:nec extenditur ad perſonam fideiuſſoris.Paul.de Caſt.in conſi.87.In cauſa,quæ uertitur coram domino poteſtate caſtri.colum.2.circa medium.lib.j.& intelligi debet ſententia ſtrictè, prout iacet, nec interpretationem à iure recipit.l. Paulus. ff.de re iud.
65 d.l.j.C.ſi plur.una ſent. Ob id ſententia † reſtitutionis in integrum,ſuper principali,non trahitur ad fructus, qui acceſſoriè ueniunt.l.fin.§.fin.ff.de cond.ind.& tamen reſtitutio fieri debet, etiam quò ad fruſtus.l.ſi minor.§. reſtitutio.ff.de minor.ita Socin.in conſil.18.colum.2.circa fi.lib. 3.tradit idem Socin.in conſi.134.colum.2.uerſi. præterea: dato.lib.1.nec ex uerbis ſententiæ aliquid inferri poteſt, niſi quatenus ex ui uerborum de neceſsitate inferatur.Bar. in d.l.Iulianus uerum debitorē.Dec.in conſi.322.in prin.
66 & tamen † extenditur ſententia ad ea, quæ ueniũt per modum antecedentis,uel conſequentis neceſſarij, ob id ſi iudex declarat,quem prodigum,in conſequentiam cenſetur ei interdicere adminiſtrationem bonorum. Bald.in l.1.ff. de cura.furio.Imo.& Aretin.in l.is,cui bonis.ff.de uerbor. oblig.Aufre.in deciſio.Tholo.quæſtion.362.in fin. & ſententia lata ſuper uno,extenditur ad aliud,ſine quo illud,ſuper quo lata eſt,eſſet nullius effectus.Angel.in conſil.257. col.pen.ad fin.uerſic.ſuper eſt autem uidere. per text. in l. aduerſus.& l.ſi duo.ff.de arbitris l.ſiquis ita ſtipulatus fuerit.ff.de uerbor.oblig.l.fina.C.de uſur.rei iudi.& quòd ſententia iudicis trahatur,ſeu extendatur ad antecedens neceſſarium,tradit Bar.in l.ex diuerſo.§.j.ff.de rei uendi.ubi ſi in iudicio rei uendicationis iudex condemnat reũ ad reſtituendum rem petitã in neceſſarium antecedēs cenſetur declarare actorem dominum illius rei.tradit Paul.de Caſ. in conſil.232.In cauſa,quæ uertitur Piſis inter dominam Bicem.colum.1.poſt med.lib.1.Aret.in conſil.155.Diligenter uiſis.colum.6.in fin.uerſic.ergo datur intelligi. Socin.
67 in d.conſil.124.col.3.lib.1. ¶ Octauo † limitatur, ut non procedat

procedat in acceſſorijs: quia ad illa trahitur conſuetudo, ſeu præſcriptio. Ideò præſcribens fundum, cenſetur etiam præſcribere ſeruitutem fundo competentem. Barto. in d. l. de quibus. col. 2. ff. de legibus per l. ſi alienas. §. j. ff. de uſuca. tradit Bald. in conſi. 439. Amplius. colum. penult. circa fin. uerſi. & ideò puto. li. 3. & in conſuetudine, tradit Iaſ. in con ſil. 185. colum. 3. in fi. lib. 2. Rochus de curte, in repe. dict. c. fin. char. 34. col. 3. uerſic. 4. limitatur. ſecundum paruam impreſsionem. In diſpoſitione tamen hominis, pactum
68 † ſuper principali, non ſemper extenditur ad acceſſoria. l. in his. §. mancipia. ubi Bald. ff. ſolu. matr. Idem in eo, quod conceditur de iure ſpeciali, puta reſtitutio in integrum: quia non trahitur ad acceſſoria. l. fin. §. Lucius ubi doct. ff.
69 de condiction. indeb. Similiter † deſtructo principali per uiam præſcriptionis, cenſetur deſtructum, & acceſſorium. Bald. in l. eos. in primo not. C. de uſur. Dec. in l. 2. colnm. 2.
70 poſt med. ff. de iuriſd. om. iudic. ¶ Nono, † limitatur, ut procedat in his, quæ ſunt de natura actus: quia ad illa extē ditur conſuetudo, uel præſcriptio. Ideò ſi quis præſcripſit feudum, in eo ſuccedunt illi, qui ſecundum naturam feudi poſſunt ſuccedere. Bald. in l. liberti. colum. pe. uerſi. quæritur de eo. ff. de operis liber. cum ſimil. ut Alexand. tradit in conſi. 15. col. fin. lib. 5. Dec. in conſi. 269. col. 2. uerſic. & prædicta bene procedunt. & quod ſcribit Iaſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. col. j. ff. de iureiur. ubi, quòd emphyteuſis eccleſiæ cenſetur præſcripta uſque in tertiā generationem: emphyteuſis uerò priuati in perpetuum, ſecundum naturam ſuam. Alibi ſcribit Bald. in conſil. 24. Subtiliter. col. 2. circa med. lib. 4. quòd emphyteuſis præſumitur præſcripta ſecundum id quod in regione frequentatur per maiorem partem. ¶ Decimo limitatur non pro-
71 cedere in correlatiuis: quia conſuetudo † diſponens ſuper uno correlatiuorum, extenditur ad alterum. Ideò conſuetudo diſponens, quòd ſi maritus relinquat uxorem ſuam dominam, maſſariam & uſufructuariam bonorum ſuorum, exiſtentibus liberis, cenſeatur tantum reliquiſſe alimenta: iuxta not. in authen. hoc locum. C. ſi ſecun. nupſer. mul. habet locum, & extenditur talis conſuetudo. & ecotra, quòd ſi uxor

ſi uxor relinquat maritum dominum, maſſarium, & uſufructuarium omnium bonorum ſuorum, cenſeatur ei tantum reliquiſſe alimenta. Bald. in d. authen. hoc locum. in fi. quod dictum pro ſingulari refert, & ſequitur Iaſ. in l. fi. col. 2. uerſ. ſexto: facit. C. de indicta uidui. toll. & in conſ. 112. colum. pen. ante med. libr. 1. Rochus de curte, in repe. d. c. fin. char. 34. colum. 2. in princ. in parua impreſsione Curt. ſenior in conſil. 11. colum. 3. Confirmari poteſt hæc limitatio ex eo, quod ſcribit Curtius ſenior in d. conſi. 11. Statuto parmenſi. ubi ſtatutum, quòd maritus non poſſit relinquere uxori ultra centum, habet etiam locum in uxore, quòd non poſſit relinquere marito ultra centum. ſequitur Iaſ. in d. conſil. 112. lib. 1. Crotus in l. omnes populi. colu. 37. uerſi. nona cõcluſio. ff. de iuſti. & iure. Ripa. in rub. ff. de acquiren. poſſeſſ. col. 3. Quód tamen dictum uidetur dubitabile. & in contrarium adduco Socin. in conſil. 74. colu. 2. poſt med. lib. tertio. ubi reſpondet ad fundamentum cor-
72 relationis. † quod procedit reſpectu eiuſdem actus, non diuerſi: puta ſi ſtatutum prohibet maritum relinquere uxori ultra centum, cenſetur etiam uxor accipere ultra illa cẽtum, ſed dicere quòd etiam uxor cenſeatur prohibita relinquere ultra centum marito, iſta uidentur omninò diuerſa. Eandem reſponſionem, & declarationem tacito Socin. uoluit Curtius iunior in conſil. 6. columm. 6. poſt med. & ſeq. ¶ rurſus contra hanc limitationem adduco dictum Bald. in c. primo, colum. 1. poſt med. qualit. domi. proprie. feud. priue. ubi, ſi emptor renunciat remedio l. 2. C. de reſcin. uendi. non tamen cenſetur uenditor illi renuntiare per l. ſi unus. §. in ſumma. ff. de pact. & l. iubemus. C. ad Velleia. & ſic uult Bald. quòd in materia ſtricti iuris, prout eſt contractus, diſpoſitio facta in uno ex correlatiuis, non trahitur ad alterum, quando poſſunt ſeparari, quod dictum pro ſingulari refert, & ſequitur Dec. in conſi. 213. colum. 2. uerſic. & ad hoc facit. & in c. traſlato. colum. penul. in fin. de conſtitutio. in ſecunda lectur. Tertiò in ſpecie huius dicti Baldi in dicta authenti. hoc locum. in fin. quòd non procedat, adduco Curtium iuniorem in conſi. 6. colum. 9. uerſic. non obſtat aliud. ubi, quòd iſtud dict. Bald. poteſt reproba-
ri.

73 ri. Planè hæc decima † limitatio uidetur ſatis rationabilis & æqua quando conſuetudo non eſſet contra ius, & eſſet laudabilis,& rationabilis,& eadem uideretur ratio in utroque ex correlatiuis,prout in dict.Bal.in d.authen.hoc locum.quia illa conſuetudo non eſt contra ius, ſed interpretatiua iuris,rurſus eſt laudabilis,& rationabilis, introducta fauore liberorum,& eadem uidetur ratio in utroque ex correlatiuis.Confirmo hoc dict.Bal. ex eo quod ſcribit Angel.in conſil. 109.Quidam patronus Vannis. ubi, quòd conſuetudo,de qua in d.authenti.hoc locum. habet locum etiam in matre teſtatoris ; quia ſi filius relinquit matrem ſuam dominam, maſſariam, & uſufructuariam bonorum ſuorum, exiſtentibus liberis teſtatoris. mater ſolum habebit alimenta. Idem uoluerunt Bald. & Imo. in l. Titia. §.fina.ff.de lega.2. Iaſ.in conſili.44.colum. 4. in fin.libr.1. ubi Iaſ. Idem uoluit etiam in cognata teſtatoris. & licèt Corn.in conſil.210.in j.dubio lib.3.arguat contra hoc dictum de matre teſtatoris:tamen dicit, quòd in deciſionibus non audet recedere à ſententia doct. & ſic præſupponit hoc dictum eſſe communiter approbatum, licèt ibi de conſ.Ang.mentionem non faciat.ſed illud citat Iaſo.in d. conſ.44.Itaque ſi extenditur d.conſuetudo ad perſonas, in quibus nulla cadit correlatio, quanto fortius extendi debet ad perſonā uxoris correlatiuam ad interitu? Ad quod argumentum uellem reſpondiſſet Cur.iunior in dict.conſ.

74 6.colum.9. ¶ Vndecimò † limitatur non procedere in cōſuetudine laudabili,non oneroſa,& quæ non ſit contra ius, ſed præter ius:quia illa extenditur ad caſus ſimiles eiuſdē rationis.d.l.de quibus.ff.de legibus.l.j. C.quæ ſit longa cōſuetu.facit.text.in l.non poſſunt.ff.de legibus.Innoc.in ca. dilecto.col.3.de offic.Archidia.& iſto caſu procedant,quę dicunt doc.ſupra alleg.in decimatertia differentia in prin. tradit, Rochus de Curte,in rep.dict.c.final.char.32.colum. prima uerſicul.ex præmiſſa concluſione.& colum.3.uerſic. prima eſt concluſio.ſecundum paruam impreſſionem.Curtius iunior in prima parte tracta.feu.quæſt.3. columm.3.in

75 fin.char.4. ¶ Sed hic quæro † circa hanc undecimam limitationem, Quid ſi conſuetudo non ſit contra ius:ita quòd ius

ius in totum corrigat nec etiam ſit præter ius,ſed ſit exorbitans in aliquo derogans iuri communi(ſic enim dicitur ius exorbitans,quando in totum ius non abrogatur, ſed in aliquo ei derogatur. Corn.in conſil.174.column.2.libr.4. Crotus in l.omnes populi.colum.39.uerſ.pro complemento.ff.de iuſti.& iure.) an talis conſuetudo exorbitans extendetur ex identitate rationis. Oldra.in conſil.237.Perlectis.ſentit,quòd ſic:dum dicit, quòd ibi conſuetudo exorbitans per quam feudum,quod de iure feudorum primogenito tantum debetur,diuidi poteſt, non extenditur ad prælegatum,ut prælegari poſſit in teſtamento: quia in prælegato non militat eadem ratio:quia in diuiſione uoluntaria interuenit conſenſus duorum,ſed in prælegato conſenſus unius tantùm:ideſt prælegantis. Sentit ergo, quòd ſi in alio caſu eadem ratio militaret,ad eum fieret extenſio. Sed puto,quòd conſuetudo extendi non debeat ſiue in totum ſit contra ius,ſiue à iure exorbitet.l. ius ſingulare. l. quod uerò contrà.ff.de legibus.regul.ea,quæ de regul.iur. lib.6.habetur in l.ſi conſtante.ubi.Iaſ.col.13.ff.ſolut.mat.

76 ¶ Secundò † conſidero,quòd ſi diſpoſitio expreſſa, à iure communi exorbitans,non extenditur ex identitate rationis: multò minus extendetur conſuetudo, quæ dicitur ius tacitum.§. ex non ſcripto.inſti.de iure natu.gen. & ciui.in tacitis enim non ita ſit extenſio, ſicut in expreſſis. gloſſ.in clemen.ſæpe.in uerbo partibus.circa fin. de uerb. ſignifi.ubi tacitus conſenſus in aliquibus actibus iudicij, quòd ordinariè procedatur,non præiudicat in actibus futuris,quò minus poſſit pars inſtare, quòd ſummariè procedatur,quando in eius fauorem ſummariè procedi debebat: ſecus,ſi pars ab initio expreſsè conſenſerit,quòd ordinariè procedatur: quia tunc pœnitere non poterit. & ſic tacitus
77 † conſenſus reſtringitur ad actus præteritos, in quibus quis conſenſit: ſecus in expreſſo, qui extenditur etiam ad futuros: tradit Roma.in conſi.133. In præſuppoſito caſu. Actus enim taciti non ſunt ſic largè interpretandi,ſicut expreſſi: ſed eatenus quatenus ſe extendunt actus,ex quibus reſultant.l.§.Iulian.& quod ibi not. de itiner.actuque priua.l.fin.C.ne filius pro patre. l. uoluntarie. C. de excuſa.

cutor.

tutor.ita arguit Paul.de Caſtr.in conſi.334. Viſa appellatione. col. 3. circa medium, uerſicu.tamen aduertendum. lib.1.tradit Abbas in c. quoniam contra.col. fi. de probationib. Alexand.& Deci.in l.1.§.j.ſuper glo.in uerſi.ſi quis ff.quod quiſq; iuris.Dec.in c.j.col.21.ſ uerſ.ulterius & tertiò contra communem de iudic.in c.in præſentia. col. 12. uerſi.alia tamen fuit ſolutio. gloſſ. de probationib. & in c. dilecti.2.in 2.not.de appella.Iaſ. in l.cum quid.col.3.poſt med.uerſi. quarta concluſio.ff.ſi certum petatur. ¶ Tertio
78 † conſidero,quòd in caſu Oldr.in d.conſi.237.Conſuetudo potius erat correctoria iuris communis feudorum,quã exorbitans: quia in totum derogabat iuri uolenti feuda dignitatum diuidi non poſſe. conſtat autem ius correctorium difficilius extendi, quàm ius exorbitans. Corne. in conſi.82.col.3.uerſi. conſtat autem.& in conſi. 188. col.2. lib. 2. fieret tamen extenſio conſuetudinis exorbitantis à iure communi,quando talis conſuetudo eſſet fauorabilis: quia in ex orbitantibus ſit extenſio,quando materia eſt fauorabilis.glo.in l.illud.in fi.C.de ſacroſanct.eccleſi.tradit Iaſ.poſt Alex.in d.l.ſi cõſtante.col.13.in uerſi.ſecundo limita.ff.ſolut.matri.& in l.filiusfamilias.§.diui.col.9.uerſi. ſed ad hoc fundamentum.ff. de legat.1. Similiter materia
79 diſpenſationis † dicitur exorbitans: quia per eam uulneratur ius commune in caſu, in quo conceditur diſpenſatio: & tamen ſi contineat cauſam fauorabilem puta quia concernat fauorem religionis, uel animæ, in ea fit extenſio. Deci.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.col.8.uerſi. ſimiliter gratioſa uidetur.de iudi.poſt Aret. ibi & dictum fuit ſuprà in prima limitatione.& fuit extenſio in materia fauorabili,licet ſtricti iuris,etiam quòd ille fauor non reſpiciat utilitatem publicam principaliter, ſed ſecundario: prout in ſtatuto, per quod agnati aut affines inuicem litigantes, coguntur compromittere. Nam largè interpretatur & extenditur ad agnatos,& affines impropriè. & tamen non reſpicit utilitatem publicam principaliter, imò ipſorum litigantium: licet ſecundario etiam utilitatem publicã: quia reipublicæ intereſt ſubditos habere locupletes: & litium ſumptibus non conſumi, ita in tali ſtatuto tradunt Bald.

Alexand.

Alexand.& moder.in l.qui ſe patris. C. unde liber,v. Decius col. penult. Iaſ.col.24. Alexand.in l.1.§. lex Falcid.ff. ad legem Falcidiam.& in conſi. 125. col. penult.lib.7.Iaſ. in dict.l. de quibus,col.v.in l. prætor.§. prætor.col.2.ff.de edend.& in conſi.76.col.2.lib.3.Rochus de curte in d.c.ſi. chart.35.in octaua limitatione. Idem in alio ſtatuto concernente utilitatem publicã etiam ſecundario quod extenditur, tanquam fauorabile ad caſum improprium: ut per Iaſ. in dict. l. ſi conſtante. in princip. colum. 13. in fin. uerſi.2.limita.in l.properandum.in princip.col.3. C.de iu di. in l.fratres.col.3. C. de inofficio.teſtamen. Addo Bald. in conſi.286.Super primo puncto.uerſi. ſuper ſexto.lib.3. licet Iaſon dicat ſe neminem inueniſſe iſtud ponderantẽ. Rurſus fieret extenſio in materia exorbitanti ex identitate rationis,quando ratio eſſet expreſſa,uel pro expreſſa haberetur: quia unica tantum poſſet aſſignari: per ea, quæ
80 infrà dicam in 13. limitatione. ¶ Duodecimo † limitatur non procedere, quando unus caſus comprehenditur ſub alio, ſecundum communem uſum loquendi: quia tunc cõſuetudo extenditur ad illum caſum: Puta ſtante conſuetudine,quod in ſucceſſione deſcendentis ab inteſtato maſculi præferantur fœminis. Pone,quòd decedat pupillus,qui propriè non dicitur inteſtatus,ſed inteſtabilis: quia teſtari non poteſt,an ad eum extenditur conſuetudo? Certe ſic ſi probetur, quòd ſecundum communem uſum loquendi, etiam in pupillo uerificatur uerbum, inteſtatus, per ea, quæ habentur in l. 1. ff. de ſuis & legitim. in l. generaliter. in princip. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutio. Corneus in conſi.318.colu.2.circa med. lib. 1.& in conſi.106.
81 col.1.ad fi. lib. 4. ¶ Decimotertio † limitatur non procedere,quando caſus,ad quem fit extenſio, comprehenditur ſub caſu expreſſo ſaltem ex lata ſignificatione uocabuli: quia ad talem caſum extenditur conſuetudo etiam contra ius,aut a iure exorbitans. l.filium habeo.ff.ad Macedonia. puta,ſtat conſuetudo,quòd maſculus excludit filiam.certè extendetur ad neptem ex filia: quia appellatione filij nepos comprehenditur,largè ſumpto uocabulo.l.liberorum. ubi Bart.ff.de uerborum ſignification.& Mode.in l.uenia.
C.de

C.de in ius uocan.Roman.in conſi.129.Licet magna.Rochus de Curt. in repetitio.dict.c.fin.chart.33. col.4.uerſi. limitatur tamen primò. Eandem limitationem ſequitur Gozadinus in conſi. 90.col.4. poſt medium. ¶ Sed contra
82 hanc † limitationem uidetur facere:quia ad hoc, ut in correctorijs fiat extenſio ad alium caſum,duo uidentur neceſſaria. Primum quod ratio ſit expreſſa. Secundum, quòd alius caſus comprehendatur ſub expreſſo, ſaltem ex larga ſignificatione uocabuli. Imola in clement.j.de electionib. Alexan.in l.peregrè.§.j.col.ij.ff.de acquir. poſſeſ. Barbat. inter conſilia Calca.in conſi.28.col.9.Corn.in conſi. 198. col.pen.lib.iiij.Sed in conſuetudine,quod eſt ius tacitum,
83 non poteſt dici, quòd ratio ſit expreſſa ¶ Solutio. † Iſta decimatertia limitatio procedit in diſpoſitione, in qua unica tantum ratio poteſt aſsignari: quia illa habetur pro expreſſa.Bald.in l. quamuis.C.de fideicommiſſ.in l.maximum uitium.col.4.C.de liber.præteri.& in conſi.433.Domina Ioanna col.2.in fi.lib.3.Paulus de Caſt.in conſi.251. Viſa quadam ſecuritate.colum.1.poſt medium.lib.1.Alexander in l.mutuum.col.3.de acquirend.hæredita.in conſil.34.colum.penultim.in fi. lib.v.Imola in conſi.25.colu. 1.in fi.Decius in c.ſuggeſtum.in ſecundo notab.de appellationib.in conſi.15.col.3.uerſi.& licet Bart.in l.liberorũ. in conſi.64.colum.2. in conſi.188.colum.2.poſt medium. Iaſ.in dict.l.quamuis.in ulti.notabi.C. de fideicommiſſ.& alibi ſæpè doctor.itaque cum ratio habeatur pro expreſſa, dicuntur concurrere illa duo requiſita per Imolam & Corneum. & quòd ſufficiat rationem haberi pro expreſſa, licet quò ad uerba expreſſa nõ ſit,ut fiat extenſio ad caſum, qui ſublata ſignificatione uocabuli comprehendi poteſt: tenet Alexander in dict. l. ſi conſtante. in princip. colu. 6.ff.ſolut.matrimo.in conſi.190. col.4.uerſicu. prætereà, dictum ſtatutum emanauit. lib. 2. in conſi. 34.colum. fin. lib.v.Iaſ.in dict.l.de quibus. col.v. in l.quamuis.colum.2. C.de fideicommiſſ.in l.ſiue apud acta.colum.2.C.de tranſactionibus in conſi. 112. in fin. in conſi. 118. colum. 4.in princip. lib. 1. in conſi. 205. colum. 2. poſt medium. in conſilio 221. colum.v.lib.2.& in conſi. 115. col. 7. lib. 4.

Ripa in d.l.ſi conſtante. colum. 16. nume.65. Gozadinus in conſi.59.colum.3.poſt medium,uerſi.7.negari non poteſt.Curtius ſenior in conſi.9.colum.7.ante medium,uerſi. & ſi quiſpiam opponat.latius in conſi.81.Maximè colum. 3.ubi Curt.quòd talis ratio præſumpta,quando unica tantum poteſt aſsignari, idem operatur,quòd expreſſa. ideò ampliat & reſtringit diſpoſitionem ad limites ipſius rationis, nec diſtinguit an unum contineatur ſub altero, latè ſumpto uocabulo. ¶ Amplius multi Doctores ſimpliciter dicunt fieri extenſionem ad caſum non expreſſum,qui ſub larga ſignificatione uocabuli contineri poteſt ſub caſu expreſſo ex identitate rationis: nec requirunt, quòd unica tantum ratio poſsit aſsignari,& quòd illa habeatur pro expreſſa: hoc enim dicit Roma.in conſi. 129. Licet magna. ubi loquitur etiam in materia, quantuncunque correctoria.Identitatem etiam rationis ſimpliciter cōſiderat Soci. in conſi.129.col.4.uerſi. Sextò prædicta confirmantur.Iaſ. in l.Gallus.in princip.col.13.uerſi. item inquantum doct. Alex.ff.de libe.& poſth. Gozadinus in conſi. 103. col.v.in fin.¶ Sed dici poteſt,quòd ratio eadem conſiderari non poteſt,niſi unica tantum poſsit aſsignari. Si enim plures aſsignari poſsint, quomodo ſciri poterit, quòd militet eadem ratio,prout arguit Bar.in d.l.liberorum.ff.de uerb.ſignifi. & quando rationes plures poſſunt aſsignari,ſolum dici poteſt, quòd militat ſimilis ratio: ſed non eadem. Ex præ-
84 miſsis † apparet, quòd malè uidetur locutus Rochus de Curte,in repet.d.c.ſi.chart.33. col.4.uer.limitatur tamen primò.ubi poſtquàm firmauit concluſionem, quòd conſuetudo extenditur ad caſum non expreſſum, qui ex larga ſignificatione uocabuli comprehendi poteſt, ſub expreſſo: ut in conſuetudine, quòd maſculus excludat filiam, quòd extendatur ad neptem. poſtquàm retulit rationem Iaſ. in d.l.de quibus.col.v.quòd ideò fiat extenſio: quia illa conſuetudo non poteſt habere,niſi unicam rationem ſcilicet, agnationis conſeruandæ, quæ habetur pro expreſſa.ſubdit Curtius aliam rationem aſſignari poſſe,ultra Iaſ. quia ſcilicet appellatione filiæ,continetur neptis,de larga ſignificatione, quo caſu fit extenſio, etiam in correctorijs: per

gloſſ. in d. clemen. 1. de elect. & ſic uult Rochus, quòd fiat extenſio in correctorijs ex eo ſolum, quòd unum continetur ſub altero, de larga ſignificatione. Sed parcat mihi reuerentia tanti uiri: quia ratio per eum aſſignata non eſt ſufficiens, niſi etiam concurrat ratio Iaſ. uidelicet, uel quòd ratio ſit expreſſa, uel habeatur pro expreſſa, ita quòd militet eadem ratio. Imò ſola identitas rationis poſſet ſufficere, ut infra dicam. & tamen non ſufficeret illud tantum, quòd unum ueniat appellatione alterius. ¶ Aduer-
85 tendum † tamen circa hanc decimam tertiam limitationem, quia non procederet, quando diſpoſitio eſſet correctoria, & pœnalis ſimul: quia tunc non extenderetur ad caſum, qui de larga ſignificatione uocabuli comprehendi poſſet ſub caſu expreſſo, etiam ex identitate rationis. glo. in cle. ut hi, qui in uerſi. in eiſdem. de eta. & quali. quam pro ſingulari refert & ſequitur Rom. In conſi. 150. in propoſita quæſtione. ante finem. Alex. in d. l. ſi conſtante. In princip. colum. iiij. uerſi. iij. limita. Dec. in c. translato. col. 1. de conſtitu. Iaſ. l. ſi. col. 2. in fin. uerſi. tenendo iſtam regulam. ff. de in ius uocand. in l. cum quid quidam colum. 4. uerſi. 2. principaliter. ff. de liber. & poſthu. & in authen. quas actiones. col. 7. C. de ſacroſanct. eccle. Corne. in conſ. 217. Ante fin. lib. 3. Imò iſto caſu non fit extenſio etiam ex maioritate rationis. Soci. in conſi. 31. col. 5. in iij. q. lib. j. quod procedit, licet ratio ſit ſcripta in diſpoſitione. Iaſ. in dict. l. ſi. colum. ij. in ſi. ff. de in ius uocand. in conſi. 118. colum. 2. in princip. colum. 3. in fin. lib. 1. ¶ Sed quæro
86 † iuxta præmiſſa, ad pleniorem declarationem præmiſſorum: pone, quòd ratio ſit expreſſa in diſpoſitione correctoria, an ſimpliciter fiet extenſio ad alium caſum, an uerò ita demum, ſi alius caſus comprehēdi poſſit ſub expreſſo, de lata ſignificatione uocabuli? Alexand. in l. peregrè. §. 1. col. 2. uerſi. non obſtat, ſi pro opi. Cyn. ff. de acqui. poſ. & in conſi. 190. Maturè. col. 4. poſt medium. uerſi. & latius per domi. Anto. lib. 2. quòd requiritur, ut caſus non expreſſus comprehendatur ſub expreſſo, ſaltem ex larga ſignificatione uocabuli. idem uoluit Barb. inter conſilia Calca. in d. conſi. 28. col. 9. Corne. in d. conſi. 198. col. penult. lib.

 4. Curt.

4.Curt.ſenior,in conſi.13.col.3.ante medium.ubi allegāt Imo.in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.mat. Sed contrarium expreſſe tenet Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.colu. 12.uerſi.circa iſtud notabile.ff.de uerbo. oblig. ubi, quòd opi. contra Alex.eſt uerior & communior, quòd imò ſufficit rationem eſſe ſcriptam, ut fiat extenſio ad alium caſum: licet alius caſus de lata ſignificatione uocabuli non comprehendatur ſub expreſſo. Iſtud idem uoluit Iaſ. in l. Marcellus.in prin.col.11.in fin.uerſi.quid tenendum.ff.ad Trebel.ubi,quòd fit extenſio in correctorijs ex identitate rationis,quando ratio eſt ſcripta in lege,& tanto magis in
87 caſu illo dicit Iaſ. fieri extenſionem, ſcilicet de † Falcidia ad Trebellianicam. Quia appellatione Falcidiæ,uenit Trebellianica largè ſumpto uocabulo. uult ergo idem eſſe,ſi unum non ueniat appellatione alterius,ſaltem large: licet facilius fiat,quando uenit. idem in effectu uoluit Iaſ. in l.1.colum.2.in fi.uerſi.6.facit.ff. de in ius uocan.ut ean. in d.authen.quas actiones. col. 7. uerſi. ſed non recedas à communi regula.d.l.de quibus.colum.5.uerſi. puto, quod utrunque ſaluari poſsit. in d. conſil. 112. in fin. lib. 1. in d.l.quamuis col. 2. poſt medium. C. de fideicommiſſ.& in §. ſequens.colum.3.num.9. inſtit. de actio.in quibus locis
88 † ſimpliciter concludit fieri extenſionem in materia correctoria ex identitate rationis, quando ratio eſt expreſſa, nec diſtinguit, an caſus ad quem fit extenſio poſsit uenire appellatione caſus expreſſi, ſaltem ex larga ſignificatione. & pondera quod Iaſ. in d. authen. quas actiones. col. 8.uerſi.nec huic fallentiæ,refert. Imol.reſpondere ad glo. ſuper quibus ſe fundat Alexand.in d. l. peregrè.§. 1. idem & latè tradit Curt.ſenior in d.conſi.81.col.3.& ſeq.ubi ſolum conſiderat identitatem rationis expreſſe,uel quæ habetur pro expreſſa. Idem ſimpliciter tenet Dec. in dict. cap.tranſlato.in primo not.de conſtit.ubi quòd fit extenſio in materia correctoria ſimpliciter,quando ratio eſt expreſſa: nec diſtinguit, an caſus ad quem fit extenſio, comprehendatur ſub alio ex larga ſignificatione. Imò ſi Dec. bene ponderetur,expreſsè & clarè hoc uoluit,dum primò arguit contra Abb. uolentem, quòd fiat extenſio in pœnalibus

libus

libus ex identitate rationis. nam Dec. arguendo dicit, quòd in iuribus allegatis per Abb. ideò ſit extenſio, quia uel illi duo caſus erant æquiparati, uel unus ueniebat appellatione alterius, latè ſumpto uocabulo. ſed poſteà tenet Decius opin. Abb. & ſic apertè uult Dec. idem iuris eſſe: licet unus caſus non comprehendatur ſub alio, ſaltem largè. Idem Ripa in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Trebellianum. ubi, quod ſit extenſio ad omnes caſus, qui ſub ratione expreſſa comprehendi poſſunt, licet ſequatur iurium correctio idem tenet Crotus in d. l. omnes populi. colum. 37. uerſicul. octaua concluſio. Idem uoluit Alexand. in l. cum mulier. in quinto notab. per illud text. ff. ſoluto matrimonio. ubi, quòd ſit extenſio in pœnalibus, quando ratio eſt expreſſa, nec diſtinguit an unus caſus ueniat largè, ſaltem appellatione alterius. Idem etiam uoluit Alexand. in d. l. multum. colum. 3. ff. de acquirend. hæredit. in d. conſi. 34. col. penulti. in fin. libr. v. dum dicit fieri extenſionem ad caſum, qui ſaltem comprehendi poteſt ſub caſu expreſſo, ſaltem de lata ſignificatione quando ratio eſt expreſſa,
89 pondero † dictionem, ſaltem, quæ eſt implicatiua, implicans etiam alium caſum, qui non comprehenderetur ſub caſu expreſſo de lata ſignificatione. Ioan. And. in cap. quia propter. de electio. lib. 6. habetur in cap. ſtatutum. §. quia uero. de reſcript. eod. lib. Socin. in conſi. 38. colum. 4. poſt meddium. uerſic. nec eſt uerum, quòd prædicta domina Antonia. lib. 1. Corne. in conſi. 190. in princip. lib. 1. Sed contrarium, quòd dictio, ſaltem, non implicet, tradit Dec. in cap. per tuas. in ſecundo notabili, de appellatio. Eandem opinionẽ, ꝙ ſimpliciter ſufficiat rõnem eſſe expreſſã, uel haberi pro expreſſa, tenet Curt. ſenior in conſi. 9. col. 7. ante med. uerſ. & ſi quiſpiã opponat. ¶ Rurſus pro hac opinione cõſidero rõnem, qua doctor. mouẽtur ad tenẽdũ
90 † ꝙ in correctorijs licita eſt extenſio, qñ ratio eſt expreſſa uidelicet, quia tunc nõ uidetur diſpoſitio extẽdi, ſed intelligi & cõprehendi ſub ipſo expreſſo ex ratione & mente. l. nominis, & rei. ff. de uerborum ſignificatio. & ſic iſta dicitur interpretatio intellectiua, potius quàm extenſiua: ut dicit Bald. in d. l. quamuis. circa principium. C. de fi-

cèt ratio non ſit expreſſa tamen ſi unica tantùm poſsit aſsi gnari,quòd adhuc fiat extenſio ad caſum, in quo uiget eadem ratio:licèt ille caſus non ueniat ſub expreſſo, ſaltem
93 de larga ſignificatione:quia † doctores parificant iſta duo, quòd ratio ſit expreſſa,uel quòd unica tantum poſsit aſsignari:quia illa habetur pro expreſſa, ut ſuprà diximus. & tradit Felin.in d.c.tranſlato.in fin.de conſtitutio.& in d.c. ſi quando.col.8.uerſ.conſidera tertiò.de reſcriptis. & iſtã parificationem faciũt doctor.etiam in materia correctoria, ut dictum eſt, una tantùm uidetur differentia inter
94 † rationem expreſſam & tacitam, & quòd ubi ratio eſt expreſſa,facilius fit extenſio,quàm ubi expreſſa non eſt: quia ubi non eſt expreſſa,opus eſt laborare, & inueſtigare, quæ ratio potuerit mouere diſponentem ad ſic diſponendum: & an unica tantùm ratio potuerit eum mouere.Illa tamen
95 † ratio in dubio coniecturanda eſt in ſtatuto, quæ potuit mouere principem ad ita ſtatuendum. Abbas in conſil.75. col.2.lib.2.allegat gloſſ.in l. tale pactum.in fi.ff de pactis. Bald.in l.ſcire oportet.ff.de excuſ.tuto. Alibi ſcribit idem in Abb.in conſil.1.col.3. uerſ.ultimò adduco. lib.1. quòd ubi ratio non eſt expreſſa in lege, uel in ſtatuto, debemus conſiderare qua ratione motus fuiſſet ſapiens ad ita ſtatuẽdum.Sed in eiuſmodi interpretatione rationis,aut ea præſumenda,quomodo ſapiens moueri potuerit,nunquam nõ erit inter aduocatos contentio.Ad rectitudinem igitur iudicantis erit,omnia diligenter inquirere, & prę omnibus
96 † reſpicere eum oportet ad rationem naturalem,quæ ſola eſt certa & indubia,& habetur pro lege ſcripta,& æquitate ſcripta.Bald.in conſil.473.Circa quæſtionem.col.final. lib.v.ubi etiam,quòd ratio naturalis idem eſt, quòd iuſtitia naturàlis.Alibi ſcribit idem Bald. in conſi. 38. Dominus Thomas.col.2.lib.1.quod ratio naturalis cuncta rectè reſpondet: & uix reperitur aliquid contra rationem naturalem, quod non remordeat conſcientiam. allegat gloſſ. magnam in l.in hac.ff.de tritica.Alibi ſcribit Bald.in rub. C.ſi ex falſis inſtrumen.col.3. quòd nec maior nec certior eſt ratio in mundo,quam ratio naturalis. ratio enim naturalis, eſt potiſſima in qualibet interpretatione. Bald. in

tit. de pace Conſtan.in uerſi. uel per aliam perſonam.alle gat Cyn.in l.non dubium.circa fi.C.de legib. Alibi ſcribit Bald.in l.quotiens.circa princ.C.de ſuis & legiti.quòd uir tus legis conſiſtit in ratione naturali: cum lex ſe ſpeculetur in natura.§.adoptio.inſtitut. de adoptio. tradit Iaſ. in conſi.50.colum.2.lib.3. & ab iſta ratione naturali licitum eſt arguere, licet lex deficiat.d.l.ſcire oportet.c.ſecũdo re quiris.in fi.de appel.gloſſ.in c.conſuetudo. 1. diſtin. Abb. in conſi. 66. in 2. dubio lib. 1. Præmiſſa tamen concluſio, quòd conſuetudo etiam correctoria iuris communis exten ditur ad alium caſum,quando ratio eſt expreſſa,uel pro ex preſſa habetur,patitur aliquas limitationes, de quibus per Iaſ.in d.authen.quas actiones col. 7.ubi ponit tres fallentias,& idem Iaſ.in authen.non licet.col.2.C.de libe.præ-
97 te.Sed aduerte,dum † Iaſ. uoluit legem pœnalem aut cor rectoriam taxatiuè loquentem, non extendi licet ratio ſit expreſſa.nam contrarium in hoc tenuit idem Iaſ. in conſi. 18.col.3.in fi.lib.1.ubi uoluit,quòd imò fiat extenſio,non obſtante taxatiua, modò lex non ſit pœnalis & correctoria ſimul. Sed puto extenſionem non fieri in correctorijs aut odioſis: licet ratio ſit expreſſa, quando diſpoſitio taxatiuè loquitur, quinimò etiam ceſſante taxatiua, non ſemper ſit extenſio, propter rationem expreſſam in correctorijs,aut odioſis,maximè quando odium non eſt rationabile.Corn.in conſi.90.col.penult.uer.nec obſtat,quòd ratio. & in conſi.97.circa fi.lib. 3. circa ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, fauore agnationis, quod non extenditur ad omnes maſculos,& omnes caſus,in quibus mi litat fauor agnationis: ſed ſæpius reſtringitur,etiam quòd unum ueniat appellatione alterius de lata ſignificatione uocabuli: ut habetur & Alex. & moder.in l. 1. C. de ſucceſ.edicto.& idem Alex.in conſi.97.lib.2.¶ Decimo quar
98 to † limitatur dicta concluſio, ut non procedat, quando duo æquiparantur a lege antiqua: quia tunc conſuetudo ſuperueniens & diſponens in uno, extenditur ad aliud. glo. Bart. & doct. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. per illum tex. C. de furt. iuncta l. non tantum. ff. de ſeru.corru.ubi, quòd hoc procedit etiam in pœnalibus: multò magis in correcto-

correctorijs. tradit Iaſ. in d. authen. quas actiones. col. 5. uerſi. 3. pro opi. Pla. & col. 7. uerſi. 2. principaliter limita. & idem Iaſ. in l. ſi arrogator. col. antep. uer. ſed redeundo ad principalem. q. ff. de adopt. in l. tranſigere. col. 5. uerſi. 2. moueor. C. de tranſact. & in l. 1. col. 5. & col. 7. ff. de leg. 1. Rochus de Curte in repe. d. c. fi. chart. 34. col. 2. uerſi. 3. limitatur. in parua impreſsione. in quibus locis habetur, quòd iſtud procedit etiam in materia correctoria, aut pœnali. & quòd procedat in materia pœnali, tradit Iaſ. in §. ex maleficijs. col. 8. num. 39. inſtit. de actio. per glo. in cap. ſi poſtquàm. in glo. fin. de electi. lib. 6. & in cap. de multa. in uerſi. in eadem eccleſia. ubi Abb. de præben. idem tenet Deci. in cap. cauſam, quæ. col. 3. uer. ſed reſpondetur. de iud. & in c. ſecundò requiris. col. fi. de appella. Addo Abb. in conſi. 75. col. 3. lib. 1. Sed contrarium, quòd in pœnali-
99 bus correctorijs † aut odioſis nō fiat extenſio, & quòd lex noua diſponens ſuper uno ex æquiparatis per legem antiquam, non extendatur ad aliud, tenent Iac. de Rau. Pet. & Cyn. in l. non ſine. C. de bon. quæ libe. per illum tex. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Soc. in conſi. 150. col. 21. uerſi. benefacit, quod ſingulariter. nume. 18. lib. 1. Idem tenet Io. de Ana. in conſi. 27. col. 2. per tex. in l. fi. C. de ſacroſ. eccle. iuncta authen. quas actiones. Nam in d. l. fi. ciuitas & eccleſia æquiparantur in materia præſcriptionis: & tamen ius nouum d. authen. corrigens in uno, non trahitur ad aliud: ſecundum communiter doct. & quòd iſta limitatio non procedat in correctorijs uoluit Iaſ. in l. Marcellus, in princip. col. 7. uerſi. 2. principale. ff. ad trebe. allegat glo. in §. fi. in uerſi. placuerit. & ibi Ang. de Aret. inſtit. quibus ex cauſ. manumi. non licet. ex quibus patet Iaſ. fuiſſe ſibi contrarium in hac materia.
100 Quid tenendum? placet † prima opinio, quòd fiat extenſio. quæ opin. uidetur communis. Nec obſtat tex. in d. l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. iuncta authen. ibi poſita: quia reſpondetur, quòd licet eccleſia & ciuitas eſſent parificatæ in materia præſcriptionis: per d. l. fi. tamen illa parificatio non erat ſimplex & uniuerſalis, quò ad omnia: ſed in quatuor caſibus tantum, de quibus, quando æquipara-

tio non eſt uniuerſalis, non fit extenſio in lege correcto-ria, poſteà ſuperueniente. Ita declarat Mattheſil. in ſuo tract.extenſi.col.2. & hanc declarationem aut reſponſionem refert & ſequitur Iaſ. in auth. nouiſsima col.11. & in l.fi.col.fi.C. de inoffi.teſta. Eandem reſponſionem aut declarationem uoluit Soci. in conſi.275.col.v.poſt med.uer.
101 confirmatur,quia licet ciuitas.lib.2. ubi ad † hoc ut fiat extenſio in pœnalibus, propter æquiparationem duorum caſuum requiritur quòd æquiparatio ſit facta quo ad omnia per glo.in c.j.uerſi.ſanè.de uoto.lib.6.& in c.conſtitutus.uerſi.prorogamus de regular.eod.lib.Eandem reſponſionem & declarationē uoluit Alex.in l.Gallus. §. & quid ſi tantum.col.4.ſuper gloſſ.in uerſi. emancipatus.ff.de lib. & poſthum. Sed contra hanc reſponſionem obſtare uidetur: quia imò uidetur ſufficere, quòd fiat æquiparatio in materia, de qua agitur: ut fiat extenſio in eadem materia licet non fiat in alijs caſibus non æquiparatis. glo. in c. 1. in uerſi.declaramus.ne cle.uel monac.lib.6.ubi Gemi.Ad idem glo.in c.licet canon.in uerſi.parœcialis.& in c.ſi poſt quam.§.fi.in glo.pe.ubi Gemi.de electi.lib.6.pro hoc tex. in l.furioſi.C.de nupt.quem pro ſingulari ad hoc citat Roma.in conſi.179.Ampliſsimè doctor.col.4.uerſi.3.reſpondetur.tradit Iaſ.in l.2.col.penult.ff.de iureiu.in d.l.ſi conſtante.colum.v.ff.ſolut.matrim.in l.tranſigere.col.5.C.de tranſactio in §.ex maleficijs.col.9.in fi.num.44.inſtitut.de action.& in conſi. 118.colum. 4.circa medium.lib.1. Ideò ſaltem in illis quatuor caſibus in quibus erat facta æquiparatio eccleſiæ & ciuitatis fieri uidebatur extenſio. Vide-
102 mus † etiam, quòd argumentum à ſimili: ut procedat, non requiritur, quòd ſit ſimilitudo, quò ad omnia: ſed ſufficit eſſe ſimilitudinem in caſu de quo agitur. l. fin. C. de collatio.quem tex.ad hoc dicit meliorem de corpore iuris,Iaſ. in l.2.§.& harum.col.5.& in l.4.§.fi.col.3.ff.de uerbor.obligat.& in l.creditori.colum. fin. de oper.nou.nuntia.vbi alia etiam citat iura. Aliam & ſecundam reſponſionem ad dict.l.fi.& authen.ibi poſitā,quòd ideò ius nouum illius authen.correctoriūm non extendatur ad ciuitatem, quæ erat æquiparata eccleſiæ per dict.l.fi. tradit Imola in
d.l.

d.l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolut.mat.in v.fallentia,circa mate riam extenſionis in correctorijs: quia ſi fieret extenſio, il la eſſet de perſona ad perſonam non de caſu ad caſum: ſed de perſona ad perſonã,nõ fit extenſio, licet fiat de caſu ad ſum.Aret.& moder.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.colum. 5.ff.de liber.& poſthum.per text.in l.ſi quis ita. §. pen. ff. de teſtamen. tutel. & hanc reſponſionem Imolæ refert & ſequitur Alex. in conſi. 171. colum. 2. lib. 7. & pondera, quòd licet eccleſia aut ciuitas uideatur perſona ficta: tamen idem iuris uidetur,quò ad extenſionem: quod in perſona uera. Sed iſta reſponſio uidetur peior prima: quia Bart. & alij in dict. l. ſi quis ſeruo. C. de furtis, uolunt dicta ibi in ſeruo extendi ad filiũ:quia in illa materia ſeruus & filius erant æquiparati per legem antiquam. l. non tantum. ff. de ſeruo corrup. & ſic patet fieri extenſionẽ etiã
103 reſpectu perſonarum. Tertiam igitur † reſponſionem tradit Bald. in d. authen. quas actiones.col.2.poſt Guliel. & Cyn.quòd ideò diſpoſitio d.authen.correctoria,loquẽs in eccleſia,non trahitur ad ciuitatem: tex. in corpore,unde ſumitur illa authen.uidelicet in auth.de eccleſia. tit. §. pro temporalibus autem. loquitur taxatiuè: nimirum ſi extenſio non fit impediente taxatiua. & hanc reſponſionẽ ſequitur etiam Alex.in dict.conſi.171.col.2.lib.7.& de taxatiua,quòd impediat extenſionem,dictum eſt ſuprà. Sed nec iſta reſponſio ualet: quia taxatiua in d. §. pro temporalibus autem. non refertur ad eccleſiam, ita quod in eccleſia tantum locum habeat illa præſcriptio, ſed refertur ad præſcriptionem in fauorem eccleſiæ: uidelicet, quod contra eccleſiam currat præſcriptio ſola 40. annorum: itaque illa taxatiua nihil impedit, quominus diſpoſitio illius authen. extendi poſſit ad ciuitatem: benè impediret maius aut minus tempus præſcriptionis, contra ciuitatẽ, ſi ad eam fieret extenſio, ſicut impedit in eccleſia. Quar-
104 tam † reſponſionem tradit Paul. de Caſt. in conſi. 441. Pro declaratione.col.penult.in fi.lib.1.& in conſi.472. In cauſa capturæ.col.3.poſt med.eod.lib. quòd licet eccleſia & ciuitas, eſſent ſimiles in præſcriptione, rationes tamen erant diuerſæ: quia in ciuitate inducta erat præſcriptio

centum

centum annorum, fauore publicæ utilitatis, aut alia ratione, in eccleſia autem fauore religionis: nimirum ſi non ſit extenſio ob diuerſitatem rationis. Sed nec iſta reſponſio ualet: quia ius antiquum eas non æquiparaſſet, ſi non pari fauore dignæ fuiſſent. Rurſus uult Paul. inferre, quòd ideò in ciuitate correctum, ne fortè quaſi fauore maiori digna ſit, quàm eccleſia, quod eſt abſurdum. cum etiam
105 † in religione uerſetur ius publicum. l. 1. §. 1. ff. de iuſti. & iure. & quilibet de populo agere poteſt, ut diſpoſita ad pias cauſas, obſeruentur. l. Mela. C. de epiſ. & cler. Ioan. de Anan. in conſi. 30. in prin. Roma. in conſi. 69. col. 1. not. Bart. in l. ciuitatibus. ff. de lega. 1. Hanc tamen reſponſionē Paul. de Caſt. ſequitur Alex. in conſi. 89. col. 2. circa med. lib. 6. quia fauor publicus & pius, ſunt diuerſi ſpecie: licet ſimiles, & ſic non militet eadem ratio, ſed ſimilis tantum. ſed dic quòd etiam fauor pius, dicitur publicus, & ſic non
106 eſt diuerſitas in ſpecie. ¶ Quintam † ego ſolutionem conſideraui, quòd in d. l. ſi. & authen. ibi poſita, non uidetur differentia inter eccleſiam & ciuitatem, ob id quòd non opus fuit extenſione alia conſiderando hoc modo diſpoſitio illius. l. ſi. non procedit in omnibus ciuitatibus, ſed tantum in ciuitatibus habentibus iura regalia aut fiſcalia. Aret. in conſi. 153. Conſultatio. col. ſi. uer. 3. præmitto. Corne. in conſi. 268. col. 10. uerſi. non enim obſt. quod primo loco. lib. 4. Petrus Laurentius de lutis in ſubſcriptione ſua, ad conſi. Soci. 86. In cauſa communitatis. col. penul. lib. 1. ſed quo ad eccleſiam d. l. ſi. locum habebat, in omni eccleſia, & in omni loco: pro quo ad illos quatuor caſus, de quibus in d. l. ſi. & ſic eccleſia magis erat priuilegiata, quam ciuitas: cum non omni ciuitati tale priuilegium competeret, ob id quando ſuperuenit ius nouum authenticorum corrigens ius Codicis, quò ad illam præſcriptionem centenariam in eccleſia, non fuit neceſſe illud extendere ad omnes ciuitates, cum non omnes ciuitates pri
107 uilegio illo gaudeant. Et ſi dicas, quare non fuit † extēſum illud ius nouum correctorium ad ciuitates habentes iura fiſcalia, & eccleſiæ æquiparatas? Reſpondeo, quòd ſicut legiſlator per ius nouum authenticorum reſeruauit

illud

illud priuilegium præſcriptionis centenariæ in eccleſia Romana: ſic uoluit, quod ciuitates habentes iura Cæſaris pari gauderent priuilegio, & ſic argumentum contrarium procederet, ſi ius nouum ſuperueniens in totum corrigeret ius antiquum: quia tunc uideretur extendi etiam ad alium caſum æquiparatum per legem antiquam: ſed text. in dict. authen. quas actiones. non corrigit ius Codicis in totum cum reſeruet priuilegium eccleſiæ Romanæ generaliter, nedum in dictis quatuor caſibus. ob id conueniens fuit, quòd aliquæ ciuitates tam excellentes iura Cæſaris obtinentes pari gauderent priuilegio, ſaltem in illis quatuor caſibus. & iſta reſponſio mihi quidem magis placet, & magis uidetur arridere, quam aliqua alia ex ſupradictis. Cogita tu de meliori. ¶ Ex præmiſsis igitur
108 † habetur cõcluſio, quòd etiam in conſuetudine aut lege noua correctoria, fit extenſio in his, quæ per legem antiquam ſunt æquiparata de uno ad alterum, licet lex aut conſuetudo correctoria de altero tantum loquatur. Quæ tamen concluſio limitationes aliquas ſuſtinet & declaratio-
109 nes. ¶ Primo † igitur limitatur ut non procedat in perſonis æquiparatis per legem antiquam: quia lex noua aut conſuetudo correctoria diſponens ſuper una non extenditur ad alteram. Alex. in d. conſi. 171. col. 2. lib. 7. poſt Imo. in d. l. ſi uerò. §. de utro. ff. ſoluto matrimoni. Sed illud
110 dictum ſuprà proximè reprobaui. ¶ Secundo † limitatur quando lex aut conſuetudo correctoria taxatiuè loqueretur in uno tantum ex æquiparatis: quia ad aliud extenſio fieri non poteſt. Bald. poſt Guliel. & Cin. in d. authen. quas actiones. col. 2. Alex. in d. conſi. 171. col. 2. poſt medium. lib. 7. Iaſ. in dict. authen. quas actiones. col. 7 uerſi. 2. limita. & in authen. non licet. col. 2. C. de liberis præteritis. & licet ſuprà proximè reprobauerim hoc dictum in tertia reſponſione: tamen non reprobaui, quia dictum in ſe uerum ſit, ſed quòd non conuenit reſponſioni factæ ad contrarium. d. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. cum ſua authen. iuncta glo. Vbi enim fieret alias extenſio, illa ceſſat propter uerba taxatiua, quæ extenſionis dicuntur excluſiua. l. qui aliena. §. libertos. ff. de nego. geſt. l. qui ſella. §. qui actum. l. inter actum.

actum. l. certo generi. & l. Lucius. in uerbo, digitum unum. ff de ſerui. ruſti. prædio. l. ſi ſic. & l. ſi quis alia. ff. quemad. ſerui. amit. l. 3. §. cum Titio. ff. de adi. lega. l. 3. C. de patri. qui filios diſtra. inſti. de uſucap. in prin. cap. ſi duo de procu. lib. 6. l. fi. ubi Paul. C. de legibus. l. 2. §. 1. ff. de uſu
311 & habita. gloſſ. in l. rationes. C. de probatio. habens † .n. uerba taxatiua implicitam in ſe negatiuam, quòd aliter fieri non poſsit. c. cum eccleſia Sutrina. ubi gloſſ. de cauſ. poſ. & proprie. ubi Ioan. And. poſt Goffre. in uer. tantum. & adeò uerba taxatiua extenſionem non ferunt, quòd reſtringunt etiam actum fauorabilem. l. pen. C. de lega. Bald. in conſi. 262. Recolo. in fi. lib. 1. quod eſt repetitum in conſi. 456. lib. 5. ſed hoc dictum reprobatur infrà nume. 64. Hinc uidemus, quòd ubi ſubſtitutio uulgaris fit per uerba taxatiua, in ea non continetur tacita pupillaris. Fulgo. Alex. & Deci. in l. quamuis. col. 1. C. de impub. & alij. ſubſtit. Deci. in conſi. 132. colum. 2. circa med. Soci. in l. 1. colum. 55. uerſi. 8. ff. de uulg. & pupill. ¶ Iſta ſecunda
312 limitatio † recipit aliquas declarationes & ſublimitationes. Primò enim ſublimitatur, ut non procedat, quando taxatiua opponitur circa id, quod alias iam erat diſpoſitum: quia tunc nihil operatur, nec impedit extenſionem. l. ait prætor. §. interdum. ff. de nego. geſt. iuncta glo. ubi gerens negotia alterius deſerta, & derelicta, quæ alius geſturus non erat, tenetur de dolo tantum. addit gloſſ. & de lata culpa, quæ dolo comparatur: per l. quod Nerua. ff. depoſi. Ecce licet tex. loquatur taxatiuè, quod geſtor teneatur de dolo tantum: tamen extenditur ad latam culpam, quæ dolo æquiparatur. & per illum tex. cum glo. Calca. in conſi. 26. col. 2. in fi. generaliter dicit, quòd ubi duo caſus parificantur per legem antiquam, lex noua diſponens ſuper uno, etiam taxatiuè, non impedit extenſionem fieri ad alium caſum parificatum. Sed certè iſtud dictum Calca. ita ſimpliciter intellectum procedere non poteſt: ſed debet intelligi, quando lex noua diſponit taxatiuè ſuper eo, ſuper quo per legem antiquã iam erat diſpoſitum: quia tunc taxatiua nihil operatur. ita declarat Bald. in conſi. 351. Ioan. & Fede. ad fi. lib. 5. Propterea infert, quòd

quòd ſi in compromiſſo detur poteſtas arbitro pronuntian di de iure tãtum, illa dictio tantum nihil operatur ex quo de iure aliter pronuntiare non poterat. Ad idem allegat Bal.text.in l.j.§.j.ff.ſi menſor falſum mo. dixer.ubi tex.di cit, quòd minor ſolùm tenetur de dolo. poſteà ſubiungit, quòd lata culpa dolo æquiparatur. & ſic tenetur etiam de lata culpa. quia iam ante de iure conſtitum erat, ut qui de dolo tenetur, is etiam & latæ culpæ nomine teneatur. d.l. quod Nerua.& niſi fieret extenſio ad latam culpam, ſeque retur iuris correctio aut exorbitantia à iure induceretur, & ſic firmari poteſt concluſio in hac prima ſublimitatio-
113 ne,† quòd dictio taxatiua non impedit extenſionẽ, quan do aliàs induceretur correctio iuris. quod etiam uoluit Barto.in d.l.iij.§.cùm Titio.ff. de adi.lega.vbi ſi unum ſta tutum pro maleficio imponit pœnã mille librarum, aliud ſtatutũ pro eodem maleficio imponit pœnam quingenta-rum librarum tantum, per hoc non cenſetur correctum aliud ſtatutum imponens pœnam mille librarum. cum ſi-mil.vt per Alexand.in l.j.C.de bonor.poſſeſ.contra tabul. Aretinus in conſilio uigeſimoſeptimo columna penulti-ma in fin.verſicu.præterea per tacitos. Corne. in conſilio centeſimoſeptuageſimoſecundo, columna tertia uerſiculo hinc aliàs dubitatur. libr.iiij. Deci.in l.j.columna 18. cir-ca princip.uerſiculo ultimò non obſtat dictum Bartolum ff. de offic. eius. & in Lege j.columna. iij.C.de bonorum poſſeſſione contra tabulas, ubi, quòd hoc procedit, licèt uerba ſint geminata: quia adhuc per ea non inducitur cor-rectio.quod etiam uoluit idem Deci.in conſil. 281. in fine allegat Alexand.in conſil. 130. In cauſa Strazalorum.col. ij.verſi.nec ob.quòd ſtatutum.lib.iiij.licèt contrarium ui-deatur uelle idem Deci. in conſi.ij. col.pe.poſt med.uerſi. poſtremò concluſio. & ꝙ per dictionem taxatiuam nõ in-ducatur correctio iuris, uoluit Rom.in conſ.456.col.j.poſt med.Deci.in conſ.87.col.fi.Iaſ.in d.l.j.col.fin. C. de bon.
114 poſſ. contra tabu. Sed contra iſtam † concluſionem ar-guit Iaſ.d.l.j.colum.xj.uerſicul.ſecunda concluſio.ff.de of-fic.eius.in l.j.in princ.colum.iij.ff.ſi quis ius di. non obtẽp. in d.l.ſi conſtante.colum.15.verſi.iiij.adde, ubi, quòd imò

induci debet correctio iuris, ex quo aliàs diſpoſitio taxatiua nihil operaretur, ſicut dicit, quòd ſumitur argumentū à contrario ſenſu, & ad correctionem iuris communis, quādo aliàs in ſenſu directo nihil operaretur. Dicit tamen Iaſ. quòd in practica difficile eſſet obtinere contra Barto. ex quo non habemus contradicentem. Sed aduerte: quia attento iſto fundamento Iaſ. ſequeretur, quòd nunquam fieret extenſio, ubi eſſet dictio taxatiua. & tamen ſunt multi caſus in quibus fit extenſio non obſtante taxatiua. Secun-
115 do † conſidera, quòd ubi non apparet de mente diſponentis, quòd uoluerit recedere à iure communi, non reputatur abſurdum, quòd eius uerba nihil operentur, ſed intelligantur ſecundum diſpoſitionem iuris communis: prout uidemus in reſcriptis, quæ impetrantur ad diſpoſitionem iuris communis. Abbas. in capitulo cauſam, quæ. de reſcripti. ſequitur Decius in l. ſi quis iniquum. §. ſi is, pro quo. column. ij. ff. quod quiſque iuris. & iſtud eſt, quod uoluit Corneus in dict. conſil. 172. colum. iij. lib. iiij. prout in dicto & caſu Bart. in d. l. iij. §. cùm Titio. ff. de adi. lega. ibi enim ſtatuentes non intendebant derogare ſtatuto imponenti maiorem pœnam, & præſtare occaſionem delinquendi, pœnam minuendo: ſed intendebant delictum punire. Secus in caſu & exemplo Iaſ. quando ſtatutum dicit, quòd non extantibus maſculis fœmina ſuccedat. nam ibi ſumitur argumentum à contrario ſenſu, quòd non ſuccedat extantibus maſculis: quia apparet de mente ſtatuentium, quòd uoluerunt corrigere ius commune, fauendo agnationi, & pręferendo agnatos agnatis. Idem in caſu Pau. de Caſtr. in conſil. 338. Quia exceptiones. colum. ij. circa med. lib. j. nam ibi penſio debebat ſolui de reditibus prioratus & menſæ: poſteà mandatur eam ſolui de reditibus prioratus tantùm. certè ex tali mandato menſa cenſetur exempta & correcta, aut ſublata eius obligatio: quia intentio mandantis erat menſam ſubleuare & eximere.
116 ¶ Secundo † declaratur & ſublimitatur hæc ſecunda limitatio, ut ſolum procedat in correctorijs, in quibus non fit extenſio ad alterum ex æquiparatis, quando diſpoſitio correctoria taxatiuè in altero tantùm loquitur: ſecus in a-
lia ma-

lia materia non correctoria: quia tunc diſpoſitio taxatiua extenditur ad alterum ex purificatis: puta quòd gerens negotia deſerta alterius,& quæ alius geſturus non erat,ut teneatur de dolo tantum: quòd nihilominùs teneatur de culpa lata: quia æquiparantur iſta duo. & ſic in materia non correctoria dictio taxatiua non excludit connexa,aut parificata.d.l.j.ff.ſi menſor falſum mod.dixe.l. ait prætor.§.interdum.ff.de nego.geſt. & iſta erit alia declaratio ad dicta iura,ultra declarationem Bald.in d.conſ.351.lib.v. & iſtã declarationem tradit Deci.in d.l.j. colum.iij. C. de bono. poſ.contra tab.& ante eum Alex.in dict.conſ.130. colum. ij.libr. iiij. ubi,quòd taxatiua non excludit ea, quæ ueniunt uigore uerborum, cui adiungitur: puta quando fit mentio de dolo taxatiuè, non excluditur lata culpa, quæ uenit appellatione doli, per æquiparationem.allegat glo.
117 in l.ſemel mora.ff.ſolut.matri. ¶ Tertiò ſublimitatur † & declaratur concluſio, uolens quòd dictio taxatiua impediat extenſionem,ut non procedat in his, quæ ſunt de natura actus,quæ nunquàm cenſentur excluſa.clemen. exiui de paradiſo. uerſic. cum autem natura. de uerbor. ſignifi. quem text. ad hoc reputat aureum & ſing. Ioan. de Ana. in conſil.36.Vtrum Cophani. Iaſ.in dict. l.j.in princ. col. iij.uerſic.v.facit.ff.ſi quis ius dic. non obtemp.l. actionem. colum.ij.uerſicul.ego ſequor.C.de procura. ubi,quòd procurator habens mandatum ad agendum tantùm, poterit tamen defendere: quia illud eſt de natura iudicij. & tradit idem Iaſ.in dict.l.j.colum.iij.in iij.notab.& ibi Decius etiam colum.iij.C. de bonor. poſſeſſio. contra tabul. Addo Roman. in conſil.456. poſt principium. ¶ Quartò ſu-
118 blimitatur, † ut non procedat, quando aliàs reſultaret abſonus intellectus, uel contrarietas: quia tunc taxatiua extenſionem non impedit.Bald.& Angel. in l.cùm notiſſimi. per illum text. cum gloſſ. in uerſ. ſolis.C. de præſcript.trigint.uel quadragint.annor. Iaſ.in dict.l.j. in prin. colum.iij. uerſic. ſecundò & fortiùs.ff.ſi quis ius dicen. nõ obtem.& in dict.l.j. colum.fin. C.de bonor.poſſeſſ.contra tab.Exemplum in dicto Barto.in dict.l.iij.§.cum Titio.ff. de adim.lega.Eſſet enim abſurdum,quòd ſtatuentes,qui in

tendebant obuiare delictis,& illa caſtigare, cenſeantur uoluiſſe pęnam minuere præſtando eo modo occaſionem de-
119 linquendi. ¶ Quintò ſublimitatur non procedere † in his, quæ non cenſentur ſublata & excluſa per dictionem taxatiuam.l.viros. ubi Barto. C. de diue.offic.lib.12. Roma.in l.iij.§.iurari.ff.de iureiurand.Iaſ.in d.l. ſi conſtante. column.15.& in dicta.l.ſi mora. columna.ij.ff.ſolu.matrimo. ubi loquitur in pulchro caſo, in quo dicit Roman. ſe conſuluiſſe & obtinuiſſe. ſed Iaſ. non allegat illud conſil. Romani,quod eſt in conſil. 114. in ſecundo dubio. ¶ Sex-
120 tò ſublimitatur, † ut non procedat in materia fauorabili, in qua dictio taxatiua non impedit extenſionem ad ſimilia,ex identitate rationis.Bart.in d.l.ſi conſtante.in fi. primæ quæſtio.princ. ff.ſolu. matri. & ibi Iaſ. column.14. uerſicul. ultimò in quantùm Bartolus. & idem Bart. in l. ſerui nomine.ff.de uſucapio.& in l.illud. C. de ſacroſanct. eccleſ.Paul.de Caſtr. in conſil. 314.ſuper eo,quod quæritur.colum.fin.lib.j.Abb.in conſil.63.colum. penult. lib.ij. Ideò malè uidetur locutus Bald.in dict.conſil. 262. Recolo.in fin.lib.j. quòd uerba taxatiua reſtringunt etiam actũ fauorabilem.Ampliùs licèt diſpoſitio taxatiua non ſit ſimpliciter fauorabilis, ſed indifferens: quia poſſit ſe habere ad odium & fauorem, dummodò non ſit exorbitans,extenditur ad caſum habẽtem eandem uel maiorem rationem. Roma. in conſil.456.colum.ij.uerſicul.tertio deducitur.
121 ¶ Septimò † ſublimitatur, ut non procedat in his, quæ ſunt de acceſſorijs aut de appendicijs: quæ non cenſentur excluſa quæ taxatiuam. Puta, ſtatutum dicit,quòd mulier poſſit teſtari de dote duntaxat, non excludit quin poſſit teſtari de iocalibus & paraphernalibus, quæ ſunt de appenditijs dotis. Ioan. de Ana.in d.conſil.36.Vtrum Cophani. ſequitur Curtius iunior in conſil. 129. in fin. inferens, quòd ſtatutum diſponens ſuper lucro dotis, habet locum etiam in talibus bonis. quod Curtij dictum minimè placet. & uult arguere ex dicto Ioan. de Anan. quòd tendit ad tollendum odium. & eſt merè fauorabile ad caſum ualdè diuerſum & odioſum,ſaltem ex una parte. Dictum etiam Io.de Ana.in d.conſil.36.ſequitur Curt.ſenior

in

121 in conſil.76.colum. x. circa med. ¶ Octauò † ſublimitatur ut non procedat, quando aliter apparet de mēte diſponentis. Puta, collector habet poteſtatem ſubſtituendi unum ſubcollectorem tantùm. poterit tamen plures ſubſtituere ſucceſſiuè, unum poſt alium ex ueriſimili mente diſponentis Rota deciſio. 265. ſi collector. in nouis.

123 ¶ Nonò † non procedit in his, quæ eſſent magni præiudicij, quæ non cenſentur excluſa per taxatiuam: puta, ſi princeps reſcribat, procedat talis ſuper meritis cauſæ tantum, & nullas poſſit uel debeat exceptiones admittere: poterit tamen & debebit iudex admittere exceptiones ſubreptionis, ſuſpitionis contra iudicem, & falſi procuratoris contra comparentem uti procuratorem. ita Veronen.in conſ.64.col.vij.uerſ. plus etiam dico, allegat Paul. de Aretio ſingulariter in c. ex parte.ij. de offic. delega.

124 ¶ Decimò † non procedit in his, quæ eſſent maiora expresſis, quæ non cenſentur excluſa per taxatiuam: puta, ſi conceditur iuriſdictio alicui ſpecialiter, cenſentur excluſi alij iudices pares illi, cui iuriſdictio conceditur, ut cognoſcere non posſint: ſed non cenſentur excluſi iudices maiores. Dec.in conſil.iij.colum.ij.poſt medium, uerſ. & licèt iſta reſponſio. allegat Bald.in conſ. 385. Viſis omnibus.colum.ij.uerſicul. ſed prædictis obſtare uidetur. libr. iiij.eſt in conſil.253.lib. v. Sed iſtud dictum uidetur dubitabile: quia ſi princeps committit cauſam ſpecialiter uni, talis delegatus in illa cauſa dicitur maior quocunque ordinario.c.ſanè.ij. de offic. delega. tradunt moder. in rubr. eod.tit. Rurſus, quando cauſa alicui ſpecialiter committitur fauore perſonarum: puta, quòd de cauſis pupillorum aut uiduarum cognoſcat talis, talis iuriſdictio cenſetur cōceſſa priuatiuè ad omnes alios iudices. Bald. in l. vni. §. cùm autem.C.de cadu.tollen.Paul.de Caſtr.in l. ſi quis cū procura.§.Iulianus.ff. de procura. deciſio. Neapoli. deciſ. 41. ſi ex ſimplici conceſſione iuriſdictionis facta uni ſpecialiter fauore perſonarum ſine taxatiua, aut prohibitione expreſſa, cenſentur alij iudices excluſi. quid dicemus ubi eſt dictio taxatiua in conceſſione, quod talis tātùm cognoſcat?

125 ¶ Vndecimò † per dictionem taxatiuam non cen-

ſetur excluſum, quod cenſetur unum & idem per repræſen tationem: puta, ſi quis promittit de ſuo dato & facto tantùm: nihilominùs tenetur etiam de facto hæredis, qui dicitur eadem perſona cum defuncto. in authen. de iureiur. à morien. præſti. in princ. Illa enim dictio taxatiua, ſolùm uidetur adiecta ad excludendum perſonas extraneas. Bal. in l. fin. C. de actio. empti. per text. quem reputat ſingularem in l. ſtipulatio iſta habere. in princ. ff. de uerbo. oblig. ſequitur Alexand. in conſil. 18. colum. fi. lib. v. ſed melior text. in l. ſi neceſſarias. §. de uendendo. ff. de pigno. actio. quem text. pro ſing. & meliori ad hoc citat Iaſ. in l. ij. §. itē ſi in facto. colum. ij. ff. de uerbo. oblig. in l. ſi ſic ſtipulatus. la grand. colum. iiij. in fi. uerſic. ij. quia quælibet conuētio. eod. tit. in d. l. j. in princ. colum. iiij. in quarta limitatione. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. & in l. ſi tibi decem. §. ſi quis. ff. de pactis. Calca. in conſil. 18. columm. v. ante med. Deci. in conſil. 262. colum. iij. uerſic. ſextò hoc idem confirmatur. in conſi. 281. colum. iij. uerſicul. ad maiorem tamen cautelam & in l. hæredem. ff. de reg. iur. Corn. in conſil. 69. col. ij. ad fi. lib. iiij. Curt. ſenior in conſ. 76. col. x. poſt med.

126 ¶ Sed † contrarium quòd imò promittens de ſuo facto tantum, non teneatur de facto hæredis: tenet Bartol. in d. l. ſi ſic ſtipulatus. la grand. colum. ij. ff. de uerbo. obliga. & in l. qui in futurum. §. j. ff. de pact. per text. in l. non ſolùm. §. tale legatum. ff. de liber. legat. ſequuntur Alexan. & Iaſ. ſibi contrarij. in d. l. ſtipulatio iſta habere licere. in princ. ubi Alex. in ſecundo notab. & Iaſ. in quarto not. & ibidem Areti. eandem opinionem ſequitur Dec. ſibi contrarius in conſil. 504. colum. ij. in fi. Corne. etiam in conſil. ij. colum. ij. in fin. lib. iij. dicit expeditum non eſſe, quòd promittens de ſuo facto tantùm, cenſeatur promiſiſſe etiam de facto

127 hæredis. Sed aduertè: quia † puto, quòd text. in dict. l. non ſolùm. §. tale. ſuper quo ſe fundat Barto. nihil probet: quia ibi non agebatur de hærede diſponentis, ſed tertij debitoris, à quo tantùm prohibuit teſtator debitum peti. dicitur ibi, quòd nihilominùs poterit peti ab hærede ipſius debitoris: ſed nos loquimur in caſu diuerſo habente rationem diuerſam, quando quis promittit de ſuo facto tan

tùm,

tùm, quod nihilominùs tenetur de facto ſui hæredis:quia hæres reputatur eadem perſona cum defuncto, qui promi ſit. ſed in d. §. tale. hæres debitoris non reputatur eadem perſona cum teſtatore: quia non erat eius hæres, & quæſtio noſtra loquitur de eo qui eſt hæres diſponentis. Secundò contra Bart. adduco, quod ipſemet Bart. dicit in l. ſi ſeruus. la ſecund. ff. de condi. furti. ubi quando quis promittit de ſuo facto tantum, nihilominùs tenetur de facto defuncti, cuius eſt hæres: quia illud uidetur factum proprium promittentis, cùm hæres cenſeatur eadem perſona cnm defuncto. idem tenet Baldus in capit. j. in fine in titulo qui ſucceſſio tempor. Curtius ſenior in dicto conſi. 76. colum. x. poſt medium. Alexand. in d. l. ſtipulatio iſta, habere licere. col. ij. Decius in d. conſil. 281. colum. penulti. nonne iſta ratio militat etiam in caſu contrario, quando quis promittit de ſuo facto tantùm, ut teneatur de facto hęredis. ego uellem, quòd Bart. aſſignaret aliquam rationem diuerſitatis. Imò maior ratio uidetur, quòd promittens de ſuo facto tãtùm, non teneatur pro facto defuncti, cuius eſt hæres, quàm quòd non teneatur pro facto hæredis: quia ſi tenetur pro facto defuncti, cuius eſt hæres, ipſe promittens in uita oneratur & ſoluere, ant præſtare tenetur. Sed quando tenetur de facto hæredis, onus ſolutionis aut præſtationis reſpicit ipſum hæredem, & faciliùs grauant diſponentes hæredes, quàm ſe ipſos. Quod ipſo rerum experimento quotidiè uidemus in teſtamentis, in quibus quia teſtantes uident ſe migraturos in aliam regionem, liberaliùs agunt hæredes, grauando, non itidem acturi inter uiuos ad onus ipſorum diſponentium. Idem uidetur dicendum in filijs, quòd non cenſeantur excluſi per taxatiuam: puta ſi teſtator det licentiam diſponendi inter fratrem tantùm, non enim cenſetur prohibita diſpoſitio inter filios fratrum, cùm pater & filius cenſeantur eadem perſona. Curt. ſenior in d. conſil. 76. colum. x. uer. & ſi quiſpiam dixerit. ¶ Duodecimò † taxatiua non excludit ea, quæ æquipollẽter idem importãt:
128 puta, ſtatutum dicit, quòd ad poſitiones ſolùm reſpondeatur per uerbum, credit, uel non credit. certè poterit reſponderi per uerbum, negat. Paul. de Caſt. in conſil. 157. Ad pri

rum quæſitum dicendum eſt,quòd clerici. colum.j. in fin. lib.ij.ſed huius dicti puto aliam rationem eſſe: quia intentio ſtatuentium fuit non cogere reſpondentes, ad præciſè reſpondendum per affirmatiuam aut negatiuam. quia multi dubitant ſic reſpondere.Ideò à fortiori admitti debet reſponſio negatiua ſimpliciter, tãquàm magis clara & certa.
129 ¶ Decimotertiò † non excludit taxatiua id, quod expreſſè excludi aut prohiberi non poterat: puta ſi quis inſtituatur hæres particularis in re certa tantùm, ita quòd nihil amplius petere poſſit. nam ſi nullus alius ſit hæres uniuerſalis,aut ſit quidem, ſed repudiet, huic hæredi particulari accreſcet tota hæreditas,non obſtante taxatiua.Ratio eſt: quia teſtator non potuiſſet expreſſè prohibere ius accreſcendi in iſto caſu, per quam prohibitionem decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.Bald.poſt Dyn. in l.ſi quis ita hæres inſtituatur,ſi legitimus.ff. de hær. inſtit.in l.dominus.§.j.ff.de uſufruct.in conſil. 468. Quidam Titius baſtardus.in conſil.480. Teſtator inſtituit. lib. j. & latiùs in conſil.379.Thema,ſuper quo. colum.ij. poſt medium.libr.iiij. Alexan.in l.quotiens.colum.fi.C.de hæredi. inſtit.& in l.ſi quis priore.colum.fi.ff.ad Trebel.ubi quòd iſta eſt magis communis opi. & alios doct. hanc opi.tenentes latè refert Iaſ.in conſil.viij.colum.ij.circa med. lib. iij. Addo Calca.in conſil.33.colum.iiij.& v. Curtium ſeniorẽ in conſil.75.And.eandem opi.tenet Iaſ.in conſil.72. in fi. lib. iij. Capra in conſil.ix.in tertio dubio. ¶ Contrariam
130 opin. quòd † imò ius accreſcendi poſſit prohiberi expreſſè. Et quòd ex dictione taxatiua cenſeatur prohibitũ, & quòd eo caſu teſtamentum ſit nullum nullo exiſtente hærede uniuerſali, propter talem prohibitionem expreſſam uel tacitam, tenet Bart.in d.l. ſi quis pro re. in fi. per illum tex.ff.ad Trebel.in l. pater filium. colum. penult.ff. de inoffic.teſta.in conſi.156. Titius fecit teſtamentum. & in conſil.177. Matteolus & alij doct. plurimi, quos Iaſ.refert & ſequitur in dicto conſil.viij.columnn.ix.& colum.13. Curt.iun.in conſil.12.colum.ij. Gozadi. in conſil. 21. col. vi.circa med.Eandem opi.ſequitur Ripa in l. re coniuncti. colum.32.ff.de leg.iij.licèt dicat communem opi. eſſe con-

tra Bart.ſed Iaſ.in d.conſil. viij. colum.ix. quòd imò opin. Bart.eſt magis communis.Idem etiam Iaſ. in l. ſi mora. in iiij. no.ff. ſol. mat.quòd ius accreſcendi prohiberi quidem poteſt in inſtitutione, ſed quòd requiritur prohibitio expreſſa,nec ſufficit tacita : quæ inducitur ex dictione taxatiua, aut prohibitione de plus non petendo. ¶ Ex quibus uides, quàm uariæ doct. ſententiæ ferantur in hoc articulo, & quam parum ſibi ipſis doct.conſtent. Quid igitur tenendum? Puto diſtinguendos aliquos caſus. Primus caſus, eſt in legatis & fideicommiſſis, in quibus ceſſat illa ratio, ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus, & in eis ſine dubio prohiberi poteſt ius accreſcendi,& prohibitum cenſetur tacitè ex dictione taxatiua aut prohibitione,de plus non petendo. Bald.in l.ſi arrogator.ff.de adoptio.& in l.j.colum.17.C.de ſacroſanct.eccle.ſequitur Iaſ. in d.l.ſi mora.in quarto notabili.ff. ſolu. matr. & in conſil. 61.colum.fin.lib.iij. ¶ Secundus caſus eſt in inſtitutione, in qua conſideratur illud abſurdum, ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.& tunc aut hęres particularis inſtitutus in re certa taxatiuè aut cum prohibitione de plus non petendo,eſt talis perſona,quòd hærede uniuerſali non adeunte uel repudiante ueriſimiliter inſolidũ fuiſſet inſtituta, & tunc per dictionem taxatiuam aut prohibitionem de plus non petendo,non cenſeatur prohibitũ ius accreſcendi. Puta, teſtator inſtituit primogenitum uniuerſaliter:ſecundo genitum autem particulariter. Vel maſculos inſtituit uniuerſales : fœminas autem particulares: ut domus teſtatoris honeſtius manu teneretur.ueriſimiliter tamen inſtituturus filias,deficientibus maſculis, aut inſtituturus ſecundo genitum,ueriſimiliter deficiente primo genito.& licèt adiecerit teſtator taxatiuam, aut prohibuerit plus petere : tamen iſtud cenſetur feciſſe in gratiam & fauorem hæredis uniuerſalis,non in odium ipſius inſtituti particulariter.Ceſſante igitur hærede uniuerſali,uel eo repudiãte, ceſſare debet effectus taxatiuæ aut ꝓhibitiõis de
131 amplius non petendo. ſicut † dicitur de renũtiatione hęreditatis,aut pacto,de non ſuccedendo,firmato iuramẽto, quòd non nocet,non exiſtente perſona, cuius contempla-

tione talis renunciatio facta eſt. Bald. in l. pactum, quod do tali. in iiij. q. C. decollat. & ibi Dec. col. iiij. & idem Bald. in conſil 437. Quædam puella. libr. j. Calca. in conſil. 33. col. pen. in fin. Cor. in conſil. 291. lib. iiij. & alibi ſæpè Mo-
132 der. Aut hæres† particularis eſt talis perſona, quam teſtator ueriſimiliter inſtituturus non erat uniuerſaliter, etiam ceſſante hærede ſcripto: quia eſſent aliæ perſonæ: quas ſecundum conſuetudinem loci, aut domus ipſius teſtatoris, ueriſimiliter teſtator prætuliſſet hæredi particulari, uel quia teſtator hæredem particularem non diligeret: ſed neceſſariò eum ita particulariter inſtituerit, ne teſtamentum rumperetur, nec tunc neceſſaria uidetur expreſſa prohibitio iuris accreſcendi. quicquid aliter dixerit Iaſ. in d. l. ſi mora. in iiij. not. ff. ſol. matr. & tunc procedat alia opinio, quòd cenſeatur prohibitum ius accreſcendi, & reducatur res ad cauſam inteſtati. & ſic iſte ſecundus caſus procedit, ubi eſt prohibitio iuris accreſcendi tacita, uel per dictionem taxatiuam, uel per prohibitionem de non petē-
133 do. ¶ Tertius † caſus eſt, quando teſtator nullum fecit hæredem uniuerſalem, ſed particularem tantùm cum dictione taxatiua, uel prohibitione de plus non petendo. & iſto caſu dicendum uidetur prohibitum cenſeri ius accreſcendi: quia ſi accreſceret, illud fieret contra expreſſam uoluntatem teſtatoris, qui ſatis uidit, quòd neminem uniuerſaliter inſtituerat. & tamen noluit, quòd hæres particularis aliquid amplius conſequeretur. ſed intentio teſtatoris fuit, quòd ueniret hæreditas ad hæredes legitimos. & pro tanto inſtituit illum particulariter, quaſi partem ſuam uellet ei diuidere, ut quantum accipere eum uellet, ſic inſtituendo declararet, uel iſto tertio caſu ueniet hæreditas ad hæredem uniuerſalem, ſcriptum in primo teſtamento, ſi quod prius fecit: ut per Curtium iuniorem in dicto conſilio 12. columna penultima in fin. ¶ Quartus caſus eſt, quando teſtator expreſsè prohibuit ius accreſcēdi. & iſto caſu quicquid diſſentiant doct. mihi uidetur res clara, quòd teneat prohibitio. nam expreſsè prohibendo cogitauit caſum, quo hæres uniuerſalis non ſuccederet. & tamen noluit tunc, quòd hæres particularis totam hære-

ditatem

ditatem ferret. Conſequenter apparet de eius uoluntate, quòd potiùs mori uoluit in totum inteſtatus. nec iſto caſu procedit ar.de regula: ius noſtrum non patitur. ff. de reg. iur. quia dico, quòd non decedat teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Imo in totum inteſtatus. Si enim uoluiſſet mori teſtatus, alios dediſſet cohæredes uniuerſales, uel ſubſtitutos. Similiter iſto caſu non procedit alia regula, quòd nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento:quia imò habebũt locum.ſed leges non prohibent,quin moriatur quis inteſtatus, ſi uelit. & profectò durum nimis uideretur admitti quem ad ius accreſcendi contra uerba & uoluntatem expreſſam teſtatoris. ¶ Ex præmiſſis abundè declaratam habes hanc ſecundam limitationem, quòd diſpoſitio correctoria iuris communis diſponens ſuper uno ex æquiparatis per legem antiquam,non trahitur ad alterum,quando talis diſpoſitio
134 correctoria taxatiuè loquitur..¶ Tertiò, † præmiſſa conclufio,quòd diſpoſitio aut conſuetudo correctoria iuris cõmunis, diſponens ſuper uno ex æquiparatis extenditur ad alterum,limitatur, ut non procedat,quando noua diſpoſitio correctoria fieret per idem ius,quod æquiparatur. Puta, ſi de iure Digeſtorum duo ſint parificata : & per idem ius Digeſtorum fiat noua diſpoſitio inducens correctionẽ ſuper uno ex ipſis æquiparatis, talis diſpoſitio correctoria non extenditur ad alterum ex æquiparatis. Roma. in d. conſ.179.Ampliſſimè Doct.col.iiij. uer. ij. quia & poſito. & ratio uidetur quia cùm eodem iure inducitur correctio, ſi intendiſſet diſponens in altero corrigere,utique illud ſciuiſſet exprimere,ſi uoluiſſet:arg.l.uni. §. ſinautem ad deficientis.C.de cad.tol.quæ ratio uidetur ceſſare,quando inducitur correctio per aliud & diuerſum ius. Sed iſta ratio non uidetur bona: quia etiam dici poteſt promulganti ius nouum,quòd ſciuiſſet & in alio corrigere,ſi uoluiſſet. & ſi dicas,nouus legiſlator ignorabat ius antiquũ. reſpondeo, id dici non poſſe de legiſlatore:cum & alij nemini iura liceat ignorare.l. leges. C. de legi.multò magis turpe eſſet legiſlatori id ignorare.l.ij.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de origine iuris. Rurſus etiam data ignorantia, dici poteſt,

quòd

quòd ſi ſciuiſſet æquiparationem iuris antiqui ueriſimili-
ter in utroque correxiſſet. ob id iſta limitatio Rom. mihi
135 non placet. ¶ Quarto † limitatur & reſtringitur præmiſſa
concluſio,ut ſolùm procedat quādo duo æquiparantur per
legem antiquam , per modum regulæ , & generaliter quò
ad omnia.Secùs ſi duo caſus ſimpliciter reperiantur æqui-
parati à lege antiqua in aliquo caſu : quia tunc diſpoſitio
noua correctoria diſponens ſuper uno ex ipſis æquipara-
tis,non trahitur ad alterum. Alex.in l. Gallus. §. & quid ſi
tantùm.col. iiij. ſuper glo.in uerbo emancipatus. ff. de li-
ber.& poſth. Socin.in conſ. 275. col. v. poſt med. uerſicu.
confirmatur:quia licet ciuitas.lib.ij.Decius in dict.c.tran-
ſlato. in ſecundo notabil. de conſtitu. pro hac limitatione
Alexand.in d.§.& quid ſi tātùm.allegat glo.in d.aut. quas
actiones. nam eccleſia & ciuitas erant æquiparatæ , per d.
l.fi.C.de ſacroſanct.eccle.& tamen quia non erant æquipa
ratæ generaliter per modum regulæ,ſed ſimpliciter in ma
teria præſcriptionis,& in illis quatuor caſibus, ius nouum
illius authen.corrigens:in eccleſia, non extenditur ad ciui
tatem:ſecundum gl.ibi communiter approbatam.ſed cer-
tè iſta limitatio & declaratio procedit , quò ad ea , in qui-
bus non fit æquiparatio,ſed in materia,in qua reperitur ſa
cta æquiparatio, licita uidetur extenſio, ut ſuprà diximus.
& quia ualet argumentum de parte ad totum , quando eſt
eadem ratio. l. quæ de tota. ff.de rei uendi.¶ Ex præmiſſis
abundè,clarè & utiliter explicatam habes hanc materiam
an conſuetudo aut alia materis ſtricti iuris diſponens ſu-
per uno ex æquiparatis à lege antiqua,extendatur ad alte-
rum,& conſequenter declaratam habes decimamquartam
limitationem traditam ad regulam & concluſionem,quòd
136 conſuetudo nō extenditur.¶ Decimoquinto,† non proce
dit præmiſſa concluſio in conſuetudine,quæ eſſet introdu
cta ad obuiandum fraudibus: quia etiam in materia odio-
ſa fit extenſio à paritate rationis, ut fraudes remoueantur.
c.quātò.de priuileg.c.ſi ciuitas.de ſentent.excommu. libr.
vj.glo.fin.in c.quanquàm.de uſur.lib.vj.& in materia odio
ſa interpretatio lata fieri debet ad effectum,ut fraus exclu
datur.l.j. §. pecuniam . ff. de calumn. l. ſed & Iulianus. in
princ.

princ.& §.mutui datio.ff.ad macedonia. Deci. in conſil. v. in fi.in conſil.196.col.j.in conſil.277.col.ij.in conſil.301. col.ij.& in conſil.398.in fin.Iaſ.in l.j.in princ. col. iij. poſt med.ue rſicu.breuiter iſta deciſio.ff. de uerborum obligat. & in l.non dubium.col.x.C.de legibus. Addo Alexand. in conſil.65.col.fin.lib. vj. ubi quòd in ſtatuto facto ad obuiã dum fraudibus,maſculinum concipit fœmininum.¶ Deci-
137 moſextò,† non procedit,quando alias ſi conſuetudo non extenderetur,reſultaret abſurdum:quia tunc largiſſima fit interpretatio,ut abſurdum tollatur etiam in materia ſtricti iuris. Abb.in c.cùm dilectus.col. ij. uerſi. & ex hoc tex. not.vnum.de conſuetu. Alex.in conſi.80.col.pe. uerſi. pro hoc etiam facit.lib.j.& in conſi.217.col.pe.in fi.uerſ.idem reſpondeo,quòd etiam ubi lib.ij.latè Cor.in conſi.188. li. ij. per totum. ubi quòd ſtatutum excludens matrem propter fratres patrueles uel conſobrinos defuncti, à fortiori cenſetur excludere propter patruum:ne aliàs ſequatur abſurdum ; & quòd fiat largiſſima interpretatio in materia ſtricta,quando alias abſurdum ſequeretur.tradit Dec.in c. cùm inter. in vij. nota. de except. & fit extenſio iſto caſu, licèt conſuetudo ſit contra ius.Iaſ.in d.auth.quas actiones col.vij.in fi.uerſi.v.& ultimò fallit.C. de ſacroſanc. eccle. Ripa in d.l.ſi conſtante.col.17. in v. limitatione. ff. ſolut. mat.per glo.in cle.ſi. in glo.j. & ij. iuncta glo. fi. de reſcri. ubi,quòd diſpoſitio illius cle.correctoria, extenditur ad literas legati,ne ſequatur abſurdum, quòd literę legati ſint
138 maioris roboris,quàm literę Papæ. ¶ Decimoſeptimò † non procedit,quando unum ſubrogatur loco alterius:quia conſuetudo & alia diſpoſitio loquens aut diſponens de vno,extenditur ad aliud,quod in locum eius ſubrogatur. l. libertum.ff. de rit.nupt. vbi ſicut tutor prohibetur pupillam in uxorem ducere:ita & tutoris hęres etiam extraneus,qui ſubrogatur in locum prohibiti.Ad idem tex.in l.is, qui in poteſtate.§.fi.ff.de bon.poſſ.contr.tab.ubi conditio dandi hęredi,quæ eſt ſtricti iuris, & impleri debet in forma ſpecifica, uerificatur in bonorum poſſeſſore contra tabulas, uti ei dari ſufficiat: quia ſubrogatur loco hæredis, quæ iura ad hoc propoſitum extenſionis faciendæ citat. Iaſ.

Iaſ.in l.j.in prin.col.j.ff.de uulga.& in l.j.§.bonorum.col. j.circa med.ff.ad Treb.in ij.lect.Soci. in d. l. j. in prin.col. ij.in fi.ff.de uulg.& ſi fit extenſio ad perſonam ſubrogatã: à fortiori ad rem, aut ad caſum ſubrogatum, cum difficiliùs fiat extenſio ad perſonam, ut ſuprà diximus. quod tamen non procederet in materia odioſa, aut pœnali.l. Papinianus.§.j.cum glo.ff.de inof.teſt.ubi licèt pater occupans bona filij iure peculij ſubrogatur loco hæredis. l. filius. ff. ad leg Falc.non tamen ſubrogatur, quò ad effectum quærelæ propter odium ipſius. Ad idem l.ſi ante.cum l.ſeq.ff.ad Silania.ubi pœna,quæ imponitur hæredi nõ uindicanti mortem defuncti, non habet locum in fideicommiſſario uniuerſali,qui ſubrogatur loco hæredis.l.ſi filius.§. j. ff. quod cum eo. Ita Soc.in d.l.j.in princ.col.iij.ff.de uulg.Decimo
139 octauo† limitatur non procedere,quando aliàs niſi fieret extenſio, conſuetudo effectum habere non poſſet: tunc enim fit extenſio etiam de perſona ad perſonam in materia fauorabili: quantò minùs ſtricti iuris. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de uerbor.obliga. ubi ſtipulatio in fauorem mariti, quòd per promiſſorem non fiet, quò minùs marito domo uti liceat, extenditur ad uxorem, ut etiam uxor prohiberi non poſſit:quia aliàs maritus ſine uxore vti non poſſet.& idem econtrà,quando ſtipulatio fit in fauorem uxoris: ut extendatur ad maritum. & ibi Iaſ. allegat multa bona ſimilia,tradit idem Iaſ.in l.quæ de legato.col. iij.verſi.x.in contrarium facit.ff.de lega.j. imò iſto caſu fit extenſio,etiam in correctorijs.Pau.de Caſt.in conſil.135. Caſus præſens.col v. in fi. uerſi. pro hoc etiam facit. lib.j.
140 ¶ Decimononò,† non procedit præmiſſa concluſio,quãdo alius caſus non eſt diuerſus in ſubſtantia, ſed in aliquibus accidentibus tantùm: quia ad talem caſum non differentem in ſubſtantia fit extenſio, etiam in materia correctoria. Puta ſtat ſtatutum,quòd mater non poſsit diſponere de bonis ſuis, niſi de una quarta:reliquas uerò tres partes teneatur relinquere ſuis liberis,ſeu ad eos pertineant. Rurſus extat aliud ſtatutum, quòd ſoror dotata à fratribus, non ſuccedat matri ab inteſtato, modò mater fecit teſtamentum: ſoror uult ſuccedere ſimul cum fratribus in

aliis

aliis tribus partibus, de quibus mater non potuit diſpone nere. dicunt fratres, tu non potes: quia ſtatutum excludit te dotatam:& nos te dotauimus. reſpondet ſoror: ſtatutum excludit me ab inteſtato, ſed mater fecit teſtamentum, quęritur an ſtatutum loquens ab inteſtato, extendatur ad iſtas partes, de quibus mater non potuit diſponere? Paul. de Caſtro in conſil.441. Pro declaratione. lib. j. decidit, quòd ſic: quia in partibus reſeruatis per ſtatutum; de quibus mater diſponere non potuit, filii ſuccedunt tanquàm ſucceſſores uniuerſales ex forma ſtatuti: licèt non tanquàm hęredes matris. & talis ſucceſsio uniuerſalis non differt à ſucceſsione hæreditaria in ſubſtantia: cùm utroque caſu tranſeant iura actiuè & paſsiuè in ſuccedentes, tantùm eſt differentia in accidenti: quia ſucceſsio ab inteſtato, eſt uoluntaria: quia potuiſſet decedens inteſtatus condendo teſtamētum, excludere hæredes legitimos. ſed iſta ſucceſsio uniuerſalis ex forma ſtatuti, eſt neceſſaria: quia non potuiſſet mater auferre iſtas tres partes liberis ſuis. ob id ſtatutum loquens de ſucceſsione ab inteſtato, extenditur ad hanc ſucceſsionem uniuerſalem ex forma ſtatuti, quæ in ſubſtantia nihil differt à ſucceſsione ab inteſtato: & nota iſtam limitationem. quia uix reperies in locis communibus, tu qui modernorum repertoria tantùm quæris, hauriendo aquas ab riuulis fontibus poſthabitis. ¶ Aduertendum ta-

141 men † circa illam deciſionem Paul. de Caſtr. in d. conſi. 441. quatenùs uult, quòd in caſu ſtatuti, quo mater tenetur relinquere certas partes bonorum ſuorum filiis ſeu de illis diſponere non poſsit, ſed filiis remaneant, quòd filii non conſequuntur tales partes, tanquàm hæredes matris: ſed tanquàm uniuerſales ſucceſſores ex forma ſtatuti: quia contrarium uoluit Ang. in conſi. 81. Domina Maria. & in duobus conſiliis ſequ. in quibus tribus conſiliis latè arguit, quòd imò filii conſequuntur talia bona, tāquàm hæredes. Sed aduerte quatenùs Ange. ſe fundat, quòd niſi caperent bona titulo hæreditario, præiudicium fieret creditoribus. Ad iſtud arg. reſpondet Pau. de Caſtr. in d. conſi. 441 quòd licèt capiant tanquàm uniuerſales ſucceſſores citra titulū hæreditarium, idem tamen eſt effectus reſpectu creditorū:

quia

quia etiam in ſucceſſorem uniuerſalem tranſeunt iura acti
142 uè & paſſiuè. Secundò, dum † Angel. dicit, quòd intereſt matris hæredes relinquere, dico quòd ſtante tali ſtatuto, nihil intereſt quò ad bona, de quibus mater diſponere non poteſt: quia illud intereſſe uerſatur, ut hæres impleat uoluntatem teſtatoris. ſed hic mater nihil poteſt diſponere in præiudicium filiorum contra formam ſtatuti ob id non tenentur filii implere uoluntatem matris. & quatenus eſt ad æs alienum, illud tenentur diſſoluere: cum bona intelligantur deducto ære alieno. Tertiò, dum dicit Ange. quòd ſi filii iſtud caperent alio iure, quàm hæreditario, non imputarent in legitimam. & ſic mater nimium grauaretur. Reſpondet Pau. in d. conſil. 441. quòd imò cōputatur. cùm
143 ſubrogetur loco portionis filiis debitæ. Quartò † dum Ang. dicit, quòd filiis illud lucrum delatum ex priuilegio ſtatuti, non tranſmittit ad hęredes filiorum. in contrarium uidetur communis doct. opinio: ut per Alexan. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. Socin. in conſi. 296. lib. ij. & in conſi. 67. col. ij. lib. iiij. Dec. in l. ſi maritus. C. de collat. & in conſi. 331. col. iiij. & dixi in conſi. 185. & aduertendum, quia illa tria conſ. Ang. principaliter facta ſunt ob cauſam tranſmisſionis. Quintò, dum Ange. dicit, quòd aliàs reſultaret abſurdum, quòd mater decederet pro parte teſtata, & pro parte inteſtata. Ad iſtud argu. reſpondet Pau. in d. conſi. 441. quòd imo in totum decedit teſtata, reſpectu bonorum, de quibus poteſt diſponere: alia autem bona non habentur in conſideratione, cùm de eis diſponere non poſſit. Præterea, neſcio quem hæredem uelit Ange. quò mater habeat, niſi inutilem, ex quo matris diſpoſitionem non tenetur ſeruare: nec à matre grauari poſſit. Ob id abſurdum uidetur dicere. quòd ſtatutum uoluerit filios ſuccedere in
144 talibus bonis, tanquàm hæredes inutiles: cùm † nullum, & inutile æquiparentur. l. j. §. pe. ff. quod cuiusque uniuer. nomi. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cog. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. l. Paulus. ff. de uerbor. ſignif. c. ij. de tranſl. prælat. c. extirpandæ. de præb. Oldr. in conſi. 274. In cauſa, quæ uertitur ſuper diœceſano. in fi. Bald. in conſi. 162. col. iiij. libr. ij. Iaſ. in l. mandatam. ff. de of. eius, ubi mul

ta

ta ſimilia congerit.ff. de offi. eius. & idem Iaſ. in l. more. col.xij.ff.de iuriſdi.omn. iud.& in l.j.§.ſed & ſi mihi.in iij. not.ff.de uerbo.oblig.pulchrè Bologni.in addi.ad conſilia
145 Ioan.de Anan.in conſi. 83. circa fi. ¶ Vigeſimo † limitatur non procedere, quando ſunt duo, quorum unum commenſuratur ad alterum:quia conſuetudo aut alia diſpoſitio etiam correctoria,diſponens ſuper uno,extenditur ad alterum: puta gradum affinitatis,menſurantur inſtar graduum conſanguinitatis: ſi corrigatur gradus in conſanguinitate, cenſetur correctus & in affinitate.gl.in c.non debet.de con ſang.& affi. Ant.de Butr.in d.c.fi.in quinta fallent.de conſuet.& ibi Rochus de Curt. in iij. limitatione, chart. 34. Dec.in c.ſedes.col.iij.uerſi.tertio ſecundum Abb. limita-
146 tur.de reſcript.¶ Vigeſimoprimo, † non uidetur procedere in pœnalibus,in quibus fit extenſio de caſu ad caſum: c.j.§.porro.quæ fuer.prima cau.beneſ.amit.ubi in materia priuationis feudi, proceditur de ſimilibus ad ſimilia. & Bald.ibi col.iij. dicit illum tex.meliorem de iure, quòd in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia. ſequitur Salic.in l.ij.colum.x.C.de noxali. Alexan. in authen. non licèt.C.de liber.præte.Cyn.& Salic.in l.fin.per glo. ibi,in uerb.uoluerit. C. de reuo.don. ubi, quòd hoc procedit:licèt lex.pœnalis utatur dictione taxatiua.& quòd in pœnalibus fiat extenſio ex identitate rationis:tenet Iaſ.in §.ſequens.col.vij.in prin.in §.tripli.colum.iii. ante med. in §. ex maleficiis.colum. viii.inſtitu.de actio.in l.j.colum.pen. in fi.C.de tranſact.in l. à Titio. in iii.notab. ff. de uerbor. obliga.ubi allegat Bald.in l. data opera.colum.vi. C. qui accu.non poſſ.Deci.in c.tranſlato. in princip. de conſtitu. poſt Abb. ibi ubi Dec. allegat Roma.in conſi. 429. ii. dubio.ubi Roma multa exempla adducit.idem tenet Dec.in c.ſecundo requiris.colum.fi.de appella.in c.j.col.xiii.poſt med.uer.non obſtant allegata in contrarium.de probatio.
147 Idem † uoluit & in pulchro caſu Fulg. in conſ.xxiii. Pro euidentia.ubi,quòd diſpoſitio l.fin. C. de iure emphy. per quam punitur emphyteuta alienans ſine conſenſu domini, ut cadat à iure ſuo, habet locum etiam in conductore ad longum tempus, quod dictum pro ſingulari refert & ſequi

tur

tur Iaſ.in l.j.col.vii.uerſ.ultimo circa differentias.C. de iure emphy. dicens hoc eſſe ualdè notandum : cùm ſit materia pœnalis. Ad idem facit,quod ſcribit Iaſ.in l. ii. colum. ii.in quarto nota.C.eod.tit.de iure emphy. vbi arguit contra Veronenſem,dum uult emphyteutam cadentem à iure ſuo,propter canonem non ſolutum,non cadere à iure luendi aut francandi.nam dicit Iaſ.quòd imo debet cadere etiã à iure luendi:quia pactum de luendo, uidetur eſſe pars inueſtiturę.& ſic uult Iaſ. quòd etiam in illa materia pœnali fieri debeat extenſio.Sed contrarium in hoc tener Barba. in conſil.51.col.xviii.libr.j.ſequitur Deci.in l. in bonæ fidei.co.iiii.in ultimo nota.C. de pactis. & quod ſcribit idẽ Deci.in l. petens.in fin. eod.titu. Contrarium, quòd imo in pœnalibus non ſit licita extenſio ex identitate rationis, tenet Iaſ.ſibi contrarius in l.cum quidam. in vij.not.ff. de liber. & poſth. vbi latè hoc probat: dicens hanc eſſe communem opin.Eandem.opi.dicit communem idem Iaſ.in l.
148 fi.ff.de in ius uocan. & pro hoc † opi. videtur text. in §. cùm igitur.in authen. de non eligen. ſecun. nub. ubi quòd pœna priuationis locum non habet,niſi lex expreſsè dicat. not.gloſ.in c.fi.ubi Abb.de iure patro. Ad idem bonus tex. in l.at ſi quis.§.diuus autem Marcus.ff.de religioſis.ubi licèt hæres delinquat prohibendo teſtatorem funerari ab eo,quem teſtator elegerat,ſeu per quem funerari uolebat: tamen non punitur.Rõ,dicit text.quia pœna in hæredẽ ſtatuta,non eſt.& gloſ.ibi dicit nota, quòd illicitum non punitur.& illum tex.dicit nota. Bald.in l.iii.in prin. C. de epi. & cler. quòd pœna non habet locum , niſi in caſibus à iure expreſsis: licèt lex aliquid fieri prohibeat. Et de iſta regula,quòd pœna non imponatur , niſi lex expreſsè dicat : ſæpius feſtum faciunt moder. Curti.ſenior in conſi. xiii.col. fi.ante med.& in cõſ.45.col.viii.circa med.Deci.in l.ex parte.j.colum.j.in fi.in c.ex tenore.col.pen.ſuper gloſ.fi.de reſcript.in cap.j.col.iiii.in princi. ſuper gloſſ.j. de offi. delega.in rubri.de iudi.column.i.poſt princi. in conſ. xix. col. ii.in fi.in conſi.90.colum.i.circa fin.in conſ.138.colum.ii. in conſ.164.& in conſ.166.column.i.Iaſ. in l. quod te. col. xii.uerſicu.breuiter ego teneo.ff.ſi certum peta.ubi loquitur

tur

tur in pulchro caſu;& idem Iaſ.in l.diuortio. §. ſi fundum.
col.ii.poſt med.uerſic.circa prædicta omnia.ff. ſolu.matri.
in d.l.cùm quidam.colum.iiii.circa med.ff.de lib.& poſth.
in l.ii.in princ.colum.xii.uerſic.circa ſecundam concluſio
nem. ff.de uulga.in l. illam. col.iii.C.de collatio.& in cõſ.
86.colum. iii.lib. iii. Curtius iunior in conſi. 119. colum.
penul. in quibus locis moder. infinitas propè quæſtiones
decidunt, quòd in pœnalibus extenſio fieri non debeat, ni
ſi lex expreſsè dicat. Eandem opinio. quòd conſuetudo
pœnalis non extendatur, tenet Rochus de Curte, in re-
petitione dict.cap.fin.char.xxxv. in vii.limitatione, ſecun
dum breuem impreſsionem.& iſta opi.uidetur de iure ue-
149 rior.& confirmatur † ex eo, quod ſcribit Anto.de Butri.
in capi. graue.in quarto nota.in fin.de præben. vbi, quòd
ſtatutum pœnale loquens de perſona uera,non extenditur
ad repręſentatam. id eò ſtatutum pœnale loquens in præ-
lato,non extenditur ad capitulum, niſi expreſsè per ius ex
tendatur. refert & ſequitur confirmando Decr. in conſi.
486. colum. j. in fi.in l.ſi familia. in quinto nota.ff. de iu-
riſd.omni.iudic.fortiùs uoluit Dec.in cõſil.44.in fin.quòd
appellatione perſonæ in materia ſtricta, non ueniat uni-
uerſitas,aut capitulum : licet ſtatutum loquatur uniuerſa-
liter, faciendo mentionem de quacunque perſona. Quod
tamen dictum non affirmo : & contrarium tenet Alexand.
in conſil.216.colum.penul.poſt med.libr. j. Ad idem ad-
duco Socin. in conſ. 275. colum. v. uerſi. confirmatur iſta
opinio.lib.ij.ubi,ꝙ diſpoſitio l.quicquid.C. ad legem Iul.
maieſt. quæ eſt pœnalis, non habet locum in uniuerſitate
non recognoſcente ſuperiorem. & ſic illa lex puniens of-
fendentem perſonam Cæſaris, non habet locum in offen-
dente uniuerſitatem habentem iura Cæſaris. de quo tamẽ
150 latiſſimè uide per Calca.in conſi.j.ad idem † facit dictum
Ioan.Andre.in capit.diſpendia.de reſcrip.libr.vj.quòd ibi
multum notat Gemin.colum.iij.vbi,quòd conſtitutio,quę
aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam tamen
extenditur reſpectu pœnæ.Idem uoluit Ioan. Andre.in ca
pitu.ſi fortè.de electio.lib.vj.& ibi Gemin.columm.iiij. ſe-
quitur Deci.in conſ.90.column.fin.& hóc dictum pro ele-
Aa ganti

ganti & ſolenni refert & ſequitur.Iaſ.in l. non dubium.colum.iij.uerſicul.ij.ſingulariter limita.C.de legibus. & ibidem aliud not.Iaſ.quòd licèt lex noua declaratoria,trahatur ad præterita : iſtud tamen non procedat, quando talis lex noua declaratoria adijceret pœnam : quia reſpectu pœnæ non trahitur ad præterita.& idem tradit Iaſon in dicta l. final. columm. final. ff. de in ius vocand. Ad idem facit,quòd etiam in diſpoſitione teſtatoris, illa non trahitur de caſu ad caſum,quando agitur de pœna. l. pater Seuerinam.in princ.vbi Barto.ff.de conditi.& demonſt.Bald.in l. cùm proponas.C.de hæredib.inſti.Deci.in conſi. 287.colum.v.poſt med.uerſicu.& ad idem facit : quia tale fideicō miſſum.in conſil.290.colum.ij.poſt med. & in conſil. 298. colum.in fin.Crotus tamen in d.l.omnes populi.colum.39 uerſicu.xvj.concluſio.uoluit,quòd in caſibus, in quibus fit repetitio, illa fiat etiam reſpectu pœnæ. addo Cardin. in clem.ſtatutum.in tertia oppo.de electio.Guido.Papæ,quæſtione.527. Ad idem poſſunt allegari multæ glo.relatæ per Ange.in §. ius autem ciuile.columna duodecima inſtituti. de iure natu.gen.& ciui. Eſt uerum, quod Angel.ibi dicit, non poſſe dari certam doctrinam,an in pœnalibus fiat extenſio,niſi quod ſtetur, prout deciſum reperitur, & relinquit cogitandum.idem quod Angel. dicit Deci. in dict.l.ſi quis id,quod.columm.penultim.ff.de iuriſdiction.omnium iudicum.ſed idem Deci.in l.factum ſuum.§. in pœnalibus. ff de regul.iuris,facit regulam negatiuam, quòd in pœnalibus non ſit licita extenſio, cùm ſeptem fallentijs & iſtud magis placet, quod fiat regula negatiua, & in caſibus, in quibus reperitur contrarium deciſum, quòd fiat extenſio, reperietur illud procedere ex aliqua ratione, de qua in limitationibus : quæ dantur ad ipſam regulam negatiuam. & hanc regulam negatiuam tenet Roma.in l. quantæ.ff. de publica.quem citat Decius in cap.j.col. xiij.uer. circa tertium dubium.de prob.& pro ea uideatur text. in c.ſtatutū. de elect.lib.vj.ubi diſpoſitio c.licèt canon. eo.tit.& lib.loquens de eccleſijs parœcialibus, pœnam imponendo, non habet locum in eccleſijs parœcialibus collegiatis.quē tex.
151 ad hoc citat Calde. in conſ. j. in tit. de hæret. † Sed faciendo

ciendo regulam negatiuam, tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad tex.in d.c.j.§.porrò.quæ fuit prima cauſ.benefi. amit. Ad quem text.reſpondet Dec. in dict. l.ſi quis id,quod.col.penu.& in dict.§.in pœnalibus,quòd potius facit pro regula negatiua,quia ibi fit extenſio ex eo,quia lex vlterius procedit prouidendo & extendendo : ita quòd abſq; ulteriori prouiſione aliud dicendum fuiſſet . Sed iſta reſponſio non ſatisfacit: quia dici poſſet,quare lex ibi magis extendit diſpoſitionem pœnalem , quàm in alia materia pœnali.Rurſus,attenta iſta ratione, ſequi uideretur deſtructio totius materiæ extenſionis. Quomodò enim doctor.auſi fuerunt regulas extenſiuas tradere , niſi quòd per leges id fieri poſſe cognitum habuerunt: & tamen ſemper dici poſſet extenſionem non fieri poſſe per hominem : argumento alicuius legis, quaſi lex ipſa extenderit : ſine qua
152 extenſione legis,aliud dicendum erat Secunda† reſponſio Decij in d.l.ſi quis id,quod.colum. pen. quòd in dict. §. porro.:quòd ibi non agitur de mera pœna : quia res reuertitur ad dominum : & ſic ad naturam ſuam. ſimiliter videtur non ſatisfacere:quia imò priuare uaſallum feudo & utili ſuo dominio , dicitur pœna . Ideo ſine culpa ſua uaſallus feudo priuari non poteſt.c.j.in prin.de natu.feu.c.j. de feu. ſine culpa non amit.& latiſſimè dictum eſt ſupra, in prima parte. num.v. Imò priuare quem officio,dicitur mera pœna.l.teſtamento Centurio.ff.de manu. teſtam. ubi tex.appellat pœnam remotionem ab officio,aut honore adminiſtrandi.Ad idem text.in l.eum,qui.C. de procura. & quòd aliquem iure ſuo priuari,dicatur pœna, eſt text.in l.in criminali . C. de iuriſdi.om. iudi. ubi actor trahens reum coram uetito iudice, mulctatur : quia actionem perdit . & ſic priuatio actionis , mulcta dicitur, & pœna . & generaliter uerum eſt,quòd omnis priuatio,dicitur pœna.l.j.C.de his, quæ pœne nomi.vbi plus dicitur pœna , priuare hæredem aut legatarium lucro hæreditatis,uel legati. tradit Iaſ.in l. ſi inſulam.colum.xj.ff.de uerbo.oblig.& in d. l. uenia. col. iiij.C.de in ius uocan.Addo glo.in clem.j. uerbo & in pœnam.de iure patro.ubi gloſ.per illum text.not.quòd amiſſio ſolius electionis,dicitur pœna.per quam glo.dicit Cal-

lia exempla regulam uiſus eſſet reſtringere, ſubiecit idem eſſe in alijs ſimilibus cauſis. & ſic quod uaſallus priuetur feudo ex alijs cauſis ſimilibus, illud non eſt per uiam extẽſionis: ſed ſecundum proprietatem cauſæ generalis ab initio propoſitæ, quando iuſtitiam domino non facit, id eſt, quando id quod iuſtum eſt, ex forma fidelitatis domino nõ
156 præſtat. quo † caſu etiam in materia pœnali & odioſa diſpoſitio generalis generaliter debet intelligi, quatenus uerborum proprietas patitur. l. cùm de lege. ubi Aret. ff. de teſtam. c. ſi quando. de ſent. excom. glo. in c. contra Chriſtianos. de hæreti. lib. vj. Calderi. in conſ. j. in tit. de conſangui. & affinit. & in conſ. 24. in tit. de præb. & in materia pœnali, ita tradit Dec. in d. l. factum ſuum. §. in pœnalibus. in prima limitatione. Apparet enim de mente legis, in d. §. porro. quod noluit ſe reſtringere ad aliquas cauſas priuationis: ſed generaliter uoluit uaſallos priuari, quotiens aliquid committerent iniuſto contra dominum. quod à fide uaſalli abhorreret. & hanc reſponſionem puto ex ore mentis textus, in d. §. porro. acceptam. Ad quem textum etiam planior datur reſponſio & intellectus inf. hac eadem parte. † Ex hac reſponſione habes comprobatam concluſionem negatiuam, quod in pœnalibus non fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia per identitatem rationis. & ſi aliqua dicta aut exempla in contrarium adducuntur, illa reperientur comprehendi ſub aliqua ex fallentijs, quæ traduntur per moder. ad præmiſſam concluſionem negatiuam, uidelicet. per Decium in dict. l. in pœnalibus. & per Iaſo. in d. l. cùm
157 quidam. ff. de liber. & poſthu. ¶ Memorata concluſio † negatiua, quòd in pœnalibus non fiat extenſio, per identitatem rationis, maximè & ſine dubio procedit, quando conſtitutio pœnalis contineret odium irrationabile: prout in l. quiſquis. C. ad legem Iul. maie. quòd filij puniantur propter delictum parentis. Ideò illa lex loquens in filijs, non extenditur ad fillias: ut ibi habetur Bart. in l. j. ff. de uerbo. ſignifi. Ange. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. Iaſ. in d. l. ſi quis id, quod. col. iiij. in vj. limitatione ff. de iuriſd. omnium iud. Similiter in caſu d. l. quiſquis. quia continet odium irrationabile, appellatione filiorum, non ueniunt nepotes.

Bart.in l.parti.ff.de adulter.ſimiliter non habet locũ econ tra, ſi filius committat crimen læſæ maieſtatis: quia propter eum non punietur pater. Salice.in d.l.quiſquis, refert & ſequitur Dec.in conſ. 64. col.j. & ij. ſimiliter ſtatutum, quod pater teneatur aſſignare legitimam pro filio delinquentem,non habet locum in nepote: licet nepos largè ueniat appellatione filij: quia tale ſtatutum continet odium irrationabile. Ray.de Forli.in l.lege Iul.§.j. ff.de ritu nup. Crotus in l.omnes populi.col.35.ff.de iuſti.& iure. Sed dicit aliquis ex doctrin. Bart.in d.l.j.ff.de uerbo. ſign iſta mà teria extenſionis in pœnalibus uidetur reduci ad bimembrem diſtinctionem,tantum: quia aut odium eſt irrationabile,& non fit extenſio: aut eſt rationabile. & fiet extenſio.
158 & hoc † quòd fiat extenſio, quando odium eſt rationabile, uoluerunt Bald.& Ang.in l.libertinum. per illum text. C interdict.matri. ubi ſicut tutor prohibetur matrimonio iungere filio ſuo naturali & legitimo pupillam: ita & filio naturali: quia illa prohibitio eſt rationabilis:& conſequenter dicitur rationabilis pœna inde deſcẽdens. & tradit Baldus in alijs locis adductis per Dec.in d.c.in præſentia.col. 17. uerſ. tertia concluſio. de probatio. idem quòd fiat extenſio in pœnalibus, quando odium eſt rationabile: uoluit Iaſ.in l.ſi.ſi priùs.col.19.uerſ. ego confirmo concluſionem Bart.ff.de oper. no.nuntia.ob id illud tantùm uidetur conſiderandum in diſpoſitione pœnali, an odium ſit rationabile,uel non.& ſecundum hoc uidetur dicendum, quod ubicunque agitur de pœna propter delictum,quia talis pœna uidetur rationabilis,facienda uidetur extenſio. Solutio
159 Bart. non dicit ſimpliciter, † quòd in pœnalibus fiat extenſio,quando odium eſt rationabile,tantùm dicit, & tunc maſculinum concipit fœmininũ.facilius autem maſculinũ concipit fœmininũ,quàm vnus caſus ad alium extendatur: quia in multis caſibus maſculinum cõcipit fœmininum ex propria ſignificatione: ut habetur in d.l.j.ff.de uerbo.ſignific.quo caſu non dicitur tractari de extenſione, & in caſibus in quibus non concipit fœmininum, de propria ſignificatione, ſaltem largè: imò maſculinum faciliùs concipit fœmininum, quàm uerba capiantur largè aut impropriè.

priè.Corn.in conſ.96.col.iij.poſt med. uerſ. ultimò ponde
160 ro.libr.iij.ob id non ualet † argumentum, ubi odium eſt rationabile, maſculinum concipit fœmininum. ergo etiam fit extenſio ad aliam perſonam, aut ad alium caſum. Videmus etiam, quòd in diſpoſitione legis etiam odioſa & pœnali, maſculinum concipit fœmininum, modò odium non ſit irrationabile. Cyn.poſt Odoffre.in d.l.quicunque.C.de ſeruis fugi. Alber.in d.l.ſi quis id, quod.ff.de iuriſdi.om.iudi. Deci.in l.ij.nu.109.ff.de regul.iur.Corne.in conſil.233. col.i.li.iiij. Iaſ.in d.l.ſi quis id quod.col. iiij. in quinta limitatione.& tamen in lege pœnali nō ſic fit extenſio ad alias
161 perſonas, aut ad alios caſus. Secundò † maximè procedit dicta concluſio, quando aliquid de facto fit: quia ad illud non extenditur conſtitutio pœnalis Calderi. in conſ. j.in titu.de hæreti.ubi quòd, clem.nolentes. de hæreti.excommunicans inquiſitores confiſcantes bona eccleſiarum etiam fiſco eccleſiæ, non habet locum in inquiſitore, qui nulliter. & de facto diſtribuit aliquos libros quorundam fratrum minorum, quos damnauit de hæreſi.

ARGVMENTVM.

Exceptionis ad regulam ſuprà firmatam negatiuè, quòd conſuetudo aut lex pœnalis, non extenditur ob identitatem rationis, maximè, ubi agitur de fauore publico, id fallit. Item, de fauore animæ, & piæ cauſæ. Item. in materia priuationis feudi.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ſeu lex pœnalis extenditur ob identitatem rationis, ubi cauſa eſt fauorabilis, & conducens reipublicæ.*
2 *In pœnalibus qualis fieri debeat interpretatio, & nu.3.*
4 *De delicti pœna fruſtrà quæritur, niſi prius conſtiterit de delicto.*
5 *Extenſio fit in pœnalibus, ne delictum remaneat impunitum, ubi agitur de fauore publico.*
6 *Conſuetudo aut lex pœnalis extenditur, ſi alio iure præſtatur oc caſio delinquendi, propter modicitatem pœnæ.*
7 *Extenſio fit in pœnalibus & prohibitiuis, quando agiur de fauo-*

re reipublicæ, etiam in alia materia, quàm deliĉtorum punien-dorum.

8 Conſuetudo ſeu lex pœnalis, extenditur, quando illa alias fieret eluſoria: & plagam ſuſtineret.

9 Conſuetudo ſeu lex pœnalis diſponens ſuper uno, extenditur ad alterum, quando duo ſunt æquiparata per legem antiquam.

10 Extenſio fit in pœnalibus et odioſis, quãdo agitur de ſalute animæ. Et quò fuerit introducta diſpoſitio. c. cùm ex eo. de elect. lib. vi.

11 Extenſio fit in pœnalibus, quando alias abſurdum reſultaret. & nu. 16.

12 Vxor putatiua num perdat dotem propter adulterium, ſicut uera?

13 Clemen. i. q. iij. de priuileg. puniens religioſos, num habeat locũ in religioſis de facto.

14 Actum ubi de ſui natura eſt illicitum, ex actu nullo pœna imponitur.

15 Priuilegium aut beneficium competens uero matrimonio, non habet locum in putatiuo.

17 Extenſio fit etiam in pœnalibus, ubi agitur de fauore piæ cauſæ.

18 Extenſio fit ad alios caſus, in quibus uiget eadem ratio, quæ expreſſa eſt in lege pœnali: Et quod, diſpoſitio pœnalis extenditur ex mente diſponentis, & unde illa colligatur.

19 Extenſio fit in materia priuationis feudi.

20 Extenſio an fieri poſſit, ſi in ſtatuto pœnali aſſignetur ratio, ut delicta puniantur, ea autem non exprimatur: quaſi alia aſſignari non poſſit, ubi agitur de delictis puniendis.

21 Extenſio fit in materia pœnali: ex maioritate rationis, ubi maior, eſſet ratio in caſu non expreſſo. Et an procedat argumentum à maioritate rationis in pœnalibus. & nume. 23.

22 Extenſio an fiat in correctorys, & pœnalibus, ex identitate rationis: & quando, & nume. 24.

25 Delictorum qualitas uariatur ſecundum locorum diuerſitatem.

26 Conſuetudo aut lex pœnalis in quibus non extendatur ad grauiora delicta, argumen. à maiori.

27 Furcarum pœna, maior eſt pœna capitis. Et quid ſi quis utraque fuerit condemnatus diuerſis ſententys, nec conſtat de delicto, utra potius ſit plectendus.

28 Delictorum qualitas ineſt ab ipſa natura quam lex mutare, au-

gere uel minuere non poteſt.

29 *Extenſio an & quando fiat in correlatiuis, etiam in materia pœnali & nume. 32.*

30 *Extenſio non fit ratione correlationis, in diuerſis actibus.*

31 *Diſpoſitio an extendatur in correlatiuis, quando ſumus in diuerſis actibus, & unum ſtare poteſt ſine altero, diſting.*

33 *Diſpoſitio hominis, difficilius extenditur, quàm legis.*

34 *Extenſio fit in materia etiam pœnali, quando unum uenit appellatione alterius ſaltem de lata uocabuli ſignificatione.*

35 *Conſuetudo aut lex pœnalis extenditur, quando in alio caſu non reperitur certa pœna à iure ſtatuta.*

36 *Conſuetudo aut lex pœnalis extenditur in acceſſorijs.*

37 *Diſpoſitio pœnalis extenditur ad illud, de quo loquitur ratione frequentioris uſus.*

38 *Conſuetudo extenditur, quando duo inuicem gradatim ſe habent.*

39 *Conſuetudo aut lex extenditur de caſu proprio ad improprium, propter cauſam honeſtatis ſeruandæ.*

40 *Renuntiatio iuris ſui non inducitur ex actu, qui fit propter honeſtatem ſeruandam.*

41 *Iuramentum de parendo mandatis alicuius intelligitur de honeſtis.*

42 *Conſuetudo contra honeſtatem, non ualet: nec poteſt à principe approbari.*

43 *Conſuetudo ſeu ſtatutum etiã exorbitans, an trahatur ad caſum præſumptum.*

44 *Maritus lucrans partem dotis ex forma ſtatuti, an lucretur partem dotis præſumptæ & nume. 46.*

45 *Iuris præſumptio, dicitur liquidiſſima probatio.*

47 *Statutum deferens lucrum dotis marito, extantibus liberis primi matrimonij, moderatur & reſtringitur, ut ſolum tantum lucretur, quantum unum ex liberis primi matrimonij, cui minus relictum ſit. Et quid ſi ſtatutum ſit correctorium iuris communis. nume. 48.*

49 *Conſuetudo aut ſtatutum contra ius, recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*

50 *Conſuetudo, etiam contra ius, an requirat ſcientiam principis, ſicut præſcriptio.*

Videamus

1 VIdeamus † modò de aliquibus limitationi-
bus, quæ traduntur ad hanc regulam nega-
tiuam, quòd conſuetudo aut lex pœnalis nõ
extenditur ob identitatem rationis. Inter
aliàs limitationes datur una ut non proce-
dat, quando agitur de puniendis delictis, aut illicitis coer-
cendis: quia tunc dicitur agi materia fauorabilis & utilis
reipublicæ, ut delicta puniantur, ob id fit extenſio. Bart.
in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. xj. Roma. in
conſ. 105. in ſecundo dubio. Iaſ. poſt Alex. in d. l. cum qui-
dam. col. pe. in quarta limitatione. ff. de lib. & poſthu. idem
Iaſ. in l. ſi certis annis. col. ij. uerſ. Secundo, moueor. C. de
pact. in l. j. col. fi. C. de tranſactio. Dec in d. l. factũ ſuũ. §. in
pœnalibus. in quarta fallẽtia. ff. de reg. iur. in conſi. 65. col.
ij. Felin. in c. translato. col. v. de conſtit. & in c. nõnuli. col.
21. de reſcript. Ideò ſtatutum permittens bãnitum impu-
nè occidi poſſe, dicitur fauorabile: quia ob bonum publi-
cum. l. ij. vbi Bart. & alij. C. quam liceat ſine iudi. ſe vindi.
Bart. in l. omnes populi. in ij. q. tertiæ q. principi. ff. de iuſti.
& iur. Iaſ. in cõſ. 131. col. pe. in fin. lib. j. & in l. ubi pactum.
col. v. C. de tranſact. addo Bald. in conſ. 491. Viſa petitio-
ne. poſt med. lib. iij. de quo tamen latiùs per Moder. in c.
quæ in eccleſiarum. de conſtit. Aduertendum circa hanc li
mitationem: quia Corne. in conſ. 233. col. ij. lib. iiij. repu-
tat hoc dictum Bart. in d. l. quemadmodum. mirabile &
ualdè pulchrũ, ſi uerum ſit, quaſi uoluerit ridere de hoc di
cto, & illud pro omninò falsò habere & dubiũ facit cõtra
2 iſtud dictum: quia † in pœnalibus fit interpretatio in beni-
gnioré parté. l. de interpretatione. & l. præsẽs. ff. de pœnis.
& ubi pœna pluribus modis intelligi põt, intelligitur de
mitiori Bald. in l. fi. per illũ text. cũ gl. C. quæ res uẽdi. non
poſ. Similiter. in dubio fit interpretatio, vt pœna locũ non
habeat. ideò in dubio cenſetur quis cõdemnatus ex cauſa,
quæ nõ infamat. l. hæ. n. ff. de ſuſpect. tut. Ioã. de Ana. in c.
qualiter. §. ad corrigendos. col. iiij. de accuſ. ſimiliter in du-
bio cẽſetur propoſita actio, quæ non infamat. Alexan. in l.
certi condictio. in prin. ff. ſi cert. petat. & in l. Gallus. §. ſi
eius, qui filiũ col. ij. ff. & de lib. & poſthu. Dec. in c. ex lite-
ris.

ris.col.v.in fin.de cõſtitu.in c.at ſi clerici.in princ.col.16. uerſ.itẽ & ſecundò.cõmunis opi.& in c.dilecti filij. col.fin.
3 uerſ.iſta limitatio.de iudi. Ad iſtud † argumentũ reſpondet Iaſ.in d.l.cũ quidã.col.fi. ff. de lib. & poſth.quòd procedit in dubio,quãdo nõ cõſtat delictum eſſe cõmiſſum,uel quã do nõ conſtat de qualitate criminis ut ſic abſoluatur quis in dubio,quando non conſtat delictum eſſe cõmiſſum, uel ſi cõſtat: ſed non de eius qualitate,mitior imponatur pœna: quæ reſponſio animo meo non ſatisfacit: quia docto. loquẽtes de materia extẽſionis in pœnalibus.prȩſupponũt delictũ eſſe cõmiſſũ,& de eo cõſtare.Similiter in d.l.interpretatione.& l.ſi præſes.præſupponitur cõſtare de delicto
4 & eius qualitate.quia † fruſtrà aliàs quæritur de pœna delicti, cùm de delicto prius omnibus conſtare oporteat. l.j. §.itẽ illud.ff.ad Silla.l.ſi quando.in uerſ.pateſacta. ubi Iaſ. poſt Bald.in iiij.not.C. unde ui.Ang.in l.certũ. ff. de conſeſ.Iaſ.in l.iuſiurandum,quod ex cõuẽtione.§. fi. col.vij.ff. de iureiur.& plenè conſtare debet de delicto,nec coniecturæ ſufficerent.Dec. poſt Abb. in c. j. in fin.de offic. deleg. Præterea d.l.ſi præſes. loquitur,quando fuit præpoſita uis publica,& uis priuata.& iudex in ſententia ſimpliciter,declarat reũ uim feciſſe, non declarando de publica uel priuata:dicit tex.quòd intelligitur de ui priuata in mitiorẽ partem.Si dicamus iſtud ideo eſſe, quia accuſator nõ probauerit de ui publica, ille text.non procederet: quia tunc non interpretaretur ſententia de ui priuata, ut mitior pars accipiatur: ſed quia non fuit probatum de ui publica. Ideò
5 † puto aliter reſponderi poſſe uidelicet,quòd dictum Bart. in d.l.quemadmodum.intelligatur, quando alias ſi extenſio non fieret in pœnalibus, delictum remaneret impunitum.Tunc enim dicitur agi de fauore publico, & materia dicitur fauorabilis. ob id fit extenſio, ne delictum remaneat impunitum: ſed ſi ceſſante extenſione delictum non remaneret impunitum, ſed puniretur quidem, mitiùs tamen: tunc non fit extenſio in pœnalibus: ſed procedunt illa iura, in l. ſi præſes. & l. interpretatione.ff.de pœn.Ita not. declarat & reſpondet Bart. in l. ij. §. exercitum. ff. de his, qui not. infamia. refert & ſequitur Dec. in l. ij.

nu

nu.109. ff. de regu. iur. Ad quam declarationem ſi Corne. aduertiſſet, non dictum hoc pro tam mirabili habuiſſet, nec illud in dubium reuocaſſet.
¶ Infertur ex hac declaratione, quòd licet diſpoſitio pœnalis contineat odium rationabile, ut delictum puniatur. Si tamen citra extenſionem delictum impunitum nõ fiat: quia alia lege mitiùs tamen puniatur, tunc extenſio non
6 fiet. Aduertendum tamen † hic puto, quòd ſi delictum alio iure ita breuiter aut leniter puniatur, quòd occaſio delinquendi uideatur præſtari, quæ occaſio præſtari dicitur ex modicitate pœnæ. l. ſi in operis. C. de pœnis. Dec. in l. j. in prin. col. iii. ff. quod quiſque iur. & in c. cognoſcentes. col. i. de conſti. Putarem tunc legem aut conſuetudinem pœnalem extendi: quia adhuc militat ratio fauoris publici: ne delictum remaneat impunitum. tolli enim debet occaſio delinquendi. l. i. in prin. ff. nau. caup. ſtabu. l. i. §. fi. & quod ibi not. ff. quemad. ſerui amit. c. emendari. i. q. i. nec ualet lex, per quam occaſio datur delinquendi. c. erit autem lex. iiii. di. c. ex parte. ubi Abb. in. ii. no. de conſuetu. c. fi. eo. tit. c. flagitia. 22. q. vii. l. conuenire. ff. de pact. dota. & iſte caſus occurrit mihi primo anno doctoratus mei, quum iudicem Cunei agerem: & falſi quæſtio ageretur: nam fuit exhibitum ſtatutum quoddam, loquens de falſitate, per quod falſi reus leuiuſculè mulctari debet, ad pœnam pecuniariam ſolidos. 20. turon. (ſi non fallor) non excedentem. interpellabar ad obſeruationem iuriſiurandi, quod præſtant iudices de ſtatutis illius loci obſeruandis. Dixi ſtatutum illud infirmum ac nullum eſſe, tanquam occaſionem præſtans delinquendi. & quod iuramentum iudicis generale de ſtatutis obſeruandis, reſtringitur ad ſtatuta ualida, & iuſta non inualida & iniqua. l. prima. ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris. ubi doctores capitulo j. de iureiuran. lib. vi. l. ſi procurator. ff. de cõdi. indebi. ubi latè moder. & magis miratũ oportet interpellatũ me fuiſſe ad obſeruãtiã illius ſtatuti turpiſſimi, per tertium, cuius nõ intererat, utrũ alio qui nõ obſcurũ, quẽ illud ueriùs deſideratum decuiſſet, ut
7 ſtatutum illud incendio traderetur. Iſta prima † limitatio ampliatur ut procedat non ſolùm, quando agitur de fauo-

re publico, ut delicta puniantur: ſed etiam ſi aliàs agatur de fauore reipublicæ in alia materia: quia fit extenſio etiã in pœnalibus & prohibitiuis.l. cætera. §. hoc ſenatuſconſultum.ubi Iaſ.in quinto nota.ff.de lega.j. & faciunt nota. per Feli.in c.nonnulli.col.21.de reſcript. ubi quòd diſpoſitio concernens utilitatem publicam,dicitur fauorabilis: licèt ſit contra ius aut exorbitans.
8 ¶ Secunda datur † limitatio. per Deci.in d.§. in pœnalibus.per Iaſ.in d.l. cum quidam. in fi. quando aliàs conſuetudo aut lex pœnalis fieret eluſoria. Addo Anto.de Butr.in diſpu.incipi.Bononienſis. in fine tertii dubii.ubi, quòd ſit extenſio in materia pœnali, quando aliàs magna plaga legi inferretur: quia lex fieret eluſoria. refert & ſequitur Soci. in conſ. 240. col. iiij. quinimò dixit.lib. ii.idem uoluit Corne.in conſ. 303. col. penul.poſt med.lib.iij. & facilius, quæ ſcripſi ſuprà in 15 limitatione.
9 ¶ Tertia † datur limitatio, quando duo ſunt æquiparata per legem antiquam: quia tunc lex aut conſuetudo pœnalis diſponens ſuper uno,extenditur ad alterum. ita Deci.in d.§.in pœnalibus.in quinta fallentia.Iaſ. in l.ſi prius.col.19.uerſ.iii.pro cõcluſione Bart.ff. de operis nou. nuntia.Socin.in l.Gallus. §. uidendum. in fi. ff. de liber. & poſthu.per text.in c.ad audientiam. & in c. cùm dilectus. & utrobique Abb.& Imol.de cleric.non reſident.ſed iſtud intellige ſecundum ea, quæ latiſsimè ſupra dicta ſunt in 14.limitatione. & ex hac limitatione infertur ad declarationem dicti Fulgo.in d. conſ. 23. qia conductor ad lõgum tempus æquiparatur emphytheotæ, cùm habeat ius in re.
10 ¶ Quarta † datur limitatio,ut non procedat quando igitur de ſalute animæ & peccato euitando: quia tunc fit extenſio etiam in pœnalibus & odioſis.Ioan.Andr.ubi Abb.multum extollit in c.ex tenore. qui filii ſint legiti. Abb. in c. quæſiuit.de diuor.Bartol.& moder.in authen. ſacramenta puberum.col.pen.& ibi Iaſ.col. 16. C. ſi aduer. uendi. ubi extendunt illam authen. ad alios contractus: quia agitur de ſalute animę,ut iuramentum obſeruetur: & tamen illa diſpoſitio eſt odioſa,& exorbitans à iure communi. Addo. Ancha.in conſ.304.Iſta allegata.ubi,quòd diſpoſitio introducens pœnam pro ſalute animarum & augmento ſcien-

tiæ & uirtutis, id eſt, ut per timorem pœnæ incitetur quis ad bonum animæ:ſcientiæ & uirtutis,pœnalis non dicitur: infert propterea diſpoſitionem c.licet canon.& c. cùm ex eo.de elect.libr.vi.per quam diſpenſatus ob cauſam ſtudiorum,finito tempore ſtudii, tenetur ſe promoueri facere intra annum ad ordinem diaconatus & ſubdiaconatus, ſub pœna priuationis beneficii, extendi etiam, quando eſſet cum aliquo diſpenſatum ratione minoris ætatis: quòd niſi finito tempore minoris ætatis ſe faciat intra annum promoueri,pariter priuatus ſit beneficio: quia diſpoſitio dict. cap.cùm ex eo.introducta fuit pro ſalute animarum,& pro augmenio ſcientiæ & uirtutis,ob id fauorabilis potiùs di-
11 citur, quàm pœnalis. ¶ Quinta datur † limitatio, ut non procedat,quando abſurdum reſultaret, ſi non fieret extenſio in pœnalibus.l.ſi uxor.§.j. ff.de adulte. ubi etiam uxor de facto,aut putatiua punitur adulterii nomine,ſicut uera uxo.& ſic lex pœnalis loquens de uxore,extenditur ad eã, quæ uerè uxor non eſt:ſed de facto. quem tex. pro parte contraria citat.Iaſ.in d.l.cùm quidam.col.pen.uerſi.tertiò & fortius. ff.de lib. & poſth. nec aliter reſpondet ad illum tex.niſi quòd ibi agitur de fauore publico, ut delictum puniatur.ſed iſta reſponſio non ſatisfacit: quia ut ſuprà dixi, iſte fauor publicus non conſideratur, niſi ubi delictum remaneret impunitum.Sed licèt talis uxor putatiua non puniatur,ut uxor de adulterio: puniretur tamen tanquam de ſtupro,ſi fuiſſet uirgo uel uidua.Sed rationem illius textus puto eſſe:quia niſi fiat extenſio, ſequeretur abſurdũ, quòd uxor putatiua & de facto eſſet melioris conditionis,quàm uera uxor.quod eſſe non debet.l.iii.§.j. ff. de donat. inter uir.& uxor.ubi,quòd etiam uxori putatiuæ donari non poteſt.Pro hoc glo.in c. plerunque. de dote poſt diuor. reſti. ubi, quòd uxor putatiua ;ita perdit dotem propter adulterium,ſicut uera uxor,ne plus tribuatur uxori putatiuę & de facto,quàm ueræ uxori. referi & ſequitur Pau. de Caſt. in conſil.147. Reuocatur in dubium. & in conſi. 154. Pro iſta domina.col.ii poſt med.lib.ii.ubi idem in tutore putatiuo,& minùs legitimo,quòd ita punitur non reddendo rationem adminiſtrationis,ſicut uerus tutor.tenendo.in hoc contra

contra glo.in l.conſenſu.in uerſi.ſibi.C. de repud. ubi glo.
12 uoluit, quòd talis † uxor putatiua non perdat dotem propter adulterium.ſed dicit Paul.quòd doct. in d.c.plerunquè.communiter tenent contrarium.nam doct.ibi conſiderant intentionem mulieris,quæ ſecundum eius intentionem adulteriũ commiſit:ut ibi per Innoc.in finalibus uerbis.& per Abb qui dicit opin.glo.eſſe communem.Similiter curator putatiuus non debet eſſe melioris cõditionis, quàm uerus. ob id ſicut uerus curator non poteſt donationem accipere ab adulto:ita nec putatiuus.Pau. de Caſt. in conſi.352.Curator.col.ii.poſt med.lib.j. Similiter licèt reſeruatio beneficiorum ſit odioſa,glo.in c.fin.in uerbo:ſimilibus.de uerbo.ſignif.lib.vj.tamen reſeruatio Papæ de beneficiis, quę Titius obtinet:locum habet etiam in beneficio, quod Titius de facto tenet, ne occupator ſit melioris conditionis, quàm uerus poſſeſſor. Rota deciſ. 274. not. quòd ubi Papa. in antiq. & quod ſcribit Rota deciſi. 366. no.quòd ſufficit in antiq.Sed glo.in d.l.conſenſu.C.de repud.ſimpliciter ſequitur Alexan.in l.cum dotem.§. fi. col. ij.ff.ſolut.mat. dicens eſſe ſimilem glo. in d. c. plerunque. Sed certè glo.in d.c.plerunque. eſt omninò diſſimilis glo. etiam in d.l.conſenſu.ſimpliciter ſequitur Bertachi. in ſuo repertorio,in uerb.adulter.uerſic.43.in uerb.maritus adulter. uerſi. iii. & in uerb.uxor. adultera. uer. vii. Pro gloſſ. etiam in d.l.conſenſu.facere uidetur Cald.in conſ.j.in tit. de hæret.ubi,quòd diſpoſitio clem.uolentes.de hæret.ex communicans inquiſitorem confiſcantem bona eccleſiæ non habet locum in inquiſitore:qui de facto diſtribuit certos libros fratrum minorum dannatorum de hæreſi.Sed reſponderi poteſt ad dict. Cald. quòd ibi inquiſitor non dabat operam rei naturaliter prohibitæ.Nec ex dicto Calde. ſequitur abſurdum, quod delinquens ſit melioris conditionis, quàm non delinquens, ex quo confiſcatio bonorum contra hæreticos per alia iura permiſſa erat.Pro dicta glo.
13 † etiam in d.l.conſenſu.facit dictum Card.poſt Lapum in cle.j.col.ij.q.iij.de priuile.ubi,quòd illa cle. puniens religioſus,non habet locum in religioſis de facto:quorum religio eſt reprobata:quia in eis non conuenit qualitas religionis

nis.Quod dictum ſequitur Felin.in d.c.accedentes.col.iij. de præſcrip.Sed aduerte:quia Cardin.fundat ſuum dictum ſuper glo.in c. ij. in uerb. quancunque ne cleri. uel mona. lib. vj. quam glo.dicit optimè facere. Sed nihil facit. nam text.prohibet, ne proceſſus religionem quancunque habitum temerè admittat gloſſ.dicit quacunque ſcilicet approbatam. Cui mirùm, ſi talis expoſitio fieri debet tanquàm omninò neceſſaria: quia ſi religio ſit reprobata:in ea, quis manere non debet. tunc diuerſa eſt ratio inter religionem ueram,& eam, quæ de facto eſt. Nec militat tunc abſurdũ aliquod,quòd non ita puniatur dimittens habitum religionis reprobatę, ſicut approbatæ, cùm omninò habitum dimitti oporteat:ſecus in adulterio uxoris putatiuæ:quia illud nunquàm erat licitum.& contra Cardi. facit text. per eum alleg.in c.eum,qui.de præbend.lib.vj.ubi intruſus,in ſui odium habetur pro poſſeſſore legitimè, ne ſequatur abſurdum , quòd ſit melioris conditionis , quàm legitimus poſſeſſor.& ibi glo.concord.allegat nota ad illum tex.benè reſpondet Cardi.quia text.non fundat ſe in ratione noua Cad.ſed in alia ratione, ne ſtultus aut inuaſor ſit melioris conditionis , quàm ſapiens aut bonus. quæ ratio apertè confundit dictum Card.nec ad eam aliquo modo reſpon-
14 det Card.Rurſus † contra Card.& Felin.adduco.Io.And. Abb.& doctor.in c.j.de cleri.coniug.ubi,quòd clericus de facto contrahens matrimonium, ita priuatur beneficiis ſicut legitimè contrahens : ne alias ſit melioris conditionis de facto agens,quàm legitimè.& tamen qualitas matrimonii non conuenit . ſed ſatis eſt eum matrimonium contraxiſſe,quò ad eius intentionem:& quantum in eo fuit ſequitur Anchar.in conſi.iij.iiij.In hac cauſa.col.iij.uerſi.& hac ratione tollitur.Roma.in conſ.443.Dubitatur.col.ij.quotiens enim actus de ſui natura eſt illicitus , ex actu nullo pœna imponitur.l.nemo martyres.C.de ſacroſanct. eccle. iuncta glo.l.eum,qui duas.C.de adulte.Dec.in cap.ex tenore.col. iij. circa fin.de reſcript. qui tamen Dec. uidetur ſibi contrariari in con.166.Eandem declarationem, quòd ex actu nullo,aut qui de facto ſit.imponatur pœna,quando aliàs ſequeretur abſurdũ,quod delinquẽs eſſet melioris cõ

ditionis,

ditionis, quàm non delinquens: uoluit Ripa in l.i.col.iiii.
circa fi.ff.de uulga. ſed adulterari & ſtuprari de ſui natura
eſt reprobatum. Præterea Felin. ubi ſuprà, allegat alia faciē
15 tia, nec reſpondet. Econtra autem beneficium † aut pri-
uilegium competens uero matrimonio, non habet locum
in matrimonio putatiuo. Ideò ſtatutum de lucrando do-
tem per maritum non habet locum in marito putatiuo.
Bal. Ang. & Sali. in l. i. C. de condi. ob cauſ. Alex. in l. ſi cùm
dotem. §. fi. ff. ſolut. mat. Ripa in rubri. ff. ſol. mat. col. 16.
16 poſt med. † Et pro hac quinta limitatione, quòd fiat exten
ſio in pœnalibus quando aliàs ſequeretur abſurdum addu-
cò glo. in c. ſtatutum. in verſi. uolumus. de hæret. lib. vj. ubi,
quod diſpoſitio illius c. pœnalis, quòd filii hæreticorum
non admittentur ad aliquod beneficio eccleſiaſticum, nec
officium publicum, uſque ad ſecundam generationem,
extenditur etiam ad filios hæreticorum illegitimos: ne
aliàs ſequatur abſurdum, quòd plus tribuatur luxuriæ,
quàm caſtitati: quam glo. refert & ſequitur Dec. in c. in
præſentia. col. 17. uerſi. tertia concluſio. de probatio. &
ex hac quinta limitatione poteris diſſoluere plurimas de-
ciſiones, quę adducuntur contra hanc regulam, negati-
uam. nam in pluribus uidebis, quòd ideò fit extenſio in pœ
nalibus, ne aliàs ſequatur abſurdum: ſicut etiam ſuprà uidi
mus in 16. limitatione, quòd conſuetudo correctoria iuris
communis, extenditur: ne aliàs ſequatur abſurdum. ¶ Sex-
17 ta datur † limitatio, ut non procedat, quando agitur de
fauore piæ cauſæ: quia tunc fit extenſio, etiam in pœna-
libus. Ita Deci. in d. §. in pœnalibus. Iaſ. in d. l. cum qui-
dam. in d. l. ſi prius. colum. 19. uerſi. ſecundò moueor. ff. de
oper. nou. nunciat. in d. auth. quas actiones. col. vii. in fi. in
18 quinta limitatione. ¶ Septima datur † limitatio, quando
ratio eſt expreſſa in lege pœnali: quia tunc fit extenſio ad
alios caſus, in quibus uiget eadem ratio l. cùm mulier. ubi
Alex. ff. ſolut. matri. Gemi. in ca. ſi ciuitas. §. i. in prin. de
ſent. excom. lib. vi. & in conſ. ii. in fi. Deci. in d. §. in pœna-
libus. in vii. fallen. Iaſ. in l. i. col. ii. in fi. uerſi. vi. facit. ff. in
ius uoc. ut eant. in d. l. cùm quidam. col. fin. in v. fallentia. ff.
de lib. & poſth. Addo Anch. in conſi. 304. Iſta alleg. poſt

med.uerſi. poſtremò etiam aduertendum.ubi, quòd diſpoſitio pœnalis extenditur ex mente diſponentis. c. ſi poſtquam,de electio.lib. vj. mens autem colligitur ex ratione expreſſa.Bald.in l.nõ dubium.C. de legibus & quod mẽs colligatur ex ratione,ẽ tex.in d.l.cũ mulier.j.ff.ſolu.matr. in l.ſcire oportet.§.oportet.ff.de excuſ.tut.in l.cũ pater.§. dulciſſimis.ff.de leg.ij.l.vxorẽ.in princ.ubi Bar.ff.de lega. iij.c.intelligentia. de uer. ſign.glo.in l.ſi in uenditione. in fin.in glo.nota cauſam uerborum.ff. comm. præd. Bald.in conſi. iij. Verba ſtatuti. col. ij. libr.j. mens enim & ratio idem ſunt.Dyn.in c.ult.de reg.iur.lib.vj. refert & ſequitur Bald.in conſ.200.In cauſa iſta.col.ij.lib.iij.Pau. de Caſt.in conſi.148.Viſo & examinato puncto.col.ij.lib.j.Ale.in cõſi.52.col.ii.uer.ſecundò confirmò.libr.i. Imò uoluntas aut mens diſponentis magis colligitur ex ratione , quàm ex uerbis.Bald.in conſ.121.A capite.col.iii.uer.ſed hic eſt aduertendum.lib.iii.per text.in l.iuriſgentium.§. pactorum. ff.de pact.& iſto caſu , quando ratio eſt expreſſa in diſpoſitione pœnali, extenſio fieri non dicitur , cum ueniat caſus non expreſſus ex mente legis. Anch. in d.conſi. 304. in fi. & dixi ſuprà in materia extenſionis in correctoriis. Fortiùs uoluit Curt.Senior in conſi.50.col.19. prin.quod extenſio fit in pœnalibus ex idẽtitate rationis finalibus,quæ
19 colligitur ex proœ.¶ Ex hac vii. † limita.inferri poteſt ad aliam reſponſionem ad text.in d.c.i.§. porrò . quæ fuit pri. cauſ.bene amit.ubi in materia priuationis feudi, & ſic pœnali fit extenſio . de cuius intellectu & ratione ſuprà uidimus.Nam ultra præmiſſa uidetur , quòd reſponſio planior accõmodari poſſit ad illum textum : quia uidelicet ratio, ibi fuit expreſſa,cur priuaretur ex illis cauſis ibi expreſſis, nam dicit text.quòd & naturalis & ciuilis ratio ſuadet prę dictis modis feudũ debere amitti.quæ coligi poteſt, ſi quis ſcrutatus fuerit ſubtiliter conſtitutionem : in qua enumerantur cauſæ exhæredationis & ingratitudinis & repudii: quibus liberi exhæredantur , matrimonia diſſoluuntur , & donationes reuocantur.& ſic text.exprimit rationem, cur ex cauſis ibi declaratis & enumeratis uaſallus feudo priuetur : quia uidelicet apparet ex talibus cauſis de ingratitu-
dine

dine ipſius uaſalli, contra dominum. & ſic fundatur ratio priuationis feudi ſuper ingratitudine. itaque cùm ratio priuationis fuerit expreſſa: non mirùm, ſi ſit extenſio ad alias cauſas, in quibus militat eadem ratio ingratitudinis. & iſta ratio & reſponſio uidetur mihi clara, & ſine aliqua difficultate. ¶ Non omitto circa illum text. in d. §. porrò. quòd Crotus in d. l. omnes populi. colum. xxxiij. in ſi uerſicu. ſecunda concluſio. uoluit ſubtili medio effugere difficultatē illius text. ponendò eum in materia iuris exorbitantis aut limitatorii: in qua materia faciliùs fit extenſio, quàm in pœnalibus. Sed neſcio ubi Crotus iſtud ſomniauerit: cùm ibi non agatur de materia correctoria exorbitāti, nec limitatoria: ſed tantū pœnali. & doct. omnes laborantes circa illum text. eum ſolùm allegant in materia pœnali. ¶ Sed

20 aduerte: † pro declaratione huius ſeptimæ limitationis: quòd ſi in ſtatuto pœnali aſſignetur ratio, ut delicta puniātur, quæ etiam ſola ratio uidetur aſſignari poſſe, quando agitur de delictis puniendis, ex hac ratione expreſſa non puto extenſionem fieri poſſe, niſi prout ſupra dictum eſt, quando aliàs delicta remanerent impunita. Si uerò delicta per aliud ius debito modo puniantur, induci non debet corrrectio alterius iuris: etiam quòd per aliud ius mitior pœna imponatur modò pœna non ſit adeò mitis, quòd per eam occaſio detur delinquendi: ut ſupra diximus in prima limitatione ad regulam negatiuam, quòd in pœnalibus nō fit extenſio. ¶ Contra iſtam tamen ſeptimam limitationē tenet Soci. in l. ſerui electione. §. j. colum. iij. poſt med. uerſicu. ſed iſta ratio ita deducta. ff. de lega. j: ibi uoluit, quòd in pœnalibus non fiat extenſio ex identitate rationis expreſſę, niſi caſus, ad quem uolumus extendere, comprehendatur ſub uerbis legis, latè ſumpto uocabulo. ¶ Octaua. da

21 tur † limitatio, ut non procedat regula negatiua, ubi maior eſſet ratio in caſu non expreſſo: quia ex maioritate rationis fit extenſio etiam in materia pœnali. Alex. in add. ad Bal. in l. mancipia. in uer. turbans. C. de ſer. fug. Roc. de cur. in rep. d. c. fi. cha. 35. in 7. limit. ubi tamen Alex. non allegat: ſed tantum dicit, quòd iſtud præſupponit. Anto. de Butr. in d. ca. fin. dum dicit non fieri extenſionem à parita-

te rationis: ergo ſecus ſentit, ubi eſſet maior ratio. Ad idẽ facit tex in l.qui indignus. ff. de ſena.ubi ſententia pœnalis,per quàm indignus quis declaratur inferiori dignitate, extenditur ad maiorem dignitatem,& ordinem, per argumentum à maiori. Ad idem tex.in l. cui pacto. ff. de ſeruis expor.ubi pactum pœnale, per quod interdicitur alicui po merio,aut ſuburbiis,extenditur ad ciuitatem, ut à fortiori ad ciuitatem accedere non liceat. Ad idem tex.in l. relega torum.§.poteſt.ff.de.interdi. & relega.ubi prohibitus per ſententiam ab honore minori, à fortiori cenſetur prohibi tus à maiori. Ad idem adduco Deci.in c.ij.col.x.in fi.uerſi. poſtremo ſupereſt.de probatio.& in conſilio 333. col. iij. in princ.ubi,quòd ſtatutum contra ius commune, extendi tur à maioritate rationis. & quòd à maiori licitum ſit arguere in pœnalibus: tradit Bald.in l.tranſigere. in octaua. oppo. C. de tranſac. ubi ꝙ ſicut non eſt licitum tranſigere ſuper adulterio,ita & à fortiori nec ſuper raptu. Sed cõtra

22 † iſtam limitationem arguitur ex eo,quòd no.glo.& doct. in d. authen. quas actiones, ubi, quod in correctorijs non ſit extenſio, etiam à maioritate rationis. & ibi Iaſ.hoc firmat colum.vj.uerſicu.ſit ergo firma regula.& idem Iaſ.in l. fratres.colum.iij. uerſicu. ſi uelis tenere oppoſitum. C. de inoffi. teſtamen. in authen. non licèt. colum. ij. C. de lib. præ.Imol.in conſil.64.Are.in conſ.27.Proponitur.colum. ij poſt med.uerſic.non ob.quòd melior.Cor. in conſ. 271. col.iiij.poſt med.lib.iiij.Curtius iunior,in conſ.vj. colum. vj.poſt med.& hanc opin.dicit communem Deci. in l.non debet,cui quod plus.nu.iiij.ff.de reg.iuris, quicquid aliter uoluerit idem Deci.ſibi contrarius,in d.conſi.333.col. iij. circa prin.uerſi.& ad idem facit poſt Imo.in d.§.de uiro.ſi non ſit extẽſio à maioritate rationis in correctorijs:multò minus fieri debet in pœnalibus, aut ſaltem eadem ratione fieri non debent in pœnalibus, qua in correctoriis prohi-

23 betur. & quòd in materia pœnali non † ualeat argumentum à maioritate rationis,tradit Bald.in authen. ex teſtamento.col.iiij.C.de ſecund.nupt.ſequitur Curt.ſenior, in conſ.45.colum.viii.uerſic.ij.quia in materia.Hanc difficul tatem non reperio tactam per aliquem doct. quem legerim,

rim, nec omnes legiſſe me fatear: præcipuè, quòd belli tam prolixi & calamitoſi aduerſitate fractus, cauſis forenſibus operam dare coactus ſum: uxoris atque liberorum ponde-
24 re non ingrato tamen grauatus. Puto † quòd in pœnalibus extenſio non fiat à maiori, niſi eo caſu, quo ſi extenſio non fieret reſultaret abſurdum: puta quando alicui interdicitur dignitate inferiori, uel acceſſu ad ſuburbia, nonne pluſquam abſurdum eſſet, ſi obtinere poſſet dignitatem maiorem, uel ſi ad urbem ingredi poſſet? & ita abſurditatem conſiderāt iura ſupra allegata: maximè tex. in d. l. cuī pacto. Similiter in l. nec in ea. ff. de adulte. ubi ſicut licitū eſt patri adulterum & adulteram occidere impunè, a fortiori poterit contumelia afficere. nam abſurdiſſimum uideretur, puniri quem pro contumelia in eum commiſſa, qui homicidij nomine teneretur. Idem in alijs exemplis adductis per moder. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. per Deci. in c. quia in tantum. de præben. in quibus in delictis & pœnalibus arguitur à maiori. nam inconueniens, quòd abſurdū ſequeretur, niſi ita liceret arguere quo caſu ne abſurdum inducatur, extenſio fit: ut ſupra diximus in v. limitatione. Confirmatur iſta declaratio ex eo quòd ſcribunt Barto. & docto. communiter in d. l. tranſigere. C. de tranſact. ubi, quòd illa lex prohibens tranſigi ſuper adulterio, non extenditur ad raptum: licèt raptus ſit grauior adulterio. Ex hac declaratione infertur, quòd ſi per ſtatutum aut conſuetudinem imponatur aliqua magna pœna pro aliquo delicto, ratione aliqua: puta frequentiæ illius delicti. aut aliter
25 cum ſecundum † locorum diuerſitatem, delictorum etiam qualitas uarietur, reſpectu magnitudinis. nam in Francia falſitas capitaliter punitur, per edictum regium: non itidē ſeruatur apud alias regiones, imò ut ſuprà dictū eſt, apud Cuneares delictum falſitatis tenuè reputatur ex eorum ſtatuto quod pœnam perbreuem conſtituit: licèt illud obſeruari non arbitrer. Similiter per legem Iuliam crimen adulterii capitaliter punitur: quæ tamen pœna apud poſteros
26 in diſſuetudinem abijt, his in quam caſibus † non puto legem aut conſuetudinem pœnalem extendi ad maiora delicta: arguendo à fortiori: quia ceſſat abſurdum, mo-

do & ipſum delictum maius impunitum non maneat. Quid enim abſurdum uideatur ſi aliquod delictum: quod minus uideatur ex aliqua cauſa acerbius uindicetur, quàm aliud
27 crimen quod grauius uiſu ſit? uidemus † enim quòd pœna furcarum, eſt maior, quam pœna capitis: quia pœna furcarum eſt magis ignominioſa. Bar. in l. capitali. §. ſerui. ff. de pœnis. in l. deſertorem. in princ. ff. de re militar. Bald. in l. omnes. C. de delato. lib. x. ubi ſi quis fuerit condemnatus pœna furcarum & pœna capitis diuerſis ſententijs, & non poteſt conſtare pro quo delicto prius fuerit condemnatus caput amputari debet: quia eſt mitior pœna, quàm furcarum. ſequitur Ioan. de Ana. in c. ij. colum. x. de colluſio. dete. tradit Soci. in conſ. 157. colum. ij. lib. ij. & tamen pro furto furcis quis ſuſpendetur: & pro homicidio decapitabitur: cum homicidium infinitis partibus ſit grauius furto.
28 Nec placet † dictum Decij in c. at ſi clerici. in princ. col. v. in ſeptimo nota. de iudi. & in conſ. 85. colum. ij. quòd ubi pro furto maior pœna imponitur, quàm pro homicidio tunc furtum dicatur delictum grauius homicidio. quia cũ grauitas delictorum inſit ab ipſa natura, non poteſt lex facere, quòd delictum maius, dicatur minus, & econtrà. §. fin. inſti. de iure natu. gen. & ciui. l. eas. ff. de cap. dimi. Nec ſtatutum dicitur facere delictum maius, quod uerè minus ſit ob impoſitionem maioris pœnæ: quia, ut dixi, potuit imponere maiorem pœnam ex aliqua cauſa: puta ut obuietur frequentiæ illius delicti. Bene fateor, quòd ubi cadere poſſet dubium probabile, an unum delictum ſit maius altero, tunc cognoſcetur grauitas delicti ex qualitate pœnæ: ut dicit Deci. in dict. conſ. 65. & in dict. c. at ſi. clerici. ſed ubi eſt notorium unum delictum eſſe maius altero per rerum naturam: prout in homicidio & in furto, quæ enim comparatio fieri poteſt de offenſione in perſonam, ad offenſionem in bonis: arg. l. in ſeruorum. in fi. ff. de pœnis. & quòd ex qualitate pœnæ maioris uel minoris non ſemper arguitur ad qualitatem delicti: ut dicatur maius uel minus, prout magis uel minus reperitur uindicatum. tradit Soci. in dict. conſ. 157. colum. penul. in fin. Deci. in authen. caſſa. col. iij. poſt med. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in cap. eccleſia ſanctæ

Mariæ.circa princip.de conſtitutio.& aduertendum. quia Soci.& Deci.conſuluerunt in eadem cauſa: licèt pro diuerſis partibus.& dicit Deci.in d.c.at ſi clerici.in prin.in ſeptimo not. quod obtinuit ſententiam pro eius parte, contra conſi.Soci.ſed aduerte:quia in caſu Soci. & Decij non puto,quòd fuerit iudicatum pro conſi.Decij,eo quod delictũ furti eſſet maius homicidio: ſed quia intentio ſtatuentium ſeu ſtatuti Lucæ uidetur,quòd dummodo non bannitus interficiat bannitum reum mortis, & ſic purget prouinciam homine ſcelerato & patibulo digno,talis occidẽs habeat priuilegium liberandi à banno alium bannitum: cuius delictum non ſit maius delicto eius, qui dicitur occiſus per non bannitum,quaſi intentio ſtatuti fuerit, quòd ſi non bannitus interficiat bannitum, qui à pœna mortis defendi poſſet, tunc non poſſit liberare à bannito bannitum mortis reum: ſed ubi uterque bannitus, id eſt, & occiſus per non bannitum,& is,de cuius lliberatione agitur, mortis rei erant, ſatisfactum uidetur intentioni ſtatuti. & licet unum delictum uideatur maius altero: tamen ex quo in ſubſtantia eadem eſt pœna mortis, illud plus & minus quod pœnam in ſubſtantia non alterant, non habentur in conſideratione.l.ſi.ff.de fundo inſtructo. & ſic iudex in cauſa illa Lucæ magis uidetur, conſideraſſe effectum ſtatuti, quam uerba.Effectus autem idem uidetur, dummodò non bannitus eum interficiat,qui morte dignus eſſet. Concurrebat etiam in caſu Decij: quia ſtatutum Lucæ dat illud beneficium non bannito occidenti bannitum, ob publicam utilitatem: ut ſic accendantur homines ad extirpandos bannitos, & eos occidendos, ob id extendendum uidetur. aut largè interpretandum: ut ipſe Decius deducit.

29 ¶ Nonò † non procedit præmiſſa regula negatiua in correlatiuis: in quibus fit extenſio, etiam in materia pœnali. Ideò pœna impoſita actori, intelligitur etiam impoſita reo: & econtra. gl. in l. per interuallum. ff. de iudi. & in c.j.de confeſ.li. vj.& in correlatiuis quòd pœna impoſila uni extendatur ad alterum, tradit Bart. in l. j. ff. quod metus cau.cum ſimil.ut Iaſ.ſcribit,in l.non dubium.col.iij. poſt med.uerſ. ij. ſingulariter limita.C.de legib. in l. ſicut

bonis.in ij.notab.C.de in ius uocan.& in l.fi.col. iij. C. de indict.uidui.tollen. Contrarium, quod imò in pœnalibus non fiat extenſio de uno correlatiuorum ad alterum:tenet Abb.in c.l.col.fi.de loca.ſequitur Iaſ.ſibi contrarius in l.fi. in fi.ff.de in ius uocã.Decius in l.j.col.ij. circa medium.C. de in ius uocand.Pro reſolutione dicendum eſt, quòd hæc noua limitatio procedit reſpectu unius & eiuſdem actus indiuidui, & quando unum non poteſt prohiberi ſine altero. Tunc enim pœna impoſita uni ex correlatiuis, cenſetur impoſita alteri. Puta, per ſtatutum maritus prohibetur relinquere uxori, certè etiam mulier cenſetur prohibita accipere. Rurſus per ſtatutum prohibetur quis udere ſub pœna, certè etiam emptor cenſetur prohibitus emere ſub eadem pœna. quia non poteſt quis uendere ſine emptore: nec poteſt maritus uxori relinquere, ſi uxor non

30 accipiat. Secus in diuerſis † actibus: Puta,prohibetur maritus relinquere uxori, an per hoc dicatur prohibita uxor relinquere marito? Certè non: quia iſti actus ſunt diuerſi & ſeparati, nec fiet eluſoria diſpoſitio ſtatuti prohibentis maritum relinquere uxori: licèt vxor poſſit relinquere marito: fieret autem eluſoria,reſpectu eiſdem actus.ſi marito prohibito relinquere, non cenſeretur prohibita uxor accipere, ita declarat Socin. in d.conſ.74.col. ij. poſt med.lib. iij.Curtius iunior in d.conſ.vj.col.vj.poſt med. & col. ſeq. ubi uidetur ſibi aſcribere hanc declarationem. ſed ante eũ fuit Soci.in d.cõſ.74.& dixi ſuprà in x.limitatione. nu.35. ad regulam, quod conſuetudo non extenditur, & quod in actibus diuerſis non fiat extẽſio,adduco Bald. in cõſi.424. Punctus talis eſt: Titius deceſſit. circa fi. lib. iij. ubi licèt ualeat teſtamentum patris inter liberos coram duobus teſtibus: non tamen ualet teſtamentum filij inter parentes

31 coram duobus teſtibus. Vbi autem † ſumus in diuerſis actibus, & in quibus unũ poteſt ſtare ſine altero, an diſpoſitio extendat in correlatiuis? Dic quòd aut ſumus in correctoriis,& tunc nõ uidetur extendi,etiã ex maioritate rationis:per dicta ſuprà in octaua limitatione, quod in correctoriis nõ fit extenſio,etiã ex maioritate rationis. Aut ſumus in pœnalibus,& fiat eo modo,ꝙ diximus fieri ĩ pœnalibus.

Aut

Aut ſumus in his quæ ſunt præter ius,& tunc ſit diſtinctio, an militet eadem ratio,uel nõ:ut per Iaſ.in d.l.ſi.col.iij.C. de indi.uidui.tollen.Sed aduerte circa declarationem. Soci.in d.conſ.74.& Curtij iunioris.in d.conſ.vj.dum uolunt,
32 quod † in correlatiuis fiat extenſio etiã in materia odioſa & pœnali,reſpectu eiuſdem actus indiuidui:quia iſta declaratio bene procedit reſpectu ipſius actus principalis, in quo unũ nõ poteſt eſſe ſine altero:quia uno prohibito,neceſſario cẽſetur prohibitũ,& alterũ.Puta, prohibetur quis uẽdere,neceſſariò prohibetur & alter emere,ſed nõ procedit reſpectu pœnæ: quia poteſt unus puniri ſine altero.Licet.n.cõtractus nõ poſſit prohiberi uni, quin prohibeatur & alteri:pœna tamẽ ſeparari poteſt.Simile uidemus, quòd uſuram quis committere nõ poteſt, niſi ſit, qui ad uſuram accipiat.& tamen pœna,quæ imponitur uſurarijs,non extenditur ad accipientes:ut no.in c.ſuper eo.de uſuris. Ideò iſtud dictum Soci.& Curtij,quòd in correlatiuis fit extenſio,etiã in materia odioſa & pœnali, reſpectu eiuſdẽ actus indiuidui, debet ſanè intelligi quò ad actum principalem : quò ad pœnam uerò habenda eſt diſtinctio, an militet eadem ratio, uel non : prout in uſura in qua non militat eadem ratio puniendi accipientem.: quæ in dante aut mutuante . Idem ſi prohibeatur quis conducere domum ante finitam cõductionem alterius,ſub pœna:quia ſi talis prohibitio facta ſit ob aliquã rationẽ,quæ nõ ita militet in locatore ſicut ĩ cõductore:talis pœna nõ extẽdet ad locatorẽ licèt non poſſit quis conducere ſine locatore . ita declarat Abb.in d.c.j.col.pé.ĩ fi.de locato.& ſic in correlatiuis procedet hæc nona limitatio,ꝙ ĩ eis ſit extẽſio ĩ materia pœnali, reſpectu unius & eiuſdem actus indiuidui : & etiam quò ad pœnam,quæ diuidua eſt,quando militat eadem ratio in utroque & ſecundum has declarationes reſoluitur tota materia extẽſionis in correlatiuis.& deciſiones, quæ alioquin uidentur diuerſæ & contrariæ inuicem reconciliantur . ¶ Sed contra præmiſſa oppono , Tu dicis , quòd in correlatiuis ſit extenſio etiam in materia pœnali , reſpectu unius & eiuſdẽ actus indiuidui , quando eſt eadem ratio in utroque : in contrarium adduco Bald.in conſil. 482. Magnifici

uiri.col.ij.lib.j. Vbi ſi quis prohibeatur acquirere, & acquirat contra prohibitionem, ipſe acquirẽs ſolus conuenitur ad intereſſe,& non transferens,& tamen ſine transferente non poteſt quis acquirere. Nec diſtinguit Baldus an ſit eadem ratio in trãsferente, uel non: ſed ſimpliciter hoc dicit, & mouetur: quia uerba prohibitionis in transferentem dicta non ſunt.

33 ¶ Solutio † Baldi loquitur, quando prohibitio erat facta per pactum,& ſic in prohibitione hominis: nos uerò in prohibitione legis. Conſtat autem difficilius extendi diſpoſitionem hominis, quàm legis cap. ſuſceptum.de reſcript.lib.vj.c.cum illis de præben. eod. lib. per quæ iura ita declarat Imol.in d.l. ſi uerò. §. de uiro. in ſecundo articulo principali. ff.ſolu. matrimo. ſequitur Iaſ. in l.iij.in princ.col.ij.in fi.uerſ.tertiò adducit.ff. de acquir. poſſeſ.poſt Areti.ibi.& in terminis correlatiuorum ita declarat Bald.in c.j in princ.quali.domi. propri. feu. priuet. per text. in l. ſed interpellatur. §. ſi ab altera. ff.de arbitr. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Deci.. in d.l.j.

34 col.ii.circa medium.C.de in ius uocand. ¶ Decimò † non procedit quando unum uenit appellatione alterius, ſaltẽ de lata ſignificatione uocabuli: quia ad illud fit extenſio etiam in materia pœnali. Calderi. in conſil. viii. in tit. de electionib.ubi, quod text. in c.ut auatitiæ. de electionib. libr.vi. priuans electum adminiſtrantem ante confirmationem,extenditur ad præſentatum adminiſtrantem ante inſtitutionem:quia præſentatio,ſaltem largè, uenit appellatione electionis, & quædam uidetur electio facta per patronos: ſed hic uidenda ſunt, quæ ſupra diximus in materia correctoria in decimatertia limitatione. Poſſet etiam dici,quod ideò fit extenſio de electione ad præſentationem: quia per iura Sexti,ut plurimum parificãtur. Rochus de Curte in dict.c.fi.chart.34.in iii.limita. ¶ Vndeci-

35 mo, † non procedit præmiſſa concluſio negatiua, quando in alio caſu non reperitur certa pœna conſtituta: quia tũc conſuetudo aut lex pœnalis extenditur ad alium caſum: quia ubi certa pœna non reperitur ſtatuta, recurritur ad ſimile legis, uel ſtatuti, aut conſuetudinis. Bart. in conſil. 106.Statuto caſtri plebis. & ſic cõſuetudo aut lex pœnalis extenditur,

extenditur,ut ex ea declaretur pœna in alio caſu ſimilis, in
36 quo certa pœna conſtituta non ſit. ¶ Duodecimo,†nõ procedit in acceſſoriis:quia ad illa trahitur conſuetudo aut lex pœnalis.l.fin.C.de fru.urbis Conſtantino.lib. xi.vbi Bart. & Ioan.de Pla.Soci. in cõſ.93.col.viii.poſt medium . uerſ. poſtremò hanc partem confirmo.lib.i. Nam in d. l. fi. prohibitio pœnalis de non minuendo aut conuertendo in aliũ uiſum pecuniam publicam deputatam ad emptionem frumenti de tempore neceſſitatis, extenditur ad lucrum prouenienſ ex illa pecunia. Ex quo infertur non bene locutum Bald.nouel.in tract.de dote,in octaua parte, priuileg. vi.col.vi.poſt med.uerſ.nec obſt. q͛d priuilegiũ.ubi uoluit, licet ſub dubio fortè,quòd priuilegium principalis non traditur ad acceſſoria in correctoriis & exorbitantibus.& cõtra eum etiam faciunt, quæ ſcripſi ſuprà in octaua limitatione ad regul. quod conſuetudo non extenditur.
37 ¶ Decimotertio † non procedit,quando diſpoſitio pœnalis loquitur in uno ratione frequentioris uſus: quia tunc extenditur ad illud,glo.in l.i,in uerſ.ſponſam. C. de raptu uirgi. ubi illa lex pœnalis loquens in ſponſo ratione frequentioris uſus,habet locum etiam in ſponſa rapiente ſpõſum.cum ſimil. ut per Curtium ſeniorem, in cõnſ. xi. col. iii. Ex præmiſſis abundè declaratam habes hanc uigeſimã primam limitationem: an in pœnalibus permiſſa ſit extenſio. in qua regulam habes negatiuam cum undecim limitationibus,ex quibus facilè erit ad contraria reſpondere.nec erit hæc materia ita in confuſo & quodam modo arbitraria,prout eam reliquit.Angel.in d.§.ius autem ciuile. ubi ſolum multiplicat contraria: concludens certam doctrinam dari non poſſe: ſed ſtandum eſſe dictis glo. & doct. prout deciſa inueniuntur. Ad quem modum facilè erit conſulentibus pro & contra in eodem caſu ad arbitrium uariare:& eo modo loculos implere, ad animarum perniciem & pauperum litigantium enorme diſpendium. ¶ Vi-
38 geſimoſecundo, † limitatur prædicta concluſio, quæ habet, quòd conſuetudo non extenditur ut non procedat, quando duo gradatim inuicem ſe habent:quia mutatio fa-

cta in uno, extenditur ad alterum. Puta de iure antiquo li
cebat donare certam quantitatem laico ſine inſinuatione,
& duplum eccleſiæ, etiam ſine inſinuatione, & ſic laicus &
eccleſia habebant in ſe hanc ordinationem inuicem, ut
eccleſia poſſet accipere ſine inſinuatione, duplum eius
quod poterat laicus accipere: poſteà ſuperuenit ius nouũ
codicis, per quod quantitas laico donari poterat ſine inſi-
nuatione. aucta fuit uſque ad quingentos aureos, certè etiã
duplicabitur ſumma, quæ eccleſiæ donari poterat ſine in-
ſinuatione. Crotus in repet. l. omnes populi. in materia in-
terpretationis extenſiuæ, concluſio. 13. ff. de iuſti. & iure.
Similiter ordines ſubdiaconatus, diaconatus & ſubdiaco-
natus habent inuicem quandam ordinationem, ut certum
tempus ſinguli habeant inuicem. Si tempus mutetur in
uno ordine, illa mutatio trahitur & ad alios ordines. gl. in
clem. generalem. de æta. & qualit. cum ſim. ut per d. Re-
buffi in tract. nomina. in 12. quæſt. prin. pag. 69. Vigeſimo-
39 tertiò † non procedit, propter cauſam honeſtatis ſeruan-
dæ: quia tunc etiam conſuetudo aut lex ſtricti iuris exten-
ditur de caſu proprio ad improprium. Puta lex prohibet
parentes uocari in ius ſine uenia, quomodò intelligentur
parentes, ſi propriè intelliguntur uſque ad tritauum. l. Iu-
riſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. tamen quia illud ius
prohibitorium non uocandi parentes in ius ſine uenia: in-
troductum fuit cauſa honeſtatis ſeruandæ, & ut præſtetur
reuerentia parentibus, à quibus deſcendimus, extenditur
ad omnes parentes cuiuſcunque gradus in infinitum. l. iiij.
prætor ait. & ibi Ange. & Iaſ. in quarto not. ff. de in ius uo
can. quàm legem legit Iaſ. ſimul cum l. ij. & idem Iaſ. in §.
pœnales. col. ix. in princ. nu. 54. inſti. de actio. & in l. qui ſe
patris. col. 25. poſt med. uer. ſimiliter cauſa honeſtatis. C.
unde liberi. addo. Alex. in l. nepos Proculo. in addi. ad Bar.
40 ff. de uerb. ſig. Adde, quòd ea, quæ fiunt † cauſa honeſtatis
ſeruandæ, neceſſario & coactè fieri dicuntur. ob id ex actu
qui fit propter honeſtatem ſeruandam, non inducitur re-
nunciatio iuris ſui, tanquam coactè factum dicatur. Io. Fa-
bri & Ange. Aret. in §. fi. inſtit. de iniu. Aufrer. in deciſ.
Tholoſa. q. 233. ubi ſi iniuriam paſſus recipiat iniurian-
tem

tem ad oſculum pacis in eccleſia, quòd ſaluâ honeſtate recuſare non poterat, per clem.ſi.de ſent.excō. ex tali oſculo non cenſentur iniuriam remiſiſſe: quia neceſſario & coactè ita egit honeſtate cogente. Idem ſecundum eos, ſi paſſus iniuriam, & iniurians ſimul inuitentur ad aliquod feſtum & conuiuium: & ad eandem menſam ponantur inde ſimul comedant & bibant: quia non cenſetur iniuria remiſſa, tanquam neceſſario & cogente honeſtate ita actum ſit. Confirmatur iſtud dictum: quia numeratur honeſtas inter iuris præcepta.l.iuſtitia eſt.§.j.ff.de iuſt. & iur. §. iuris præcepta.inſti.eo.tit.& attendi debet non ſolum quòd liceat, ſed etiam quòd honeſtum ſit.l.ſemper. ff. de ritu nuptia.& publica honeſtas impedit matrimonium.c. iuuenis & c.ad audientiam.de ſponſal. no. in c. non debet.de conſang. & affi. & ius honeſtatis exceptuatum intelligitur à debito reuerentiæ.ob id dominus non poteſt ſubditas cogere, ut uadant ad eius domum pro tripudijs aut choreis, ſi cauſa honeſtatis nolint accedere.Bald.in l.quod ex libera.per illū text.C.de operis liber. refert & ſequitur Dec.
41 in c. j. col. v. ſuper glo. fin. de conſtitu. Hinc uidemus, † quòd iuramentum de parendo mandatis alicuius, intelligitur de honeſtis.c.ueniens & cap.Quintauallis. de iureiur. c.j.de iureiur.lib. vj. & generale arbitrium conceſſum alicui non trahitur ad ea, quæ ſunt contra honeſtatem: Bar.in l.j.ff.de his, qui ſunt ſui uel alien. iur. Ang. & Fulgo. in l. milites.C.de teſtament. milit. Socin. in conſil. 53. col.ij.
42 lib.iij.Iaſ.in l.j.col.iiij.ff.de legat.j.† Nec ualet conſuetudo contra honeſtatem.c.cùm decorem.& c. cùm ab omni. de uita & honeſta.cleric.Abb.in c.cùm inter.in iij. not.de conſuetu. Imò conſuetudo contra honeſtatem à principe approbari non poteſt. Bald. in c. ad noſtram. de proba. & ibi Feli. col.iij. uerſ.ultimò not. hinc uidemus non ualere conſuetudinem aut ſtatutum, quòd ceſſio bonorum fiat modo uituperabili puta, percutiendo anum, aut nates ad columnam: quia hoc eſt contrà honeſtatem, & bonos mores.Cyn.& Bald.in l.fin.C.qui bonis ced.poſ.cum ſimil.ut per Iaſ.in §.cum quoque.col.fin.nume.28. inſtit. de actio. Addo, quòd ſi princeps per eius reſcriptum mandet quem

admitti ad ceſſionem bonorum: debet ſimpliciter recipi ſine aliqua ignominia: quia in actu principis gloſandum nō
43 eſt.ita Bald.in conſil.301. lib. v. ¶ Vigeſimoquartò † non procedit in caſu præſumpto, ad quem trahitur ſtatutum uel conſuetudo etiam exorbitās. Puta, ſtat ſtatutum uel conſuetudo, quòd uxore decedente in matrimonio, maritus lucretur dotem.talis conſuetudo extenditur ad dotem præſumptam, id eſt, quam uxor uerè non conſtituit: ſed ius conſtitutam præſumit: prout quando mulier ſecundo nubit, eo caſu quo ius præſumit dotem datam primo marito. cenſeri conſtitutam & ſecundo uiro.Barto.in diſput.incip. Mulier habens amplum patrimonium. Abb. in con. 46. Tria.in ij.dubio.lib.j.Cuma.in conſ.109 Domina Ioanna. in j.dubio.refert & ſequitur Curt.iun.in conſil.iiij. col. v. Addo Bald.in l. cùm citra.C. de iure dotium.quem refert & ſequitur Bertachi.in ij.parte ſui repertor.in uerbo, maritus lucratur.uer.36. ultra Bertachi. idem uoluit Bald. in l.nulla.C. de iure dotium. ubi in illa q. an mulier nubens ſine conſtitutione dotis, cenſeatur dediſſe omnia bona ſua
44 in dotem? dicit quæſtionem † eſſe utilem ad ſciendum, utrum uir qui lucratur partem dotis ex forma ſtatuti lucretur partem iſtius dotis prȩſumptæ?& ſic clarè præſupponit Bald.tale ſtatutum locum habere, etiam. in dote præſumpta.& ita Bald.refert & Sequitur Soci.in conſ.viij. col. fi.lib.iiij.[& tamen tale ſtatutum uidetur exorbitans,& deuiare à iure communi:quo iure maritus non ſuccedit uxori.ita Abb.in conſ.79.col.j.lib.ij. ubi propterea, quòd eſt odioſum imò tale ſtatutum apertè uidetur contra ius commune,& contra l.ubi adhuc.C.de iure dot.& l.dos à patre. C.ſolu.mat.ita Ang.in conſ.158.quòd ſi aliquod.& in cōſ. 180.præmitto.in prin. Contrarium, quòd imò tale ſtatutum non habeat locum in dote præſumpta: tenet Iaſ. in conſ.50.lib.j.idem uidetur uelle Corne. in conſ. 254. col. iiij.uerſ.ſed dato,quòd præmiſſa.& col. fi. uerſ. inſuper, ſi eſſet obligatio.lib.j. Sed ad argumenta Corn. & Iaſ. patet reſponſio ex dictis Cuma.& Soci.in d.conſ. quòd procederent in dote putatiua & ficta:ſecus in dote præſumpta:quæ
45 dicitur uera dos. quia † iuris præſumptio, dicitur probatio

tio liquidiſſima.l.ſi quis lopſes. in fin.cum gl. ff. de manu. teſtamen.gl.in l.ſi tutor petitus. C.de peric.tuto.licèt Imperator ubi gl.& doct.ff. de legat.j.Ideò perinde eſt, ac ſi uerè probata eſſet dotis cōſtitutio per inſtrumentum aut teſtes. Conſequenter non uidetur hic tractari de extenſione aliqua:ſed propriè intelligi conſuetudo aut ſtatutum in caſu ſuo.& miror,quòd in re & quæſtione tā graui Corne. & Iaſ.ita leuiter ſe habuerint. ¶ Non ob.aliud argumentū
46 Corne. quòd tale ſtatutum de † lucranda dote,non uidetur interpretandum in præiudicium liberorum primi matrimonij.Quia reſpondeo dupliciter.Primò,ſi mulier ſecūdo nubens expreſsè dotem conſtituiſſet ſecundo marito, non negat nec negare poteſt. Corn. quin ſtatuto locus ſit: cùm ſtatutum generaliter loquatur, nec diſtinguat in dote mulieris,quæ nondum nupſit, uel ſecundo nubentis. & ſic apparet de mente ſtatuti, quòd non habuit rationem in hoc liberorum primi matrimonij: ſed magis habuit rationem publicæ utilitatis,ut mediante tali locro uiduæ faciliùs maritos inueniant, & ciuitas liberis hominibus impleatur. Si igitur in caſu uero ſtatutum non habuit rationem liberorum primi matrimonij, quare dicetur habuiſſe in caſu præſumpto & tacito. argu. l. qui ad certum. ff.locati. & ſic poſtquàm conſtat, quòd ſtatutum uoluit in hoc præiudicare liberis primi matrimonij: non eſt eundē per coniecturas, dicendum, quòd præiudicare noluerit: quia in certis ceſſant coniecturæ.l.continuus.§.cùm ita.ff.
47 de uerb.oblig.¶ Secundo dico, † quòd ſtatutū deferens lucrum dotis marito, extantibus liberis primi matrimonij, moderatur & reſtringitur ſecūdum formam l. hac edictali. C. de ſecun. nupt.ut ſolùm lucretur, quantum unus ex liberis primi matrimonij, cui minus relictum ſit.ita Bart. in d. l. hac edictali. in prin. Bald.in conſil. 495. Quædam domina Helena.col.pen.lib.v.Paulo de Caſtro. in conſil. 339.Ad primum quæſitum reſpondetur, quod dicta emancipatio. in fi. in conſil. 348. Viſo caſu & allegationibus. colum. ij. & in conſil. 368. Præſuppoſito, quòd præfatum decretum. lib.ij. Dec. in authen. præterea. colum. iii. in fi. & ibi Iaſ.latè colum. v. & vj. C. unde uir & uxor Dec.

in conſ. 19. col. ij. Crotus in repeti. l. omnes populi. colum. j. ff. de iuſti. & iure. Curtius iunior in conſi. 122. colum. iiij. in quibus locis atteſtantur Moder. hanc eſſe communem opinionem, quando ſtatutum ſimpliciter loquitur, niſi aliter apparet, quòd uoluerit ſtatutum derogare diſpoſitioni d. l. hac edictali. ut per eos d. locis. quod etiam ante eum uoluit Curt. ſenior, in conſ. 79. colum. iiij. poſt med. & ſic ſtante tali reſtrictione & interpretatione, non
48 uidetur militare: arg. Corn. Curt. tamen † ſenior in d. conſ. 79. uoluit iſtam concluſionem non procedere in ſtatuto correctorio iuris communis: puta, quòd maritus lucretur dotem non obſtante d. l. hac edictali. quia tunc non procedit ſtatutum in tali dote præſumpta. Vigeſimoquin-
49 to, † licèt conſuetudo aut ſtatutum contra ius non recipiat extenſionem: recipit tamen interpretationem paſſiuam à iure communi. l. j. §. lex Falcid. ff. ad legem Falcid. ubi Bart. & doct. Oldr. in conſ. 224. Iſtæ ſunt allegationes. colum. vij. in fin. cum ſimil. ut per Dec. in conſil. 35. colum. iij. & in conſil. 258. colum. iij. Rochus de Curte, in d. c. ſi. char. 35. in nona limitatione. Exēplū ſumi poteſt ex dictis proximè in 24. limitatione, Stāte ſtatuto aut conſuetudine, quòd uxore decedente in matrimonio, maritus lucretur dotē, iſtud tamē intelligitur ſecundū formā d. l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. ſimiliter ſtāte ſtatuto, quòd filius familias poſſit teſtari, iſtud intelligitur ſeruata tamē forma iuris: & ſic adhibitis ſeptē teſtib. Bart. & doct. in d. l. j. §. lex Falcid. Moder. in d. auth. præterea. Non me præterit plurima adhuc dici potuiſſe in materia extēſionis, ſed longè nimium uideor euagatus a materia operis inſtituti. Ea ſcriptis commendatum curaui, quæ uel non ita paſſim inuenirentur: uel quæ declarationis auxilio maximè indigere uiſa eſſent. Ex præmiſſis explicatam abundè habes decimam tertiam differentiam inter conſuetudinem & præſcriptionem. Et concluſionem negatiuam fecimus, quòd cōſuetudo non extenditur cum 25. limitationibus ac plurimis ſublimitationibus, & limitationum declarationibus. Quæ omnia in uſu cauſarum forenſium maximè conducere exiſtimamus: & ad acuendos ingenioſorum

animos non parum ualere iudicauimus. Omnia igitur æqui boniq;. Lector conſulas, rogo: Deòque omnipotenti, ſi quid optati offenderis, omnia accepta feras. ¶ Decimaquarta
50 † differentia colligitur ex his, quę infrà dicã in vj. q. ubi, quòd in conſuetudine non uidetur neceſſaria ſcientia principis: licèt ſi contra ius. Secus in præſcriptione: in qua agitur de derogatione iuris ipſius principis. de quo dic, ut infrà in dicta. vj. q.

ARGVMENTVM.

Antiquum in præſcriptione tanti temporis, cuius initium eſt, ſupra hominum memoriam, quid dicatur: quantùmque tempus requiratur in præſcriptione tali, aut conſuetudine. Tum centenaria præſcriptio, quomodò probetur, & an ea ſit maior illa temporis: cuius initij non extat in contrarium memoria. Titulus item requiritur in pręſcriptione centenaria contra Romanam eccleſiam: in quadragenaria autem, contra alias eccleſias ubi & de ui, & poteſtate uriuſq;, ampliſſimè. Tum an princeps gaudeat præſcriptione centenaria, ſicut eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quid dicatur in conſuetudine ſeu præſcriptione temporis, cuius initij memoriam non extat in contrarium.*

2 *Præſcriptio centenaria an ſit maior quàm temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. & nume. 3. 4. 6. & 7.*

5 *Præſcriptiones, centenaria, & illa, cuius initij memoria non extat in contrarium, an. & quid differant.*

7 *Præſcriptionem, cuius initij memoria non extat in contrarium, probari ſufficit, neque centum anni aut ulta requiruntur.*

9 *Præſcriptio ſeu conſuetudo, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet uim tituli, & conceßionis ſeu priuilegij.*

10 *Priuilegium tacitum, quod inducitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, an ueniat appellatione priuilegij. uide & nu. 12.*

11 *Diſpoſitio loquens in caſu uero, an trahatur ad fictum.*

13 *Regalia aut principi reſeruata, an acquiri poßint per præſcriptionem tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium.*

14 *Regalium aut reſeruatorum principi præſcriptio, an neceſſariò*

requirat ſcientiam principis.

15 Præſcriptio non currit contra principem aut ſuperiorem, niſi concurrentibus eius ſcientia & patientia. in his, in quibus poſſeſsio ſeu quaſi. non quæritur ſine licentia & patientia partis.

16 Regalia aut principi reſeruata ſi quis præſcribat: ipſo principe ſciente & patiente, án iſto caſu adhuc erit præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.

17 Regalia aut reſeruata principi: ſunt incorporalia: quæ præſcribi non poſſunt ſine ſcientia & patientia ipſius principis. & nume. 18.

19 Conſuetudo diuidendi feudum de iure indiuiſibile, requirit ſcientiam ſuperioris. Quid in conſuetudine temporis antiquiſsimi & immemorati.

21 Corporalibus præſcribendis, quibus caſibus non ſit neceſſaria ſciẽtia & patientia eius, contra quem præſcribitur.

22 Præſcriptio an contenta ſit tempore triginta annorum, data ſcientia & patientia principis: uel requirat centum annos.

23 Principis ſcientia, in quibus caſibus eſt neceſſaria in præſcriptione aut conſuetudine, an ſufficiat ſcientia eius procuratorum, ſeu officiariorum. Et an eorum ſcientia, principi præiudicet. nume. 24. Quid de procuratore, etiam cum libera, an eius ſcientia domino præiudicet ibidem & nume. 25. & 26.

27 Præſcriptioni aut conſuetudini ubi neceſſaria eſt ſcientia ſuperioris: ſi ſint duo ſuperiores aut domini, an ſit neceſſaria ſcientia utriuſque.

28 Feudi poſſeſſor, quando præſtitit ſeruitia domino directo, per longiſsimum tempus triginta annorum, præſcribit ius utile: etiam in præiudicium domini directi, qui ignorantiam allegare non poteſt.

29 Præſcriptio currit contra dominum amiſſa poſſeſsione ciuili: quia præſcrptio debet eſſe 30. anno. in eccleſia autem 40.

30 Præſcribere non poteſt is, qui tenuit rem feudalem tanquam liberam: mala tamen fide: quia nimirùm illam ſciebat feudalem.

31 Bona feudalia poſsidens, an præſcribat contra dominum ignorantem bona ea poſsideri per tertium, qui uendidit illa tãquam libera.

32 Negligentia imputari non poteſt domino directo, ignoranti alienationem factam per uaſallum.

Bona

33 *Bona principis, an & quanto tempore præſcribi poſſint. & nume.35.*
34 *Separationem quæ non recipiunt, poteſt quis in eis conſiderari nõ tanquam ipſe, ſed tanquam alius tertius aut extraneus.*
36 *Præſcriptio quanta requiratur hodie de iure Auth. contra fiſcum* Romani imperij.
37 Præſcriptio *quæ requiratur in ciuitate.*
38 Extenſio *non fit in correctorijs, ex maioritate rationis. Et an authentic. quas actiones. corrigens in eccleſia, extendatur ad ciuitatem.*
39 *Princeps an gaudeat præſcriptione centenaria, ſicut eccleſia Romana.*
40 *Imperium an gaudeat præſcriptione centenaria. & nu. 45. d. ſi. nu.46.*
41 *Verb. quæcunq; perſona, uidetur comprehendere perſonam etiam principis.*
42 *Correctio iuris & legum induci non debet, niſi expreſſe dicatur.*
43 *Imperium & ſacerdotium, an æquiparentur quò ad præſcriptionem.*
44 *Leges duæ ubi concurrunt, prima ſpecialis, altera generalis, nunquam ſecunda generalis tollit primam ſpecialem.*
47 *Intellectus & declaratio ad l ſi. C. de ſacroſan. eccle. item ubi habeat illa locum.*
48 *Titulus an requiratur in præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
49 *Tituli allegatio, an ſit neceſſaria in præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
50 *Iuris præſumptio non ſufficit, niſi allegetur.*
51 *Præſcriptio cũ allegatione tituli, in ſtricta & non præſcriptibili materia ſufficit, quando expreſſè allegatur titulus priuilegij: ad cuius probationem daretur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
52 *Lex non debet uerbis imponi, tanquam eluſoria, ſed uerba legi.*
53 *Extenſio ſit in materia pœnali: ne aliàs diſpoſitio pœnalis reddatur eluſoria.*
54 *Prohibitum directò, an poſſit per indirectum concedi.*

ptio breuioris temporis.fortius uoluit Felin. in c.ad audiẽ tiã.col.viii.in fi.uerſi.limita quintò. de præſcrip. quod præ ſcriptio temporis, cuius initii memoria non extat in con trarium.dicitur maior centenaria.allegat Card. in c.ſi dili genti.in fi.de præſcrip.& ibid.Feli.in ultimis uerbis,& idẽ Feli.in c.cum nobis.col.ii.in fi.uerſi.& ex eo,quod dixi.eo.
2 tit.ſed contrarium † quod imò præſcriptiò temporis, cu ius initii memoria non extat in contrarium, non requirat tempus centum annorum: ſed minor dicatur præſcriptio-ne centenaria,apertè uoluit glo.in c.cũm nobis. in uerſi.cẽ tum pręſcrip. ubi glo.quærit,quomodò poſſit probari præ ſcriptio centenaria: quæ ſola currit contra eccleſiam ro-manam: inſtrumenti enim non probatur poſſeſſio: teſti-bus etiam non uidetur probabilis: quia oporteret teſtes eſſe ætatis ad minùs annorum quatuordecim ſuprà centũ, ob id dicit glo.uidetur ſufficere probatio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium,ſed glo. determi-nat contrarium,quod non ſufficit talis probatio, ecce igi-tur dum glo.dicit non ſufficere probationem temporis cu-ius initij memoria non extat in contrarium in præſcriptio ne centenaria, quod clariſſimè præſupponit præſcriptio-nem centenariam eſſe maiorem præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. ¶ Ad idem
3 † adduco Lapum in c.j.de præſcri.lib.vj. quem ibi ſequun tur Gemi.& Lanfrancus,ubi quærunt, cuius ætatis debent eſſe teſtes ad probandum præſcriptionem temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, & concludunt, quòd debent eſſe ætatis quinquaginta quatuor annorum, uel ſaltem tanti temporis, quòd poſſint deponere de uiſu 40.annorum. ¶ Præſupponunt ergo clariſſimè, quòd præ-ſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in con-trarium. non requirit tempus centum annorum: quia ſi illud requireret,non ſufficeret teſtes deponere de uiſu 40. annorum, aut de tempore annorum quadraginta. Præte-reà,doct.non dicunt,quòd præſcriptio temporis,cuius ini-tij memoria non extat in contrarium, ſit impoſſibilis aut ualde difficilis probationis, quòd tamen dicunt in proba-tione præſcriptionis centenarię, ut infrà uidebimus in 21.

4 quæſt.¶ † Tertiò,quòd maior ſit præſcriptio centenaria,q̃ temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, adduco Alex.in conſil.208.col penult. lib. ij. quod eſt repetitum in conſ.140.lib. ij.dum reſpondet ad l. ſi arbiter. ff.de prob. vbi, quòd in antiquis ſufficit probare memoriã in contrarium non extare. nam dicit Alex. poſt Imol. per eum allegatum,quòd illa probatio admittitur ſolùm in caſibus, in quibus expreſsè cautum eſt, talem probationem ſufficere.Ideò dicit Alex. ſi agatur de probatione dominij per famam, non ſufficit probatio quòd memoria hominũ in contrarium non exiſtit,quando res non excedit centum annos, & ſic clare uult Alexander. quòd pręſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium,
5 dicatur minor centenaria. ¶ Quartò † nos habemus,quòd iſte duæ præſcriptiones,uidelicet centenaria,& tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ſunt diuerſæ: quia diuerſis nominibus appellantur.l.ſi idẽ.C.de codic.cum ſim.quæ latè adduxi in conſi. vj.in prin. Rurſus præſcriptio centenaria ſoli Romanæ eccleſiæ competit, priuatiuè ad aliàs eccleſias.d c.ſi diligẽti.in ſi. de præſcrip. auth.quas actiones.C. de ſacroſ. eccle. ſi ſola eccleſia Romana gaudet præſcriptione centenaria: ergo neceſſariò infertur,quòd in caſibus, in quibus contra aliàs eccleſias requiritur præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non oportet talem præſcriptionem eſſe centenariam,cùm illud ſit priuilegium Romanæ eccleſiæ,tantum: aliàs falſum eſſet, quòd ſola Romana eccleſia illo gaudeat beneficio. ¶ Quintò,ſi opi.Card.& Fe-
6 li.† vera ſit,ſequeretur unum inconueniens, quòd aliæ eccleſiæ inferiores,& imò laici erunt magis priuilegiati, quã eccleſia Romana in caſibus, in quibus præſumptio iuris eſt contra poſſidentem, in quibus requiritur præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium: quia ſecundum Card.& Feli. oportet tale tempus eſſe maius centum annis, quod ipſum plus ſatis uidetur abſurdũ.
7 ¶ Sextò,† ubi ius dicit ſufficere p̃ſcriptionem tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium,nihil loquitur de tempore annorum centum: ergo nec nos ſubaudire

dire debemus.l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor.ff.de acqui. hæred.& bene ſciuiſſet illud exprimere,ſi uoluiſſet.l.unic. §.ſinautem ad deficientis.C.de cadu.toll.c. inter corporalia.de tranſl.prœl.maximè,quia in eccleſia Romana, quam
8 lex ita uoluit priuilegiare, illud expreſſum fuit. ¶ Non † obſt.modò argument. Card.& Felin. quòd in præſcriptione centenaria contra eccleſiam Romanam requiritur titulus.d.c.ſi diligenti.& tamẽ titulus non requiritur in præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in cõtrarium. Nam non poſſum non mirari de tali argumento, tam remoto & malè concludenti. Quæ enim conſequentia eſt iſta : lex uoluit priuilegiare eccleſiam Romanam, ut contra eam non currat præſcriptio,niſi centenaria,& ipſa titulata : ergo in alijs præſcriptionibus contra aliàs eccleſias,aut aliàs perſonas,in quibus præſumptio iuris communis eſt contra poſſidentem , & in quibus ceſſante titulo requiritur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium , oportet quòd tale tempus ſit maius centum annis : quaſi aliæ eccleſiæ inferiores uideantur dignæ maiori fauore , circa tempus , quàm eccleſia Romana. Profectò quò magis conſidero, eò plus uidetur inefficax argumentum Card.& Feli. qui uidentur arguere à caſibus omninò ſeparatis,in dicto & ratione. Ob id puto concludendum in tali præſcriptione, cuius initij memoria non extat in contrarium,non requiri tempus non ſolum ultra centum annos,prout uoluerunt Cardi.& Felin. Imò ne annorum quidem cẽtum ſed ſufficiat eam probari. iuxta not.in d.c.j. de præſcr.li.vj.per Lap.&do.non omitto tñ quatenus Card.& Fel.dicũt requiri titulũ in pſcriptione centenaria, cõtra eccleſiam romanam quod idem eſt in præſcriptione quadragenaria cõtra aliàs eccleſias. Bellamera in conſ.iij. col.iij. circa medium. per text. in d.c.ſi diligenti.in fin.
9 ¶ Secundo, † quæro de ui & efficacia iſtius præſcriptionis aut conſuetudinis,cuius initij memoria non extat in contrarium. Reſpondeo, quòd habet uim tituli & conceſſionis ſeu priuilegij.l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqu.quoti.& æſti.c.ſuper quibuſdam.§.præterea. de uerb. ſig. facit text.in d.c.j. de præſcr.lib.vj. ubi quòd in tali præſcriptio-

ne non requiritur titulus: licèt præſumptio iuris ſit cōtra poſſidentem aut præſcribentem. Si titulus non requiritur: ergo uim tituli obtinet. Ad idem text. in c. ſeruitium. 18. q. ult. quem tex. ad hoc citat Alex. in conſ. 24. col. v. lib. v. Ad idem tex. in l. ij. §. idem Labeo ait, ſi in agro ff. de aqu. plu. arc. quem tex. pro notabili ad hoc citat Iaſ. in l. is, qui putat. col. ij. ff. de acqui. hær. ubi etiam allegat tex. in c. contra morem. iiij. diſt. Alia etiam iura ad hoc citat Old. in conſi. 172. Quia omnes. col. j. Imò præſcriptio tanti temporis uim habet priuilegij conceſsi à principe, ex certa ſcientia. Bal. in c. j. col. ij. in tit. quæ ſint reg. quod dictum refert & ſequitur Dec. in conſi. 496 col. ij. poſt med. Addo Bal. in conſi. 257. Quæſtio uertens. lib. ij. ubi, quòd talis præſcriptio habetur pro ueritate & ſolenni priuilegio, ſiue loquamur in præſcriptione, ſiue in conſuetudine. ¶ Tertio quæ-
10 ro, † an appellatione priuilegij, ueniat huiuſmodi priuilegium tacitum, quod inducitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium. Soc. in conſi. 260. ante fi. uer. nec obſtat, quòd ſpectat. lib. ij. quòd nòn, in materia ſtricta. Confirmo hoc dictum Soc. Curſus temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non operatur reſpectu incapacitatis perſonæ, ut eam capacem præſtet. c. quanto. ubi doct. de conſue. habetur in c. ij. de præb. lib. vj. Et tamen expreſſo priuilegio incapax fieri poteſt. Ideò laicus pōt conferre beneficia eccleſiaſtica ex priuilegio Papę: imò etiam mulier. c. dilecta. de præb. c. dilecto. de teſti. c. is, cui. de pręb. li. vj. Sed aduerte circa iſtud dictum Soci. quia non puto, quòd ita indiſtinctè procedat, & conſidero quòd iſtud priuilegium, quod inducitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur priuilegiū fictum, quod lex fingit: ut patet ex d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ibi, conſtituti loco habetur. quod uerbum habetur, denotat fictionem. Bart. in l. ſi is, qui pro emptore. col. 13. ff. de uſuca. & in l. ſi maritus. §. legis. ff. de adul. Ideò ſumus
11 in illa quæſtione, an † diſpoſitio loquens in caſu uero: trahatur ad caſum fictum? de qua per Bart. & Moder. in d. l. ſi is qui pro emptore. & conſtat, quòd ſæpius etiam in materia ſtricta diſpoſitio loquens in caſu uerò, trahitur ad ca-

ſum fictum:ut habetur in d.l.ſi is qui pro emptore.in l.Gal lus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.in l. omnes popu li.ff.de iuſt.& iur. & alibi ſæpe per doct. Quam materiam nõ intendo hic confundere. Satis erit pro nunc facere con cluſionem, Quòd in caſu, in quibus caſus uerus & fictus equiparantur,etiam in materia ſtricta,& diſpoſitio loquẽs
12 in caſu † uero,trahitur ad caſum fictum.In illis appellatio ne priuilegii ueniet priuilegium fictum, quod à lege indu citur ob lapſum temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium.quicquid ſimpliciter & nimium generaliter Socin.locutus ſit.Et pro declaratione & limitatione huius dicti Soc.uide quæ infrà ſcribo in 11.q.in fi. & ſi teneamus quòd tale priuilegium dicatur præſumptum præſumptio ne iuris,& de iure:per ea,quæ ĩfrà dico in duodecima quæ. a fortiori fiet extenſio: cum præſumptio habeatur pro ue ritate.de hoc etiam an conſuetudo tam antiqua, & priuile gium æquiparantur:no.glo.& doct.in capi. nouit. in uerſi. conſuetudinem.ubi Deci.col.vij.de iud. ¶ Quarto quæro,
13 † an regalia aut principi reſeruata acquiri poſsint per hãc præſcriptionem tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium: puta uectigalia, pedagia, legitimare ſpurios, creare notarios, famæ reſtituere, & cætera id ge nus?dic quòd ſic.d.c.ſuper quibuſdam.§.prætera.ubi Abb. & idem Abba.in c.cùm nobis.col.j.de præſcrip.poſt. Bar. in l.ſi publicanus.§.fin.ff.de publica. Bald. in conſ. 340. Si pater.colum.ij.li.v. Alex.in l.more.col.ij.in fi.uerſi. ſubdit etiam Roma.ff.de acquir.hære.in conſ.vj.col.ij. in fi.lib.j. Areti.in conſ.xxx.Viſo themate. in tertio dubio. uerſ. ſed quia fortè poſſet dubitari.Decius in conſil. 341. colu.pen. poſt med.& in conſil.496.col.ij.circa med. Iaſ.in l.de qui bus.col.xij.ff.de legib.in l.imperium.col.ix.ff.de iuriſ.om. iudic.& in d.l.is qui putat.colum.ij.ff.de acqui.hæred. Vbi uerò talia principi reſeruata, competerent alicui priuato contra eum ſufficeret præſcriptio ordinaria triginta, aut 40.anno.Bart.in d.l.ſi publicanus.§.fin.col. j. uer. uides er go.ff.de publica.Bald.in conſ.370. Verba reſcripti. col.ij. lib.iij.& in c.j.quæ ſint regal.Fel.in c.cùm nobis. col. ij.in fi. uerſi.inferior tamen. de præſcriptio. ¶ Quinto quæro,

† an

14 † an in præſcriptione huiuſmodi regalium aut reſeruato rum principi, neceſſaria ſit principis ſcientia? dic quòd nõ: ut per Alex. in d. conſ. vj. col. iij. lib. j. & in d. conſ. 24. col. v. lib. v. Feli. in c. de quarta. col. fi. & in c. cùm nobis col. ij. de præſcriptio. Deci. in con. 85. col. ij. in conſi. 271. col. 1. in conſi. 241. column. penultim. poſt medi. & in conſil. 496. colum. ij. poſt med. Iaſ. in d. l. imperium. col. ix. Curt. iunior, in conſ. 61. col. ij. Alexandrinus in conſ. xxj. co. iij. in quibus locis allegatur Bal. in d. c. j. quæ ſint regal. Sed contrarium uoluit Bald. in conſil. 352. Materia feudorum. col. ij. poſt medium lib. j. & in conſ. 340. Si pater. col. ij. lib. v. Alex. etiam in conſ. 16. col. v. uerſi. poſſet etiam declinari lib. v. dicit teneri poſſe ſcientiam, eſſe neceſſariam, licèt non inſiſtat. Idem uidetur uelle Bald. in conſ. 401. Caſus talis aſſeritur. lib. v. ubi quòd communis opinio eſt, quòd in feudis principum præſcribendis requiritur, eorum ſcientia. & Bald. ibi loquitur generaliter, adeò, quòd eius uerba uidentur poſſe trahi etiam ad præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Similiter Oldrad. in conſ. 254. Quia tota. col. iij. uerſic. quintò opponitur. requirit ſcientiam ſuperioris in conſuetudine iuri contraria. & tamen ex præcedentibus & dictis per eũ ibi. col. ij. uerſ. ad ſecundum reſpondetur. locutus eſt etiam in conſuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. & quòd in hac præſcriptione reſeruatorum principi requiratur eius ſcientia, aut eius procuratorum uel officiariorum uoluit Boerius in ſuis deci. q. 264. col. 17. nu. 19. ubi tamen ſimpliciter loquitur, nulla facta mentione Doctor. tenentium contrarium. Scientiam etiã ſuperioris requirit Abb. in d. c. cum nobis. col. ij. uerſ. in hac tamen conſuetudine de præſcrip. & ibidem. col. pen.

15 Ego puto, † quòd ubi ſumus in his, in quibus poſſeſſio ſeu quaſi non quæritur ſine ſcientia & patientia partis, prout in iuribus incorporalibus. l. quotiens ff. de ſeruitu. l. ratio. §. ſi iter. ff. de actio. empt. Bart. in l. ij. in priu. ff. de qua plu. arcen. Bald. in l. ij. C. de ſeruit. Abb. in conſ. 18. col. pen. poſt medium. lib. ij. non currat præſcriptio etiam immemorati temporis contra principem: niſi data eius ſcientia

& pa-

& patientia:ſine qua poſſeſſio quæri non poteſt, conſequẽter nec præſcriptio regalium ſine poſſeſſione,lib.vj.Eſt uerum iſto caſu, quòd propter tempus tàm antiquum præſumitur ſcientia principis,aut eius officialium.Salic.in l. authoritatem.uerſ.quæro de quæſtione facti. C. unde vi. refert & ſequitur Deci.in conſ.185.col.vj.Addo Calderi. in conſ.15.col.j.uerſi.ex quo ſequitur.in tit.de præben. Itaque,cum ſcientia præſumatur ob temporis antiquitatem, oportebit probare de ignorantia per fortiores coniecturas,aut præſumptiões,quod erit difficile.In alijs uerò,quę poſſidentur ſine ſcientia & patientia partis, non puto neceſſariam ſcientiam ſuperioris in præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.hæc tamen difficultas non uidetur magni momenti,tenendo quòd ſufficiat ſcientia officialium principis, de quo infrà uidebimus,& quòd illa præſumatur ex temporis antiquitate,quo caſu impoſſibile quodammodò uidetur probare de contrario,id eſt, de ignorantia. & licèt iſta ſcientia & patientia non uideatur neceſſaria,boni tamẽ aduocati ſemper de

16 ea articulant ad cautelam. ¶ Sextò quęro, † Quid ſi quis pſcribat regalia aut principi reſeruata,ipſo principe ſciente & patiente, an iſto caſu adhuc erit neceſſaria præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium? Bald.in conſil.242.Antiqua quæſtio.lib.ij quòd nõ, ſed ſufficit præſcriptio quadraginta annorum. Idem uidetur de mente Alex. in d. conſ. 24. col. v. uerſ. bene facit, quod not.gl.lib. v. ubi quando tractatur de præſcriptione minoris temporis contra ſuperiorem,interueniente ſcientia & patientia, non requiritur ſcientia & patientia ipſius ſuperioris: ſed ſufficit ſcientia ciuitatis Metropolitanæ, quæ eſt caput illius prouinciæ, & ſic clarè uult Alexan. quòd ſufficiat præſcriptio minoris temporis,data ſcientia & patientia non ſolùm ipſius ſuperioris,ſed eius etiam officium pręſidentium in capite prouinciæ. Imò iſto caſu uidetur ſufficere tempus triginta annorum.Ita Iaſ.in d.l.imperium.col.xj.uerſic.ſed ſi aliquis præſcriberet. Sed dubi-

17 tabilis uidetur † iſta concluſio in reſeruatis principi, quæ ſunt incorporalia:& in quibus Præſcriptio cadere non poteſt

teſt ſine ſcientia & patientia ipſius principis, ſine qua ſciẽtia & patientia poſſeſsio & præſcriptio nunquam conſiderari poteſt, ut ſuprà diximus. & firmat Abba. in d. c. cum nobis. in duobus locis. Similiter cùm præſumptio iuris ſit contra præſcribentem in talibus principi reſeruatis, quæ priuatis non competunt, ob id ceſſante titulo, neceſſarium uidetur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. d.c.j.de præſcript.lib.vj.& d.c.prætereà.§. ſuper quibuſdam.& ſic duo copulatiuè uidentur neceſſaria: ſcientia & patientia ſuperioris,& tempus cuius initij memoria nõ extat in contrarium: quæ duo copulatiuè requirit Abb. in d.c.cum nobis.col.ij.uerſ.ſed circa hãc particulam. & col. pen.uerſ.quædam ſunt iura. Et neſcio quomodò Doct.uoluerint aut potuerint facere differentiam, an præſcribat quis principe ſciente & patiente, uel non: in his, in quibus præſcriptio conſiderari non poteſt ſine tali ſcientia & patientia,& ſic non poteſt conſiderari aliqua præſcriptio quãtumcunque antiquiſsima in iſtis incorporalibus ſine ſcientia & patientia eius, contra quem præſcribitur. Conſequẽter non poteſt ſeparari præſcriptio ſine ſcientia ſuperioris ab ea, in qua interuenit ſcientia: cum ſemper requiratur
18 ſcientia in iſtis incorporalibus. Et tenendo † hanc opinionem, quòd requiratur ſcientia & patientia ſuperioris in iſtis iuribus incorporalibus circa reſeruata principi, non uidetur obſtare argumentum Doƈto. tenentium contrarium, quòd ſcientia & patientia non requiratur: quia hic hic non agitur de præſcriptione, ſed de conſuetudine: in qua ſcientia principis non requiritur, ita reſpondet Alexan.in d.conſ.vj. col. pen. lib. j. quia in primis poſſet dici, quòd aſſumptum ſit falſum in conſuetudine, quæ eſt cõtra ius: in qua ſcientia ſuperioris uidetur neceſſaria. quam opinionem firmat Ioan. Andr. in additio. Spec. in titu.de feudis.in rubr. col. pen. uerſic. non omittam. quem refert & ſequitur Barb.inter conſi. Curtij ſenioris in conſil.67.col. 12.circa med.uerſi.ſed ſtat difficultas. & col.ſeq.Idem tenet Oldra.in conſi. 172. Quia omnes. col. j. in fi. in conſ. 237.Perleƈtis.col.j.in conſ.244.Ad obieƈtus. col. ij.in fin. uerſi.quinto opponebatur.& in conſil.254.Quia tota.col.

iij.uerſi.

iij.uerſi.quinto opponitur. Alexan.in conſ.vj.lib.v. ubi ex preſsè refert & ſequitur Oldra.in d.conſ.237. Curtius iunior in tracta.feud.in quarta parte,quæſt.30.col.ij.circa fi. Secundo reſpondeo poſito,quòd in conſuetudine inducenda etiam contra ius, non ſit neceſſaria ſcientia principis: prout uoluit Alex. in d. conſi. vj. lib. j. quam opinionem etiam firmat Areti.in conſ.153.Conſultatio.col.j. in fi. & in conſi.159. In octauo & nono dubio. Corneus in conſi. 298.col.iiij.lib.iiij.Rochus de Curte.in d.c.fi.char. 36. in quarto requiſito.Curtius iunior in conſ.162.col.iij. in fin. Iſtud tamen ſanè uidetur intelligendum in populo habente poteſtatem derogandi iuri:ut patet ex no.per Rochum de Curte,in dicto quarto requiſito.ubi,quòd licèt non requiratur ſcientia principis,requiritur tamen ſcientiam populi uel maioris eius partis.Quia ſicut requiritur conſenſus populi in ſtatutis condendis: ſic in conſuetudine inducenda,& ſic requiritur ſcientia illius, qui poteſt ius condere. Modo arguo ſic. Populus non poſſet ius condere ſuper regalibus aut principi reſeruatis ſine ſcientia & patientia ſuperioris:ergo nec conſuetudinem inducere. & ubi populus poſſet conſuetudinem inducere in his, ſuper quibus expreſsè non poteſt diſponere, illud intelligitur, quando talis conſuetudo eſſet præſcripta. quo caſu in tali conſuetudine, quam præſcriptam eſſe oportet, neceſſaria uidentur ea, quę ſunt requiſita in ſimplici præſcriptione: ut ſupra abunde uidimus in quinta & ſexta differentia, inter conſuetudinem & præſcriptionem. Conſequenter neceſſaria uidetur ſcientia & patientia ſuperioris ſine qua præſcriptio conſiderari non poteſt. Et iſta forte fuerunt motiua,quibus motus fuit Alexan.in d.conſi.16.col.v.lib. v.ut diceret teneri poſſe ſcientiam principis eſſe neceſſariam in tali præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Ex quibus uidetur tanta doct.
19 contrarietas concordari poſſe:uidelicet, † quòd ubi populus expreſsè ſtatuere non poteſt ſine licentia ſuperioris:ut quia agitur de præiudicio ipſius principis: puta in regalibus aut in feudis, in his non poſsit induci conſuetudo ſine ſcientia ipſius ſuperioris,& ita procedat, quod ſcribit Curtius

tius iunior,in dicto tract.feud.in quarta parte.quæſtio.30. column.ij. poſt medium. ubi, quòd conſuetudo diuidendi feudum indiuiſibile de iure, requirit ſcientiam ſuperioris. Pro quo adduco Bal. in conſil. 401. Caſus talis aſſeritur. col.j.in fi.lib.v. ubi, quòd conſuetudo circa feuda ſcientiá requirit ſuperioris:quia agitur de eius præiudicio,cùm ha beat dominium directum,& ciuilem poſſeſsionem. Quod
20 † ipſum tamen non puto procedere in conſuetudine tem poris antiquiſſimi & immemorati.ceſſante autem præiu- dicio principis,ſcientia eius non ſit neceſſaria præſcriptio ne : ſed attenta iſta ratione non uidetur neceſſarium tem pus in tali conſuetudine,cuius initij memoria non extat in contrarium : cùm , ut dixi , in conſuetudine etiam contra ius ſufficiant decem anni,& tamen Docto.conueniunt re- quiri tempus,cuius initij memoria in contrarium non exi ſtat.Dum requirunt tale tempus , apertè uolunt , quod ſit præſcriptio propter præſumptionem iuris , quæ eſt contra præſcribentem , dum poſtea dicunt non eſſe neceſſariam ſcientiam principis,uolunt eſſe conſuetudinem, quæ tan- ta & tam ſubita uariatio , & inconſtantia in una & eadem re diuerſum ius ſtatuendo , contra l. eum, qui ædes. ff. de uſucap.l.ſi fine.ff.de conditio.& demonſt.c.cùm in tua. de decimis . Oportet igitur,uel quòd ſit in totum conſuetu- do,aut in totum præſcriptio.Vel ſi uolumus, quòd dicatur conſuetudo præſcripta , neceſſaria uidentur requiſita ad
21 præſcriptionem. Caſus tamen † datur,in quo in iſtis iuri- bus incorporalibus præſcribendis,non eſt neceſſaria ſcien tia & patientia eius , contra quem præſcribitur , uidelicet quando præſcribit quis cum titulo habito à non domino : quia tunc non requiritur ſcientia ueri domini.l.ſi ego.§. j.in uerſic.traditis,uel per patientiam conſtitutis.ff. de pu blicia.Cyn.in l.ij.in vij.q.C.de ſeruit.quod dictum pro ſin gul.& menti perpetuo tenendũ, refert & ſequitur Pau. de Caſt.in l.ſeruitutes.magna,col.pe.ff.de ſeruit.Iaſ.in l.j. in prin.col.15.uerſi.ſecundo modo,& ſingularius. & in l. iij. §.ex contrario.col.viij.uerſic. ſed aduerte ultra alios.ff.de acquiren. poſſeſ. & eod. tit. in l. naturaliter.in fin. princ. Quarto cõſidero in hac ſexta q.dum Iaſ.uoluit in d.l.impe rium

22 rium. col. xi. quòd † data ſcientia & patientia principis, tempus ſufficiat triginta annorum. nam hoc poſito poſſet currere, præſcriptio contra ſuperiorẽ ignorantem, & quòd data eius ſcientia minor præſcriptio ſufficiat: tamen ſaltẽ neceſſarium uidetur contra principem tempus quadraginta annorum, etiam eo caſu, quo pręſumptio iuris non eſſet contra præſcribentem: ut not. Abb. in d. c. cùm nobis col. penult. de præſcript. per tex. in l. comperit. C. de præſcription. triginta uel quadraginta annorum. Et profectò princeps, qui uniuerſitates priuilegiauit circa tempus præſcriptionis, ut contra eas tempus requiratur quadraginta annorum, per ea, quæ habentur in l. fi. cum authen. ibi poſita. C. de ſacroſanct. eccle. breuem ſui ipſius uidetur curam habuiſſe, ſi non ſe pari cum una uniuerſitate dignum putauit priuilegio. Imò Ang. in l. ij. C. com. de uſucap. uoluit neceſſarium eſſe tempus annorum centum contra principẽ, ſicut contra romanam eccleſiam. Sequitur Alex. in conſil. 24. col. v. uerſi. quinimò etiam ſufficeret tempus. lib. v. per gloſ. in § ut autem lex. in uerſic. nec multum in auth. de nõ alienan. pro quo adduco Abb. in conſ. 53. in fi. lib. ii. ubi, quòd in his, quæ ſunt introducta in fauorem principis, non currit conſuetudo, niſi tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium: multo minus ergo currit præſcriptio. de quo infrà dicam in nona quæſt.

23 ¶ Septimò quæro, † In caſibus in quibus neceſſaria eſt ſciẽtia principis in conſuetudine, aut in præſcriptione, an ſufficiat ſcientia eius procuratorum aut officiariorũ? Bart. in d. l. ſi publicanus. §. fi. ff. de publica. tenet, quòd ſic. Idem tenet Bald. in conſil. 145. Præſuppoſito quodam capitulo pacis. ante fin. uerſi. & pręſertim, quia ipſe fiſcus. libr. ij. ubi, quòd ſcientia eorum, qui funguntur uicibus fiſci, fiſco præiudicat: per l. ſi procuratoris. in prin. ff. de tributo. Idem Bald. in conſil. 340. Si pater. col. ij. lib. v. quòd ſufficit ſcientia locum tenentis ipſius principis. Alibi ſcribit Pau. de Caſtr. in conſil. 103. Viſo quodam ſaluocõducto. col. ij. poſt medium. uerſic. ad ſecundum reſpondetur. lib. j. quòd patiẽ

24 tia † vicarij Regis, præiudicat Regi: quia in dubio cenſetur habere eandem poteſtatem, quàm Rex. Idem Paul.

in conſil.256. Videtur manifeſtè.col.j. circa medium.libr. ij.quòd ſcientia officialium miſſorum per populum Florẽtinum ad aliquem locum ſubditum, præiudicat ipſi populo Florentino mittenti: quia ipſe populus uidetur per ſe regere mediantibus illis officialibus,per l.municipes.ff.ad municip.l.iij.in fi.& l.procuratoris. ff. de tributo. Bart. etiam in d.l.ſi publicanus.§.fin.ſequitur Areti.in conſil. 41. Viſo conſil.colum.ij.uerſ.unde ſi tenemus doctrinam.& in conſil.153.Conſultatio. colum.j. uerſic.quòd autem homines de caſtillione,ubi , quòd ſufficit ſcientia & patientia iudicis , uel officialis loci & prouinciæ. Ad idem facit Bertachin. in j.parte ſui reper. in uerbo , ciuitas. uerſicul. 139. ubi quòd ciuitas dicitur,quòd ſcit ipſius ciuitatis. allegat Bartol.in l.ſpadonem.§.qui ciuitatis. ff.de excu.tut.ubi tamen Bart.nihil de hoc loquitur arbiter, ſecutum Bertach. fidem alienam. Contrarium , quòd imò ſcientia officialium principis,principi non noceat: uoluit Alexan.in cõſ. 84.col.ij.poſt medium. uerſ. nec prædictis obſtat, ſi dicatur.lib.j.Ioan. Zenobius de Vbaldis inter conſilia Bald.in conſil. 370. Verba reſcripti. col. j. in fin. lib.iij.ubi quod ſcientia præſidis nõ nocet principi. Ad idem facit Roman. in conſil.289.ubi uoluit,quòd ſcientia procuratoris domino non nocet, ſiue ſit procurator ſpecialis ſiue generalis, cum libera: per text.in l.item ueniunt.§.petitam.ff.de peti.hæred.quo etiam fundamento utitur Alexan. in d. conconſil.84.lib.j.allegãdo l.quod uulgo.ff.pro emptore. Sed certè iſta iura allegata per Rom. & Alexan.nihil faciunt: quia loquuntur reſpectu malæ fidei: quo caſu bene fateor, quod propter ſcientiam procuratoris non dicitur dominus in mala fide, niſi ipſe dominus fuerit certioratus. Sed nos loquimur reſpectu præſcriptionis,quæ non currit, niſi contra ſcientem. quo caſu ſufficere uidetur ſcientia procuratoris generalis cum libera: ſicut dicitur de ſcientia præ-
25 ſidis aut alterius officialis principis. Aequè non † obſtat text.allegatus per Roman.in l.cùm mancipium. uer. circa procuratoris.ff.de ędil.edict.ubi ſcientia procuratoris ſciẽtis rem eſſe morboſam uel uitioſam,domino nõ nocet quo minus agat actione redhibitoria uel quanto minoris. Nam

parcat

parcat mihi Rom.reuerentia: quia ille tex.hoc non dicit, imò potius totum cōtrarium,uidelicet, quod iſto caſu procurator tenetur domino actione mandati uel nego. geſtorum,& ſic præſuppon:t ille tex.quod ex quo dominus habet regreſſum contra procuratorem, quod ipſe dominus agere non poſſit contra uenditorem, tantùm quærit ille text.an ipſe procurator agere poſſit. & decidit text. quod non, propter eius ſcientiam.Eſt uerum; quod gloſ. ibi dicit, quòd datur utilis actio domino ignoranti ſecundum quoſdam,quàm cedet procuratori. ſed dum gloſſ. dicit ſecundum quoſdam,apparet,quod non ſecundum omnes, &
26 quod gloſſ. hoc firmare non audet. ¶ Iam † quod ſcientia procuratoris domino noceat, eſt tex.in d.l. procuratoris. in prin.ff.de tributo.& tenet Oldr. in conſ. 263. Dominus Aegidius.col.ij. circa med. uerſ. & ſi quoquomodo, quod gl.in d.l.procuratoris. intelligit in procuratore generali, uel cum libera. Non obſtant alia iura allegata per Roma. quibus dicitur denuntiationem domino fieri debere, non procuratori: quia loquuntur quando ex tali denuntiatione dominus teneretur, & in pœnam incideret. quo caſu nimirùm, ſi domino denuntiare oportet, uel ſi denuntiatio facta procuratori domino non præiudicat, donec ad eius notitiam peruenerit.Secus in præſcriptione: quia per
27 eam dominus non obligatur præſcribenti.† Octauo quæro,in caſibus, in quibus neceſſaria eſt ſcientia ſuperioris, ſi ſint duo ſuperiores,aut domini: unus utilis,& alter directus: an ſit neceſſaria ſcientia utriuſque domini?Iaſ.in conſil.209.col.ij.circa medium.lib.ij. quod ſic allegat Abb. in c.ad audientiam. de præſcript. ubi finaliter Abb. uidetur reſidere in hac opi. quod ſi quis pręſcripſit feudum contra uaſallum, talis præſcriptio non noceat domino ignoranti, ne cogatur mutare uaſallum contra eius uoluntatem,& habere uaſallum minimè gratum. dum dicit hanc opi. Hoſtien.eſſe æquam.quam opi.tenet Ioan.And. in addi.Spec. in rubr. de feudis, col. j. in fi.uerſ.uigeſimaoctaua. q.Pilei fuit de uaſallo,&c.latè Alexan.in conſil.169. Viſo themate.lib.ii.Corn.in conſil. 51. col. vii. uerſ.amplius in facto. Bertachi.in uerbo,præſcriptio quomodo.uerſ.viii. Aduer-

te.quia quęſtio iſta poteſt dupliciter ĩtelligi. Primo,ſi quis præſcripſit feudum contra dominum utilem,& ſic uaſallũ, an cenſeatur præſcripſiſſe etiam contra dominum directũ, ita ut non teneatur domino directo ad aliquod ſeruitium? Secundo an cenſeatur præſcripſiſſe: ita, quod ſeruiendo domino directo more uaſalli, ab eo feudum auferri non poſſit. Circa primum modum intelligendi, clarum eſt, quod non præſcribitur contra dominum ciuiliter poſſiden tem,niſi interuerteretur poſſesſio:quia requiſitus præſcribens ad ſeruitia illa denegaret, deinde præſcriberet & poſſideret bona tanquam libera:iuxta l.malè agitur.C.de præſcriptio.trigin.anno. Circa ſecundum modum intelligendi,formatur quęſtio per Abb.in d.c.ad audientiam. in qua q. finaliter Abb. putat æquam diſtinctionem Hoſtien. an dominus directus ſciuerit uel ignorauerit feudum præſcribi, ut contra ignorantem non currat præſcriptio,non ſolũ in præiudicium iuris directi: ſed etiam reſpectu utilis dominij: quia non cogetur habere præſcribentem in uaſallũ. ¶ Contrarium, quod imo pręſcribatur reſpectu utilis dominii, & quod feudum à præſcribente auferri non poſſit, ſed ſolùm poſſit dominus petere iura ſui directi dominii à præſcribente, tenet Rom. in conſil. 166. In tertio dubio. Idem tenet Iaſ. licèt Rom. non alleget in l. i. col. pe. poſt med.uerſi.& per hoc ultimum nouiter reprobo. C. de ſer. fugit.Confirmatur iſta opin.ex eo, quod ſcribunt Ang. & Imo.in l.uſucapionem.ff.de uſucapio.& alii Docto.allegati per Iaſ.in d.l.fi.col.vi.uerſ.quicquid alii dicant.C.de ſacroſan.eccle ubi,quod habens cauſam ab eccleſia, non gaudet priuilegio eccleſiæ in præſcriptione: ſed præſcribitur contra eum: ſicut contra priuatum: dummodo præſcribens uelit recognoſcere ab eccleſia,id in quo tenebatur is, contra quem præſcribitur.Idem uoluit Abbas in conſil. 18.circa fi.& in conſ. 62. col.fi.lib.ii. eandem opinionem, quod pręſcribatur contra eccleſiam, reſpectu utilis dominii etiã ignorantem,tenet Alex.in conſ.92.in octauo dubio.lib.vi. Iaſ.§ ſed iſtè.nu.14.inſtit. de actio. ¶ Puto conſiderandos
28 aliquos caſus pro reſolutione huius difficultatis. Primus † caſus eſt, quando poſſeſſor feudi præſtitit ſeruitia domino directo,

directo, per longiſsimum tempus triginta annorum, & ſic poſſedit feudum tanquam feudum, non ut bona libera, & iſte caſus non habet dubitationem: quia præſcribitur ius utile, etiam in præiudiciũ domini directi, nec dominus directus poteſt allegare aliquam ignorantiã recipiendo ſer uitia. c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fuer. cõtro. inter domi. & agna. Alex. in conſ. 118. col. iiij. in conſ. 169. col. j. in fin. & in conſ. 15. col. iii. in princ. lib. v. Iaſ. in d. l. i. col. pen. in fi. C. de ſeruis fugiti. Imò ſi uaſallus allegat inueſtituram. & non plenè eam probat, ſi per annum ſtetit in poſſesſione feudi præſcribit: & in defectum probationis ſtatur eius ſacramento. c. ſi. §. ſinautem aliquis. ſi de inueſt. inter do. & uaſal. his oria. Dec. in conſ. 144. col. iii. In ſecundo dubio. text. tamen. in d. c. ſi quis per triginta. non procedit contra eccleſiam, contra quam requiruntur quadraginta anni.

29 Guido Papæ, q. ibi Secundus † caſus eſt, quando quis tenuit rem. tanquam liberam, non tanquam feudalem, iuſto titulo & bona fide. & quæritur an dicatur præſcripſiſſe etiã in præiudicium domini directi, ut ei non teneatur ad aliquod ſeruitium? & iſto caſu uidetur dicendum, quod durante decennio nulla cucurrerit præſcriptio poſſesſione ciuili exiſtente apud dominum, per illud tempus: ſed lapſo decennio incipit currere præſcriptio longiſsimi temporis cõtra dominum directum. Bald. in conſil. 299. Dicunt Petrus ante fin. uerſ. pone, eccleſiæ. lib. i. ubi, quod eccleſia non petendo penſionem ab emphyteuta per decennium, perdit ciuilem poſſesſionem. & tradit Iaſ. in d. l. i. col. pen. C. de ſeruis fugiti. & idem Iaſ. in l. i. col. ii. C. unde legit. & ſic quandiu dominus directus retinet poſſesſionem ciuilem, contra eum non præſcribitur: ſed amiſſa poſſesſione ciuili, tunc incipit currere præſcriptio, & iſta præſcriptio oportet quod ſit longiſsimi temporis, id eſt, triginta annorum: etiam quod præſcribens habeat titulum & bonam fidem: & eſt ſpeciale in feudo. c. i. §. prætereà. iuncta gloſſ. de capi. Corra. ubi Doctor Abbas in dict. c. ad audientiam. col. penul. de præſcriptio. Decius in conſil. 144. colum. iii. in ſecũdo dubio. In eccleſia tamen requiruntur quadraginta anni. Guido Papæ, quæſtio. ibi. quicquid aliter dubitauerit

deciſio Neap.deciſi.254.ubi uidetur uelle, quod contra do
minum directum nuda currat præſcriptio , etiam longiſſi-
mi temporis 40. annorum . & dominus directus iſto caſu
beat priuilegium, quod licèt feudum conſiſtat in rebus im
mobilibus,in quibus cum titulo ſufficit præſcriptio decem
uel uiginti annorum tamen contra ipſum dominum dire-
ctum requiritur tempus triginta annorum . & ratio ſpecia
litatis uidetur eſſe : quia ius directi domini , magis uide-
tur conſiſtere in iuribus perſonalibus , quæ ſibi debentur
occaſione feudi,quàm in re immobili, quæ tenetur per feu
datarium . Secunda ratio ſpecialitatis conſiderari poteſt :
quia non tantùm imputari poteſt domino directo,cur non
citiùs uendicauerit rem ſuam,quantum domino directo &
& utili : cùm , ut dixi , tota res ad dominum directum non
pertineat.Addo præmiſſis Bald. in conſil.21.lib.v. ubi quã
do quis tenuit rem emphyteuticam eccleſiæ, tanquam li-
30 beram 40.annis,præſcribit contra eccleſiam. Tertius † ca-
ſus eſt ,quando quis tenuit rem feudalem tanquam liberã,
in mala tamen fide : quia ſciebat eſſe feudalem. & iſte ca-
ſus uidetur indubitatus , quòd nullo tempore præſcribit
propter malam fidem.regu.poſſeſſor malæfidei.lib. vj.& in
31 frà latius dicam. Quartus caſus eſt , quando † quis poſ-
ſedit bona feudalia longiſſimo tempore ſufficienti ad præ-
ſcribendum contra dominum directum cum titulo & bo-
na fide : tamen alius : puta author poſſidentis , qui uendi-
dit bona tanquam libera,præſtitit ſeruitia domino,& quæ
ritur an poſſidens præſcripſerit contra dominum ignoran
tem bona feudalia poſſideri per tertium ? & iſte caſus po-
teſt frequenter contingere , quia uaſallus poſſidet plura
bona feudalia , aliqua ex eis uendit , tanquàm libera em-
ptori ignoranti qualitatem feudi : & tamen non ceſſat ua-
ſallus præſtare ſeruitia domino ignoranti talem alienatio
nem.& iſto caſu puto contra dominum non præſcribi.nam
recipiendo ſeruitia à uaſallo uendituro , ſemper retinet
poſſeſſionem ciuilem : qua durante præſcriptio non cur-
rit contra ipſum ciuiliter poſſidentem : poſſeſſio enim ci-
uilis non amittitur niſi data negligentia aut obliuione
non recuperantis , aut non poſſidentis.l.clàm poſſidere.§.
qui

qui ad nundinas.& l.ſeq.ubi Iaſ.in nono nota.ff.de acq.poſ
32 ſeſ.ſed † negligentia imputari non poteſt domino directo ignoranti alienationem factam.per uaſallū.l. ſi quis in gra ui.§.ſi ignorans.ff.ad Sillaniauū.l.genero. ff. de infamibus. cap.apoſtolicæ.de excepti.cap.ij.cap.quia diuerſitatem. de conceſſ.pręben.cap.ſi uerò.de ſentē.excom. obliuio etiam conſiderari non poteſt,cum ſemper receperit ſeruitia à ua
33 ſallo uenditore. ¶ Nonò † quæro dictum fuit ſupra, quòd reſeruata principi non prǽſcribuntur, niſi per tempus,cuius initij memoria non extat in contrarium: quid in alijs bonis principis,an tantum tempus requiratur? Hic eſt aduertendum,quòd princeps poteſt habere bona duplicis generis.nam poteſt habere bona tāquam priuatus: puta,quæ habebat antequàm eſſet princeps: uel ſi quid ei teſtamento,aut aliàs donatum ſit.Rurſus habet bona tanquam princeps.Cyn.& Iaſ.in l.procurator.C.de eden. & idem Iaſ. in l.j.in princ. ff. de offi.procur. Cęſa.addo Alex. in conſi.vj. col.ij.uerſ.princeps enim.lib.iiij.ubi,quod habet princeps duplex patrimonium priuatū & fiſcale.fortiùs uoluit Pau. de Ca.in conſ.106.circa ea.col.ij.in fi.lib.j.quod ēt ea,quæ perueniunt ad principem,tanq̃ principē per impoſitionem onerum extraordinarium, dicantur eſſe de patrimonio priuato ipſius principis. de quo tamen dubitem. In patrimonio priuato ſeu in bonis, quæ ut priuatus habet non uidetur,quòd gaudeat aliquo priuilegio: quia in præſcriptione habetur reſpectus ad bona potiùs,quàm ad perſonas: ſicut dicimus de bonis proprijs Epiſcopi aut clericorum, quæ non ſunt eccleſiæ: quod in illis, non gaudet Epiſcopus aut clericus priuilegio eccleſiæ circa præſcriptionem glo. in c. poſſeſſiones. 16.q. iiij.quam pro ſingulari ad hoc citat Romu.in ſingu.451.Tu ſcis generale.ſequitur Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.iiij. in fi. uerſi. & hinc eſt. & ibi Dec. col.viij.in fi.de conſti.Iaſ.poſt Sali.in d.authen. quas actio
34 nes.in fi.C.de ſac.ſan. eccl. † In his enim quæ ſeparationē recipiunt, poteſt quis conſiderari non tanquam ipſe ſed tā quam alius tertius,aut extraneus.l.ſi pater.§.qui duos.ubi glo.& Bal.ff.de adopt.l.procurator qui pro euictione.ff.de procur. l.poſt mortem.ff.quand.ex fact.tuto.ob id Epiſco-

pus ſcholaris non præcedit rectorem:quia non eſt ibi tanquam Epiſcopus. Abb. in c.auditis. col. iij. de electi. Similiter canonicus uicarius Epiſcopi, ſedebit in loco ſuo:quia non eſt ibi,ut uicarius. Abb. ī c poſtulaſti.col. iij. de conce. præben. Feli. in rubri. de maio.& obed. col. ij. Similiter, ſi Rex iudicet in aliqua cauſa tanquam Comes, non tanquā Rex appellabit ab eius ſententia, ad ſuperiorem Comitis, nō inſpecta regia maieſtate. Guido Papæ q.436. col.11.q. 36. per tex. in l. pe. ibi ſed ducatus,&c. C. de ap. Eſt uerū ꝙ Paul. de Caſt. in d. conſ. 106. col. ij. in fi. ſimpliciter dicit, ꝙ princeps gaudet eius priuilegio, etiam in bonis priuati patrimonii:ſed nimium generaliter loquitur iudicio meo, & ſine lege. & quòd patrimonialia. Cæſaris præſcribantur modo communi, quo alia bona priuatorum uoluit Bald. in
35 l. l. ij. in princ. C. commu. de uſuc. in alijs uero bonis † principis, & quæ ſunt de patrimonio fiſcali, quantum tempus requiratur, habetur in §. res fiſci. inſtit. de uſucap. in l. in omnibus. ff. de diuer. & temp. pręſcrip. per Abb. in d.c. cùm nobis. de præſcript. Aret. in d. conſ. 153. Conſultatio. col. fi. Boer. in ſuis deciſ. q. 264. col. 17. in ij. parte. in quibus locis concluditur, quòd ubi ſunt bona fiſco incorporata, requiritur tempus 40. annorum: per l. comperit. C. de præſcrip. 30. uel 40. anno. Sed Ang. in d. l. ij. C. commun. de
36 uſucap. uoluit, quòd contra fiſcum † romani imperij requiratur hodie de iure authenticorum præſcriptio centenaria: ſicut contra romanam eccleſiam. per glo. in d. §. ut autem lex. in uerſi. nec multum. in auth. de non alien. ſequitur Alex. in d conſ. 24. col. v. uer. quinimò etiam ſufficeret. lib. v. ubi etiam allegat. Ange. in l. ſicut. C. de præſcript. triginta anno. & in l. j. C. de anna. excep. ſed in libro meo Ang. nihil loquitur de hoc: niſi in dict. l. ij. C. commu. de uſuca. credo quòd uoluit allegare Bald. in dict. l. ſicut. col. fin. & in dict. l. j. colum. ii. uerſi. ultimo conclude C. de anna. exce. ubi Bal. hoc expreſsè uoluit. & idem Bald. in d. l. ii. C. commu. de uſuc. allegaui etiam ſuprà Abb. pro hoc in d. conſi. 53. in fi. lib. ii. ubi, quòd in his, quæ ſunt introducta in fauorem principis, non currit conſuetudo niſi tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium. Ad

idem

idem in terminis adduco eundem Alex. in conſil. 84. col.
37 col.ii in uerſi.ſecundo dicimus. lib. i. Boerius † tamen in dict.q.264 col.19.dicit communem opin. eſſe cõtra Ang. & Alex. quòd ſufficiat præſcriptio quadraginta annorum. Sed aduerte,quia Boe.in dict.q col.18.in princ.dicit,quòd in.d.l.fi.C.de ſacroſ.eccl. illi caſus ibi enumerari, in quibus requiritur præſcriptio centum annorum, ſunt redacti ad preſcriptionem 40.annorum.Quod ſi uerum ſit,corruit fundamentum Alex.in d.conſi.84.ubi uoluit, quòd d. l. fi.ſolum ſit correcta reſpectu eccleſiæ: in qua ſufficit præſcriptio 40.annorum,in caſibus ibi poſitis: ſecus in ciuitate: ideò ſi in ciuitate illa l. fi. non eſt corrrecta, ſed in ea requiruntur anni centum: multò fortius illud tempus erit neceſſarium in principe: quia ille text. ſolum procedit in ciuitate habente iura principis,aut fiſci,ut ſuprà diximus, & inferius dicemus. Videndum eſt igitur uter loquatur melius Alexan.an Boerius, quò ad caſus poſitos in dict. l. fin. & profectò miror, quomodo Boerius potuerit dicere ſimpliciter illos caſus eſſe redactos ad præſcriptionẽ quadragenariam: quia illa reductio facta eſt per auth. quas actiones.ibi poſitam,quò ad eccleſias tantum,excepta eccleſia Romana:ſed in ciuitate illa l.fi.non eſt correcta: ſecundum communem opin.doct. in d. auth. quas actiones. ubi Iaſ.col.vi.uerſi. contrariam opinionem. licèt Boe.pro ſe alleget etiam Iaſ.in d. l. fin. in octauo not. C. de ſacroſ. eccle.ſed ibi Iaſ.loquitur reſpectu eccleſiæ, non reſpectu ciuitatis. & hanc communem opin. tenent omnes docto. ſuprà latè commemorati in octaua limitatione, ad regulã negatiuam, quòd in pœnalibus non ſit extenſio, ubi quod
38 in † correctoriis non ſit extenſio etiam ex maioritate rationis.nam pro hoc allegant omnes no.in dict. auth. quas actiones.ubi illa auth.corrigens illam l.fin.in eccleſia, nõ extenditur ad ciuitatem. eandem opinionem tenent plurimi alij doctores ſuprà commemorati,in decima quarta limitatione ad regulam, quòd conſuetudo non extenditur, nam limitat non procedere,quando duo caſus eſſet,æquiparati per legem antiquam: quia tunc lex noua corrigens in uno,extenditur ad alterum.Poſteà retuli aliquos docto

res tenere contrarium per dict.l.final.& authen.quas actio nes.ibi poſitam. ubi authē.quas actiones.corrigens in eccleſia,non extenditur ad ciuitatem: cùm tamen eccleſia & ciuitas eſſent æquiparatæ per dict.l.fin.ad quod argumentum confutandum magnoperè doctores laborarunt, & ſic tam doctores tenentes contra illam decimamquartam limitationem quàm tenentes pro ea, omnes ſine controuerſia tenent,quòd dicta l. fin. non ſit correcta in ciuitate, ut mirer auſum Boerium dicere communem opinionem eſſe contra Alex.in d.conſi.84.lib j.& quòd illi caſus dict. l.fi. ſunt redacti ad præſcriptionem quadragenariam ſimpliciter, cùm illud factum ſit in eccleſia tantùm, non etiam in ciuitate. Ob id puto ſine dubio Alex. melius locutum, quòd contra principem requiratur præſcriptio centena-
39 ria: iuxta terminos dict.l.fi.C.de ſacroſ.eccle. Sed † difficultas eſt extra illos caſus dict.l.fina. an princeps gaudeat præſcriptione cētenaria: Ang.in d.l.ij.C.commu.de uſucap.quem ſequitur Alex.in d.conſ.24.col.v.li.v.uult,quòd ſic,& quòd princeps gaudeat pari priuilegio,cum eccleſia romana.Idem tenet Bald.in dict.l.ij. C.commu.de uſuca. in dict.l.ſicut.C.de præſcript.triginta anno.& in d. l. j. C. de anna.exceptio.Felin.in c.ad audientiam col. vij. in fin. uerſi.amplia primò,de præſcript.Sed credo Ang. nimium generaliter locutum. nam glo. ſuper qua. ſe fundat in d.§. ut autem lex.in uer.nec multum.in authen. de non alienā. dum æquiparat imperium & res publicas eccleſiæ. allegat d.l.fi.C.de ſacroſanct. eccleſ. dicens, quòd illa lex ſolum eſt correcta in eccléſia,& ſic uult gloſ.quòd imperium gaudeat priuilegio eccleſiæ romanæ quò ad præſcriptionem centenariam in caſibus tantùm d.l. fin. & iſto caſu procedat opi.Boerii.& quòd extrà illos caſus d.l. fi. princeps nō debeat gaudere priuilegio eccleſiæ romanæ, uidetur probari efficaciter quia d.l.fin. ſolùm procedit in ciuitatibus habentibus iura principis, aut iura fiſcalia: ergo priuilegium principis non uidetur extendendum extra illos caſus.& poſito,quòd intentio glo.in d.§.ut autem lex in uerbo, nec multum alia fuiſſet. & quòd uoluerit æquiparare principem eccleſiæ romanæ indiſtinctè(quod tamen dicē-

dum

dum non uidetur per præmiſſa) dico,quòd in hoc glo. malè uidetur ſentire,& eam reprobat Henricus Boic in c. diligenti.in fin.de pręſcriptio.refert & ſequitur Guido Papę quęſt.416.ubi,quòd ita fuit concluſum. Sed latiùs uidetur inſiſtendum circa gloſ.in d. §. ut autem lex.in uerbo , nec multum.Et primò uidendum eſt,an illa glo.uoluerit generaliter,quòd imperium gaudeat præſcriptione centenaria.
40 Secundo an illa gl.ſit uera.¶ Circa † primum aduertendũ eſt,quòd illa glo.dupliciter probat imperium gaudere pręſcriptione centenaria.Primò per tex.in d.§. ut autem lex. Secundo,per tex.in d.l.fi.C. de ſacroſa. eccleſ. & licèt illa l.fi.ſolùm loquatur in certis caſibus. tamen text.in d.§.ut autẽ lex.ſimpliciter & generaliter loquitur, quòd ſacerdotium & imperium ab inuicem multum non differunt. infert ergo glo.quòd ſicut ſacerdotium principale,id eſt,eccleſia romana gaudet præſcriptione centenaria:ita & imperium ſimpliciter & generaliter in omnibus caſibus. Sed ulterius conſidero,quòd imò illa gloſ.uidetur loqui in omni ſacerdotio,& in omni eccleſia,dum dicit,quòd illud ius in eccleſia eſt correctum , per tex. in §. pro temporalibus. in authen.de eccle.tit.unde eſt extracta authen.quas actiones.non ergo loquitur illa gloſſ.in d.§.ut autem lex.in eccleſia romana:quia in ea nihil eſt correctum,& hoc modo conſiderando illa gloſ.retorquetur cõtra Bald.Ang.Alex. & Felin. quia illa gloſ. non æquiparat imperium eccleſiæ romanæ.ſed aliis eccleſiis:dum dicit,quòd in eccleſia illud ius eſt correctum , quæ correctio non reperitur in eccleſia Romana, imò expreſsè excipitur ab illa correctione. hoc ſtante, quòd imperium æquiparetur eccleſiæ generaliter, non Romanæ eccleſiæ tantum , Dico , quòd aliæ eccleſiæ non fuerunt priuilegiatę generaliter , ut gauderent præſcriptione centenaria,ſed ſolum in caſibus poſitis in d.l.fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. ergo in illis tantum caſibus uideter imperium priuilegiatum,& in dictis caſibus ſine dubio puto, quòd princeps etiam hodie gaudeat priuilegio pręſcriptionis cẽtenarię:ſi.n.eo gaudet ciuitas hñs iura principis,à fortiori gaudere dẽt ipſe princeps[l]. Circa ſcd̃m, an illa gl.ſit uera,dico ſine ꝗ dubio uera uideť quoad caſus.d. l.fi.

l.fi.C.de ſac.eccl.ſed quò ad alios caſus,ualde dubito, ſi te neamus quòd illa gl.generaliter uoluerit imperiũ gaudere præſcriptione centenaria.Primò, quia iſtud inferri non po teſt neceſſariò ex d.§.ut autem lex.quia in illo text.non di citur,quòd abſolutè æquiparentur: ſed quòd multum non differunt.ergo in aliquibus eſt differentia. Secundo, quia ibi non loquitur text. de ſacerdotio Romanę eccleſię tantum: ſed de omni ſacerdotio, & eccleſia: ſecundum quod glo.uidetur intelligere,prout proximè declaraui, ob id ſicut eccleſia non gaudet priuilegio pręſcriptionis centenarię.ſecundum ius. Codicis, & illud ius Authenticorum an te d.§.pro temporalibus.authen.de eccleſia.tit. ita uidetur quòd imperium nõ gaudeat illo priuilegio, niſi in illis caſi bus.Tertio,tex.in l.omnes.C.de pręſcript. 30.uel.40.ann. uult omne ius publicum,& priuatum in quacũque perſona extinctum eſſe ſpacio 40.annorum: ergo etiam ius princi-
41 pis, quod publicum dicitur. Secundo † pondero uerbum uniuerſale, in quacunque perſona, quod uidetur comprehendere etiam perſonam ſuperioris. Alexan. in conſ. 235. lib.4.per tex.in dict.l.comperit.C.de pręſcript.30. uel 40. ann. quæ lex uenit ad declarationem & ſuppletionem d. l. omnes.nam quia per d.l.omnes.omnia iura etiam publica & cuiuſcunque perſonæ præſcribi dicebantur, quidam tra hebant illam legem etiam ad publicas functiones,ut tribu ta principi debita:ut præſcriberentur annis. 40. Sed impe rator in d.l.comperit.dicit,declarando & ſupplendo,quòd non intellexit de tributis & functionib. publicis,in quibus nullam præſcriptionem currere uoluit. Tamen in ipſis bo nis immobilibus,pro quibus præſtantur ipſæ functiones pu blicè,bene uoluit præſcriptionem currere quadragenariã: Ecce ergo, quòd exceptis tributis & publicis functionibus,quæ pręſtantur in ſignum ſubiectionis,alia bona publi ca ipſius imperij,quæ non ſunt de regalibus, ſeu in quibus præſumptio iuris non eſt cõtra præſcribentem, ſpacio pręſcribuntur. 40. anno. Ideò Bal. & Ange.dum dicunt impe rium gaudere præſcriptione centenaria, cum miniſterio dicunt,quòd hodie de iure Authenticorum imperium gau det illo priuilegio, clarè inferentes ſecus eſſe de iure Codi

cis:

ciſ:quia illi duo tex.uidentur clari in d.l.omnes.& l.comperit. Sed non potuerunt Bal. & Ange. ſe fundare ſuper iure Authenticorum : quia ius Authenticorum non æquiparat imperium & ſacerdotium ſimpliciter,& generaliter in omnibus,& per omnia.ſed dicit: quòd non multum differunt: ut ſuprà dixi.Rurſus dum Bal. & Ang. dicunt hodie ſecus eſſe de iure authenticorum,neceſſariò uolunt,quòd ius Co
42 dicis ſit correctum:ſed† correctio induci non debet,niſi expreſsè dicatur.l.ſancimus.C. de teſta.l. præcipimus. in fi. C.de appell.ubi Bar.in ſpecie not.quòd antequam dicatur aliquid eſſe correctum, oportet quòd ſpecialiter & ſpecificè illud dicatur:adeò quòd uerba generalia non ſufficerent ad inducendum correctionem. & tradit Iaſ. in conſi. 64. col.j.in fi.lib.ij.ſed tex.in d. §. ut autem lex.in ſpecie nihil dicit de præſcriptione:ſed æquiparat imperiũ ſacerdotio. Imo nec generaliter in omnib.æquiparat : ſed dicit, quòd non multum differunt : ob id neceſſe fuiſſet ad corrigendũ ius Codicis, quòd dictum eſſet æquiparatum eſſe imperiũ ſacerdotio Romano circa præſcriptionem. Amplius dico,
43 quòd ſi per † dictum.§.ut autem lex.imperium & ſacerdotium ſimpliciter fuiſſent æquiparata, & generaliter ſine illis uerb s nec multum differunt, ex quibus patet aliquam eſſe differentiam,adhuc non poſſet dici correcta diſpoſitio dictarum legum Codicis in l.omnes. & l.comperit. quia illud ius nouum Authenticorum generale deberet reſtringi per leges præcedentes in Codice,ne inducatur legum correctio.l.ob æs.C.de præd.mino.glo.in l.omnes.C.ſine cenſu,uel reliq.Rom.in conſ.399.Vt præſens.col.iij. circa medium. uerſi. quinimo & lex ſequens. Imo etiam lex noua correctoria diſtinguitur ſecundum legem antiquam,ut tanto minus corrigatur ius antiquum præcedens,quam ſit poſſibile.auth.offeratur.C.de litis conteſt.iuncta l.ſciendum. in prin.ff.qui ſatiſd.cog.ubi glo.& doct.quod hic dicemus. in d.§.ut autem lex.ubi non apparet, quòd ille tex.uoluerit corrigere d.l.omnes.& l.comperit.Imo tex. in d. §. ut autem lex. debet quacunque ſubauditione iuuari, ne inducatur correctio dictarum legum l.omnes.& l.comperit.l.j. C.de inoffi.dotibus.Curtius iunior in conſ.v.col.iiij. ad fi.

Sed hic ſine aliqua ſubauditione tex.in d. §. ut autem lex. poteſt intelligi citra correctionem iuris Codicis: quia, ut dixi,nõ in omnibus & per omnia ęquiparat:ſed dicit,quòd non multum differunt.Secundo, quia ille text.non loquitur in ſacerdotio romano tantum,aut eccleſia romana: ſed potius de aliis eccleſiis:ut ſuprà dictum eſt.Et poſito & nõ conceſſo, quòd loqueretur in ſacerdotio romano & illi, imperium ſimpliciter compararet, adhuc per talem æquiparationem generalem nõ induceretur correctio iuris Codicis:ſed potius illa generalis æquiparatio reſtringi debet ne comprehendat præſcriptionem:de qua in d.l.omnes.& l.ſicut & l.nam & poſteriores.ff.de legibus.l. ut gradatim. §.& ſi lege.ff.de muneri.& honor.l.ij.C.de noxa.c.cum dilectus.de cõſue.Præterea, cum dictæ leges omnes & l. cõperit.ſint ſpeciales in materia præſcriptionis,& in d. §. ut autem lex. ſacerdotium & imperium æquiparentur, non in ſpecie in materia præſcriptionis, ſed generaliter dicatur non multum differre : per illum textum generalem non cenſetur correcta diſpoſitio ſpecialis dictarum legum
44 l.omnes.& l.comperit.† quia quando concurrunt duæ leges, prima ſpecialis, & ſecunda generalis, nunquam ſecunda generalis tollit primam ſpecialem. gloſ. in cap. ut officium.in uerſicul.duabus.de hæreti.lib. vj. Geminia.
45 in c. j.colum.j.in prima oppo.de conſtitu. lib. *6.* † Quinto,quòd imperiũ non gaudeat præſcriptione cẽtenaria, arguitur ſic. Etiam iura imperium reſeruata, & in quibus præſumptio iuris eſt contra præſcribentem, præſcribuntur ſpacio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.dict.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.c.ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſig. quę præſcriptio eſt minor centenaria: ut ſuprà probauimus, & ſic in talibus reſeruatis non gaudet imperium præſcriptione centenaria: ergo multo minus in alijs non reſer-
46 uatis principi. ¶ † Ex præmiſſis puto concludendum, quòd imperium non gaudeat priuilegio præſcriptionis centenariæ in bonis, in quibus præſumptio iuris non eſt contra poſſidentem,niſi in caſibus : de quibus in d.l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. In alijs uerò bonis, quæ de reſeruatis

principi,

principi, & in quibus pæſumptio iuris eſt contra præſcribentem, gaudet priuilegio præſcriptionis, non dico centenariæ, ſed cuius initii memoria non extat in contrarium: quæ eſt minor centenaria: ut ſuprà diximus, cõtra Cardin.
47 & Felin. Et tres† declarationes ad d.l.fin.C.de ſacroſanct. eccleſ. uide per Alex. in conſi. xvj. colum. viij. uerſ. quinimo nec etiam in quatuor caſibus. lib. v. Et dum dicit non habere locum niſi conrra uendentem, donantem aut relinquentem contra ciuitatem aut eius ſucceſſorem uniuerſalem, non contra ſingularem ſucceſſorem: poſt Bald. in d. l. fin. idem uoluit Aret. in dict. conſi. 153. Conſulatio. colum. fin. Corn. in conſi. 268. colum. x. lib. 4. Decimo
48 † quæro, an in prçſcriptione tẽpori, cuius initii memoria nõ extat in contrariũ, requiratur titulus? Dic quòd non: cũ talis præſcriptio uim tituli habeat, ut ſuprà dictũ eſt. & pro hoc eſt tex. in dict. c. j. de præſcript. lib. vj. Quod ampliatur procedere, licèt agatur de præſcribendo cõtra, clericos, aut libertatem eccleſiaſticam. Paul. de Caſt. in conſ. 423. Ex pũcto tranſmiſſo. col. ij. circa med. lib. ij. talis enim præſcriptio pro ueritate habetur. gl. in l. j. C. de ſeruitu. Bald. in conſ. 257. Quæſtio uertens. libr. ij. & in conſil. 24. Subtiliter. col. ij. libr. iiij. Decius in conſil. 85. colum. ij.
49 ¶ Vndecimò † quæro, an ſaltem in tali præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ſit neceſſaria tituli allegatio? Videretur dicendum quòd ſic: quia licèt titulus præſumatur ex antiquitate temporis: non tamen uidetur prodeſſe præſumptio, niſi allegetur. l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. ſcriben. in l. cum quid. ff. ſi cert. peta. & quòd allegatio tituli ſit neceſſaria in tali præſcriptione, uoluit Alex. in conſi. 74. col. iij. in fin. uerſ. accedat ad hoc. quod uoluit. libr. iiij. Feli. in c. accedentes. col. v. verſ. ſed reuera potiùs eligerem. de præſcript. quem refert & ſequitur Curtius iunior in cõſil. 158. col. iiij. in fin. Contrarium, quòd allegatio tituli non ſit neceſſaria uoluit glo. in d. c. ſuper quibuſdam. §. præterà. in uerbo non extat. Frede. de Senis, in conſ. 234. Super primo puncto. colum. ij. in fin. uerſ. maximè autem hoc procedit Soci. in conſ. 127. colum. pen. in fi. uerſ. & eo maximè prædicta

dicta procedunt.lib.j.quod eſt repetitum in conſ. 181.lib. ij.Idem tenet Abb.in conſ.vij.colum. iiij.uerſ. & quanquã hæc lib.ij.Doct.in d.c.j.de præſcrip.lib.vj. Cald. in conſ.j. in tit. de libelli obla. Guido Papæ quæſtio. 408. in fi. ubi allegat Io.Fab.in §.æquè.inſtitu. de actio. Idem tenet Iaſ. in l.ſi certis annis. col. fi. in decima limitatione C. de pactis.refert & ſequitur Gozadi.in conſil.viij. col. viij. circa medium. Ex quibus patet hanc opinio ueram eſſe & communem & pro ea uidetur text.in d.c.j.de præſcrip. lib. vj. ubi,quòd in tali præſcriptione non requiritur titulus. ſi titulus non requiritur,ad quid allegari eum oportet? Nõ ob
50 ſtat modò † regula, quòd præſumptio iuris non ſufficit, niſi allegetur: quia fateor. Sed dico,quòd ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, titulus nõ præſumitur à iure, ſed potiùs fingitur à lege.infictione autem non eſt neceſſaria allegatio:quia fictio eſt ſuper claro,quando uerè de titulo non apparet. ſed lex fingit titulum propter antiquitatem temporis.Secundò reſpondeo, quòd ex quo titulus nõ requiritur in tali præſcriptione ut ſuprà dictũ eſt,ſuperfluo quæritur de eius allegatione. Non obſt. authoritas Alex.& Feli.ſuprà in contrarium allegata: quia reſpondeo, quòd loquuntur in his, quæ non ſunt præſcriptibilia etiã per tempus: cuius initij memoria non extat in contrarium: puta, data incapacitate pręſcribentis circa decimas,uel circa collationem beneficiorum,iuxta text. in c.quantò.de conſue.& not.in c.ij.de præbend. lib.vj.uel quandò lex expreſsè reſiſtit præſcriptioni: ut in caſu. d. c. accedentes.in materia procurationis.quo caſu ſolus curſus temporis nihil poteſt operari: ut reddat capacem eum,qui incapax ſit.ob id opus eſt,quòd allegetur titulus priuilegij aut exemptionis. & ad probationẽ talis tituli ſufficiet probare lapſum temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.Secùs,vbi ſumus in materia pręſcriptibili,etiã ſine titulo: quia tunc neceſſaria non eſt tituli allegatio: & multò minùs iſto caſu neceſſe erit probare quid factum eſſe tanquàm ex cauſa alicuius tituli non neceſſarij. Feli. in
51 c.cauſam,quæ.col.iiij.de præſcript.¶ Et ex præmiſſa † declaratione infertur ad unam limitationẽ dicti Soci. in cõſ. 260.

260. ante fi. lib. ij. de quo ſuprà diximus in tertia quæſtio. ubi uoluit, quòd appellatione priuilegij in materia ſtricta, non ueniat priuilegium tacitum reſultans ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium: nam iſtud non non procederet, q̃n expreſsè allegaretur titulus priuilegij, & ad eius probationem probaretur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium: quia tunc etiã in materia ſtricta & non præſcriptibili ſufficit talis præſcriptio, cum allegatione tituli. & ita ponderat & expreſsè notat Curtius iunior in dict.conſ.158.col.iiij.in fin.Feli.in c. cauſam. col.iij.in fi.uerſ. puto ſuſtentabilem. de pſæſcrip. Sed circa

52 † dictum Alexan.& Feli.& Curtii iunioris, tria conſidero. Primum, quòd illo attento eluſoria uidetur fieri diſpoſitio iuris prohibentis quid præſcribi, etiam per tempus antiquiſsimum. nam ſemper allegabit quis titulum: & ad eius iuſtificationem probabit de lapſu temporis antiquiſſimi. & ſic lex uidebitur impoſita uerbis, contra l. ii. in fi.C.commu.de leg.nec id recipi debet, per quod legis diſpoſitio fiat eluſoria.l.i.§.pecuniam.ff.de calumnia.l.ſi prętor.ff.de iudi.l.hanc legem.ff.de contrahen.emptio. l. fi.in princ.ibi: alioquin nequicquam mihi caueatur.ff.ſi cer. peta.l.ſi.ff.ne quid in loco publico.l.i.§.exceptiones. ff.quar. re. actio non det. l. cùm aliis.in fin.C. de cura.furio.l.fi.§. non autem.C.de bonis, quæ liber.l.fi.C. de uſur. rei iudic.

53 c. commiſſa. §.porrò. de electio. lib.vi. Imò fit † extenſio etiam in materia pœnali: ne aliàs diſpoſitio pœnalis fiat eluſoria.d.l.i.§.pecuniam.ff.de calumnia.c.ſi ciuitas. & ibi Domi.in ii.notab.de ſent.excõ.lib.vi. & dixi ſuprà in materia extenſionis conſuetudinis in pœnalibus, ſimiliter potiùs toleratur correctio iuris communis, quàm quòd ius nouum fiat eluſorium.Roma.& Doct. in authen. ex teſtamento,C.de colla.latè Moder.in l.i.ff.de offic. eius. Rur-

54 ſus † attento hoc dicto Alexan.Feli.& Curtii permittetur per indirectum, quòd directo prohibetur: quod eſſe non debet.l.ſi ex duobus, & ibi glo.ff.de neg. geſt. d. l. fi.C. de uſuris rei iud.reg.cum quid una uia.lib.vi. nec circunueniri debet lex prohibens.l.arbitrio.§.dolo cuius. ff. de dolo. facit text.in l.oratio.ff.de ſponſalib. & per hoc fundamentum

cum multi tenent contra illud dictum:ut refert Alexan. in d.conſ.108.in fi.lib.ii.& in dict.conſ.75.col. fin.libr.iiii.Se
55 cundum quod † conſidero contra dictum Alexan. Feli. & Curtii iunioris eſt:quia ſi iſtud uerum ſit, cautela quædam uidetur etiam & ipſa inutilis & eluſoria. nam quotiens ali quid fieri non poteſt ſine aliqua cauſa,non ſufficit probare illud ſimpliciter factum eſſe, niſi probetur quòd in uim illius cauſæ factum ſit.Puta, ſeruitus habens cauſam diſcontinuam,non acquiritur,niſi per tempus, cuius initii memoria non extat in contrarium:ut habetur in l.ſeruitutes.magna.ff.de ſeruitu.poterit tamen acquiri longo tempore: id eſt,decem annis inter præſentes,& uiginti inter abſentes, ſi quis alleget titulum conſtitutæ ſeruitutis diſcontinuæ: & ad iuſtificationem ipſius tituli probet de lapſu longi tẽporis.glo.& Docto.in d.l. ſeruitutes. Barto. in l.cùm de in uerſo.ff. de uſuris. Iſtud tamen intelligitur & procedit, ſi quis probet ſe uſum ſeruitute illa diſcontinua in uim illius tituli,& tanquam ex illa cauſa.Salic.in d. l. ſi certis annis. Cuma.& Roma. in l. qui in aliena.in princip. ff. de acquirend.hæredita.& ibi Iaſon col.fi.uerſicul. eam etiam tenet Paul. de Ca.in conſi.51. In cauſa ſpectabilium uirorũ.col. ij.poſt med. libr. ii.Alex. in conſil.113.libr.i.in conſ.108. in fi.lib.ii.& in cõſ.75.col.final.libr.iiii.Sed quomodo probari hoc poterit,cùm non apparet de aliquo titulo,niſi per allegationem.ſi enim uerè conſtaret de titulo,præſumeretur,quid factum in uim illius tituli.l.quædam mulier. ff.de rei uendicatione.l.ii.C.de acquirenda poſſeſſio. Baldus in conſil. 290. Iſtæ allegationes. colum. ii. libr. i. Paulus de Caſtr.in dict.conſil.51.colum.ii. poſt medium. libr. ii. ſed ubi de aliqua cauſa non conſtat, quomodò præſumetur ex ea quid factum eſſe. Et ſi dicas præſumi quid factum ex cauſa allegata. reſultabunt duo ſpecialia. Primum quòd præſumatur titulus ex ſola allegatione illius, iuncto curſu temporis.ſecundum quod præſumatur quid factum in uim
56 illius tituli,contra l.i. C. de dotis promiſſion.ob id † Alexander in dicto conſil. 75. in final. libro iiii. dicit difficile eſſe probare factum quid eſſe in uim tituli allegati, nec uidetur aliter probari poſſe, quid factum eſſe tanquàm ex

ea

ea cauſa, niſi probetur, quòd faciens aliquando declarauerit coram teſtibus ſe ita facere ex tali cauſa, uel ſi petierit tale ius, tanquam ſibi debitum. Alexan. in conſil. 50. col. ii. lib. iii. ¶ Sed dicet aliquis: ex qua cauſa, quis quid faciat, hoc uidetur pendere ab eius animo ob id ſtandum uidetur eius iuramento. glo. & Doct. in §. aliæ. inſtit. de actio. Bart. & Doct. in l. pro hærede. in prin. ff. de acqui. hæredit. Reſpondeo, quòd illud non procedit quando præſumptio iuris eſt contra iurantem. Bart. in l. inter omnes. §. rectè, col. fin. ff. de furt. Iaſ. in d. l. pro hærede. in prin. col. pen. in fin. & in §. ſed iſte. col. 18. in fin. inſtitut. de actioni. Sed quæſtio noſtra loquitur in prohibitis in his, quæ quis præſcribere non poteſt, & ſic præſumptio iuris eſt contra præſcribentem. Et argumentum poſſet procedere in his, quæ ſunt præſcriptibilia: licet requirant tempus antiquum, cuius initii memoria non extat in contrarium. Fel. tamen in c. cauſam. colum. iiii. uerſ. ſed aduerte, quia oportet. de præſcript. quòd ubi agitur de tempore, cuius initii memoria non extat in contrarium, non eſt neceſſe probare quid factum in uim tituli præſumpti, ſed præſumitur ita factum.

57 Tertium † quod conſidero cõtra Alexand. Felin. & Curt. iuniorem eſt, quòd dictum eorum poſſet procedere in his, quæ ſunt præſcriptibilia, & in quibus non conſideratur incapacitas: licèt in eorum præſcriptione requiratur tempus antiquiſſimum: quia habeant cauſam diſcontinuam, ut ſufficiat præſcriptio longi temporis, allegando titulum, & illum probando ex ſolo curſu temporis: in his enim non militarent argumenta ſuprà adducta, quòd lex fieret eluſoria tanquàm impoſita uerbis, & quòd concederetur per indirectum, quod recta uia conceditur, quia nulla eſt deceptio aut eluſio legis: cùm lex præſcriptionem non prohibeat. & licèt requirat longius tempus: nõ tamen negat breuiori tempore poſſe præſcribi, accedente titulo: ſecus, ubi lex omnino prohibet præſcribi. Ideò in prohibitis præſcribi non placet mihi opin. quòd ſufficiat allegatio tituli & eius probatio per ſolum lapſum temporis, niſi probetur qu d factum eſſe in uim illius tituli: qui facta quandoque fuerit declaratio coram teſtibus, quòd ex tali cauſa aut ex ti-

li titulo ita ageretur. nam ius & titulum obtinentes, ſæpius uerba faciunt de eorum iuribus & titulis, quorum uirtute quid eis facere permiſſum ſit, nec ſemper tamen de eis fidem poſſunt facere, quia interdum pereunt aut omittuntur. in aliis autem, quæ de ſui natura ſunt præſcriptibilia ſe quor cōmunem opinio gloſſ. & Doct. in d. l. ſeruitutes. magna. nec puto aliam fuiſſe intētionem gloſſ. & Docto. ibi, licet aliqui Docto. poſteà uoluerint illud extendere ad caſum longè diuerſum habentē rationem omninò diuerſam,
58 ſtante prohibitione præſcribendi. ¶ Præmiſſa † concluſio, quòd tituli allegatio non ſit neceſſaria in præſcriptione temporis, cuius initii memoria non extat in contrariū, limitatur per Felin. in c. cùm ex officii. col. v. in quarta limitatione, de præſcript. ut procedat in præſcriptione, in qua interueniat actus poſitiuus. Secus in pręſcriptione cauſata ex ſola patientia, aut negligentia partis, nullo interueniente actu poſitiuo: quia tunc neceſſaria eſt tituli allegatio, maximè quando res eſt grauis præiudicii. de qua limitatione ego dubito, quia cum titulus non ſit neceſſarius in tali præſcriptione, ſed ipſa uim tituli habeat, ſuperfluum uidetur tractare de tituli allegatione: ideò non puto tenē
59 dam hanc limitationem. ¶ Duodecimò † quæro, dictum eſt ſuprà, quod tempus, cuius initii memoria non extat in contrarium, uim tituli habet, adeò, quòd tituli allegatio non eſt neceſſaria: Sed quid ſi producatur titulus, qui appareat uitioſus & inualidus, an proderit talis præſcriptio? uideretur dicendum, quòd ſic: quia cùm titulus non ſit neceſſarius, licèt producatur & ineptus aut uitioſus, non deberet actum uitiare: argumen. l. i. in prin. C. de rei uxo. actio. gloſſ. ſingul. in §. multis. in uerſ. in tranſitu. inſtit. de libert. & in l. vinum. ubi Bart. & Docto. ff. ſi certum peta. per quam gloſſ. dicit Bal. in l. ne quicquam. §. ubi decretum col. vi. uerſ. ſed dubitatur, ſi poſſum ingredi. ff. de offi. pro conſ. quòd ſi poſſum ingredi poſſeſſionem propria authoritate, ſi ingredior petita licentia à iudice, minus ſolenniter: quia parte non citata, non nocet defectus ſolennitatis. ſequitur Iaſ. in conſil. 20. col. iii. lib. iii. ſed pro hoc eſt tex. in c. bonæ. i. de electio. ubi citatio, quæ non erat neceſ-

ſaria

ſaria in facto notorio, ſi adhibeatur, & minus ſolenniter, proceſſus non uitiatur. per quem text. dicit Dec. in conſil. 163. col. vi. quòd litis conteſtatio minus legitimè facta, pro ceſſum non uitiat quando illa non erat neceſſaria. Similiter per illum text. dicit Dec. in c. nouit. colum. ix. de iudi. quòd ubi in aliquo actu ordo iuris non eſt neceſſarius, ſi adhibeatur & minùs ſolenniter, actus non uitiatur. & ex illo text. uidetur dubitabile dictũ gl. in l. proinde. ii. in gloſ. fin. in fin. ff. ad legem Aquiliam. relatum per Iaſ. in l. 1. in prin. colum. fin. ff. de eden. in l. edita. colum. iii. C. de edend. ubi quando in aliquo iudicio proceditur ordinariè præter naturam iudicii, ſi minus ſolenniter procedatur iudicium

60 uitiatur. Secundò † pro hoc uidetur facere: quia præſcriptio temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, dicitur habere pro ſe præſumptionem iuris & de iure: adeò, quod probatio in contrarium non admittitur. poſt But. per eum relatum in d. c. cum nobis. colũ. iii. uerſ. ſcias etiam. de præſcr. ſequitur Alexandrinus in conſil. 13. col. iii. Contrarium, quòd non iuuet præſcriptio tanti tẽporis, cuius initii memoria non extat in contrariũ, quando producitur titulus uitioſus & inualidus, ſeu quando aliter apparet de initio uitioſo: uoluit Paul. de Caſt. in conſil. 423. Ex puncto tranſmiſſo. colum. ii. circa finem lib. ii. Bellamera in conſil. x. colum. x. in prin. uerſ. item & aliter reſpondeo, & colum. 13. uerſ. plus dico. Ad idem facit Alexand. in d. conſil. 113. col. i. & ii. lib. i. ubi quando ex inſtrumento apparet non debuiſſe quid ſolui, prout ſolutum eſt tempore longiſſimo apparet, quòd per errorem & ex falſa cauſa ſic ſolutum eſt nec prodeſt tunc curſus tpis. Et iſta opi. confirmatur ex dictis ſupra in ſecunda parte huius tractat. in quarta limitatione. & in tertia parte, in ſeptima limitatione. ubi quòd præſumptio ſolennitatis extrinſecæ, ex antiquitate temporis ceſſat in ſententia, & in actu extraiudiciali, quando expreſſe producuntur acta ſolennitatum, ex quibus apparet minus ſolenniter proceſſum eſſe.

61 ¶ Non obſtant † modò allegata in contrarium. Et primò, quod ubi aliquid non requiritur, ſi illud adhibeatur & ineptè aut minus ſolenniter, quod actus nõ uitiatur: quia poſ-

ſem facere prout Iaſ. facit in locis memoratis, id eſt allegare & multiplicare contraria & inconuenientia, & adducere exempla,& dicta Doct. ex quibus apparet magis uitiare ineptam expreſſionem,quàm omiſſionem. per reg.l. expreſſa.ff.de regul.iur.& l.nonnunquam.ff.de condi.& demonſt.glo.in clemen.conſtitutionem. in uerſ. de nouo. in fin.elect.ex quibus dictis & exemplis uidentur Moder.redde hanc materiam brocardicam, & ad omnem euentum
62 adaptabilem. Sed puto reſponſionem † ueram eſſe, quod aut aliquid non requiritur in aliquo actu propter præſumptionem iuris, quę eſt pro ipſo actu, & tunc ſi illud adhibeatur aut exprimatur uitiosè, & ineptè, actus uitietur. puta, iudex in ſententia non tenetur cauſam exprimere.c.ſicut de re iudic. Et tamen ſi exprimat iudex cauſam ineptam aut minus legitimam,ſententia uitiatur. Innocé. & Doct.in c.in præſentia.de renuntia.ratio huius eſt,quia quod iudex releuetur à iure ab expreſſione cauſæ in ſententia, illud eſt propter præſumptionem iuris, quæ eſt pro ipſo iudice. l. ii. C. de offic.ciuil.iudi.& d.c. in præſentia. Sed quando iudex exprimit cauſam in ſententia, quæ ſit inepta, aut minus legitima, tunc ſumus in caſu claro, quod iudex male iudicauit, & ſic ceſſat in re clara præſumptio,quæ eſt pro iudice.l. continuus. §. cum ita .ff. de uerbo.obligatio. Similiter, quod præſumatur pro ſolennitate ſententię aut actus extraiudicialis, eſt propter præſumptionem iuris, quod præſumit omnia ſolenniter acta: ſed ſi apparet de actis ſolennitatũ, & ex eis arguatur defectus in ipſis ſolennibus, tunc ſumus in caſu claro, & ceſſat præſumptio.Secus quando aliquid non requiritur ob præſumptionem iuris: ſed quia illud non ſit neceſſarium. puta citatio in actu notorio, tunc ſi adhibeatur & minus legitimè, actus non uitiatur.Ratio,quia non erat neceſſaria. Similiter actio in libello exprimi non debet: ſed ſufficit factum aptè narrare: ex cuius narratione appareat, quod actio competit, certè ſi actor in libello actionem ineptam exprimat, illud libellum non uitiat: quia expreſſio non erat neceſſaria, nec propter expreſſionem ſit dubium ius actoris: cùm ex apta narratione facti ſatis inferatur
ius

ius & actionem competere, licet non expreſſam: ut communiter Doctor.concludunt in d.l.j. in princi. ff. de eden. quicquid aliter Iaſ.ibi tentauerit contra opinionem communem, arguendo ex argumentis, quę nihil faciunt: & in quibus militat diuerſa ratio. Nam arguit, quòd in ſententia cauſa non requiritur: & tamen ſi exprimatur & inepte, ſententia uitiatur, ſed reſponſum eſt ſupra. Similiter arguit, quòd ubi teſtes non tenentur deponere ſuper tempore: ſi deponant & malè, uitiantur teſtimonia. Sed illud eſt, quia ſi uariè deponant, apparet, quòd ſunt uarij & contrarii, & quod loquuntur de diuerſis actibus, ex quo diuer-
63 ſificant tempus: quia † diuerſitas temporis, inducit diuerſitatem factorum, & reddit teſtes ſingulares tanquam deponentes de factis diuerſis, Anto.de Butr.& Doctor. in capitulo cùm cauſam, quæ inter Archiepiſcopum. colum. x.de teſtibus. Cyn. in l. teſtium.in ſexta quæſtione. & ibi Bald.columna quinta.de teſtibus. Archidia. in capitul. nihilominus.tertia quæſtione nona. Abb. in conſilio 98. columna ſecunda libro ſecundo, Bald. in conſilio trigeſimonono. Proponitur, quòd celebratus. columna ſecunda libro tertio.& in conſilio 459. Viſa dicta petitione. columna tertia poſt medium.uerſicul. primò, quia teſtes. libro quarto Anchara.in conſilio 64.columna ſecunda,& in conſilio.147.colum.j.Paulus de Caſtro in conſilio 137.In cauſa, quæ uertitur Pergami. ad finem. & in conſilio 155. In cauſa, quæ uertitur coram domino Vicario, ad fi. libr. ij. Iaſ.in conſil.131.col.ij.libr. j. Sed aliter uoluit Guido Papæ.quæſt.544.ubi quando locus & tempus non ſunt de ſubſtantia actus, non attenditur ſingularitas circa locum & tẽpus, & quod ita pluries uidit determinari in curia Parlamenti.Sed certè licet locus & tempus non ſint de ſubſtantia: tamen ſi teſtes in eo uariant, & diſcordant, apparet quòd non conueniunt in eodem facto, ſed de pluribus teſtificantur, ob id probatio redditur dubia & obſcura: cùm poſitum & articulatum fuerit de uno facto tantum.

ARGVMENTVM.

Teſtium triplex ſingularitas, obſtatiua, cumulatiua, & diuerſificatiua. Tum de cuiuſlibet earum loco, tempore & uſu. Vbi & an liceat teſtes coniungere, ut fidem faciant.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium triplex eſt ſingularitas.*

2 *Teſtium ſingularitas obſtatiua, conſideratur in actu reiterabili, nec plenè, nec ſemiplenè probat.*

3 *Teſtium ſingularitas cumulatiua et adminiculatiua inducit ſemiplenam probationem. & nu. 78. 79. 80.*

4 *Teſtium ſingularitas diuerſificatiua uerbi & effectus, conſideratur in actu reiterabili.*

5 *Teſtes ſingulares, qui propriè dicantur.*

6 *Teſtes ſingulares, an coniungantur ſimul, ut probent plenè uel ſemiplenè diſting. pro triplici teſtium differentia. ibid. & nu. 7. 8. & 23.*

9 *Debitum an probetur per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus factis diuerſis loco & tempore.*

10 *Teſtes ſingulares concordantes in dicto principali, licèt in cauſa dicti pugnantes an probent.*

11 *Teſtes ſingulares an ſufficiant, ad probandum quid in genere quòd ſic. & nu. 12.*

13 *Vſurarium deteſtatio, maximè in presbytero.*

14 *Teſtes ſingulares an probent ubi plures actus habent unam cauſam & unam originem.*

15 *Debitum an probetur per plures teſtes deponentes de confeſſionibus pluribus, factis diuerſis loco & tempore. & nu. 16. & 18.*

17 *Teſtes an reddat ſingulares tempus, & locus, ubi illa non ſunt de actu ſubſtantia. & nu. 19 20. 22.*

21 *Verborum diſſonantia aut diuerſitas in cortice, non nocet, quando idem ſemper eſt effectus. Et quid in diuerſitate temporis aut loci.*

24 *Teſtes ſingulares coniunguntur, quando alij de ueritate facti deponunt alij de confeſſione.*

25 *Teſtes deponentes de duabus confeſſionibus factis abſente parte, diuerſis loco & tempore, non ſunt coniungendi.*

26 *Teſtes ſingulares multum adminiculantur, quando concurrunt aliæ coniecturæ coadiuuantes eorum dicta, etiam in his, in quibus aliàs non probant nec coniunguntur.*

Sed

SED enim, quia iſta materia ſingularitatis teſtium uerſatur in ſummo & uaſto pelago: & doct. contendunt inter ſe, imò ne quidem conſtant ſibijpſis, ut aduocati aut patroni cauſarum quid certi conſulant, planè neſciant: ipſi etiam iudices iudicandi rationem non facilè habeant, materiam ipſam ſingularitatis teſtium ſic explicatam eſſe conſtitui ad uniuerſę reipublicæ compendium: ut ne dubitationis quicquam inueniens, tempus prodire
1 poſſit. Itaque pro declaratione † conſidero triplicem eſſe ſingularitatem teſtium. Prima eſt obſtatiua. Secunda cumulatiua, aut adminiculatiua. Tertia diuerſificatiua. ¶ Singularitas obſtatiua dicitur, quando inſurgit repugnantia aut contrarietas: puta, teſtes deponunt de mutuo, cùm contractum proponatur præceſsiſſe: aliqui teſtes dicunt illud factum uno tempore: alij quòd alio tempore: ideo non probant tanquàm contrarij. Ancharan. in conſil. 64. In cauſa, quæ ueritur inter Philippum. colu. ij. poſt medium. uerſicul. & confirmatur hoc. Aretin. in conſi. 71. Diligenter. colum. iii. in fin. uerſic. interrogatio igitur. Alexand. in conſil. 21. colum. ii. ante medi. lib. iiij. poſt Baldum in l. de quibus. colum. antep. ff. de legib. & in rubr. de contro. inueſti. col. j. & de iſta ſingularitate obſtatiua, loquitur. Iaſ. in repet. l. admonendi. colum. 90. uerſicu. alibi etiam dicit multum ſignanter Bald. ff. de iureiurandó. Idem ſi teſtes inducti ad probandum aliquod delictum ſeu uulnus, diſcordāt in loco aut tempore: quia aliqui dicunt commiſſum uno loco aut tempore: alij in alio loco aut tempore, prout legitur de teſtibus Suſannæ: ut habetur in l. teſtium. C. de teſtibus. Ancha. in conſi. 147. Super alia querela. colum. j.
2 ¶ Et iſta † ſingularitas obſtatiua conſideratur in actu non reiterabili, & in ea unus teſtis dicitur repugnare alteri, & nullus aliquid probat: ut not. in l. teſtium. C. de teſtibus. Bald. in l. de quibus. col. antepen. ff. de legib. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & in rub. de cōtr. inueſt. col. j. ſequitur Alex. in conſi. 21. col. ij. lib. iiij. in conſ. 143. col. j. lib. ij. in quo cō ſi. 143. quòd non ſolum omnes ſimul iuncti nihil probant: imò nullus remanet integer, qui ſemiplenè probet. Sed

aduerte : nam quod dicitur de actu non reiterabili non intelligo, quòd actus reiterari non poſsit: ſed quando ſolū eſt quæſtio de unico actu non reiterato: puta, de uno mutuo tuo aut de uno contractu, & iſto caſu teſtimonia ſingularia poſſunt dici falſa ex diuerſitate temporis. c. ex tenore.c.cum cauſam. de teſti. Alexan. in conſi. 73. col.j.uer-
3 ſic.præterea inter illos.lib.j.¶ Alia eſt ſingularitas † teſtiū non obſtatiua aut repugnans,ſed adminiculatiua & cumulatiua: puta, quando unus teſtis deponit de numeratione, alter de confeſsione, & iſto caſu ex talibus teſtibus inducitur ſemiplena probatio : ut per Bald.in d. rubri. de contro.inueſt. col. j. Alexan.jnd. conſi. 21.col. ij. lib. iiij.Imò pluſquàm ſemiplena,licèt non perfecta.Soci.in l.Gallus.§. ille caſus, colum. fina. ff.de libe. & poſth.¶ Alia & tertia
4 eſt † ſingularitas non obſtatiua, nec adminiculatiua ſeu cumulatiua, ſed diuerſificatiua uerbi & effectus, ex qua inducitur diuerſitas rei & effectus in ſubſtantia. Puta, ego articulo de decem numeratis ex cauſa mutui. aliqui teſtes dicunt de mutuo facto in uno loco & certo tempore, alij teſtes loquuntur de mutuo facto in alio loco, & alio tempore.nam ex tali uarietate loci aut temporis neceſſariò in ſurgit diuerſitas mutui, quòd loquantur teſtes de alio & diuerſo mutuo:quia impoſsibile eſt,quòd mutuum factum in uno loco aut tempore, ſit illud, quod alij teſtes dicunt factum eſſe in alio loco & tempore.& iſtud eſt, quòd dicitur ex diuerſitate loci & temporis induci nouum & diuerſum factum.& iſto caſu quando teſtes.loquuntur de diuer-
5 ſis † actibus,propriè dicuntur teſtes ſingulares.c. bone & cap.cùm dilecti. de electio. & de iſta ſingulariter teſtium loquitur Anchar.in dicto conſil.64. & in dicto conſil. 147. Alex.in dicto conſi.116.libro j.Areti.in conſi. 71. Diligenter.colum.iij.in fin.uerſi.interrogatio igitur.Bald. in conſ. 39. Proponitur,quòd celebratus. colum.ij. circa med.lib. iij.& in cōſi.459.Viſa dicta petitione. colum.iij.poſt med. uerſ.reducendo ergo omnia prędicta. lib.iiij.& doct.in pleriſque locis,quæ ſingularitas diuerſificatiua non poteſt cōſiderari,niſi in actu reiterabili. ſi enim poneres actum unicum & non reiterabilem, & in eo teſtes eſſent uarij in lo-

co

co uel tempore, tunc teſtes non dicerentur ſingulares, ſed cõtrarij & repugnantes, quę dicitur ſingularitas obſtatiua.
6 ¶ iſta † triplici dña ſingularitatis teſtiũ ſic præmiſſa & conſiderata. Si quæras, an teſtes ſingulares coniungantur, ut probent plenè uel ſemiplenè? Dico declarando hanc materiam clarius atque hactenus legerim, cùm doctores uariè & confusè loquantur. Quòd aut quæritur de ſingularitate obſtatiua, & in iſta clarum eſt, quòd teſtes non coniungũtur, nec aliquid probant: imo ne quidem adminiculantur, cùm teſtes dicantur cõtrarii. ut per Baldum in rub. de controuer. inueſtit. colum. j. in l. de quibus. col. antep. ff. de legib. Alex. in conſi. 21. col. ij. lib. iiij. Iaſ. in repet. l. ad monendi. col. 90. uerſi. alibi etiam dicit multùm ſignanter Bald. ff. de iureiur. & iſto caſu recurrendum eſt ad ea, quæ doctores tradunt, quando teſtes ſunt contrarii. ¶ Aut lo-
7 quimur † de ſingularitate teſtium diuerſificatiua, quando teſtes loquuntur de diuerſis actibus factis diuerſis tempore & loco, & iſto caſu idem dico, quòd in ſingularitate obſtatiua, quòd nullo modo coniunguntur teſtes ſingulares, ut probent plenè nec ſemiplenè, nec adminiculatiuè: nec aliquis teſtium per ſe remanet integer, ut ſemiplenè probet: quia dictum unius eliditur per dictum alterius. & iſto caſu procedit illud dictum, quòd minus probant mille teſtes ſingulares, quàm unus. Bald. in l. de quibus. col. antepe. poſt med. uerſi. ſed nunquid ſi teſtes. ff. de legib. in l. iuriſiurandi. col. iij. C. de teſtib. Dec. in conſi. 159. colum. iiij. circa medium. Addo Alexand. in conſi. 34. col. ij. in fi. prin. lib. iij. fin. conſi. 73. colum. ij. in princi. uerſi. unde ſtante diuerſitate. lib. j. Si enim eſſet unus teſtis tantùm integer, & legitimè deponens, probaret ſemiplenè: ſed ubi ſunt plures diuerſa loquentes in actu reiterabili, licèt non ſint repugnantes: nihil tamen probant. Ratio, quia inuicem ſe debilitant, cùm articuletur de uno tantùm mutuo, & ipſi loquantur de pluribus factis diuerſis loco & tempore, ut neſciatur quod & quale ſit illud, quod petitur, & an depoſuerint de mutuo petito, & ſic ex tali ſingularitate diuerſificatiua inducitur incertitudo, & redditur probatio dubia, quę dubietas ceſſat, ubi unus tantùm eſt teſtis. Ita dubieta-

tem

tem & incertitudinē ex ſingularitate teſtium, arguit Alexander in conſil.94.colum.ij.circa medium, uerſiculo uariant etiam dicti duo teſtes.libro vj.poſt Salicetum in l.teſtium.in nona quæſtione, C. de teſtibus. Ideo iſto caſu teſtes ſingulares nullo modo coniunguntur, ut aliquid probent,nec plenè nec ſemiplenè. Alexander in conſilio 128. columna ij.ante medium, uerſicu. & dicti duo teſtes. libr. ij.in dicto conſilio 94.columna ſecunda,circa medium lib. vj.poſt Salicetum in dicta l.teſtium.in nona quæſti. C. de
8 teſtib. ¶Tota † difficultas eſt in ſingularitate adminiculatiua aut cumulatiua. an teſtes coniungâtur ut probent plenè uel ſemiplenè.in qua difficultate doct. uario modo conſuluerunt,prout caſus contingebat,& lucri ratio ſuadebat. Et pono exemplum,quando plures teſtes deponunt ſuper diuerſis confeſſionibus debitoris, & omnes dicunt ſe audiuiſſe ab eo,quòd debebat decē Titio ex cauſa mutui: ſunt tamen ſingulares in loco & tempore:quia unus deponit de confeſſione facta uno tempore, & in uno loco: alius de alio loco & tempore. Iſta enim ſingularitas non eſt obſtatiua: quia nihil repugnat,quòd quis ſæpius confiteatur de eodem debito in diuerſis locis & diuerſo tempore.non eſt etiam ſingularitas diuerſificatiua: quia licèt deponant de pluribus & diuerſis confeſſionibus: non tamen reſultant plura & diuerſa debita:cùm emanauerint confeſſiones ſuper eodem debito, & tendant ad eundem finem, id eſt ad probationem eiuſdem debiti, & ſic eſt cumulatio probationis & adminiculatio,non diuerſitas effectus.¶ Et reperio,
9 † quòd Paul.de Caſ.in conſi.155. In cauſa, quæ uertitur coram domino uicario.in fin.& in conſi.269. Viſo proceſſu.in fi.lib.ij.uoluit,quòd debitum non probetur per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus factis diuerſis loco,& tempore.idem uoluit Alexand. in conſi.36.colum.iij.in conſi.68.col.ij.poſt med.lib.iij.quod eſt repetitum in conſil.57.libro vj.ubi pro hòc allegat Anto. de But.in c.licèt ex quadam.col.iii. de teſtib. quem etiam refert & ſequi uidetur Iaſ. in repet.l. admonendi. col. 90. uerſic.per iſta conſidera.ff.de iureiuran. idem in confeſſione.tradit Imol.in conſil. 223. colum. iii. in fin. Corne. in

conſi.

conſil.78.colum.iiii.in fin.uerſi.nec habet obſtare.& col. ſequen. circa medium.uerſicu. Ioannes autem. Ange. in conſil.182.circa fin.in conſi.261.colum.ii.in fi.uerſicu.nec obſtant aliæ confesſiones.lib.iii.deciſio.Neapo.deciſ.364. Curtius Senior in conſi.56.colum.11. poſt medium uerſi. ultimo non obſtat.¶ Sed in contrarium, quòd imo iſti teſtes ſingulares coniungantur,ut plenè probant,quando eſt ſingularitas cumulatiua & adminiculatiua.Adducitur concluſio una communis,quòd ſufficit teſtes cõuenire in unũ, & eundem rei finem,licèt in aliis diſcrepent. l. qui ſententiam.ubi Bald.C.de pœn.no.in l. diem proferre. §. ſi plures.ff. de arbit. Old. & Bald. in l. j. C. ſi unus ex pluribus app.Bald.in conſi.39.Proponitur,quòd celebratus.colum. ij.uerſic.nunc eſt uidendum.in conſi. 80. Principalis cura. col.j. in fi. lib. iii. Alibi ſcribit idem Bald. in conſili. 150. Quidam Gaſparonus.lib.iii.quòd ſufficit teſtes cóncordare circa numerationem : nec dicuntur diſcordare, aut ſingulares ex eo, quòd non conueniunt in promiſſione de re

10 ſtituendo.¶ Et quòd ſingularitas † non noceat,quando teſtes tendunt ad eundem finem, tradit idem Bald.in rubr. de controuer.inue.col.j. ubi, ſi unus teſtis deponit de numeratione,alter de confeſſione:quia una probatio non repugnat alteri,coniunguntur ad ſemiplenam probationem. quod Bald.dictum refert & ſequitur Alex. in d. conſi. 21. colum.ij.ante med.lib.iiij.Iaſ.in rep.d.l. admonendi. col. 90.uerſi.alibi etiam dicit multum ſignanter Bald. ff. de iureiur.& in conſi.131.col.pen.circa med.lib.j. & hac ratione uidemus, quòd probant teſtes, quando concordant in dicto principali,licèt ſint ſingulares in cauſa dicti. Specu. in tit.de teſte. §. Iam de interrogatoriis. uerſicul. & hinc eſt,quòd ſi quis uult.Bal.in l.de quibus. colum. penul.in fi. ff.de legib.Calcan.in conſi.ix.colu. ii. ante medium, & in conſi.xix.col.v.poſt med.Corn. in conſi.34.col.ii.lib.ii. & in conſi.146.colum.j.poſt medium,libro tertio. ¶ Eadem

11 ratione† uidemus,quòd teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum quòd in genere:puta hęreſim,iuriſdictionem, uſuras,poſſeſſionem,famam & ſimilia.genus enim conſtat, & perficitur ex pluribus ſpeciebus & particularibus: ideò li-

cèt

cèt teſtes deponant de diuerſis actibus: tamen quia tales actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem unius generiś,non repelluntur teſtes,tanquàm ſingulares.Bar.in l.ob carmen.§.fin.ff. de teſti. Bald. in l. de quibus. colum. penulti.in fin.ff.de legib.ubi Bald. quòd iſto caſu non dicitur ſingularitas: quia per ſingula generis probatur genus. Nam cùm genus repræſentetur in qualibet ſpecie,dicuntur deponere in eodem genere. & iſto caſu dicit Bald. teſtes uidentur ſingulares in caufa ſcientiæ, & non in dicto, quam opi. quòd teſtes ſingulares ſufficiant,quando agitur de probando quid in genere,latè probaui in côſi. 73. colu. viii. poſt med. & colu.ſequent. & ultra doct. ibi adductos, addo nunc Calderi.in conſil.v.in titu.de teſtibus, ubi loquitur in uſura.Paul.de Caſtro in conſ.51. In cauſa ſpectabilium.colum.ii.circa medium. uerſicu. nec obſtat, quòd iſti teſtes.& in conſi.113. Contra ſuperius conſulta. colu. ii. libro ii. in quo conſi.113. loquitur in aditione hæreditatis, quæ ex pluribus inducitur, tàm ex uerbis, quàm ex factis,& non factis.ob id non nocet ſingularitas circa actus aut uerba. Eandem opi.tenet & probat Anchar. pulchre declarans,in conſi.277.Ex prædicta facti narratione.colu. iiii. poſt med. uerſi. non obſtat ſecundum contrarium. in conſi.439.& idem tenet Anchar.in conſi.præced.276.Viſa diligenter.columni.final.uer.præterea ex prædictis actis Geminia.in conſi.117.colum.ij. Alex. ſibi contrarius, in conſi.141.colum.ij. poſt med.lib. j. quod eſt repetitum in conſi.x.lib.vi.idem tenet Alexand.in conſi.85.colum.fina. uerſicul.prætereà teſtes ſingulares.in conſil. lxxxvj. colu. iij. uerſicul. nec haberet obſtare. in conſil. 117. colum.ij. uerſicu.item probatur per plures teſtes.in conſi.clxxij. columna ſecunda in fin.uerſiculo opponitur etiam contra dictos teſtes.libro ſecundo in conſilio xlj.columna teria uerſiculo opponitur etiam contra dictos teſtes.in conſil. cxij. ante fin.libro quarto in conſil.xcij.colum.iiij.uerſicu. nec ob.ſi dicatur.libro quinto in conſi.xiii.columna. fina. & in conſi.clxvii.colum.penultim.in fin.libro.vii.in quibus locis teſtatur Alex.iſtam opin.eſſe ueriorem & magis communem:licèt idem Alexand.in aliquibus conſi.per me relatis

latis in dict.cōſi.lxxiii.uoluerit contrarium,& eius authoritate freti,Deci.Iaſ.& alii.uoluerint. poterant etiam allegare Freder.de ſenis in cōſi.xvii.in conſil.64.Pridi.in fine. Sed miror, quomodò Deci. & Iaſ. non aduerterint ad tot & tanta conſilia Alexand.hic relata: quæ ſi uidiſſent, non arbitror ab hac opinione eos diſceſſuros fuiſſe, ſi enim in duobus aut tribus, locis Alexand. tenuit opin.quòd teſtes ſingulares non ſufficiant,ubi agitur de probando quid in genere,uides quòd in duodecim aut tribus aliis locis te
12 nuit conſtanter cōtrarium.Eandem † opin.quòd teſtes ſingulares admittantur,ubi agitur de probando quid in genere,tenet Areti.in conſ.42.Viſo conſi.colum.ii.uerſicul.ſecundo principaliter dicimus.Socin. in conſi. 295. colu.iii. uerſicu.poſtremo,& ſi omnia prędicta.libr.ii.Ang.in conſ. 233.colum.iii.circa med.uerſic. nec dicat qui eos ſingulares. Guido Papæ. quæſtio. 544. & in commento ſtatuti, ſi quis per literas.in uerbo, & eiectione.in ſina. & nouiſſimè Boerius in ſuis deciſ. Burdegal. quæſti. xxiii. colum. xiiii. poſt med.& quæſt.230.colu.ix.poſt med.qui tamen Boer. fuit ſibi contrarius in dictis deciſionibus.quæſt. 342. & ſecundum hanc opin. quòd teſtes admittantur ad probandũ quid in genere,audiui ita fuiſſe iudicatum per curiam Parlamenti Grauanop. contra quendam presbyterum de Arzelerius, in cauſa uſurarum, contra quem ſolum depoſuerant teſtes ſingulares deponentes de mutuis factis ipſis teſtibus ſub uſuris,& ita accepi, dum agerem Gratianopoli a ſpectatiſſ.domino Nicolao de Boneton, aduocato conſiſtoriali,dum in domo eius eſſem,pro quadam eius cauſa cōtra Ioannem de Chappanis, ubi etiam agebatur de uſuris
13 † cuiuſdã præsbyteri.Deum immortalem,quòd præsbyteri laborent tanto uitio.Sed audiui Gratianopoli dũ eſſem, quendam præsbyterum canonici titulo honeſtatum, dediſſe pecunias cuidam mulieri, quas mulier mutuaret ſub uſuris ultra centeſimas,id eſt, ad rationem quinque ſolidorum pro ſingulo ſcuto in ſingulos menſes,ualente ſcuto ſolidos quadraginta & quinque: quod ipſum abominabile ſcelus audiui concionatorem publicè deteſtantem in eccleſia cathedrali Grationopolis. ¶ Ecce, quòd ad probandum

dum quid in genere, admittuntur teſtes ſingulares ea ratione, quòd in eundem finem conueniant: & licèt loquantur de diuerſis actibus, omnes tamen illi actus referuntur ad idem genus, & ſic non reſultat diuerſitas in facto principali ſupra quo deponunt: licèt per diuerſa media ad ipſum
14 principale perueniatur. Rurſus † quando plures actus habent unam originem & unam cauſam, illa origo probatur per teſtes ſingulares reſpectu actuum: ſed ubi actus ſunt ſeparati, nec apparet, quod habeant eandem originem in probatione talium actuum nõ ſufficiunt teſtes ſingulares. Ancha. in d. conſ. 227. col. v. circ. med. quem refert & ſequitur Cor. in conſ. 34. colum. iii. in fin. lib. ii. modo ubi agitur de probando. quid in genere actus particulares, ex quibus genus ipſum conſtat, dicuntur omnes dependere ab eadem cauſa & origine, id eſt, ob eodem genere: ergo non nocet ſingularitas circa tales actus: quia omnes tendunt ad probationem ſuæ cauſæ & originis: nec ex diuerſitate talium actuum reſultat diuerſitas alicuius facti aut cauſæ: ſed ſem
15 per infertur ad eandẽ cauſam, & idem factum. ¶ Iſtis † ita præmiſſis & declaratis, idem dico eſſe, quando agitur de probatione unius debiti, & reperiuntur plures teſtes deponentes de pluribus confeſſionibus factis diuerſis loco & tẽpore: nam omnes confeſſiones tendunt ad eundem finem, id eſt, ad probationem eiuſdem debiti, & licèt confeſſiones ſint diuerſæ: non tamen reſultat diuerſum aut nouum debitum. Rurſus omnes iſtæ confeſſiones ueniunt ab eadẽ origine & cauſa, id eſt, ab eodem debito: ergo nocere non uidetur ſingularitas circa iſtas confeſſiones, tanquam media perueniendi ad unum finem: nec repugnant tales confeſſiones diuerſæ probationi debiti, imò tendunt ad eius probationem. Prætereà, quòd iſtæ confeſsiones uideantur ſufficere, arguo à ceſſante ratione. Ratio enim quare teſtes ſingulares non probant, duplex poteſt aſsignari. uel quia dicuntur contrarii, quando eſt ſingularitas obſtatiua: uel quia alii alios elidunt & debilitant, tanquam loquentes de diuerſis actibus, ex quibus inducitur diuerſitas facti ab eo facto, quod quis intendit probare. Iſta ratio ceſſat, quã do eſt ſingularitas adminiculatiua & cumulatiua. Aliter
etiam

16 etiam iſtud comprobatur.†Si enim duo teſtes deponerent de una confeſsione facta eodem tempore & loco: non eſt dubium quod probarent,quare idem eſſe non debet,ſi duo teſtes deponant de duabus confeſsionibus factis diuerſo tempore & loco? Vellem ſcire quam maiorem fidem det identitas loci & temporis quando non eſt uis in tempore aut loco:quia locus aut tempus non ſint de ſubſtantia. bene haberetur in conſideratione identitatis loci & temporis,quando ex eorum diuerſitate induceretur diuerſitas facti.Secus,quando ſtante tali diuerſitate ſemper manet idẽ factum, prout quando agitur de probando idem debitum per diuerſas confeſsiones factas diuerſis loco & tempore.

17 Et in † terminis, quòd diuerſitas temporis & loci non habeatur in conſideratione,nec reddat teſtes ſingulares,quã do locus aut tempus non ſunt de ſubſtantia: tradit Roma. in conſi.30.Imol.in conſ.102.colum.ii. allegat Bart.in di. l. ob carmen.§.fina ff.de teſtib.Corn.in conſ. 247. col. ix. uerſ.dato autem ſine præiudicio ueritatis.lib.ij.Guido Papæ quæſtion. 544. ubi quòd ita pluries uidit determinare in curia Parlamenti.Addo Geminia.in conſ.iiij.in fin.ubi, quando agitur de facto ſucceſsiuo, non nocet ſingularitas teſtium in tempore: quia in facto ſucceſsiuo certum tempus,non eſt de ſubſtantia:ſecus, ubi agitur de facto momẽtaneo.Et quod ſcribit idem Geminia. in conſi. 59. colum. j.in fi.ubi quòd ex pluribus præſumptionibus diuerſis temporibus ortis, circa idem diſpoſitis, inducitur probatio per text.in c.ſi præbenda.§.cæterum.de renuntia.libo ſexto,& ſic diuerſitas temporis non uitiat præſumptiones: ergo eadem ratione non debet uitiare probationem, quæ fit

18 per teſtes ſingulares, † in debito, quòd probetur per plures teſtes deponentes de diuerſis confeſsionibus, tradit Paulus de Caſtro in conſ.380. Iudex.in fi.lib.j. & in conſ. 143.Viſo proceſſu,& atteſtationibus col.fi.lib.ii. Ioan. de Ana.in conſi.55.in ſecundo dubio.Alex.in conſ.53. col.ii. circa med.uerſi.ergo etiam præſuppoſito. lib. j. Calca. in conſ.xix.col.v.poſt med.Curtius iunior in conſ.168. colu. vii.Deci.in conſil.650.colum.ii.poſt med.ubi Deci.refert & ſequitur illud conſ.Paul.de Caſt. 380. Ad idem adduco

Areti.in conſ.65.In præſenti conſultatione.in ſecundo dubio.ubi,quòd confesſio abſente parte probata per duos teſtes, quæ inducit ſemiplenam probationem coniungitur cum probatione famæ:quæ etiam ſemiplenè probat ad plenam probationem,ſi confesſio coniungitur cum fama,quæ eſt diuerſæ ſpeciei: quanto fortius coniungentur cum alia confesſione eiuſdem ſpeciei? per ea quæ habentur in d. l. admonendi. ff. de iureiurand. Pro hoc facit, quod ſcribit Alexan.in conſil.18.ib fin.lib.iii.ubi quando agitur de probando perueniſſe ad manus patris de bonis ſpurii tantùm, quod aſcendat ad libras ducentum,non attenditur ſingularitas teſtium circa bona peruenta: dummodò peruenerit uſque ad eam ſummam, quia non eſt uis, quæ bona peruenerint aliqua magis,quàm alia, dummodo probetur ualor bonorum peruentorum. eodem modo non eſt uis, in quo loco & tempore debitor confeſſus ſit: dummodò fuerit cõfeſſus.ergo per teſtes ſingulares circa confesſionem proba
19 ri dicitur debitum. Ad idem adduco † Alexan. in conſil. 156.col.ii.in fi. uerſicu. non obſtat etiam ſi diceretur. lib. v.ubi quando unus teſtis deponit de tempore alter de tẽpore dicit ſe non recordari,non dicuntur teſtes ſingulares, quando tempus non eſt de ſubſtantia actus: ut quando factum eſt tale,in quo non reſultat diuerſus effectus, ſi celebratur uno tempore potius,quàm alio.allegat Innoc. in c. qualiter & quando.ii.de accuſation.Archidiaco.in c.nihilominus.iii.q.ix.Specu.in tit.de teſte.§.iam de interrogatoriis. uerſicu. idem de tempore. & idem tradit Alex. in
20 conſ.236.col.ii.lib.vi. Confirmatur † Ex alio iſta opinio, quòd diuerſitas loci aut temporis non reddat teſtes ſingulares,quando locus aut tempus non eſt de ſubſtantia. Nos habemus, quod teſtes non dicuntur ſingulares ex ſola diuerſitate in cortice uerborum,quando conueniunt in effectu.l.iii.in princ.ff.de teſtib.l.qui ſententiam.ubi Bald. C. de pœn.c. nihil obſtat. de uerbor. ſignifica. glo. in c. cum eccleſia.in uerbo uacillaſſe.de cauſ.poſſ. & proprie. glo.in c.dudum.de conuer.coniuga. Alexan. in conſil.78.col. pe-
21 nulti.in fi.& in conſ.118.col.j. lib.j. Hinc uidemus † quòd ſi unus teſtis dicit,quòd Titius promiſit Seio duos ſolidos Turo-

Turonenſes: alter teſtium dicit, quòd Titius promiſit Se io vigintiquatuor denarios Turonenſes, non dicuntur teſtes ſingulares: quia conueniunt in effectu, ex quo 24. denarii Turonenſes, faciunt duos ſolidos: & ſic idem eſt effectus. ita Bald. in c. bonæ memoriæ, Maguntino. de electio. quem refert Alexander in dict. conſilio. 78. & 118. Si diſſonantia aut diuerſitas in cortice uerborum non nocet, quando idem ſemper eſt effectus. Eadem ratione non uidetur nocere diuerſitas loci aut temporis, cùm ſemper idem ſit effectus. Imo non nocet diuerſitas circa aliquas qualitates aut circunſtantias, quando conueniunt teſtes in facto principali. Alexander in conſilio. 24. columnn. penult. in fin. libr. ii. & in conſil. 88. colum. v. in conſ. 156. colu. iii.
23 li. v. à fortiori, † quando nulla eſt diſcordia inter teſtes, ſed conuenientia, licèt ſit diuerſitas in loco & tempore, ex qua tamen diuerſitate nulla reſultat diſcordia, neque contrarietas, & conſtat magis repelli teſtes ex contrarietate, quam ex diuerſitate: vt per Baldum in dict. l. de quibus. columnn. antepenult. & penult. ff. de legib. & in dict. rubric. de controuerſ. inueſtit. columnn. j. Alexander in dict. conſil. 21. colum. ii. libr. iiii. Iaſ. in repetitione dict. l. admo
24 nendi. colum. 90. ff. de iureiurand Et † quòd teſtes ſingulares coniungantur ad plenam probationem, eo caſu, quo unus teſtis facit ſemiplenam probationē, & quādo ſingularitas eſt cumulatiua & adminiculatiua non obſtatiua, nec diuerſificatiua, adduco Alexandrum in conſ. 76. in ſecundo dubio. ubi quādo unus teſtis deponit de promiſſionē. alter de confeſſione facta præſente parte, coniunguntur iſti duo teſtes ad faciendum plenam probationem: & tamen ſunt magis ſingulares, quàm plures teſtes deponentes de pluribus confeſſionibus: quia hic eſt diuerſitas in loco & tempore, & amplius in actu: quia unus de promisſione, alter de confesſi one: ſed in pluribus confeſſionibus ſolùm eſt diuerſitas in tempore & loco. & illud dictum Alexand. in dict. conſil. 76. refert & ſequitur Ripa in l. admonendi. columnn. 38. ff. de iureiurand. addo Anchar. in conſ. 276. Viſa diligenter narratione. col. ii. uerſicu. & ideo unus teſtis. Aretinus in conſ. 65. In præſenti conſultatione. col. ii. poſt

medium.in ſecundo dubio. ubi pro hoc allegat text.in c. fi.de ſucceſſion.ab inteſtato.Corneus in conſ.13.in princ. lib.j.Calca.in conſ.110.ubi Calca.quòd hoc procedit etiã in criminalibus, ſi unus deponit de delicto, alter de confesſione delinquentis: ſed dubito de Calca.dicto. Fortiùs uoluit Curtius iunior in dict.conſil.168.column.vii. quòd duo teſtes deponentes de duabus confesſionibus factis extra iudicium, abſente parte diuerſis tempore & loco, coniungantur, ut ſemiplenè probent: & quòd coniungantur cum alio teſte deponente de ueritate facti. Et quòd te-
14 ſtes † coniungantur quando unus deponit de ueritate facti, alii de confesſione: tradit Baldus in conſil.240.Donatio.lib.j.ubi,quòd ſaltem ſit coniunctio quò ad ſemiplenam probationem, & quò ad ſemiplenam probationem tradit idem Baldus in rubric.de controuer. inueſti.colu. j. quem ſequitur Alexand.in dict.conſil.21.column. ij. libr. iiij.Iaſon in repetitio.dict.l.admonendi.colum.90. uerſic. alibi etiam dicit multum ſignanter Bald.ff.de iureiuran.& ibi Ripa col.37.poſt medium.Veronen.in conſil. iij. colu. penulti.circa medium.Calca.in conſil.19.column.iiij. ante medium. Corne. in conſil. 307. column. iiij. circa medium.uerſic.& licèt non ſint conteſtes.lib.iij.Imò Socinus in dict.l.Gallus.§.ille caſus.colum.fin.uoluit quòd fiat probatio pluſquàm ſemiplena,licèt non perfecta. Sed mihi uidetur,quòd fieri debeat coniunctio, quò ad plenam probationem. Aut enim in totum impediri debet coniunctio, aut in totum fieri debet. Si enim ideò ſit coniunctio iſtorum teſtium ſingularium: quia ſingularitas non eſt obſtatiua nec diuerſificatiua,ſed cumulatiua & adminiculatiua: quare ſi unus teſtis ſolus faciens ſemiplenam probationem, cõiungitur cum alio faciente etiam ſemiplenam probationem,induci non debet plena probatio: iuxta notata per Bar. & doctores in l. admonendi. ff. de iureiurand. & quòd teſtis deponens de confesſione, & alius de ueritate facti,coniungantur ad plenam probationem:uoluit nouiſſime Gozadinus in conſil. 79. col. iij. ubi loquitur etiam, quando unus teſtis deponit de confesſione abſente parte,quod tamen puto falſum: quia unus teſtis deponens de

confesſio-

confeſſione abſente parte, ſemiplenè non probat: cùm ſi probetur talis confeſſio per duos teſtes, ſolùm inducatur ſemiplena probatio. nec Bartolus allegatus per eum in l. admonendi. illud dicit, ſed loquitur Bar. quando confeſſio abſẽte parte probatur per duos teſtes: quo caſu ſemiplene probat, quod coniungitur talis confeſſio cũ probatione famę: quę etiã facit ſemiplenam probationẽ. Quod ultimũ etiam ſequilur Aretinus in conſi. 65. In præſenti conſultatione. in ſecundo dubio. Ex præmiſsis uidetur concludendum, quòd ſi ſint plures teſtes deponentes de diuerſis confeſſionibus factis præſente parte, quòd coniungantur ad plenam probationem. Idem ſi unus teſtis deponat de confeſſione præſente parte, & duo de confeſione abſente

25 parte. Secus † uidetur, quando duo teſtes deponerent de duabus confeſſionibus factis abſente parte, diuerſis loco & tempore: quia non uidentur coniungendi. ratio: quia unaquæque probatio eſt omnino imperfecta. Alexander in conſil. 180. column. ii. in fin. uerſic. rurſus poſito. libr. ii. & iſto caſu procedat, quod ſcribit deciſio. Neapolita. deciſio. 364. quod tamen non procederet, quando eſſet unus teſtis deponens de confeſſione præſente parte: quia tunc alii teſtes deponentes de confeſſione abſente parte, uidentur coniungendi. Paul. de Caſt. in conſ. 109. Viſa petitione. col. ii. circa med. libr. ii. Secus etiã uidetur, quando quis de confeſſione unica, & teſtes loquerẽtur de pluribus & diuerſis confeſſionibus: quia tunc teſtes dicerentur ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, & dicerentur deponere quid diuerſum ab eo quod eſſet capitulatũ, & ſic probatio diceretur dubia & incerta. Et aduertendum

26 † circa præmiſſa, quòd in caſibus in quibus ſoli teſtes ſingulares non probant, nec coniunguntur, illud non uidetur procedere, quando concurrerent alię coniecturę coadiunãtes dicta teſtium ſingularium: quia tunc teſtes ſingulares multum adminiculantur. Pau. de Ca. in conſi. 281. In cauſa iſta quinque. col. penul. ante finem. libr. j. ideo quando concurrit confeſſio pręſente parte, probata per unum teſtem teſtes ſingulares loquentes de confeſſione abſente parte, coniunguntur ad plenam probationem. Paul. de Caſt.

in d.conſil.109.Viſa petitione.col.ii.circa medium. lib.ii. & quòd teſtes ſingulares iuuentur ex aliis præſumptionibus,tradit Pau.de Caſt. in conſil. 205. Viſo puncto ſupraſcripto.col.ii.poſt med.uer.& licèt uideantur.lib. ii. Alibi ſcribit idem Pau. in conſil. 342. In cauſa Fratalex. col. ii. uer.quarto dicitur.lib.ii.quòd ſingularitas teſtium non nocet,quando ſuperſunt alii teſtes probantes. & dicit Corn. in conſil. 307. colum. iiij. uerſi. & licèt non ſint conteſtes. libr.iii. quòd teſles ſingulares in coadiuuando alias probationes faciunt ſemiplenam probationem.

ARGVMENTVM.

Expresſio alicuius actus, quando non eſt neceſſaria: ut puta,lex præſumpta,illa tanquam inepta, uitiat, quia per expresſionem tollitur iuris præſumptio: quæ ceſſat in re clara.Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem cẽtenariam competit eccleſiæ.Quid de priuato,laico maiore ſeu minore circa præſcript.quadragenariam.Et derogatio ſpecialis requiritur in reſtitu.in integrum.Quid de Papa & Cæſa.& quæ præſcriptionem non admittant.

SVMMARIVM.

1 *Delictũ an non ſit probatum, non probata eius qualitate: nempè die, quamuis tempus non ſit de ſubſtantia.*

2 *Probatio in contrarium non admittitur contra fictionẽ iuris.*Et *quòd antiquitas ſit titulus legitimus.*

3 *Titulus legalis ceſſat,ubi producitur hominis titulus*

4 *Tituli antiquitatis,uim confert lex propter bonam fidem præſcribentis:quæ præſumi uidetur ex lapſu tanti temporis.*

5 *Contrahens cũ pupillo ſine iuris ſolennitate, præſumitur in mala fide.*Et *quid de contrahente cum prælato*. Et *quid in contractu requiratur ſuperioris authoritas,uel iudicis decretum.*

6 *Titulus minus legitimus,an impediat præſcriptionem longiſsimi temporis negatiuam uide.nume. 7.*

8 *Spurius præſcribit hæreditatem paternam, ſpatio triginta annorum*

rum,licèt erret in iure:putans ſe capacem.

9 Præſcriptionem an impediat iuris error, diſtinctione opus. Et idem de contractu contra iura.

10 Error ſentẽtiæ inualidæ,quæ putabatur ualida excuſat à damno.

11 Præſcriptionem impedit error iuris,quando ultra omiſſionem ſolennitatis,reperitur læſio in eccleſia uel minore. Quia factum uidetur clandeſtinum & doloſum.

12 Præſcriptionem impedit error iuris omnino prohibitorij, ex quo reſultat reprobatio actus ſimplex & abſoluta.

13 Probatio in contrarium contra præſumptionem iuris & de iure, non admittitur. Et quod præſcriptio tanti temporis, uim tituli habeat, modo præſcribens ſit in bona fide.

14 Probatio in contrarium, per indirectum admittitur contra præſcriptionem iuris & de iure.

15 Titulum inualidum præſtatio ſubſecuta confirmat.

16 Præſcribentis mala fides an noceat,in præſcriptione temporis, cu ius initij memoria non extat in contrarium. & nume. 18.

17 Bona fides præſumitur ex lapſu longisſimi temporis. poſt cuius lapſum mala non poteſt allegari.

19 Præſcriptio an admittatur contra ſupremam Imperatoris poteſtatem.

Et quantum tempus eo requiratur. Et id maximè, concurrente mala fide.

20 Iure canonico ſtandum eſt in materia malæ fidei: ubi admittitur probatio contra præſcribentem,ſi conſtet de eius mala fide.

21 Bona fides præſumitur ex temporis diuturnitate. Et an ea præſumptio recipiat probationem in contrarium.

22 Conſuetudo aut præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium,per quam acquiruntur regalia & principi reſeruata,an procedat,ſi oneroſa foret eccleſiæ.

23 In conſuetudine ſeu præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, an ſit neceſſe quærere de actibus, à quibus originem habuit talis conſuetudo.

24 Præſcriptione tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium,an ius aliquod fortius acquiratur, quàm per præſcriptionem breuioris temporis.

25 Præſcriptio longi & longisſimi temporis, an & quid differant.

26 Res præſcripta ſi perueniat ad tertium poſſeſſorem,& dominum

directum acquiſitum' præſcriptione, dominus directus non poterit agere contra tertium poſſeſſorem.

27 *Præſcriptionis temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, exceptio, an obſtet agenti poſſeſſorio.*

28 *Iuramento fidelitatis an præſcribatur per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, ut acquiratur libertas non præſtandi. & nume. 30.*

29 *Præſcriptionis uſus in parte, conſeruat ius in totum.*

31 *Conſuetudo collectandi forenſes, an requirat tempus, cuius initij memoria non extet in contrarium.*

32 *Iura regalia habentia cauſam diſcontinuam, ut præſcribantur, requirunt tempus antiquisſimum.*

33 *Conſuetudo collectandi forenſes, non ſit contenta & præſcripta decennio.*

34 *Præſtationes annuæ, an tollantur præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

35 *Agi an poſſit pro iure anno de præſenti, ut cogatur debitor ſoluere ſuo tempore.*

36 *Iuribus annuis quomodò præſcribatur in præſcriptione breuioris temporis.*

37 *Franciæ, item &* Delphinatus *conſuetudo & fauor in præſcriptionibus.*

38 *Præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quomodò probetur.*

39 *Præſcriptionis memoriam non extare in contrarium, an poſſit probari per inſtrumenta.*

40 *Peſcriptionis hominum memoriam extare in contrarium, quomodò probetur.*

41 *Conſuetudo antiquisſima & negatiua, cuius initij memoria non extat in contrarium, an poſſit probari per ſcripturam.*

42 *Præſcriptio centenaria quomodò probabitur.*

43 *Præſcriptione uel conſuetudine ſublata, an cenſeatur ſublata eo, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

44 *Reſtitutio in integ. aduerſus præſcriptionem centenariam aut cuius initij memoria non extat in contrarium, an competat & numero 46. & 47.*

45 *Tempus petendæ reſtitutionis in integrum, an currat ignoranti: nempe quadriennium.*

Doctores

48 Doctores æris potius, quã ueritatis ſtudio ſæpè ducuntur, in cõſulẽdo.
49 Eccleſia reſtituitur in integrum, aduerſus præſcriptionem quadrauariam.
50 Reſtit. in integr. an competat priuato maiori, ex cauſa ignorantiæ probabilis & nume. 54. & 57.
51 Ratio ampliat dictum.
52 Verbum, ratio & mens, unum & idem operantur.
53 Expreſſum id dicitur, in quo uiget eadem ràtio.
53 Reſtitutio an competat contra præſcriptionem. 30. anno.
56 Intellectus l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcriptio. triginta uel quadraginta annorum.
57 Reſtitutio in integrum competit aduerſus præſcriptionem quadragenariam quam nec uerba legis tollere poſſunt, niſi ſpecialiter dicatur.
59 Priuilegio reſtitutionis in integrum, non cenſetur derogatum per clauſulam derogatoriam generalem ſed requiritur derogatio ſpecialis.
60 Verba legis generalia, reſtringi debent ad id, quòd eſt rationis.
61 Reſtitutioni in integrum, ut locus ſit in re dubia, adhiberi debet interpretatio contra præſcriptionem. Eſt enim odioſa præſcriptio.
62 Reſtitutionem petentes in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, ignorantia, non probatur per eius iuramentum.
63 Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem quadragenariã ex capite ignorantiæ intra quantum tempus peti debeat à laicis & maioribus.
64 Iudicis officium ubi poteſt implorari, illi regulariter præſcribitur ſaltem 40. annis. Et an durante ignorantia currat præſcriptio.
65 Eccleſia Romana non ſit ſuperior & potior in præſcriptione, aut reſtitutione, quàm inferior eccleſia, aut alius priuatus.
66 Eccleſia Romana an poſt centum annorum decurſum, excludatur à petit reſtitu. in integrum.
67 Præſcriptionis ignorantia probabilis.
68 Præſcriprio an currat non ualenti agere de iure.
69 Reſtitutio in integrum, datur etiam contra uerum & expreſſè habitum inter partes titulum. Item remedium reſciſſorium, ob cauſam enormis læſionis.
70 Reſtitutio in integrum, non datur ob cauſam læſionis tantum,

niſi etiam concurrat ignorantia læſionis, quæ curſum temporis impedit.

71 *Eccleſiæ non currit reſtitutio tempus, dat a etiam ſcientia ipſius læſionis, quando damnum eccleſiæ eſt grauiſſimum & eminentiſſimum. Et, qualiter illud dijudicari debeat.*

72 *Præſcriptio an detur contra ſupremam poteſtatem Papæ aut Cæſaris affirmatiue. nume. 73.*

74 *Præſcribi an poſſit contra obedientiam & nume. 76.*

75 *Libertas & exemptio poſſunt præſcribi.*

77 *Præſcriptio etiam centenaria, & quantumuis antiqua, non procedit, ſi ſit peccati nutritiua.*

78 *Præſcriptio quamuis antiqua, non procedit in his, quæ poſſideri non poſſunt.*

79 *Iura publica præſcribi poſſunt ſpatio quadraginta annorum. Et ibidem intellectus l. uiam public. ff. de uia publica.*

80 *Ius poſſeſſionis acquiri poteſt, in his etiam quæ ſunt iuris publici, & in uſu publico.*

81 *Poſſeſſionem piſcandi an uideatur quis acquiſiuiſſe, eò ſolùm quod ſolus piſcatus ſit in aliqua patte maris aut fœmininis publici. Et quomodo aliàs acquiratur, & nu. 82.*

83 *Iuris publici quæ ſunt, an præſcribantur etiam reſpectu dominij.*

84 *Iura publica præſcribi non poſſunt ceſſante poſſeſſione.*

85 *Præſcribi non poſſunt, quæ competunt iure facultatis.*

86 *Poſſeſſio ſeu quaſi piſcandi, quæſita ex prohibitione facta alijs, ne piſcarentur in certa parte fluminis, an poſſit contra omnes, etiam non prohibitos, an uerò contra prohibitos tantùm.*

87 *Præſcriptio non procedit in actu, quem ſuperior facit de plenitudine poteſtatis.*

88 *Præſcriptio non procedit in pœnis ſpiritualibus.*

89 *Præſcriptio an procedat in re affecta uitio reali. & quanto tempore. nu. 92.*

90 *Præſcriptio plus poteſt ad præiudicandum tertio, & domino rei, quàm reſcriptum aut priuilegium principis. & nu. 91.*

93 *Præſcriptio an procedat, quando præſcribens eſſet incapax iuris, de cuius præſcriptione agitur.*

94 *Priuilegium Papæ aut ſuperioris, an ſit ad tollendam incapacitatem perſonæ, potentiùs conſuetudine aut præſcrip. Et quid ceſſante capacitate. numer. 95.*

Materia

96 *Materia non præſcriptibilis, an efficiatur præſcriptibilis, quando quis non fundat ſe principaliter ſuper præſcriptione aut tempore: ſed ſuper titulo, quem allegat.*

97 *Præſcriptio non procedit in his, quæ non ſunt conceßibilia.*

98 *Præſcriptio non procedit in his, quæ ſunt merè uoluntaria, aut facultatis.*

99 *Præſcribi an poßint, quæ ſunt merè facultatis.*

100 *Colonus an poßit & quando præſcribere ius perpetuæ coloniæ. & numer.* 104.

101 *Præiudicium nullum infertur ex actu uoluntario.*

102 *Patientia non egreditur ſuos terminos.*

103 *Actus tacitus an difficiliùs extendatur quàm expreſſus.*

105 *Coloni recognitio quò ad temporalitatem, in relocatione ad tempus, impedit præſcriptionem.*

106 *Colonum expellere an licitum ſit domino quandocunque uoluerit poſt ſingulos annos finitos.*

107 *Precarium qui rogauit ad tempus, & finito tempore rem adhuc teneat patiente domino, non reuocari poßit ſecundum naturam precarij.*

108 *Coloniæ perpetuæ ius ex temporis diuturnitate præſumi poteſt. Et à primordio tituli poſterior formatur euentus.*

109 *Mulier omnia bona ſua in dotem dare an præſumatur quòd non in minore. Et quid ſi patiatur maritum ſuum poßidere & adminiſtrare.*

110 *Colonus an remoueri poßit à domino, finito tempore coloniæ expreſſo uel tacito.*

111 *Poſſeßionis cauſam mutare ſibi nemo poteſt, nulla extrinſecus ſuperueniente cauſa mutandi.*

112 *Interpretatio fit ſecundum id, quod uerisimilius eſt, in re dubia.*

113 *Ligare ſeipſum nemo præſumitur in dubio.*

114 *Interpretatio ſtricta fit in contractu expreſſo: ſed ſtrictior in tacitis.*

115 *Voluntatis mutatio præſumi non debet nullo interueniente facto contrario, ex quo illa arguatur.*

116 *Probatio debet de neceßitate concludere.*

117 *Præſcriptio xxx. aut xl. annorum dicitur merè odioſa, inducta in odium negligentiæ.*

118 *Præſumere in dubio id debemus, quod frequentiùs contingit.*

Diſponens

119 *Diſponens non cenſetur uelle illud, quòd fieri conſuetum non eſt Et in materia præſumptionum & coniecturarum ualidum eſt argumentum à communiter accidentibus.*

120 *Præſumptio inducitur ex communi curſu.*

121 *Argumentum à communiter accidentibus an ualeat, ubi etiam agitur de crimine ciuiliter.*

122 *Non præſumuutur ea, quæ non apparent, ſed rebus ſic ſtantibus indicandum eſt.*

123 *De partium mente fuiſſe in dubio id præſumitur, quod utrique earum prodeſt, & neutri nocet.*

124 *Colonus ſeu conductor an non præſcribat contra dominum, niſi interuertat poſſeſsionem domini: dicendo ſe tenere ſuo ipſius proprio nomine, non domini.*

125 *Interpretatio in dubio fieri debet per quamuis coloniæ perpetuæ ceſſet. Et contra id odiſa fit interpretatio.*

MATERIA iſta ſingularitatis teſtium ſic explicata, reuertor ad propoſitum & argumenta Iaſo. dum allegat ineptam expreſsionem uitiare, ubi omisſio non uitiat, multi
1 plicando brocardica. nam arguit † etiam,
quòd ſi quis articulet de tempore. & illud non probet, ſuccumbit. licèt tempus non eſſet de ſubſtantia: puta ſi in libello criminali apponatur dies, & non probetur. de quo etiam tradit idem Iaſ. in l. cum uirum. in iij. not. C. de fideicom. Sed reſpondeo ad iſtud argumentum, quòd ratio eſt quia apponendo diem, qualificatur delictum & declaratur commiſſum eſſe delictum tali die. Itaque ſi dies non probetur non uidetur probatum delictum intentatum, nõ probata eius qualitate. l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ubi Barto. ff. de adulter. Cyn. in l. ij. uerſic. ex hoc arguit Iac. de Aret. C. de probat. Bar. in l. diuus col. j. ff. de re iudic. Bald. in conſil. 431. Præſuppoſito. lib. v. Paul. de Caſt. in cõſ. 168. Super primo dubio dicendum eſt, quod cum diuerſitas. lib. j. & in conſ. 205. In cauſa quæ uertitur coram locum tenente. colum. j. lib. ij. Rom in conſi. 110. Quæſtio. per totum, in conſi. 144. Inquiſitio. & in cõſ. 167. Antonius. col. ij. poſt med. Abb. in conſi. 78. col. fi. lib. j. Ang. in conſ. 217. col. iiii. & ad fi. conſi. Soci. in conſi. 39. col. fi. lib. i. Calcan. in conſ.

15. col.

15.col.ix.uer.& pro hoc facit: quia in hoc contractu.Cor. in conſil.197.lib.ii.in conſi.134. ad fi. & in conſ. 192. col. ii.ad fi.lib.iiii.Dec.in d.l.uinum. col. pen. ff. ſi cer. peta & in conſ. 256. col. iiii. poſt med. uerſi. tertiò principaliter Curt.Iunior in conſil.124.col.vi.ad fi.Guido autem Papæ, q. 553. quòd probatio iſtius qualitatis non attenditur de conſuetudine patriæ Delphinatus, ſed hoc pertinet ad ius conſuetudinarium . Quæ conſuetudo mihi non placet in criminalibus,in quibus probationes eſſe oportet luce meridiana clariores. l. finali. C. de probationibus . niſi aliàs probatio delicti eſſe indubitata . Itaque iſtud argumentum Iaſo. non militat : quia poſtquàm qualitas deducitur in libello , eius probatio dicitur neceſſaria : ut ſciatur an factum propoſitum ſit illudmet , quod in libello deductum eſt , quæ res ſciri non poteſt, non probata qualitate facti. & Iaſ.in hoc uidetur ęquiuocaſſe : quia nos loquimur in eo , quòd non eſt neceſſarium ad actum,ſed probatio diei aut alterius qualitatis eſt neceſſaria, poſtquam pro poſita eſt , licèt eius propoſitio neceſſaria non eſſet.Itaque pręſens difficultas reducitur ad tres caſus . Primus caſus eſt , quando expreſſio alicuius actus non eſt neceſſaria : non quòd ille actus non ſit neceſſarius : ſed quia à iure præſumitur : & tunc expreſſio inepta uitiat, quia per expreſſionem tollitur iuris præſumptio , quæ ceſſat in re clara: prout quando in ſententia exprimitur cauſa minus legitima : uel quando producuntur acta ſolennitatis ſententiæ aut contractus , per quæ apparet de ueritate,id eſt, rē minus ſolenniter fuiſſe geſtā.& iſte eſt caſus noſter.Nā quòd præſcriptio temporis habeat uim tituli , iſtud eſt propter præſumptionem , quam habet antiquitas tanti temporis. Ideò lex titulum , qui tamen uidetur titulus fictus,uel potius uidetur titulus à iure conceſſus antiquitati tanti temporis, ita quòd ſola antiquitas dicatur titulus legitimus .
2 Si enim † eſſet titulus fictus , non admitteretur probatio in contrarium contra fictionem iuris.glo. in l. ſi duo. ff. de acqui.hæred.& in l.ſiue poſſidetis.C.de probat. Cor.in cō ſil.99.col.j.lib.iiij.Secundus caſus eſt, quando aliquid non eſt neceſſarium in aliquo actu,non ratione alicuius p̄ſumptionis:

ptionis: quia illud à iure præſumatur: ſed quia omnino non erat neceſſarium, & tunc ſi adhibeatur, & minus ſolenniter, actus non uitiatur: prout quando adhibetur citatio minus legitimè in facto notorio: citatio enim omninò nō erat neceſſaria: ſecus in ſolennitate, quæ oīnò eſt neceſſaria: licèt non ſit neceſſe eā aliter probare, qn̄ à iure p̄ſumitur. Ideò quando ineptè exprimitur. actus uitiatur, cū eſſet neceſſaria, & appareat minùs legitimè adhibitum eſſe. Tertius caſus eſt, quando aliquid ab initio non erat neceſſaria exprimi, tamen ſi exprimatur & coniungatur cum facto principali, illud qualificat, adeò quòd niſi probetur illa qualitas, non uidetur probatum factum principale propoſitum, & tunc licèt propoſitio illius qualitatis non eſſet neceſſaria: tamen poſtquàm propoſita eſt, & ex ea factum qualificatur, eius probatio uidet̄ neceſſaria. ¶ His ita præ-
3 miſſis & † declaratis dico, quòd ſumus in primo caſu, in quo titulus eſt neceſſarius: ſed non titulus expreſſus, ſed tacitus ſufficit reſultans ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, qui dicitur titulus legalis: quem lex ipſa confert ex lapſu tanti ꝑ tēporis, ceſſante titulo hominis. ſed ubi producitur titulus hominis, ceſſat tunc prouiſio legis: quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. l. fin. C. de pact. conuen. habetur in l. ij. C. de iur. em-
4 phy. Præterea, lex † uoluit conferre uim tituli antiquitatis tanti temporis propter bonam fidem præſcribētis, quæ præſumi uidetur ex lapſu tanti temporis. Barto. & Bald. in l. fi. C. unde vi. Innocen. in ca. ij. de reſtitu. in integ. Abb. in conſi. 89. colum. iij. lib. j. Sed ubi apparet de titulo uitioſo & inualido, apparet de mala fide præſcribentis: quia titulus reprobatus non dat iuſtam cauſam præſcribendi, ſed ex eo fides mala arguitur præſcribentis. l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſi. lib. xj. l. fi. §. ſinautem. C. commu. de lega. ca. dudum. j. de electio. per quæ iura, ita dicit Alex. in conſil. 46. In ultimis uerbis. lib. iij. refert & ſequitur Curtius Iunior in conſil. 60. in fin. Addo gloſſ. in l. j. C. de fid. inſtrumen. & iur. haſt. fiſc. lib. x. Baldus in conſi. 347. Quæro quidam nobiles. colum. j. Poſt med. libr. j. Roma. in l. Celſus. colum. penulti. uerſic. quarto inquantùm Barto. ff. de uſucap.

5 uſucap. Feli. in d. c. ſi diligenti.col. iij.de præſcrip. † Ideò mala fides præſumitur in contrahente cùm pupillo ſine iuris ſolennitate . l. ij. §. ſi à pupillo . ff.pro emptor.idem in omni contrahente contra ius. reg. qui contra iura mercatur. lib. vj. pulchrè Bellamera in conſi.x. col. ix. poſt medium,uerſi.ſecundum fundamentum.& colum.16. poſt medium uerſicu. & ratio huius eſt tradit Calca. in conſi.25. colum.iiij.in fi. Et in contrahente cum pupillo ſine ſolennitate iuris,quòd dicatur in mala fide,tradit Socin.in conſil.22.colum.fin. lib. j. Et in contrahente cum prælato ſine iuris ſolennitatibus,quòd dicatur in mala fide, tenet idem Socin.in conſi.29.colum.pen.lib.j.Et dicit Iaſ. in §.item ſi quis.in colum.vij.num.45.inſtit.de actio.quòd ubi in contractu eſt neceſſaria authoritas ſuperioris, uel decretum iudicis, ſi omiſſo eo contractus fiat, dicitur contrahi clandeſtine & in mala fide: per text.nota.in l.j.C. de præd.curia.lib.x.ubi Bart. glo.in l.j. in uer.occulte. & ibi Bart. C. de his,qui ex publi.ratio.mu.acce.lib.x.per gloſ.ualde nota.in cap.cùm inhibitio.in uerb.clandeſtina.j.extrà de clãde.deſpon.& per glo.ſingu.in dict.l.j.in uerſi.mala fide.C.
6 de fide inſtrum.& iure haſt.fiſca.lib. x. ¶ Sed pro † clariori intelligentia huius duodecimæ quæſtionis aduertendum eſt,quòd iſta quæſtio poteſt intelligi duobus modis, quando producitur titulus non à iure reprobatus, ſed minùs legitimus: quia non interuenerint iuris ſolennia, & de hoc apparet & uerè conſtat.Secundo modo, quãdo producitur titulus omninò reprobatus: puta contractus ſimulatus aut fœneratitius . Circa primum modum contentio eſt inter doctores non mediocris, an titulus minùs legitimus, impediat præſcriptionem longiſsimi temporis: puta triginta uel quadraginta annorum . de præſcriptione enim longi temporis non eſt dubium,quòd eã impedit. l. nunquàm. ff. de uſucap. In præſcriptione uerò longiſsimi temporis, diſcrutiantur doct. inter ſe, an error iuris illam impediat. Et quòd impediat tenet glo.iuncto. text. in c. apoſtolicæ. de donat.ſequitur Paul.de Caſtr.in conſi.70.Quia fruſtrà. colum.fin.& in conſi. 429. In quadam informatione. lib.j. Abb.in conſi.34.col.j.lib.j.& in conſ. 19.col.ij.lib.ij. Alex.

in

in conſ.73.col.fin.lib.ij.& in conſil.46. in ſecundo dubio, lib.iij.Socin.in d.conſi.29.col.vij.in ſecundo dubio, lib.j. Anchar.in conſi.ulti.colum.pen. Sed eſt ſubſcriptio Card. ad conſilium Zilioli de Canitellis, inter conſilia Anchar. in dict. conſil. ulti. & hanc opi. dicit communem Felin. in ca.de quarta.colum.viij.de pręſcriptio. quem refert & ſequitur Curtius iunior,in conſ.ultim.colum.iij. in fin.Eandem opi. tenet Bellamera in conſi. vij. colum. penultim. uerſ.quarta etiam ſolutio.& in conſ.x.colum.ix. poſt med. uerſicu.ſecundum fundamentum eſt.& pro ea Felin.in d.c. de quarta. colum.xj. dicit ſe ponderare tex. in ca. dudum. de decim.ſed ſimilis uidetur tex.in capitu.cura. de iure pa
7 tro. ¶ Contrarium † opi. quòd imò error iuris non impediat præſcriptionem longiſsimi temporis, tenet Roma. in conſilio.123.Circa primum dubium.col.iij. per gloſ. in d. c.de quarta.Paul.de Caſt. ſibi contrarius in conſ. 406. Satisfaciendo.colum.iij.poſt med.in ſeptimo dubio, lib. j.in conſ.iij. In cauſa,quæ uertitur coram domino Vicario poteſtatis Pergami,ad fi.in conſi.44.Circa præſentem caſum notandum.col.ij.circa fi.& in conſ.81.In cauſa, quę uertitur inter reuerendum patrem.colum.iiij.ad fin.lib. ij.allegat Bart.in d.l.Celſus.colum.iij.in fi.uerſicu. dic ergo ubi, quòd bona fides præſumitur, ſi pręcedat titulus uerus uel putatiuus,etiam errore iniuſto,allegat etiam Cyn.in l.uenditioni. C. de uſucapio. pro emptor. Idem tenet Bald. in conſ.22.Primò quæritur,utrum in conceſsione. ad fi.lib.j. & in conſ.511.Quidam prælatus.in fi.lib. v.allegat not. in ca.uolumus.xvj.q.iiij.Idem uidetur uelle Abb.in conſ.37. in tertio dubio.lib.i.dum allegat c.cùm dilectus.de conſuetu.Idem ſentit Calca.in conſ.68.co.ii.in fi.Idem ſentit Rota deciſ.310.Nota,quòd ex minus.in antiq.Idē tenet Calderi.in conſ.ii.col.ii.circa med.uerſic.& ſi uis, quòd neceſſarius. in tit.de conſtitut. Idem tenet Guido Papæ,quæſt. clix.ubi,quòd alienatio prælati ſine conſenſu capituli,præſtat iuſtam cauſam præſcribendi: per tex. in cap. cura. de iure patro.Sed ultra Guido. Papæ,allego ad hoc Frederi.de Senis,in conſil. ccxlvii. uerſi. item in remiſsione. Et hanc opinionem dicit cõmunem Alexandrinus licèt tot patres
non

non referat in conſil.lxxv.col.ii.ad fin.& in conſil.cliiii. ad
8 fin.Eandem opinio. tenet † Ripa in l.i.colum.iii.circa me
dium. ff. quorum bono.ubi quòd ſpurius præſcribit hære-
ditatem paternam ſpatio triginta annorum, licèt erret in
iure, credens ſe capacem, cùm non ſit.poſt Bal. in l. nul-
lo.C.de rei uendic. de quo dixi in conſi.clxv.numer.13.&
quod error iuris non impediat præſcriptionem longisſimi
temporis: tenet Imola. in d. l. nunquàm. ff. de uſucapio.
quem refert.& ſequitur.Socin.in conſil.xxxiii.col. iii. poſt
medium.uerſic.ſecundò reſpondetur.lib.iiii. Eandem opi.
tenent alii doct.relati per Felin.in d.c.de quarta. col. xi.in
tertia limitatione. Quid tenendum? ſi reſpiciamus ad nu-
merum authoritatem pro & contra adductarum, ſcientia
hæc legalis magis in opinione hominum, quàm in ratio-
ne uidetur conſiſtere.Miror, quòd hodie ſic leuiter ſequa-
mur opi. ex numero doct. maximè conſulendo, plerique
enim æris cupiditate adducti, ſecuti ſunt opiniones quas
aut malas notas habebant,& impugnaſſent ceſſante pecu-
niæ libidine: aut quia animi torpore aut ſegnitiæ capti,
non aliter eas deguſtare curæ fuit. Ego ſcribam quid ſen-
tiam diſtinguendo aliquos caſus.¶ Primus caſus eſt, quan-
9 do † præſcriptio habet in ſe naturalem ęquitatem, & tunc
error iuris non noceat.Puta, ſi quis præſcribat relicta ſibi
in teſtamento minus ſolenni, & ita hoc caſu tenet Bald.in
conſilio 179.Quando ſapiens.in fi.lib.iiii. & iſte caſus. po
teſt extendi ad multa exēpla. Quid enim ſi quis idiota aut
iuris rudis,cōtraxit minùs ſolenniter cum pręlato: tamen
re uera ille contractus factus eſt ad commodum eccleſiæ:
adeò quòd etiam interuenientibus ſolennitatibus aliter
geri non potuiſſet res? certè iſto caſu præſcriptio uidetur
in ſe habere naturalem æquitatem. Idem in cōtractu cum
minore,& aliis id genus. & iſto caſu uidetur ceſſare funda-
mentum,quòd præſumitur mala fides in eo, qui mercatur
contra iura: quia illud non uidetur procedere in eo,qui in
ueritate contrahit bona fide, pretium iuſtum ſoluit, qui
uidet illud conuerti ad utilitatē eccleſiæ uel minoris:adeò
quod cōditio eccleſiæ uel minoris potiùs efficitur melior,
quàm deterior. & propterea, quia rem agi uidet ad eccle-
cleſiæ

cleſiæ aut minoris utilitatem, de ulteriori ſolennitate non
curat.Et iſta intelligo etiam,quod præſcribens non tractet
de damno, quia eccleſia uel minor uelit reſtituere pretiū
poſſeſſori.¶ Secundus caſus eſt,quando præſcribens tractat
de damno uitando,& eccleſia uel minor de lucro : & tunc
error iuris non uidetur nocere præſcribenti. l.iuris.ii.in fi.
& l.error.C.de iuri.& facti ign.facit text.in l.qui teſtamen
10 to. in fi. ff. de excuſa.tuto.ubi † error ſententiæ inualidæ,
quæ putabatur ualere,excuſat à damno.E ſine dubio uide-
tur procedere iſte caſus in perſonis, in quibus magis tole-
ratur error iuris, quando agitur de uitando damno, ut in
minore,muliere,milite,& ruſtico,per ea, quæ habẽtur per
Moder.in l.ſi quis,id,quod.ff. de Iuriſdictione omnium iu-
dicum,& in l.iuris ignorantia.C. qui admitti. in Iuriſcon-
ſulto enim contrahente contra formam iuris, aliud uide-
11 tur dicendum. ¶ Tertius caſus † eſt, quando ultra omiſ-
ſionem ſolennitatis, reperitur læſio in eccleſia uel mino-
re,& iſto caſu uidetur procedere, quòd ſcribit Iaſ. in d. §.
item,ſi quis.j.colum.vij.inſtitu. de actio. quòd talis contra
ctus ſine ſolennitate iuris uidetur factus clandeſtinè, & ſic
per dolum & malam fidem. non enim curauit contrahens
de iuris ſolennitatibus, quia intendebat locupletari cum
damno eccleſiæ uel minoris, & conſiderabat id fieri non
12 poſſe, ſi adhibita eſſent ſolennia.¶ Quartus † caſus eſt, &
hic declaratur ſecundus modus intelligendi hanc duodeci
mam.q.quando fuit error iuris omninò prohibitorij, & ex
quo reſultat actus reprobatio ſimplex & abſoluta: adeò
quòd iſte error iuris uidetur in ſe habere implicitum erro
rem iuris,quodammodo naturalis.Puta,quando quis facit
contractum ſimulatum & fœneratitium.& iſto caſu ſine du
bio argui uideť dolus & mala fides cõtrahentis:adeò:quòd
uirtute talis tituli non uidetur in ęternum pręſcribi poſſe,
durante mala fide. & de tali titulo ſic reprobato, quòd
ex eo præſcribi non poſſit,latè,tradit Barba.inter conſilia
Calca.in conſ.28. & ſub iſto caſu uidetur comprehendi di
ſpoſitio text.in d.c.dudum.de decim.quẽ Feli. dicit ſe pon
derare in d.c.de iiii.col.xi. nã ibi titulus habitus à laico ſu
per decimus,uidetur omninò reprobatus,etiam iure quo-
dammodo

dammodo naturali. Qui enim etiam ruſtico dubium eſſe poteſt, quod poteſtas ſpiritualium ad laicos non pertinet. Similiter ſub hoc quarto caſu uidetur comprehendi diſpoſitio d.c.cura.de iure patro. quę ratio uidetur ceſſare, quando titulus omnino & ſimpliciter non reprobatur: ſed ſolũ prohibetur, niſi adhibeatur certa ſolennitas: puta in prælato eccleſiæ: qui ſolum prohibetur alienare de bonis eccleſiæ, non ſeruatis ſolennitatibus iuris. Talis enim prohibitio ſic qualificata non eſt æquè odioſa, ac prohibitio ſimplex & pręciſa. Et ne uidear mihi aſcribere iſtã diſtinctionem in terminis caſus noſtri, tradit Calderi. in conſ. iiii. in tit. de pręſcriptio. & in conſ. ix. in tit. de rebus eccleſ. non alie. Eſt uerum, quod in d. conſi. ix. conſiderat Calderi. prohibitionem ſimplicem, quãdo res eccleſiæ alienatur in laicum. ſed certè illa non uidetur omnimoda & ſimplex prohibitio, ſed qualificata: niſi interueniant ſolennia iuris. & iſto caſu põt cõſiderari æquitas naturalis ex parte accipiẽtis ab eccleſia, ſi ſecundum ueritatem nihil factũ ſit ad præiudicium eccleſiæ cum locupletatione accipientis. Ex præmiſſis abundè æquè & utiliter abſolutam habes hanc duodecimam quæſtio. an antiquitas temporis uim tituli habeat, quando titulus producitur, qui uitioſus ſit. & in † caſi
13 bus in quibus dictum eſt antiquitatem tẽporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, nihil prodeſſe, quando apparet de uitio tituli producti, non obſtat ſecundum argumẽtum ſupra factum: quod talis antiquitas habet præſumptionem iuris, & de iure pro ſe. quia reſpondeo tribus modis. Primo quod contra talem præſumptionem admittitus probatio in contrarium, per confeſſionem partis: ut habetur in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. & in l. fi. ff. quod metus cau. ſed quãdo producitur titulus præſcribentis uel eius authoris, ſatis uidetur apparere de eius confeſſione per ſcripturam, quæ ſemper loquitur. Secũdò reſpondeo, quòd lex contulit uim tituli tali antiquitati tẽporis, quando ceſſat prouiſio hominis. Sed quando apparet de expreſſa prouiſione hominis, ceſſat tunc legis prouiſio. Tertiò reſpõdeo, quòd lex præbet efficaciã tituli tali antiquitati tẽporis, & præſcriptionẽ tã antiquã præſup-

 poſitis

poſitis alijs habilibus ad præſcriptionẽ: puta quòd præſcribens ſit capax iuris,quod præſcribitur, quòd ſit in bona fide: quia quotiens de aliquo diſputatur, præſupponuntur omnia habilia aliundè.l.qui teſtamento.in princ. ff. de teſta. c.j. de ætate & qualit. ſed quando apparet de titulo uitioſo & reprobato, ceſſat bona fides:& fides mala apertiſſime arguitur,quæ præſcriptionem in æternum impedit: ut inferius dicemus.& ſic fateor,quòd contra talem præſumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium, quominus præſcriptio tanti temporis uim tituli ha-
14 beat,dummodo præſcribens ſit in bona fide. Quartò † reſpondeo,quòd contra præſumptionem iuris,& de iure,admittitur probatio in contrarium per indirectum. glo. ſing. & communiter approbata in clem.j.de probatio. quã gloſ. pro multum not.refert & ſequitur Soci.in conſ.242. col.ij. in fi.uerſ.quoniam ad hoc uidebatur poſſe reſponderi. lib. ij.illam etiam glo.dicit ſingularem & communiter approbatam idem Soci.in conſ. 191. col. ij.in fi. uerſi. quæ ratio ceſſat.li.ij. modò licèt directò non admittatur quis ad probandum antiquitatem tanti temporis uim tituli non habere,admittetur tamen per indirectum, dicendo: ego non dico quin antiquitas tanti temporis uim tituli habeat: ſed dico, quòd talis titulus hic non nocet: quia præſcribens fuit in mala fide. probationem produco titulum hunc expreſſum: per quem apparet contractum fuiſſe contra expreſſam iuris prohibitionem, & contra ius quodammodò
15 naturale.¶ Hanc tamen † duodecimam.q. & dicta in ea intelligo,quando quis ignoranter quid ſoluiſſet ex titulo inualido: ſecus ſi ſcienter ſciens ipſum titulum eſſe inualidũ: quia tunc cenſetur approbatus talis titulus quando expreſſe approbatio fieri poſſet, per ea, quæ habentur in l. ſi certis annis.C.de pactis.& in l.j.C.de fideicom.ubi latè habetur, an præſtatio ſubſecuta confirmet titulum inualidum. an autem præſuppoſita ſcientia facti, id eſt, tituli, poſſit quis allegare ignorantiam iuris circa eius inualiditatem. ubi agitur de uitando damno: habetur in locis ordinarijs.
16 ¶ Decimotertiò † quæro,an in præſcriptione temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium, noceat mala

fides

fides præſcribentis? Videretur dicendum quòd nõ,& quod imo allegari nõ poſsit mala fides poſt triginta annos: quia ex curſu triginta annorũ uidetur.purgari præſumptio malæfidei. Bart. in l.fin.in fin.C.unde ui.cum ſimil.ut Deci.tradit in conſ.267.col.iij.poſt med.& in conſ.272.col.v.circa med. Iaſ.in §.ſed iſte.col.19.nu.100.inſti.de actio.& in cõ. 57.col.fi. in fi.in cõſ.72.col.ij.poſt med.lib.j.& in cõſ.209. col.ij.circa fi.li.ij.Curtius iunior in conſi.52.col.iiij. Addo Paul.de Caſtr.in conſi. 169.Viſo quodam proceſſu agitato
17 Forliuii.col.ii.lib.i.ubi, quod poſt lapſum † longisſimi tẽporis mala fides allegari non poteſt.ſimiliter Corn.in conſil.96.col.fin.lib.iiij. uoluit bonam fidem ſimpliciter præſumi ex lapſu temporis lõgisſimi. Et in terminis,quod ma
18 la fides † non noceat in præſcriptione tẽporis, cuius initii memoria non extat in contrarium,tradit Deci. in l.traditionibus.col.iii.circa medium.C.de pact.in conſi. 496. columm.ii.circa medium & in conſ.638.col.i.in fi. allegat Salice.in l.ii.col.fi.C.de ſeruitu.idem tenet Ioan.Zenobius de Vbaldis,inter conſilia Bald.in conſil.370. Verba reſcripti. circa fi.uerſ.non obſtant ea,quæ dicuntur.lib.iii. & nouisſimè Boerius deciſ.39. nu.7. ubi ſimpliciter refert & ſequi-
19 Salice. in dict.ii.C. de ſeruitu. ¶ Sed † contrariũ, quod imo noceat mala fides in tali prẹſcriptione: tenet glo.in c. i.in glo.pen.in uerſic.niſi.de præſcriptio.lib. vi. & ibi Francus col.fi.quam glo.refert & ſequitur deciſio Neapoli. deciſio.368. col. iiii. uerſ.& ideo uoluit. Idem tenet Ang. de Areti.in §.furtiuè.circa princ.inſti.de uſucap. ubi,quòd de iure canonico poſſeſſor malæfidei nõ prẹſcribit in æternum.idem uult Abb.in c. fin.in primo notab. de conſtitutio.ubi requirit bonam fidem, ut quis præſcribat contra ſupremam poteſtatem Imperatoris. & tamen tali poteſtati non præſcribitur,niſi per tempus antiquiſſimum,cuius initij memoria non extat in contrarium?ut habetur in l. imperium.ff.de iuriſdic. om. iud. Imò plerique uolunt talem poteſtatem ſupremam non eſſe prẹſcriptibilem. Idem uult Domini.in c.ſacroſancta.22.diſtin.quem refert & ſequitur Felin.in c.cùm nobis.col.j.de præſcriptio. inferens, quòd Græci non potuerunt, prẹſcribere contra ſuperioritatem

Romanæ eccleſiæ, cuiuſcunque temporis propter malam fidem. Eandem opinionem tenet Bertachi. in iij.parte ſui reperto.in uerbo,præſcriptio, quomodò cauſatur. uerſ. fi. Orlandus de Curte inter conſ.Calca.in cõſ.vj.col.pe.poſt medium. ubi quòd mala fides opponi poteſt uſque ad triginta annos, & millia millium. idẽ tenet Bartolomeus de uulpis.de Socino inter conſilia eiuſdem Calca. in conſ.53. col.ij.ante medium.Iaſon in conſ.24.col.pen. ante med.li. iij.ponderando, quòd in pręcedentibus locutus fuerat Iaſ. de præſcriptione temporis,cuius initij memoria non extat in cõtrarium.& tamen in d.col.pen. uult, quòd noceat mala fides.Eandem opinionem tenet Alexandrinus in conſil.
20 13.col.iij.in fin.Idem ego tenui in conſil.146. & ibi † reſpondi ad dictum Bart. in d.l. fi. C. unde ui.quòd procedit de iure ciuili: ſecus de iure canonico cui ſtãdum eſt in hac materia malę fidei: ut habetur in reg.poſſeſſor malæ fidei. lib.vj.tradit Roma.in conſ.275.ante fin.Alexan. in conſil. 185.col.ix.in fi.uerſ.& pręđicta ſunt ſeruanda.lib.ij.in conſil.51.col.ij.in fi.lib.v.deciſio Neapoli. deciſ.13.col.iij.uerſic.& ſi diceretur mihi.Deciſ.in cõſ.144.col.iij. circa med. uerſic.prætereà iſte. Sed iſta reſponſio non uidetur ſatisfacere:quia Bart.non dicit, quòd poſt triginta annos poſſit quis præſcribere cum mala fide: quia ſi hoc diceret, malè loqueretur attenta diſpoſitione iuris canonici,cui ut dixi, ſtandum eſt: ſed dicit Bart. quòd præſumptio malæ fidei præcedens,tollitur per curſum triginta annorum, uult ergo Bart.ſecùs eſſe in mala fide uera,nõ præſumpta:quia uera mala fides nunquam tollitur, neque purgatur per aliquẽ temporis lapſum: puta,quando ex inſtrumẽto uel teſtibus apparet,quòd ſcienter quis emit rem alienam, prout in caſu,in quo conſului,in dict.conſi.146.ubi unus fratrum uendiderat rem communem ſuo, & fratris ſui abſentis nomine,& ſic uerè apparebat, quòd emptor ſciebat rem ad aliũ fratrem pertinere pro rata.& quòd dictum Bart. non procedat,ubi uerè conſtaret de mala fide aliter,q̃ per præſumptionem:tenet Areti.in d.conſ.153. Conſultatio. in fi.additio.ad Bart.in d.l.fin.C.unde ui.& profectò,ſi uideantur doctor.tenentes opinionem Barto.omnes loquũtur in ma-

la fide præſumpta, excepto Decio in d. conſil. 267. & in dict. conſ. 272. ubi loquitur, quando conſtat de mala fide præcedenti. ſed uel dictũ Decij debet intelligi ſecundum dictum Bart. quem allegat, quãdo conſtat per præſumptionem tantùm, uel ſi aliter intellexit, malè locutus eſt, ad ſalutis perniciem. Aequè dum. Pau. de Caſt. in dict. cõſ. 169. col. ij. lib. i. uoluit malam fidem allegari non poſſe poſt triginta annos, debet intelligi de mala fide præſumpta nõ ue
21 ra. & iſtud eſt quod † doct. dicunt præſumi bonam fidem ex temporis diuturnitate. Innocen. in c. ii. de in integrum reſtitutio. Abb. & Doct. in c. conſultationibus. de iure patronat. & idem Abb. in conſ. 89. col. iii. lib. i. Alexan. in conſil. 78. col. fin. libr. vi in conſil. 16. col. viii. uerſic. quinimò fortiùs. lib. v. in conſil. 151. Viſo themate. col. pen. in fin. li. ii. Aretin. in conſ. 63. In præſenti conſultatione. col. pen. uerſicu. modo poſito. ſed iſta præſumptio quæ inſurgit ex antiquitate temporis, recipit probationem in cõtrarium, ut ſuprà dictum eſt in 12. quæſtio. Putarem tamen, quòd ſi p̃ſumptio malæ fidei eſſet fortior, q̃ præſumptio bonæ fidei proueniens ex tẽporis antiquitate, ꝙ præualeret pręſũptio fortior malæ fidei: qa una præſumptio tollit aliã, & fortior tollit debilioré. l. pen. ff. de reſti. in integ. & ibi no. & in præcedentib. diximus ad aliud propoſitũ. & ita in ſpecie tenet Feli. in c. uigilanti. in fi. de præſcriptio. Boerius deciſ. 211.
22 col. vi. in ii. parte. ¶ Decimoquartò † quæro, uidimus ſuprà, quod per conſuetudinem aut præſcriptionem temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, acquiruntur regalia & principi reſeruata, an procedat talis conſuetudo aut præſcriptio, quando eſſet oneroſa eccleſiæ: uideretur dicendum quod non: quia talis conſuetudo reprobatur. c. i. de conſuet. Contrarium tenet ibi Decius, alleg. Bald. in c. i. in princip. col. vi. uerſicu. quæro quanto tempore. qui feud. dare poſſ. Cardinal. in clementin. ii. quæſt. viii. de rebus eccleſ. non alienã. Addo Rotã deciſio. 841. Vtrũ ualeat conſuetudo. in antiquis. facit Abbas in conſ. vii. col. ii. lib. ii. ubi, ꝙ ex tali cõſuetudine, cuius initii memoria nõ extat in contrarium, põt Epiſcopus recipere onera extraordinaria ab eccleſiis ſibi ſubiectis. & tradit idẽ Abbas in

conſil.26.col.ii.in uerſ.ſed prædictis.lib.ii. ¶ Decimoquin
23 tò † quæro,an in tali conſuetudine tēporis,cuius initii memoria non extat in contrarium.neceſſe ſit quærere de actibus, à quibus originem habuit talis conſuetudo? dic quod non Oldr.in conſ.244.Quia tota.col.iii.uerſ. tertiò opponitur. ¶ Sed aduerte, quod licèt non ſit neceſse deducere, & probare actus, à quibus exordium ſumpſit talis conſuetudo: quia hoc eſset impoſsibile,cum excedant hominum memoriam. eſt tamen neceſſe probare actus in quibus per hominum memoriam ita fuit obſeruatum. imo idem puto in conſuetudine breuioris temporis quod non ſit neceſse deducere & probare primos actus,à quibus originem ſumpſit.ſed ſatis eſt deducere tot actus,quot ſufficiant ad conſuetudinem inducendam iuxta not.in l.de quibus. ff.de legib.& de modo probandi conſuetudinem, ſcripſi in conſil.
24 134.¶ Decimoſexto† quæro,an per iſtam præſcriptionem tanti temporis,cuius initii memoria non extat in contrarium,acquiratur ius aliquod fortius,quàm per præſcriptionem breuioris temporis? dic quod ſic:quia per præſcriptionem longi aut longiſſimi temporis,ſolùm acquiritur dominium utile: per iſtam autem pręſcriptionem temporis,cuius initii memoria non extat in contrarium, acquiritur dominium directum.Fel.in rub.de præſcriptio.col. iii.in tertia fallentia.Bald.Alex.& Moder.in l.traditionibus. C.de pact.Deci.in conſ.85.colum.ij. & in conſ.496. col.ij.circa
25 med.¶ † Vtilitas autem, quod acquiratur directum dominium eſt magna:quia ſi acquiritur dominium directum,ius prioris domini in totum extinguitur, cùm duò non poſſint eſse domini inſolidum, reſpectu eiuſdem rei & eiuſdē dominij.l.ſi ut certo.§.ſi duobus.ff.commodati. conſequēter ſi res præſcripta, ueniret ad priorem dominum, poſſet ab eo uendicari per præſcribentem: ſecus, ſi præſcribenti quęſitum eſſet ius aut dominium utile tantum: ut habetur in l.ſi quis emptionis.C.de præſcript. triginta uel quadraginta annorum.ubi ſit differentia inter præſcriptionē longi & longiſſimi temporis: quia præſcribens longo tempore cum titulo, poteſt rem uendicare etiam à domino directo:ſecus in præſcribente longiſſimo tempore ſine titulo:
quia

quia is non uendicat à uero domino.quicquid nimium generaliter dixerit Corn.in conſ.14.col.vj.lib.iij.Corne.tamen.uoluerunt Petr.Cyn.& Rayn.in d. l. ſi quis emptionis. ubi uoluerunt, quòd etiam acquirens utile dominium per præſcriptionem,poſſit agere rei uendica.contra dominum directum.ſed Alexand.in conſil.238. in princ. lib. vj. tenet,quòd agi non poteſt contra dominum nec alium habentem rem hypothecatam à uero domino. Rurſus ſi res
26 † præſcripta perueniat ad tertium poſſeſſorem,& dominũ directum dicatur acquiſitum præſcriptione,nõ poterit dominus directus agere contra tertium poſſeſſorem:quia ageret ſine ullo iure: ſecus ſi dominium directum non dicatur extinctũ præſcriptione: quia poterit dominus directus agere cõtra tertiũ poſſeſſorẽ. nec poterit tertius poſſeſſor opponere contra dominum directum de iure tertij, qui præſcripſit:& dicere:tu non potes agere, cùm alius præſcripſerit dominium utile huius rei.d.l.ſi quis emptionis.Bald.in
27 conſ.ix.Factũ tale eſt.col.pen.lib.j.Decimoſeptimò†quæro,an exceptio iſtius præſcriptionis temporis, cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium,obſtet agenti poſſeſſorio? Dic quòd ſic:ẽt ſi agatur poſſeſſorio ad decimas. Rota deciſio.159.Si rector alicuius.in nouis,refert & ſequitur Goza
28 din.in conſ. vij.col.iiii.poſt mediũ.¶ Decimooctauò†quæro, an prǽſcribatur iuramento fidelitatis per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, ut acquiratur libertas non præſtandi,ſi quis illud non præſtiterit per tẽpus tã antiquũ?Abb.in cõſ.82.col.ij.verſ. ij. principaliter. lib.j.quod ſic.Sed aduerte circa iſtud dictũ Abb. quia ſi loquimur in eo,qui recognouit rẽ feudalẽ,aut in eius ſucceſſore uniuerſali, nõ uidetur præſcribere ius directi dominij niſi à tẽpore interuerſæ poſſeſſionis.l.malè agit.C.de præſcrip.triginta uel quadraginta anno.Ceſſante igitur interuerſione poſſeſſionis, nunquam currit præſcriptio contra dominum directum. Si uerò loquimur in ſucceſſore ſingulari dictum Abb. poſſet procedere, poſito, quòd talis ſucceſſor nunquàm recognouerit,& rẽ tenuerit, tãquã liberã bona fide.imò iſto caſu nõ uideť neceſſaria præſcriptio tẽporis tam antiqui, ſed ſufficere uideť præſcriptio triginta

uel quadraginta annorũ:per dicta ſuprà in viij.q.In eo uerò,qui tenet rẽ tãquã feudalẽ,nõ uidetur quòd poſſit præſcribere cõtra iuramentũ fidelitatis:quia ex quo dominus directus utitur iure ſuo, in aliquibus uidetur cõſeruare ius
29 ſuũ in totũ.In† materia enim præſcriptionis uſus in parte, conſeruat ius in totum.ſi is, qui uſumfructũ.ff.de uſufruct. Bart.in cõſ.189.Primò quæritur.col.fi.Romã.in cõſ. 198. Nõ eſt dubiũ.col.fi.Pau.de Caſt.in cõſ.179.In cauſa, quã magnificus.col.iiij.in fi.lib.j.Corne.in cõſ.268. col. j.in fi. li.iiij.& quia uaſallus uidetur in mala fide: quia tenẽdo rẽ, tãquã feudalẽ,ſcit ſe teneri ad iuramẽtũ fidelitatis. Dictũ
30 † tñ Abb.poſſet ꝓcedere reſpectu præſtationis eorũ, quæ continentur in iuramẽto fidelitatis: quia ſi uaſallus per tẽpus tã antiquũ ea nũquã præſtitit,uel aliqua tãtũ præſtitit nõ poſſet dominus eũ cogere ad præſtãdũ iuramẽtũ fidelitatis tale.per qđ nouitas fiat cõtra uaſallũ.ita Soci. in cõſ. 257.col.iiii.uerſ.præterea aduertẽdũ eſt.lib.ii.& cõtra dictũ Abb.adduco Bald.ĩ d.l.malè agitur.col.iii. uerſ. ꝓ quas
31 leges dicũt.¶ Decimononò quęro,† an in cõſuetudine collectandi forenſes,requirat̃ tẽpus,cuius initij memoria non extat in cõtrariũ? videtur dicẽdũ,quòd ſic:quia habet cauſam diſcõtinuã,per ea,quæ habẽtur in l.ſeruitutes.la grãd. ff.de ſeruitut. & ita in ſpecie quæſtionis noſtræ tenet Bart. in l.i.col.iiii.C.de mulie.& in quo loco.libr. x. & in l.cùm neq;.C.de incol.e.li.x.ſequitur Alex.in cõſ.52. lib. v.& in cõſ.78.circa fi.lib.vi.Aret. in conſ.132.In cauſa, quæ uertitur.col.iii.uerſ.ii.reſpondeo.Dec.in cõſ.285. circa fi.ubi tamen allegat Alexan.in conſ.68.lib.ii.ubi Alex. tenet expreſsè cõtrariũ,ꝙ nõ requirat̃ tãtũ tẽpus.& ꝙ requirat̃ tẽpus cuius initii memoria nõ extat in cõtrariũ in collectandis forẽſibus,uoluit Corn.in cõſi.268.col.vi.lib.iiii. Curt. iun.in conſ.90.col.iii.poſt med.Sed cõtrariũ, ꝙ tãtũ tempus nõ requiratur, ſed ſufficiat tẽpus decẽ annorũ in conſuetudine collectãdi forẽſes:tenet Alex.in d. conſ. 68.col. iiſ.in fi.uer.nec obſt.ꝙ uideatur neceſsariũ.li.ii.ubi arguit hoc modo. Nã tale ius collectãdi,nõ eſt de reſeruatis principi: cũ inferior poſſit ſtatuere, quòd forenſis teneatur ad collectas. quòd dictum refert & ſequitur Fel. in d. c. cùm nobis.

nobis.col.iii.uer.demum nota unum ſignum.de præſcrip. Iaſ.in d.l.de quibus.col.12.uerſ. & per prædicta redditur ualde.ff.de legib.Curt.iun.in conſ. 60. col. iii. in fi. & iſta opin. uidetur procedere præſuppoſita poteſtate ſtatuendi contra forenſes poſſidentes bona in territorio ſtatuentiũ. Sed difficulas eſt in reſpondendo ad argumentũ ſupra factum in contrariũ, quòd iſtud ius collectandi habet cauſã diſcontinuè, ob id neceſſariũ uidetur tẽpus antiquiſſimũ, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ. Sed ſolutio colligitur ex dictis Doct. iſtã partẽ tenentiũ: uidelicet, quòd hic agitur de conſuetudine, per quã acquiritur ius uniuerſis de populo: in qua conſuetudine etiã iuri cõtraria, ſufficiunt decẽ anni, non habita ratione an habeat cauſam continuã uel diſcontinuã: ut ſuprà uidimus in iiij. differẽtia inter cõ-

32 ſuetudinẽ & præſcriptionẽ. Secundo † reſponderi poteſt, quòd contrarium procedit in iuribus realibus habentibus cauſam diſcontinuam, in quibus requiritur tempus antiquiſſimum: ſecus in perſonalibus in quibus cadit poſſeſſio, uel quaſi quandò aliquod ius debetur à perſona perſonæ. nam tunc talis poſſeſſio ſeu quaſi, dicitur continua propter animum perſonæ, cui ius debetur: quæ perſona continuè retinet poſſeſſionẽ ciuilem animo. Ita reſpondet & declarat Bart.in l.iuſto §.nõ mutat.§.de uſucap. ſequitur Pau.de Caſtr.in conſ.444.In cauſa, quæ uertitur inter communitatem, colum.iii.in fi.lib. j. in conſ. iii. In cauſa, quæ uertitur coram domino uicario poteſtatis Pergami.& in conſ.112.Super primo uidetur dicendum dictam ſentẽtiam.colum.ii.poſt medium.lib.ii.Aret.in conſil.153. Cõſultatio.col.fi. uerſ. ii. præmittendum. Corn. in d. conſil. 268.colum.x.uerſ.nec obſtat ſecunda ratio.lib. iiii. Addo Dominic.in c.non eſt.de conſuetu.lib.vj.ubi, quòd ius præſcribendi confirmationem Epiſcopi aut Archiepiſcopi, nõ dicitur habere cauſam diſcontinuam, cùm perſona Archiepiſcopi cõtinuè poſſideat, ob id non requiritur antiquiſſimũ tempus in tali præſcriptione, cuius initij memoria nõ extat in contrariũ. quod Domi. dictum refert & ſequitur Aufrer.in deciſ.Toloſa.q.324.in fi.aliquid dixi in cõſ.iiii.

33 col.ii.poſt mediũ.Sed cõtra † iſtud dictum, quòd ſufficiat decennium

decennium in conſuetudine collectandi forenſes, uidetur aliud obſtare: quia præſumptio iuris communis eſt contrà pręſcribentē: cùm de iure communi collecta non impona tur forēſi.l.reſcripto.§.fi.ff.de mune.& hon. ob id ceſſante titulo, uidetur neceſſarium tēpus, cuius initij memoria nō extat in contrariū.c.j.de præſcrip.lib.vj. Solutio ille text. non procedit in conſuetudine inducta ab eo, qui expreſsè poſſet ſtatuere ſuper eo, ſuper quo inducitur conſuetudo: quia tunc dici non poteſt præſumptionem iuris eſſe contra inducentem conſuetudinem, ex quo tale ius expreſsè tolli poterat. ita declarat Felinus in dicto capitulo ſi diligenti. columna quinta uerſicul. iii. reſtrictio. de conſuetudine. & quod ille textus non procedat in conſuetudine, tradit Deci. in conſilio centeſimotrigeſimoquarto colum. fin. verſi. ii. reſpondetur. Secundo reſpondetur, quòd text. in dicto capit. j. de præſcriptionibus. libro ſexto, non procedit, niſi quando ageretur de leui præiudicio. Felin. in dicto capit. ſi diligenti. colum. v. ſed hic uidetur agi de leui præiudicio: quia ſi forenſis collectatur in loco poſſeſsionis bonorum, iam non collectabitur pro eiſdem bonis alibi in loco domicilij aut originis: quia pro eiſdem bonis onere duplici grauari quis non debet. l. nauis. §. cum autē. ff. ad legem rho. de iact. l. incola. & l. fi. §. item reſcripſerūt. ff. ad municip. l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. ii. l. qui dotem. ff. de dote præleg. & in collecta tradit Bart. in conſil. 196. Ciuitati Camerinæ. col. ii. poſt mediū. uerſ. nec obſt. quod no.. Tertio reſpondetur, quòd non procedit tex. in d. c. j. niſi quando ius commune fortiter reſiſtit contra præſcribentem: ſecus ſi ſit leuis præſumptio. Abb. in c. uigilanti. colum. penulti. de præſcrip. quod dictum pro aureo refert & ſequitur Felin. in c. de quarta. colum. 13. in fin. uerſicul. ſed conſidera circa primū. & in c. ſi diligenti. col. iiii. uerſi. dū ſubdit Abb. de præſcriptio. Dec. in d. conſ. 134. col. fin. ſubdit propterea Dec. quòd laici præſcribunt ius patronatus. 40. annis: quia ius commune non fortiter reſiſtit. Eodē modo dicamus in caſu iſto, quòd ius commune non fortiter reſiſtit, cùm ex conſuetudine forenſes plurimi collectentur in locis, ubi bona poſſident.

34 ¶ Vigeſimo † quæro,

quid

quid in præſtationibus annuis, an tollantur præſcriptione temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium? Guid. Papæ q. 406. tenet, quod tollantur ſpatio centum annorum. idem tenet Boerius deciſ. 336. in fin. ubi idem, licèt reditus annuus eſſet relictus in perpetuũ: per l.ſi uſus fructus.ff.de uſufruct. legat. ubi Bart. & idem Bart.in l.Mæuius.§. fin.ff.de leg.ii.plenè per Ioan.de Ana. in conſil. 39. Sed aduerte: quia puto, quòd Guid. Papæ & Boerius nimium generaliter fuerint locuti. ſi enim loquimur in relicto annuo ſine dubio bene loquuntur: quia illud æquiparatur relicto uſusfructus, & non tranſit ad hæredes.l.in ſingulos.ff.de annuis leg.& legatum annuum cenſetur relictũm ad alimenta. l. cum hi. §. ſi in annos. ff. de tranſactio.quod etiam legatum alimentorum non trãſmittitur ad hæredes. d.l. cum hi. §. modus. ff. de tranſactio.l. Titio uſusfructus. ff. de uſufruct. leg. Bald. in auth. cui relictum.in fin. C. de indicta uidui. tollen. nimirùm ſi tali relicto annuo præſcribitur centum annis: quia non debetur ultra uitam legatarii,etiam ceſſante præſcriptione. Sed ubi ageretur de præſtatione annua debita ex contractu,tenendo opi. Vltramontanorum,quòd tot præſcriptiones ſint neceſſariæ, quot ſunt anni. quam opi. tenent Guid.Papæ & Boerius in dictis eorũ deciſionibus. Similiter ubi ageretur de annuo relicto,cuius natura eſſet altera ta per teſtatorẽ,ita quòd tranſeat ad omnes hæredes in infinitũ:iuxta l.in annalibus.C. de l.puto,quòd opin. Guid. Papæ & Boerij nullo modo poſſit procedere: quia ſi tot præſcriptiones ſunt neceſſariæ, quot ſunt anni, quomodò uolunt,quòd pro iure futuro, & quod nondũ peti poterat, currat pręſcriptio.cõtra reg.l.j.C.de anna.excep.quòd nõ ualenti agere non currit præſcriptio.Rurſus doct.ſimpliciter & generaliter loquuntur,quòd tot pręſcriptiones ſunt neceſſariæ,quot ſunt anni.& tamen attẽto dicto Guid.Papæ & Boerii, ſequeretur maxima reſtrictio & limitatio ad concluſionem doct.quia in effectu, ſi bene conſideras, ſolùm erit neceſſaria præſcriptio aliquot annorũ,donec ueniatur ad præſcriptionẽ centenariã:contra l. de pretio. ff. de publicia.Nec aliquid faciunt iura allegat.per Guid.Papæ & Boe-

pæ & Boerium: quia, ut dixi, loquuntur in his, quæ de ſui natura non ſunt tranſitoria ad hæredes prout in uſufructu uel annuo relicto. ob id arguunt de caſu ualdè diuerſo &
35 habẽte rationẽ ualde diuerſam. ¶ Sed dicet † aliquis, imò agi poteſt pro iure annuo de præſenti, ut cogatur debitor ſoluere ſuo tẽpore: iuxta plenè not. in l. j. C. de fideicom. Dec. in l. j. colum. pe. ante medium. C. de inſtit. & ſubſtit. capel. Toloſa. q. 30. & ſic non obſtabit reg. d. l. j. C. de anna. excep. Reſpondeo, quòd tale iudicium non poterit perpetuare actionem, niſi ad annos 40. ideò ſi dicas præſcribi annis centum, ſemper fiet cõtra illã regulam, quòd curret præſcriptio nõ ualenti agere: quia præſcribetur iuri de futuro, quod perpetuari non potuit in tantum tẽpus. ¶ Sed in
36 alia præſcriptione † breuioris temporis, quomodò pręſcribatur iuribus annuis? Si quidẽ loquimur de iure annuo debito ex ultima uoluntate: doct. conueniunt Citramontani & Vltramontani, quod tot præſcriptiones ſint neceſſariæ, quot ſunt anni: in annuo uero iure debito ex contractu Citramontani tenent, quòd una tantùm eſt obligatio, ob id, quod unica ſufficit præſcriptio. Bartol. & Moder. in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de oper. noui nuntia. & in l. cùm notiſsimi. §. in his. C. de præſcript. 30. uel 40. an. Specul. in tit. de loca. §. nũc aliqua. uerſ. 41. Areti. in conſ. 112. col. ii. uerſ. unde cõcluditur. latè Cor. in cõſ. 22. col. v. uerſ. his tamen non obſtantibus. lib. iii. Iaſ. in conſ. vii. ante finem libr. j. ubi iſta eſt communis opinio. Vltramontani uerò tenent idem eſſe in iure annuo debito inter uiuos, quod in ultima uoluntate: ut tot præſcriptiones ſint neceſſariæ, quot ſunt anni: ut per Guid. Papæ. dicta quæſtio. 406. Aufrerius in deciſio. Toloſ. q. 342. ubi quòd iſta eſt communis opinio. eorum, quam etiam opi. ſequitur Boerius in dicta deciſio. 336. ſubdit tamen Boerius ibi in ultimis uer-
37 bis, quòd de conſuetudine generali Franciæ, ſufficit † una præſcriptio triginta annorum. Quod ſi uerum ſit, apparet cauſam præſcriptionis in Francia multum eſſe fauorabilẽ. & ſatis fauorabilis eſt in patria Delphinatus, in qua procedit præſcriptio etiã cum mala fide in actionibus perſonalibus contra cõmunem opinionẽ: ut per Guid. Papæ, q. 199.

¶ Vigeſimo-

38 ¶ Vigeſimoprimo † quæro, qualiter probatur præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium? tradit gl. in d. c. j. de præſcrip. lib. vj. quando ſcilicet teſtes deponunt, quòd nunquàm uiderunt, neque audiuerunt ipſi neque audiuerunt alios uidiſſe aut audiuiſſe aliter fuiſſe factum, & econtrà, ſi agatur de probando affirmatiuam, memoriam extare. ſimiliter Oldra. in conſil. 172. Quia omnes. col. iij. in fin. quòd probatur memoriam non extare in contrarium, quando teſtes deponunt de communi opinione & fama eorum, qui circa id arbitrantur: ſcilicet, quòd non uidit aliquem, qui uiderit uidētem, uel audierit audientem contrarium eius, quod articulatur. Et quòd debeat probari communem opinionem eſſe, quòd memoria non ſit in contrarium: uel communem opinionem eſſe nō uidiſſe eos, qui uiderint uel audiuerint, ab alijs, eorum tempore, fuiſſe ſeruatum contrarium, tradit Alexan. in conſil. 16. col. v. uerſicu. nec obſtat etiam, ſi reſponderetur. lib. v. & in conſil. 177. column. iiij. lib. vj. Cor. in conſ. 268. col.
39 viij. uerſ. licèt etiam talis probatio. lib. iiij. ¶ Sed † an talis probatio memoriam non extare in contrarium, fieri poſſit per inſtrumenta? Ioan. And. in d. c. j. de præſcri. lib. vj. quòd non ſequitur Alexan. in d. conſil. 16. col. v. lib. v. ¶ Sed qualiter probetur affirmatiua, ſcilicet memoriam hominum
40 † extare in contrarium? Dic, quòd probando à centeſimo anno citra fuiſſe obſeruatum contrarium ante litem conteſtatam. Alexan. in d. conſil. 16. col. v. lib. v. poſt Ioan. And. & Anto. de But. in c. quid per nouale. de uerbo. ſignifi. ¶ Similiter affirmatiua memoriam in contrarium extare, probatur per inſtrumenta, ex quibus apparet de contraria obſeruantia. Ioan. And. in dict. c. j. circa finem. de præſcriptio. libr. vj. ſequitur Alexand. in conſil. 75. colum. iij. uerſicul. ij. poteſt reſponderi. libr. iiij. pro quo facit Curtius iunior in conſil. 174. column. viij. poſt medium. ubi, quòd non poteſt conſiderari præſcriptio, cuius initii memoria non extat in contrariū, quando conſtat de initio tituli non ita antiqui. & ſic optimus probādi modus memoriā extare in contrarium, erit ſi produci poſſit titulus rei, de qua agitur, ex quo appareat rē nō ita de antiquo eſſe, ut conten-

41 contenditur.¶ Sed uidetur,† quòd etiam conſuetudo anti quisſima,& negatiua,cuius initij memoria non extat in cō trarium,posſit probari per ſcripturam.l.uetuſtisſimā. ubi An.C.de iure domi.impet. ubi ex librorū recitatione prc batur cōſuetudo circa prçſcriptionē pignorū:ſed certè ibi agitur de conſuetudine affirmatiua præſcribendi pignora. Sed in conſuetudine negatiua,quòd per ſcripturam proba ri posſit,adduco Soci.in conſ.94.in cauſa ualiditatis inſtru menti.col.iij.in fi.uerſ.circa ſecundum fundamētum.lib.j. ubi,quòd per libros officij probatur conſuetudo recipiēdi fideiusſiones,ſine teſtibus:& ſic cōſuetudo negatiua,quòd teſtes nō ſunt neceſſarij in receptione fideiusſionis.Sed cō ſidera pro ſolutione,quòd iſta potius uidetur conſuetudo affirmatiua , ꝙ recipiantur fideiusſionū acta ſine teſtibus. Rurſus ad dictum Soci.poſſet reſponderi,quòd nō ſufficit produci ſcripturas officij , in quibus apparet receptas eſſe fideiusſiones ſine teſtibus:niſi probetur, quod talibus ſcri pturis fides data ſit.ita Abb.in conſi.53.& in conſi.73.col. iiij.in fin.lib.ii.ubi,quòd ex pluribus inſtrumentis , in qui bus non reperitur appoſita aliqua ſolennitas , non proba- tur conſuetudo, quòd inſtrumenta posſint fieri ſine illa ſo lennitate:niſi probetur,quòd talibus inſtrumentis fides da ta ſit,& uenerit in notitiam maioris partis notariorum & populi.ſed dictum Abb.mihi nō placet in tēpore antiquo, cuius initij memoria non extat in contrarium : quia tunc plura inſtrumenta de antiquo habent uim probationis fa mæ: ut habetur in l.cum aliquis.C.de iur.delib. & dictum eſt ſuprà in prima parte,quę probatio per famā in antiquis ſufficit etiā ubi agitur de graui præiudicio: ut ſæpè dictum
42 eſt.¶ Sed qualiter† probatur præſcriptio annorum centū: quam dixi eſſe maiorem præſcriptionē cuius initii memo- ria non extat in contrarium.glo. in dict. c. cùm nobis. de præſcrip.dicit probationem eſſe imposſibilem,cū probari non posſit,neque inſtrumentis,neque teſtibus & idem di cit Dec.in c.cùm dilecta.col.iiij.in decimo notab.de con- fir.utili uel inuti. niſi ſecundum eum , probetur per teſtes deponentes de auditu & fama:ſed non puto talem proba- tionem ſufficere in præſcriptione centū annorū: quia hoc
modo

modo eccleſia Romana, quæ ſola gaudet priuilegio præſcriptionis centenariæ, in effectu non ita reperitetur priuilegiata: cùm etiam inter priuatos ſufficiat probatio per auditum & famam in his, quæ excedunt metam annorum centum. ut ſuprà diximus in prima parte, in materia famæ. Rurſus illa probatio per auditum & famam, ſufficit in probatione dominij iam acquiſiti, ſeu quod iam acquiſitum dicitur in antiquis. ſed quando agitur de probando acquiſitionem dominij, in qua acquiſitione neceſſarium eſt tempus centum annorum, quòd ſufficiat probatio per auditum & famam, hoc non uidetur iuri conſentaneum. Iam glo. & doct. in dict. c. cùm nobis. de præſcript. hanc probationem præſcriptionis centenarię per auditum & famã, expreſsè reprobant. ob id modum probandi talem præſcriptionem centenariam tam per teſtes, quàm per inſtrumenta, tradit Abb. in d c. cùm nobis. fama tamen & aliæ præſumptiones multùm operantur in huiuſmodi præſcriptione centum annorum probanda: ut per Bald. in d. auth. quas actiones. col. fi. C. de ſacr. ſan. ecc. ¶ Vigeſimoſecundo
43 † quæro, an ſublata præſcriptione uel conſuetudine, cenſeatur ſublata ea, cuius initij memoria non extat in contrarium? dic, quòd nõ: ut per Felin. in rub. de præſcript. col. fi. ſequitur Deci. in cõſ. 271. col. j. & col. v. in fi. & in cõſ. 496. col. ij. in fin. Quod procedit, licèt reprobetur aut tollatur præſcriptio longiſsimi temporis: quia non cenſetur ſublata ea, cuius initij memoria non extat in contrarium. Abb. in conſ. 26. col. ij. uerſicu. ſed prædictis. lib. ij. & licèt lex aut ſtatutum loquatur per uerba uniuerſalia negatiua, quòd nulla currat præſcriptio. Felin. in d. rub. de præſcrip. col. fi. Iaſ. in conſ. 92. col. pen. in fi. lib. iii. ¶ Amplius ſublata præſcriptione, non cenſetur ſublata præſcriptio longiſſimi temporis 40. annor. quando ſtatutum remouens præſcriptionẽ, poteſt aliquid operari. Bald. in c. j. §. prætereà. circa fin. de capitu. Corra. & in conſ. 44. Contra quendam. circa fi. uer. præterea dixit lex. lib. v. Aret. in conſ. 15. in tertio dubio. & in conſ. 103. In cauſa & quæſtione. colum. v. uerſi. ſecundo præmitto. Feli. in d. rub. de præſcrip. col. fi. Curtius Iunior, in conſi. 158. col. iiij. circa med. ¶ Vigeſimo
tertio †

44 tertio † quæro, an contra præſcriptionem centenariam, aut cuius initij memoria non extat in contrarium, competat reſtitutio in integrum? Hanc quæſtio. latisſimè examinat Boerius deciſ. 39. dicens, quòd ab adoleſcentia ſua uſque ad id ætatis, tempus, nihil ſcripſit difficilius, propter uarietates doctor. quas copioſisſimè adducit. Sed uidetur mihi, quòd in uno confusè & æquiuocè fuerit locutus: quæ res difficiliorem præſtitit quæſtionem. nam dicit Boerius, quòd in hac materia Alexand. fuit ſibi contrarius: quia in conſil. 151. Viſo themate. column. fin. in conſil. 163. colum. iij. lib. ij. in l. iij. §. Labeo. ff. de acqui. poſſeſ. & in l. cùm filius. §. in hac. ff. de uerbo. obli. tenent non cõpetere reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionẽ quadraginta annorum ex capite ignorantiæ. & tamen idẽ Alex. in conſil. 71. columna. fi. lib. j. in conſi. iiij. colum. vj. in fi. uerſic. nec obſtat ſi diceretur lib. ij. in conſil. 116. librõ. v. in conſil. 39. num. 17. & nu. 21. lib. vj. quòd prius habetur, in conſi. 63. lib. iiij. & in conſil. 150. colum. ij. lib. vij. ſecutus fuit Bald. in l. falſam. C. ſi ex falſis inſtrumen. ubi uoluit, quòd tempus quadriennij ad petendum reſtitutio-
45 nem in integrum, ſit † utile ab initio: nec currit ignoranti, licèt per centum annos petita non fuerit reſtitutio in integrum. idem uoluit Alex. in conſ. 89. col. iij. uerſi. uel dato, quod præſcriptiò. lib. ii. in conſ. 69. colum. ii. uerſi. unũ tamen rememoror. lib. iii. in conſi. 63. col. v. uerſic. nec obſtat ſi diceretur. & colum. penultim. lib. iiii. quæ conſilia refert & ſequitur Iaſ. in d. authen. quas actiones. col. ix. in fin. uerſic. unum tamen tene perpetuo cordi. C. de ſacroſanct. eccle. Addo Alex. in conſi. 84. colum. ii. lib. j. idem etiam uoluit Abb. in c. j. col. fi. de præſcript. & in conſi. 32. circa fin. lib. j. Corn. in conſi. 219. colum. pen. lib. ii. & in cõſi. 87. col. ii. in princip. lib. iiii. Bertachi. in tertia parte ſui repertorij, in uerb. reſtitutio in integrum quando. uerſ. 17. & in uerbo, terminus currit. uerſicu. 17. Paul. de Caſt. in cõſi. 298. Quòd dictus Guido. circa fin. lib. j. Soci. in conſil. 194. col. iii. in fine uerſicu. iii. quia reſtitutio. lib. ii. & in cõſil. 66. circa finem lib. iiii. Deci. in conſil. 36. colum. final. & in conſi. 42. in fin. Felin. in c. placuit. colum. v. poſt mediũ, uerſi.

uerſi.limita ſeptem modis.& in c.uigilanti.colum.ii. poſt medium,uerc.ad illud quod lex.de præſcript. Deci.in cun ſil.436.colum.ij. & licèt Boerius, in dicta deciſio. 39. numer.iiii.dicat,quòd iſta opinio Baldi eſt mirabilis: tamen ſi uideantur doctores tam multi antiqui & modern. eam ſequentes & fundantes per iura & rationes, non uidetur ita magnopere mirandum: licèt Iaſon in §. rurſus. colum. 13.numer.73.inſtitu.de actio. eam firmare auſus non fuerit. ſed ibi non citat Docto. quos allegat in dict. authen.
46 quas actiones. ¶ Sed ex hoc † non poterat Alexand. notari contrarietatis.nam contrarietas conſideratur, ſi dicimus aduerſus præſcriptionem 40.anno.datur reſtitutio ex capite ignorantiæ,& reſtitutio non datur.Sed dicere,quādo datur reſtitutio,quadriennium quod competit. ad petēdum reſtitutionem, eſt utile, nec currit ignoranti, in hoc nulla eſt contrarietas: quia illud intelligitur in caſibus in quibus reſtitutio competit. & in hoc quod quadriennium non currit,niſi à die ſcientiæ. Alex. nunquam fuit contrarius,ſed ſemper ſequutus eſt Bal.in d.l.falſam.C. ſi ex falſis inſtrum. Abb.in dict.c.j.in fi.de preſcr.in alio tamē fuit Alexand.contrarius:quia in dict.conſ.151.col.fin.in conſi. 163.colu.iii.lib. ii. tenet non competere reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum.Idem tentat idem Alex. licèt non ponat pro cōſtanti in d. l. iii. §. Labeo.in fin.ff.de acquiren.poſſeſs. & in d.l. cùm filius §.in hac.ff. de uerbor. oblig.ſed idem Alexand. in conſ.71.colum.ii.in dict.conſi.84.colum.ii.lib.j. in conſil.169.columm.fi.lib.ii.& in dict.conſi. 116. lib. v. tenet, quòd datur reſtitutio,ſecundum communem opinionem. Eandem opinionem, quòd datur reſtitutio, ſecundum communem opinionem quòd detur reſtitutio. aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum tenet Soci. in conſil.80.columm.fin. lib.iii.& in conſ.66.colum.ii. poſt med. lib. iiii.in eandem etiam opinionem uidetur inclinare idē Socin.in d.l.cùm fil ius.§.in hac.in fi.ff.de uerb. oblig. qui tamen Soci.etiam contrarius ſibi fuit,& contrarium tenuit in conſ.164.in fi.lib.ii.in conſi.ii.col.pe.circa med.& in
47 conſ.38.in fi.lib.iii.Cōtrarius † etiam fuit ſibi Decius.nā

Hh in conſi.

in conſi.29.in conſ.373.& in l.ii.colum.ii.circa mediũ, C. qui admitti.tenet,quòd non detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum.ſed idem Deci.in dict. conſi.36.colum.fin.in conſi.164.col. penul.in fin. uerb. & ex his breuiter.& in conſi.267. colum.fi.refert & ſequitur Alex.in dictis conſiliis,in quibus tenuit reſtitutionem cõpetere. Variauit etiam in hac quæſtione Gozadinus. nam in conſi.viii.in fi.& in conſil.68.col. iiii. circa med. tenet, quòd non datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem. 40. annorum.ſed idem Gozad.in conſil. 56. columη. iii. circa med. tenet, quòd datur ſecundum ueram & communem opin.Contrarius etiam ſibi fuit Alex.nam in conſil.13.colum.fi.tenet reſtitutionem in integrum competere ex capite ignorantiæ,etiam aduerſus præſcriptionẽ centenariã. Sed quòd non detur reſtitutio aduerſus præſcriptionẽ quadragenariam,tenet Alexandrinus in conſ.12.in fin. in con
48 ſil.56.circa finem,& latiùs in conſi.97. Heu miſeros † litigantes,qui in manus incidistis doctorum,qui leges circunferunt in ambabus (quod aiunt) manibus. Pudet me tantæ doct. uarietatis: qui apud uulgus intellectus uelocitatem non conſiderans, æris conſulendo rationem habuiſſe uiſi ſint potius,quàm ueritatis,cur non opi. unam alterã electam habuerunt,quam firmiter tenerent:aut ſi mutatio opinionis melior uiſa eſt, cur mutationis & uarietatis non
49 reddiderunt rationem.¶ In qua difficultate † conſiderandum eſt,quòd in eccleſia res non habet dubium, quòd reſtituatur aduerſus præſcriptionem quadragenariam:ut per Deci.in d.conſi.29.& in eccleſia, etiam loquitur Alexan. in d.conſi.150.libro vii.idem eſt in minore: quia ſi contra eum perfecta eſſet præſcriptio 40. annorum inchoata contra defunctum, reſtitueretur in integrum. Socin. in conſi. 153.colum.x.uerſicu.ad ſecunda uerò.& in conſ. 299.ante fin.lib.ii.Idem in ciuitate.Socin.in dict.conſi. 66. colu.
50 ii.li.iiii.Sed difficultas † eſt in priuato maiore,an reſtituatur in integrum ex cauſa ignorantiæ probabilis? hic doct. laborant,& ſuprà uiſum eſt de contrarietate.Breuiter ego puto,quòd ſi ignorantia ſit probabilis, cõpetat reſtitutio. quam opin.tenuit Alex.in d.conſi.71.in conſ.84.li.j. in d.
conſi.

conſi.169.colu.fin.lib.ii.& in d.conſ.116.lib.v.eandẽ opinionem tenent plures doct.ſuprà relati.& licèt Decius in dict.conſi.29. uoluerit euitare authoritatem Alex. dicendo,quòd loquitur in eccleſia.Dico,quòd iſta reſponſio nõ ualet.quia Alexand.loquitur etiam in locis.& clarè id apparet in dict.conſil.116.lib.v. Rurſus conſideranda eſt ratio Alex.in dictis conſiliis: quia ignorans dicitur impeditus iuſto & legitimo impedimento facti,ob id quod reſtitutio datur etiam laicis maioribus, quæ ratio non erat neceſſaria in eccleſia: quia reſtituitur propter ſolam læſionem,etiam ceſſante ignorantia. Ideo poſito quòd loquere-
51 tur Alex.in eccleſia ſolùm:tamen attendi † debet ratio dicti Alex.non eius dictum:quia ratio ampliat dictum. l. cũ pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.ii. & quando ratio eſt generalis, illa attenditur in omni caſu, in quo militat. Barto. in l.pater filium.§.fundum.in fi.ff.de lega.iii. Bal.in l.uoluntas.col.fi.C. de fideicom. & potiùs attendi debet ratio dicti,quàm cortex uerborum. Bald.in conſi.67. Dominus Papa.colum.ii.lib.ii.per tex.in l.ita autem in princip.ff.de admini.tuto.in l.milites agrum.ff.de re milit.& not.in l. ſi is qui animo.ff.de acqui.poſſeſ.& ratio ſtatuti, ampliat ſtatutum.Bald.in conſil.285.Si quis.colum. ii. circa fin. libr. iii.per l.non ſolùm.§.qui primipilum. ff. de excuſat. tuto.
52 Sunt † enim tria, quæ unum & idem operantur: uerbum, ratio,& mens.& talis præſumitur uoluntas aut mens,qualis per uerba aut rationem declaratur.Bald.in conſi.ii.Verba ſtatuti.col.ii.libr.j & cùm ratio ignorantiæ aut impedimenti, quod reſultat ex ignorantia, allegata per Alexan. militet etiam in præſcriptione quadragenaria contra laicũ maiorem,perindè eſt, ac ſi talis caſus expreſſus fuiſſet per
53 Alex.quia † expreſſum id dicitur, in quo eadem uiget ratio.pulchrè Abbas in conſil.75.col.iii.libr.j.Bald.in conſ. 384.Statuto ciuitatis cauetur,quòd nullus.colum.ii.lib.v. Eandem opinionem, quòd reſtitutio competat aduerſus
54 † præſcriptionem quadragenariam etiam maiori, uoluit Alex.in conſi.viii.column.fina. libr. iii. dum utitur uerbis uniuerſalibus,quòd contra quàmcunque aliam pręſcriptionem competit reſtitutio. Qui enim totum dicit, nihil ex-

cludit l.Iulianus. ff. de leg. iii. l. à procuratore. C. mand. cum ſimilib. Eandem opinionem tenent plurimi alii doct. ſupra cõmemorati,& alii,quos Boer.refert.in d. deciſ. 39.

55 ¶ Secundo cõſidero,pro hac opini.quòd etiam doct. † tenentes non dari reſtitutionem contra præſcriptionem 40. annorum, tamen pro maiori parte tenent illam competere contra præſcriptionem triginta annorum:& in hoc non eſt dubium, quin opinio communis ſit : cum Barto. in l.j. §.ſi quis autem.ff.de iti.actuque priua. & in dict. l. cum filius.§.in hac. ff. de uerbor. obliga. & in triginta annis hoc firmat Decius in d.conſi.xxix.Modo dico,quòd ratio allegata per Bart.& doct.communiter.pariter militat in præſcriptione quadragenaria.nec doct.id negant. modo dico, quòd ex identitate rationis idem dici debet in præſcriptione quadragenaria.per ea,quæ ſtatim dixi de identitate rationis : & latius ſuprà dictum eſt in materia extenſionis conſuetudinis . itaque tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad text.in l.omnes.C.de præſcrip.triginta uel quadraginta anno.quem Deci.multipliciter ponderat, & inducit in dict.conſil.xxix.& uult Deci. quòd quicquid deerat ad tollendum actiones,& eas præſcribendum. per l. ſicut.præcedentem,id ſuppletum ſit per d.l. ſicut. reſtitutio in integrum non eſſet ſublata ex capite ignorantiæ: tamẽ ſublata ſit per dict.l.omnes.Sed parcat mihi Decius : quia

56 iſta † inductio uidetur nimium extranea:quia fateor,quòd mens illius.l.omnes.fuit ſupplere dict. l. ſicut . adeò quòd omnes actiones & omnia iura,quæ non comprehenderentur per dict. leg. ſicut. eſſent comprehenſa per dict. leg. omnes. ita ut meta & finis omnium iurium circumſcriberetur ſpatio quadraginta annorum. ſed intentio illius leg. ſicut.non fuit tollere remedium reſtitutorium, quod poſſet competere aduerſus præſcriptiones legitimè cõpletas.

57 ex cauſa iuſta & rationabili . Et quòd † iſtud ſit uerum, oſtendo uno fundamento æneo & aggeribus Taurini efficaciore. ſi conſideratio & ponderatio Decii uera ſit, ſequetur una correctio communis concluſionis, quæ habet, quòd quadriennii tempus conceſſum à lege ad petendum reſtitutionem in integrum, eſt utile, & ſolum currit à die

ſcientiæ:

ſcientiæ: adeò quòd etiam uſque ad centum annos reſtitutio peti poſſet, ut ſuprà abundè uidimus. quàm concluſionem ipſemet Decius ſecutus eſt, in conſi.xxxvj. colum. fin.& in conſil.42.in fin. ſuprà alleg.modo ſi per dict. leg. omnes. dicatur ſublatum etiam remedium reſtitutorium, dico quòd lapſis.xxx.annis,& ſic completa præſcriptione. xxx.annorum, contra quàm doct.uolunt communiter dari reſtitutionem in integrum, tempus petendæ reſtitutionis, finietur decennio, etiam præſuppoſita millies ignorantia probabili: quia poſt. 40. annos fruſtra quæritur de reſtitutione in integrum, cum illa ſit ſublata per d.l.omnes ſecundum Decii ponderationem, & uellem, quòd aliquis bis, ter quaterque ſubtilis reſponderet ad hoc argumentū.

58 ¶ Tertio contra † Decium & alios tenentes reſtitutionē in integrum non competere aduerſus præſcriptionē quadragenariam, propter uerba uniuerſalia & prægnantia d. l.omnes.per quam omnia iura præſcribuntur & publica & priuata.& quia pleniſſimam parit ſecüritatem,& quia præſcribens tanto tempore nullam moleſtiam & inquietudinem pati debet.leg.fin.C.de fundis patri. lib. xi. conſidero, quòd talia uerba non ſunt ſufficientia ad tollendum remedium reſtitutionis in integrum, niſi ſpecialiter dicatur.Quod probo.Primò, ex eo, quòd Bald.ſcribit in conſil.236.Statuto ciuitatis.libr.j.ubi ſtante ſtatuto, quòd nō poſſit appellari, quærelari, uel de nullitate dici: poterit tamen peti reſtitutio in integrum, & tamen ſatis quærelat, qui reſtitutionem petit.Secundo ex eo, quod not.glo.in c. coram fœlicis de in integr.reſtit. ubi, quòd per illa uerba generalia: quòd quis moleſtari uel inquietari non poſſit directè uel indirectè à quauis perſona, non cenſetur ſublatum remedium ſpeciale reſtitutionis in integrum. quam glo.pro nota.refert & ſequitur Aretin.in conſ.160. In præſenti conſultatione.col.ii.poſt med. uerſ. confirmatur iſta reſponſio.Socin.in conſil.153.col.x.uerſi. confirmatur reſpōſio ſua.& in conſ.299.col.pen.in fi.lib.ii.Ad idem uidetur glo.in l.poſtquā liti.in glo.fi. & ibi moder. C. de pact. ubi licèt text.dicat, quòd nulla ratio permittit inſtaurari litem finitam per renuntiationē litis: glo.tamē dicit, quòd

non cenſetur ſublata reſtitutio in integrum. & illam glo.
59 ibi pulchrè exornat Iaſ.col.pen.Rurſus † cùm iſtud priuilegium reſtitutionis in integrum,ſit clauſum in corpore iuris,non cenſetur ei derogatum per quācunque diſpoſitionē etiam habentem clauſulam derogatoriā generalē: ſed derogatio ſpecialis requiritur.glo.in l.ii.§.legatis.in uerſ.cō ueniuntur.ff.de iudic.gloſ.& Barto.in authen.qua in prouincia.C.ubi de crim.agi opor. ita in reſtitutione in integrum arguit Crotus in repeti.l.nemo poteſt.col.26. circa
60 med.uerſ.tertio fallit.ff.de legat.j.¶ Quarto † conſidero, quòd licèt d.l.omnes.utatur uerbis uniuerſalibus: illa tamen reſtringi debent ad id, quod eſt rationis. l. quamuis. ff.de in ius uocan. Bald.in authen.ingreſſi.colum. j. C. de ſacroſan.eccleſ.& ibi Deci.col.iii.in fin.& idem Bald. in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legitim. ſed nulla ratio naturalis neque ciuilis dictat,quòd ubi quis fuit ignorans, & ſic iuſtè impeditus,ſubueniri ei non debeat remedio reſtitutionis in integrum. aliàs priuaretur iure ſuo ſine cauſa & ſine aliquā ſui culpa: cùm ignoranti negligentia aut culpa imputari non poſſit.l.argētū.ff.commoda.c.ii.& c.quia diuerſitatem.de conceſ.præbē.ſed ſine culpa priuari quis non debet iure ſuo.c.cognoſcētes. de cōſti.c.ſatis peruerſum.56. diſtinctio.iuuentum.16.q.ulti.& cùm ignorans dicatur iuſtè impeditus.l.annus.ff.de calumnia. Bart. & Docto. in l. genero.ff. de infami. Iniquum uideretur ſic impedito non
61 ſubueniri. ¶ Quinto † ub res dubia eſſet, in dubio haberi debet interpretatio,ut ſit locus reſtitutioni contra præſcriptionem: quia talis reſtitutio nititur æquitati. l. denique. & l.nec utilem.ff.ex quib.cau.maio.præſcriptio uero dicitur odioſa:quia qui ſe fundat ex tempore,dicitur iuuari ex circunuentione temporis.§.uolumus.in authen.de his,qui ingred.ad appella.And.de Iſer.Marti.Laud.& Cardi. Alexandri.in c.j.in prin.colum.j.in tit. quo tempore miles.& impium dicitur præſidium temporis:in authenti.ut eccleſia Roma.circa medium.ob id præſcriptio, dicitur contra naturalem æquitatem. Bald. in conſil. 184. Municipal. column.j.in fin.libr.v.Calder.in conſil.v.column.j.in titu. de rebus eccleſ.non alienan.& dicit Abb.in conſ.71. col.j.

lib.ij.

lib.ij.quòd præſcriptio dicitur odioſa tanquàm abſorbens ius alterius. §. poteſt. 16. quæſt. iii. & quòd præſcriptio repugnet æquitati naturali, eſt glo. in leg. j. quàm ibi ual dè not. Angel.ff.de neg.geſt.Iaſ. in conſil. 159. colum. iii. circa med. lib. ii. ob id infert Iaſ. quòd arbitrator & alii, qui debent iudicare ſecundum æquitatem, non debent habere rationem præſcriptionis. quod etiam uoluit Bologninus in additio.ad conſil.Ioan.de Ana.in conſil.34. colum. pen.in qua tamen re Iaſ.fuit ſibi contrarius.& contrarium tenuit in conſil.72.in fin.libr. j. ſed iſtud non eſt præſentis ſpeculationis.& dicit Guido Papæ. quæſt.409.quòd ſtatutum tollens præſcriptionem,dicitur continere naturalem ęquitatẽ,ne quis locupletetur cum aliena iactura. Ex præmiſsis puto concludendum reſtitutionem in integrum cõpetere contra præſcriptionem quadragenariam, etiam laicis maioribus ex capite iuſtæ & probabilis ignorantiæ. quam opinionem dicit ueram & communem Boerius in
62 dict.deciſ.39.columm.iiii.num.vi.¶ Hic tamen † aduertendum: quòd cùm præſumatur ſcientia ex antiquitate temporis, ut ſuprà uidimus,non probatur ignorantia petentis reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis,per eius iuramentum: iuxta nota.in clẽ. j.de iudi. Anchar.in cõſ.170.Principaliter cõtra iſtos legatarios.col.fi.Paul.de Caſt.in conſ.66.Dubia ſuprà ſcripta. colum.penulti.in octauo dubio.libr.j.Decius in conſ.657. col.ii.ad fin.per gloſſ.in c.propoſuiſti. 82. diſtin.in uerſic. non probatur. & ſic cùm præſumptio ſcientiæ, ſit contra petentem reſtitutionem in integrum, fortior requiritur ignorantiæ probatio: ut habetur in c. quia ueriſimile. ubi
63 Abb.in ii.no.de præſum. ¶ Sed dubium † nunc eſt, præſuppoſito, quòd competat reſtitutio aduerſus præſcriptionem quadragenariam ex capite ignorantiæ etiam laicis & maioribus, intra quantum temporis peti debeat reſtitutio?Si attendimus ad dictum Bald.in d.l.falſam.C. ſi ex falſis inſtrum.quod Doctor.uidentur communiter approbare,ut ſuprà diximus:uidetur quòd etiam poſt annos centũ peti poſsit reſtitutio,præſuppoſita ignorãtia in præteritum.Sed Boerius in d.deciſ. 36. colum.iiii.nume. vi. uult

quòd poſt centum annos peti non poſſit.allegat Salice. in dict.authen.quas actiones.colum.ii.Paris in dict.c.placuit numer.20.& numer.22.de præſcriptio.Addo Iaſo.in conſ. 209.colum.iii.poſt medium.libr.ii.ubi Iaſon hoc intrepidè tenet:quia talis præſcriptio habet uim tituli & priuilegij.ergo abſurdum eſſet, quòd competeret reſtitutio. fortius uoluit Corn.in conſi.244.libr.iiii.ubi uoluit,quòd licèt non ſit decurſum quadriennium ad petendum reſtitutionem in integrum à die ſcientiæ : tamen cùm reſtitutio in integrum petatur officio iudicis nobili, tali officio præſcribitur ſpatio triginta aut ſaltem quadraginta annorum.per dict.l.ſicut.& l.omnes.C.de pręſcrip.triginta uel quadraginta anno.Sed iſtud fundamentum Corne.non uidetur bonum: quia in effectu nihil aliud eſt dicere, quàm tempus petendi reſtitutionem in integrum, non eſt utile, ſi uult quòd extinguatur ſpatio triginta aut quadraginta anno. Nec obſtat quòd officio iudicis præſcribitur ſaltem quadraginta annis:quia fateor, quando tempus illud petēdi non eſt aliter determinatum. Sed ſic eſt, quòd tempus implorandi officium iudicis pro reſtitutione in integrum, eſt limitatum ad quadriennium utile quod non
64 currit niſi à die ſcientiæ: ergo &c. & ſic † fateor,quòd ubi officiū iudicis poteſt implorari,illi regulariter præſcribitur ſaltem quadraginta annis : ut per Bart. in dict. l. ſicut. Anto.de Butr.in conſ.26.Iam ſic.in princ. Deci. in conſil. 266.col.fin. ſed ubi à iure ſtatutum eſt, quòd tempus implorandi officium iudics'ſit utile, & non currat ignoranti, prout hic,dico,quòd durante ignorantia,non præſcribitur nec currit præſcriptio. ¶ Similiter non uidetur obſtare argumentū Boerii,quòd hoc modo eccleſia aut alius, cui datur reſtitutio ſemper reſtituetur in integrū: quia neſcio unde ſumatur tale inconueniens. nam cū currat quadriennium à die ſcientiæ, & præſumatur ſcientia ex antiquitate tēporis,adeò ꝙ iuramento probari nō poterit,profectò difficilimū uidet̄ obtinere eiuſmodi reſtitutionē ī integrū.
65 ¶Nō obſtat,†ꝙ hoc modo eccleſia inferior,aut alius priuatus,cui datur reſtitutio in integrū,erit melioris cōditiōis, quā eccleſia Romana, cui cōpetit p̄ſcriptio cētenaria ſine

beneficio

beneficio reſtitutionis in integrum. Quia reſpondeo duo bus modis.primò, quòd imò inferior eccleſia Romana nõ erit melioris conditionis,imò ne paris quidem:quia eccleſia Romana ſeruatur illęſa & intacta uſque ad annos centũ ius uero inferioris perit & extinguitur in annis quadraginta ad ſummum, & licèt ex cauſa poſſit reſtitui in integrum: meliùs tamen & utlius multo eſt illæſam intactam cauſam ſeruare,quàm poſt illatum uulnus remedium quærere l.i.C.quãd.lice.unicui.ſine iudi. ſe uindi. Quid enim ſi lapſum ſit quadriennium à die ſcientiæ lęſionis, quæ ſcientia de facili pręſumitur in tempore tam longo.Secundò re
66 ſpondeo,† ꝙ in hoc argumẽto præſupponitur, quod eccleſia romana poſt annos centum non poſset in integrum reſtitui ex cauſa probabili:ponderando text.in d.l.ſi. C.de ſacroſan.eccleſ.ibi: ſed ne uideamur in infinitum. & ibi tũc enim tantum modò terminum ſuę uitę imponimus. qui text.comprehendit etiam ignorantes. Ad idem ponderatur text.in auth.ut eccleſia romana.ibi: ſed centum tantũmodo annorum lapſu, &c.& ibi:ſed ille ſeruetur innocentiæ, qui reuera innoxius ſit. Ad idem ponderatur text. in auth.hæc conſtitu.innouat.conſti. ibi: ut ſopito hoc temporis ſpatio,tàm perſonales, quàm hypothecarię in perpetuum conquieſcant,quæ iura multum urgent,dicit Boerius contra opinionem Bald.& ſequacium, dum uolunt tẽpus quadriennii,eſse utile, & non currere ignoranti: adeo quod ſi quis ſtaret per centum annos, antequam peteret reſtitutionem,adhuc poſset petere præſuppoſita ignorantia. & ſic Boerius in hoc uult duo. Primum quod eccleſia romana non gaudeat beneficio reſtitutionis in integrum. Secundum:quod illud tempus utile petendi reſtitutionem in integrum. omnino pereat & finiatur ſpatio annorum cẽtum. Circa primum, ſi uerum ſit, ſequetur inconueniens quod beneficium cẽtenariæ præſcriptionis conceſsum de gratia ſpeciali in fauorem romanæ eccleſiæ, retorquebitur in eius odium, quia propter tale beneficium amittet beneficium reſtitutionis in integrum,contra l.nulla. ff. de legibus.l.quod fauore. C.eod.titu.quod ob gratiam. de regulis iuris lib.vi. Circa ſecundum, ſi uerum ſit, ſequitur una ma

gna limitatio ad dictum Bald.in.d.l.falſam.C.ſi ex falſis in ſtrumen. communiter approbatum ut ſuprà uidimus per
67 antiquos & modernos.Non obſtat † modò ponderationes ſuprà factæ, quod res procederet in infinitum quia nego inconueniens infinitatis quia ut dixi, cum currat quadriennium à die ſcientiæ,& præſumatur ſciētia ob temporis antiquitatem : adeò quòd probatio ignorantiæ uidetur multum difficilis,res non procedet ad infinitum . & ſi purè erit dare caſum probabilis ignorantiæ poſt annos centum:puta quia inſtrumentum aliquod fuerit repertum apud extraneum,uel fortè apud aduerſarium, quod occultū factum ſit per tantum temporis,uel dolo aduerſarij, aut ex odio, aut inimicitia alterius ſubtrahentis, aut occultantis inſtrumē tum faciens,in fauorem eccleſiæ, quid mirum,ſi lex uoluit ſuccurrere ita læſis & probabiliter ignorantibus? quid etiā ſi per incendium aut bellum inſtrumētū amiſſa ſunt:& prothocolla notariorum in locis remotis, aut apud ignotos in
68 ueniantur, aut non ſubueniri æquum ſit?Iam attenta † iſta conſideratione, ſequetur & una maxima limitatio ad regulam d.l.j.in fi.C.de annal.excepti.l.in rebus . C.de iure dotium ubi, quod prę ſcriptio non currit non ualenti de iurę agere.Ideò filiofamiliàs in bonis aduentitiis nō currit præ ſcriptio durante patria poteſtate : quia agere non poteſt, cum adminiſtratio bonorum ad patrem pertineat . Similiter mulieri in rebus dotalibus conſtante matrimonio præ ſcriptio non currit : quia adminiſtratio bonorum dotaliū ad maritum pertinet:ut habetur in dict.iuribus . Similiter eccleſiæ uacanti præſcriptio non currit, uel ſi habeat prælatum inutilem: quia interim agere eccleſia non potuit ſine prælato.c.j.c.iiij.& c.ex tranſmiſſa. de præſcrip.c. quia diuerſitatem.de conceſ.præb. Abb.in conſ.101.in ij.dubio lib.j.& in conſ.22.Quidam Ioannes.lib.ij.Feli.in c.placuit col.ii.in fi.uerſ.dum Abb.pulchrè de præſcriptio.ubi idem uacante imperio. Si enim ad infinitum procedi non debet & tempus centum annorum, dicatur meta præciſa omniū actionum : adeò ut in perpetuum conquieſcere eas oporteat, ſequetur quod ſi filiusfamilias habens bona aduentitia fuit ſub poteſtate patris longiſſimo tempore : puta annis

nis quinque ſuprà ſeptuaginta (quòd de facili poteſt accidere)& tertius tenuerit rem aduentitiam annis centum,ſine titulo: tamen ſolum tenuerit annis uigintiquinque poſt mortem patris: ſequetur quod poſt annos centum filiusfamiliàs agere non poterit. & ſic limitabuntur dicta iura ualentia,quòd non ualenti agere præſcriptio non currat,modò poſſeſſa non ſit res ab alio ſpacio annorum cẽtum. quæ limitatio & reſtrictio ad dicta iura non uiderur recipienda.l.de pretio.ff. de publicia. & ſi dicatur, iſte caſus uidetur de rarò contingentibus, quòd quis non potuerit agere in tempore tam antiquo. Reſpondeo, quòd etiam uidetur de rarò contingentibus, quòd in tempore tam antiquo nõ habuerit quis notitiam de iuribus ſuis. Imò caſus ignorantiæ poſt tempus tam antiquum uidetur de magis rarò cõtingentibus, quàm caſus non ualẽdi agere. Aliter etiam reſpondeo ad iſtas conſiderationes & ponderationes Boerij, quòd illa uerba utcunque ampla & prægnantia non ſufficiunt ad tollendum beneficium reſtitutionis in integrum,
69 ut ſuprà diximus. ¶ Non † obſt. modo argumentum Iaſo. in d.conſil.209.col.iij. poſt medium. lib. ij. ubi uoluit non competere reſtitutionem in integrũ aduerſus præſcriptionem centenariam,aut eam,cuius initij memoria non extat in contrarium : quia talis præſcriptio uim tituli obtinet & conceſſionis, ac ſpecialis priuilegij, & credo, dicit Iaſo. quòd non reperietur aliquis Doctor in mundo, qui aliter tenuerit : imò,quòd aliquis ſani capitis auderet attentare, quòd detur reſtitutio in integrum. nam parcat mihi Iaſ. non uidetur bona conſequentia : præſcriptio tam antiqua uim tituli habet : ergo contra eam reſtitutio non competit.quia uidemus, ꝙ ẽt cõtra titulum uerum & expreſsè habitum inter partes datur reſtitutio uel priuilegio ætatis ex titulo de minoribus uel ex capite doli, uis aut metus, aut ex clauſula : ſi quia mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur. Similiter datur remedium reſciſſorium aduerſus titulum uerum, ob cauſam enormis læſionis : iuxta l.ij. C. de reſcin. uend.ſi datur reſtitutio aduerſus titulum uerum & expreſſum ob iuſtam cauſam : cui mirum uideri debeat, ſi detur reſtitutio aduerſus titulũ tacitũ, qui maioris efficaciæ eſ-

ſe

ſe non debet, quàm titulus expreſſus.l. qui ad certum.ff.lo cati. Ad illud, quòd Iaſ.dicit, nõ reperiri Doctorem in mũ do, qui contrarium teneat: imò ne quidem, ut attentare au deat. Reſpondeo uerum eſſe, quod poſt 40. annos in eccle- ſia, aut triginta in alijs non priuilegiatis, & lapſo quadrien- nio à tempore ſcientiæ, non datur reſtitutio: ſed ſi lapſo tẽ pore præſcriptionis eccleſia, aut is contra quem præſcri- ptum eſt, & cui beneficium reſtitutionis competit, ſemper fuit in probabili ignorantia, dico, quòd durat tempus pe- tendi reſtitutionem in integrum, etiam ſi ſtetiſſet quis per annos centum, quòd non petijſſet. & quòd ubi alius Do- ctor de mundo hoc non tenuiſſet, nec tenere attentaſſet, tenuit tamen ipſe met Iaſ.in d.auth. quas actiones. col.ix. poſt medium. ſequendo Bald.in d.l.falſam.C.ſi ex falſis in ſtru. itaque ne Iaſo. ſit ſibi contrarius, oportet intelligere, quod dicit in d.conſil.209.col.iij.poſt medium libr. ij. non
70 competere reſtitutionem in integrum cõtra† præſcriptio nem tam antiquam, ſcilicet concurrentibus alijs requiſitis ad excludendum talem reſtitutionem, id eſt, quòd lapſum ſit tempus præſcriptionis, & etiam tempus quadriennij à die ſcientiæ ad petendum ipſam reſtitutionem. quo tempo re lapſo uerum erit dicere reſtitutionem non competere præſuppoſita millies læſione. & ſic fateor, quòd non datur reſtitutio ob cauſam læſionis tantùm. Secus ſi detur proba bilis ignorantia læſionis: quia tunc durante ignorantia tẽ
71 pus non currit. ¶ In eccleſia † tamen eſt etiam alius caſus, in quo non currit tempus reſtitutionis, etiam data ſcien- tia ipſius læſionis, uidelicet, quãdo damnum eccleſiæ eſſet grauiſſimum & eminentiſſimum: ut eſt caſus cum gl.com- muniter approbata, in c. j. in fi. de reſtit. in integr. libr. vj. tradunt Ant.de But. Abb. & Imol.in c. pe. de rebus eccle. non alie. Roma.in conſil.123.col. pe. uerſ. Sed circa idem uidendum reſtat. in conſil.369.in fine quarti dubij.& in cõ ſil.407.circa finem. Alexan.in conſil.47.col.fi.uerſ. Nec ad hoc obſtat, ſi dicatur. lib.v. Iſtud autem damnum grauiſſi- mum & eminentiſſimum qualiter iudicari debeat, pulchrè tradit Socin.in conſil.266.col.x.libr.ij.ubi, quòd debet in- telligi, habito reſpectu ad uniuerſum patrimonium eccle-

ſiæ,

ſiæ,non ad rem præſcriptam tantùm: quia ſi ad rem illam haberetur reſpectus, ſemper damnum eſſet grauiſſimum. Debet igitur intelligi, quando eccleſię patrimonium enormiter diminueretur: quia in re præſcripta conſiſteret dimidia pars,& ultra patrimonium & reditus eccleſiæ, quod totum tamen iudicis arbitrio relinquendum ſit. ¶ Similiter dicunt Roma. & Alex. non currere dictum quadriennium eccleſiæ:quando uarias mutationes pręlatorũ ſuſtinuit, ob quas mutationes non fuit facultas iura eccleſiæ inueſtigare. & quia ex tali mutatione præſumtiur ignorantia:ut per glo.in d.c.j.de reſtit.in integ.libr. vj. quam etiam pro not. ſequitur Dec.in d.conſil.36.col. fin.¶ Ex præmiſsis repilogando infertur,quòd datur reſtitutio in integrum etiã aduerſus præſcriptionem 40. annorum ex capite probabilis ignorantiæ laicis & maioribus non priuilegiatis.Secundò, quod tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem in integrum,dicitur utile & ignoranti nõ currit, etiam ſi per centum annos petita non eſſet reſtitutio.Tertio, quod de ignorantia fortiter conſtare debet per fortes & efficaces coniecturas,& præſumptiones iuris: cùm præſumptio ſciẽtiæ ſit contra petentẽ reſtitutionem poſt lapſum tanti temporis. Quarto, quod etiam eccleſię romanæ datur reſtitutio poſt finitam præſcriptionem annorum centum ſi detur probabilis ignorantia læſionis durante tanto tempore. & idem in ciuitate in illis quatuor caſibus, in quibus gaudet præſcriptione cẽtenaria: iuxta terminos d.l.ſi. C.de ſacro ſanct.eccle.Quæ omnia tamen,quia ſubtilia ſunt & confuſionis difficultatisque plena,iudicio ſubijcio meliùs ac rectius ſentientis.Illud ſaltem præſtaſſe me putem, occaſionem ſubtiliùs ſpeculentibus datam rem ad ſplendorem deducendi.Egeret ſcientia hæc noſtra mœcenate aliquo optimo, qui plures delectos ad explicanda iuris difficilia tantùm benignè exhiberet,tuereturve, ut ne opere aut negotio alij cuipiam animum adiungerent.Dici non poteſt quã amplum ad uniuerſam legalis philoſophiæ rempublicã compendium inde accederet. Planè contendunt plerique librorum legalium plus ſatis hodie conſtare. Sed enim librorum neceſsitas tanta nunquam uiſa eſt,quibus nodi tot

inextrica-

72 inextricabiles diſſolui poſſent. ¶ Vigeſimoquartò † quæro,uiſum eſt ſuprà,quòd omnia iura præſcribuntur per hãc præſcriptionem tã antiquam, cuius initii memoria nõ extat in contrarium, an iſta concluſio patiatur aliquas fallentias aut limitationes,ita,quòd ſit dare caſus,in quibus non procedat præſcriptio tanti temporis? Dic,quòd ſic. & primò non uidetur procedere contra ſupremam poteſtatem conceſſam Papæ vel Cæſari, cum nullus poſſit præſcribere,ne ſit ſub Cæſare aut principe. cap. cùm non liceat. de prǽſcrip.ubi Abb.& idem Abb.in c.per uenerabilem. col. fin.qui filij ſint legiti.Roma.in conſil.371. circa finem.uerſic.dum autem quæritur.Alex.in l.more.col.pe. in fin.ff.de acqui hæredi.quam opi. dicit magis communem Socin. in conſil.275.col.iij.in fin.libr.ij.Eandem opi. ſequitur Dec. in conſil.307.col.iii.uerſ.ii.reſpondetur.Iaſ.plura adducẽs in conſil.208.col.iii.lib.ii.& in l.imperium.col.ix.uerſic.limita iſtam communem concluſionem.ff.de iuriſdi. omniũ iudi.ſocer meus Purpurat.in l.i.col.v.nume. 40. ff. de offi. eius eãdem opi.uidetur tenere idem Purpur. in l.imperiũ.
73 nume.169.ff.de iuriſdi.omnium iudi.Contrarium, † quod imo præſcribi poſſit aduerſus ſupremam poteſtatem principis temporalis: tenet Bartol.in l.i.ff.de aqua plu.arcend. in l.infamen.ff.de publi.iudi.in l.hoſtes.ff.de captiuis.& in pluribus aliis locis relatis per Felin.in d.c.cùm non liceat. col.iiii.uerſ.cæterum,dum ſubdit Abb.de præſcriptio. ubi Felin.idem tenet & idem Felin. in c. cùm nobis. columu. ii.in fin.uerſ.ſecunda declaratio. eod. titul. de prǽſcriptio. Abb.ſibi contrarius in c.fin.in primo notabil.de conſtitut. ubi ſequitur Bartol.in d. l. infamen.& d. l. hoſtes. & idem Abb.in c.quod ad tranſlationem. in primo not. de offi. legat.& in pluribus aliis locis adductis per Felin.in d.c.cùm non liceat.colum.iiii.Addo Abb.in conſil.82.in prin. lib.i. Bart.etiam in d.l.infamen.& l.hoſtes. ſequitur Alexand.in conſil.15.col.ii. uerſic. & ſatis eſt, ut prædicta procedant. lib.v.& in conſil.11.col.iii.poſt medium.libr. vii.Iaſ.in cõſil.70.col.i.in fi.& col.ſeq.lib.iii.Curt.iun. in ii. parte tractat.feu. quomodo feudum ineſſe deducatur. in ſecunda q. princ.Car.17.Purpurat.in d.l.imperium.nume.174. gloſſ.

pragmat.

pragmat.ſanctio.in proœmio in uerbo,Dei. Ex quibus apparet hanc opinio. eſſe magis communem, quò ad principem temporalem. in Papa enim omnes conueniunt, ſupremam eius poteſtatem in ſpiritualibus præſcribi nō poſſe: quia cum ſit uicarius Dei in terris,eſſet præſcribere cōtra Deum,quod eſt abſurdiſſimum cogitare.In temporalibus autem etiam contra Papam præſcribi poſſet. & profectò ſi concurrant concomitantia ad præſcriptionem iſtius ſupremæ poteſtatis: prout requirit Abb. in d.c. fin.in primo not.de conſtitu. neſcio uidere,cur prohibeatur præſcriptio: non enim valet illa ratio, quòd non poteſt quis eſſe ἀκέφαλος,id eſt, ſine capite, quia dico,quòd ipſe præſcri-
74 bens erit caput, prout eſt ipſe Cæſar.Non obſt.† tex.in d. cùm non liceat.de præſcriptio. ubi,quòd præſcribi non poteſt contra obedientiam:quia uerum eſt,quamdiu quis durat ſubditus,non poteſt præſcribere,ne ſit obediens ſuo ſuperiori.ſed ſi gerat ſe pro libero tanto tempore, quòd ſufficiat ad præſcribendum libertatem: tūc libertate acquiſita per præſcriptionem,nō tenebitur amplius obedire: quia
75 † abſurdum eſſet dicere, quòd libertas præſcribi non poſſit.l.iij.§.ſi ſeruus.ubi not.ff.de acqui. poſſeſ. ita reſpondet Oldr.in conſil.172.Quia omnes. col.j.poſt medium. uerſ. ad ſecundum,cùm dicitur.& col.ij.in prin. uerſ. quod ergo dicitur.& idem Oldra.in conſ.244.Ad obiectus.col.ij.poſt medium.uerſ.iij. opponebatur. & in conſ. 254. Quia tota. col.j.& ii.ubi, quòd libertas & exemptio poſſunt præſcribi.Secundò reſpondeo,quòd ille text.procedit in obedien-
76 tia † in ſpiritualibus, quæ præſcribi non poſſit quominùs quis teneatur obedire Papæ,aut Epiſcopo: quia aliàs eſſet præſcribere,ne quis ſubiiciat Deo. Secus in poteſtate principis tēporalis,& obediētia,quæ ei debet:quia nihil repugnat,quò minùs poſſit qs gerere ſe ꝓ libero cōtra Cæſarē & acquirere ſibi alios ſubditos. Hinc uidemus multos eſſe principes,& multas ciuitates, qui & quæ non ſubiiciuntur imperio.Tertiā reſponſionē tradit Oldrad.in conſ.69.Cōſueuit.col.iii.poſt med. quòd iuri ſubiectionis nō pōt præſcribi à priuato:ſed ab alio principe,aut ciuitate ſic allegat Archidia.in cano. placuit. decimaſexta quæſtione tertia,

ſed

77 ſed idem tamen uidetur in priuato.¶ Secundo,† non procedit præſcriptio etiam cẽtenaria & quantumuis antiqua, quando eſſet nutritiua peccati.c.i.de conſuetu.libr. vi.ubi reprobatur conſuetudo etiam antiquiſſima, quod quis habeat duas dignitates in eadem eccleſia, propter crimen ambitionis,& auaritiæ,quod in clericis multum abominãtur canones.ita illũ text.declarat & intelligit Curt. iun.in conſil.158.col.v.ver.eſt uerum,quod reperitur.Antiquitas enim temporis,peccatum non minuit,ſed auget. c.cùm tã to.in prin.de conſue.hinc uidemus, quod antiqua poſſesſio non iuuat detentorem beneficii ſine titulo ualido. c. dilecto.de præben.c.iii.de inſtitut.& c.i.de reg.iur.lib.vi.Calderi.in conſ.ix.in tit.de rerum permut.uidemus etiã,quod non præſcribitur contra uotum, quo minus impleri debet non obſtãte temporis antiquitate.c.ſicut nobis.in fi.de regular.Idem ſi quis contraxerit matrimonium in gradu prohibito: quia non præſcribit ob temporis antiquitatem : ut in tali matrimonio poſſit perſeuerare.c.non debet.in fi.de conſang.& affi.ubi gl.fi.uidemus etiam hoc ratione, quod præſcriptio legis iniuſtæ, nullo tempore cauſatur. gl. in c.
78 inter cætera.16.q.iii.¶ Tertio non † procedit præſcriptio quantũcunque antiqua,in his,quæ poſſideri nõ poſſunt:puta res ſacra,locus publicus,uia publica, quæ ſicut posſideri nõ poſſunt per priuatos:ita nec præſcribi.c.cauſam, quę ubi Abb. & Docto. de præſcriptio. ubi laici decimas non præſcribũt: quia eas posſidere nõ poſſunt.& de rebus,quæ non ſunt in commercio noſtro, & posſideri non poſſunt, quod præſcribi etiam non posſint,tradit Bald. in l.omnes. in fi.C.de præſcript.30.uel.40.an.Feli.in rubri. de præſcri
79 ptio. col. fi. Sed aduerte † circa ea,quæ dicuntur iuris publici & in uſu publico, quod præſcribi non poſſunt. l. uiam publicam.ff.de uia publ.Nã iſtud uidetur procedere, quãdo talis res eſſet in uſu publico,ita quod ſine ea uſus publicus ceſſaret:puta in uia publica,quãdo aliter facultas eũdi aut tranſeundi exerceri nõ poſſet. ſed ſi aliquis poſſediſſet locum uiæ publicæ, longisſimo tempore, tanquàm ſuũ propriũ,bona fide,ita quod uſus publicus non impeditur: quia alibi ſit uia aut iter, uidetur,quod procedat pręſcriptio per

d.l.

d.l.omnes.ubi quòd etiam iura publica præſcribuntur ſpatio.40.an Itaque tex.in d.l.uiam publicam iudicio meo debet intelligi altero de duobus modis. Vel quando non mutatur ſtatutus uiæ publicæ:ſed ſemper durat:licèt populus ea non utatur,& aliquis uicinus ſolus uſus ſit, ut tunc alios prohibere non poſsit.uel & ſecundò, ſi ſtatus uiæ publicæ mutatus ſit,& aliquis longisſimo tempore poſſederit bona fide.tanquam rem ſuam propriam,quòd non procedat pręſcriptio,quando per eam impediretur uſus publicus: quia alibi iter aut uia non eſſet, aut eſſet quidem, ſed cum magna incommoditate.argu.l.Nepos Proculo.ff. de uerbo.ſign.ſuper quibus cogita: quia ab alio tacta non legi. & tamen talis declaratio uidetur multùm rationabilis. Conſi-

80 dera etiã,†quòd prohibitio præſcriptionis in his,quæ ſunt de iure publico,aut de iure gentium, procedit reſpectu dominii,quod acquiri non poteſt per talem præſcriptionem, ſecus reſpectu poſſesſionis.quia ius poſſesſionis acquiri poteſt etiam in his, quę ſunt publici iuris, & in uſu publico: puta ſi aliquis ſolus piſcatus ſit,alios prohibendo in aliquo flumine publico aut mari, ſeu in aliquo eius diuerticulo. Ideò ſi quis ſolus longo tempore piſcatus fuerit,alios prohibendo,acquirit ius agendi poſſeſſorio contra turbantē, & prohibendi alium,antequam intret locum à nobis poſſeſſum.ita Ange.in conſil.290. Thema eſt tale, inter cætera capitula pacis.col.ii.poſt med.per text.in l.ſi quiſquàm. ff. de diuer.& tempor.præſcript. & per glo.in §. fluminis. in uerſi.omnibus.inſtit. de rer. diuiſ. quod dictum pro notabili refert & ſequitur Iaſ.in l.quominus.col.19. uerſic.iiii.

81 aduerte.ff.de flumin.Sed † aduerte pro intelligentia iſtius dicti Ang.quia non puto,quòd ex eo ſolum, quòd quis ſolus piſcatus ſit in aliqua parte maris aut fluminis publici, dicatur acquiſiuiſse poſsesſionem,ut ſolus piſcari posſit niſi alios uolentes piſcari prohibuerit: qui tali prohibitioni acquieuerint: quia poſſesſio ſeu quaſi iuris negatiui, tu non habes ius piſcandi,paſcuandi,boſcherandi, altius tollendi & ſimilium, non acquiritur ſine prohibitione facta contra uolentem piſcari,paſcuare,boſcherare, altiùs tollere,aut quid aliud facere, cum patientia prohibiti ſubſe-

cuta.gloſ.Cyn.Bart.& doct.in l.j.C.de ſeruitut.glo. & Bar to.in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.urban. prædio. Barto.in l.& ſi forte.§.ſciendum.ff.ſi ſerui. uendi. & in l. ſi prius. in ſeptima oppoſit.ff.de oper.noui nunt.not.in c.Abbate. de uerbor.ſign.Paul. de Caſt.in conſi.205.In cauſa, quæ uertitur coram locum tenente.co.ii.lib.ii.Iaſ.in §. æquè. col.
82 vi.inſtit.de actio. Similiter poſſe † acquiri quaſi poſſesſio piſcandi. quando quis hêret & teneret in flumine publico opus aliquod manu factum,ad aquam & piſces retinendos ita dict.l.ſi quiſquam. melius, quàm Ange. & Iaſ.declarat. Bellamer.in conſil.vii.col.ii.ubi quòd dict.l.final.ff. de uſu cap.procedit, quando quis non erat in poſſesſione eorum, quæ ſunt iuris publici quia nō prohibuiſſet alios uolentes uti eodem iure. Secus ſi lōgo tempore fuiſset quis in poſſesſione alios prohibendo cum patientia eorum ſubſecuta: quia tunc præſcriptio procedit: per dict.l.ſi quiſquam & licèt Barto.in dict.l.ſi quiſquam.& Iaſon in d.l. quominus.colum.19.idem generaliter dicant, tamen non declarant qualiter dicatur quis in tali poſſesſione. ut ſolus utatur eo,quod eſt iuris publici,& in uſu publico.Ex præmiſ-
83 ſa declaratione † infertur,quod Ange. uidetur malè locutus in d.conſil.290.dum uult,quod in his,quæ ſunt iuris publici ſolum procedat præſcriptio,reſpectu poſſesſionis, nō reſpectu dominii:quia text.in d.l.ſi quisquam. generaliter loquens,non patitur talem reſtrictionem & limitationem & extranea uidetur interpretatio aliquid præſcribi poſse ſolùm reſpectu poſseſsionis.Et quod ea,quę ſunt publici iuris,præſcribātur etiam reſpectu dominii;eſt text.in d.l.omnes.C.de præſcrip.30.uel 40.annorum.Rurſus,ſi talia bona poſsunt posſideri: ergo & præſcribi: quia iſta ſunt conuertibilia.l.ſine poſsesſione.ff.de uſucap. arguendo à contrariis.In flumine tamen publico, quod dici poſſet, quod præſcribens non intendit præſcribere aquam reſpectu dominii,ſed ſolum reſpectu iuris piſcandi.reſpectu enim dominii non uidetur conſiderabilis bona fides, cùm ſemper appareat res in ſtatu publico.& hoc modo poteſt procede dere, quod Ang.dicit præſcribi poſſe reſpectu poſſesſionis tantum. ſed adhuc uidetur conſiderabilis præſcriptio ultra ius poſſesſionis,eo modo, quo in rebus alienis præſcri-

bitur ius ſeruitutis,cuius ratione competit actio confeſſoria & negatoria ultra remedia poſſeſſoria. Secundò infer-
84 tur † ex præmiſſa declaratione uerum eſſe, quòd dixi circa text.in dict.l. uiam publicam quòd uidelicet non procedat, quãdo quis iure proprio & bona fide poſſideret uiam publicam,credens ad ſe pertinere: quia tunc cùm poſſideatur,præſcribi etiam poteſt,ſicut dicitur in d.l. ſi quiſquam. & quòd dicitur in d.l.uiam publicam.quòd non præſcribitur, intelligi debet ceſſante poſſeſſione: quia ex eo ſolum quod quis per tempus quantumuis longiſſimum acceſſerit ſolus, aut cum ſua familia, per uiam publicam, ex hoc ſolum non acquirit poſſeſſionem: licèt alij non utantur: ſed ſi alios uolentes iter facere prohibuerit, & illi acquieuerint,uel ſi locum uiæ publicæ ut proprium poſſederit bona fide,longo tempore,aut ſaltem ſpacio 40.annorum,per id quòd dicitur in d.l.omnes.ibi: arando, ſeminando, aut alios actus poſſeſſorios faciendo. tunc uidetur acquiſita poſſeſſio:& conſequenter præſcribi poteſt. & propterea allegatur ille text.in d.l.uiam publicam.quòd ea, quæ com-
85 petunt iure † facultatis, prout eſt ire,agere per uiam publicam, non præſcribuntur: puta ſi quis per longiſſimum tempus iuerit per locum uiæ publicæ,ſed quando poſſidetus iure proprio,& alij ab uſu illius loci prohibentur: tunc non poteſt conſiderari ius facultatis tantum. Sed poſſet
86 † aliquis dubitare,circa text.in d.l.ſi quiſquam.an illa poſſeſſio ſeu quaſi quęſita ex prohibitione aliorum, ne piſcarentur in certa parte fluminis,proſit contra omnes, etiam non prohibitos:an uerò contra prohibitos tantum? ego puto, quòd ſi talis prohibitio deuenit ad notitiam totius populi,aut maioris eius partis, & nullus contradixerit, quòd acquiratur ius contra omnes: aliàs contra prohibitos tantùm,cum præſcriptio ſit ſtricti iuris.l.j.§.Iulianus.ff.de itiner.actuq́ue priua.Inno.in c.dilectus.de capel.mona.Bart. in l.cùm de in rem uerſo.in fi.ff.de uſur.& ſuprà dictum eſt in materia extenſionis conſuetudinis.Imò Boer. in ſuis deciſ.q.125.col. ij. in fi.uult neceſſarium eſſe prohibitionem fieri maiori parti,dũmodo omnes ceſſauerint, & paruerint.ſed puto ſufficere prohibitionem eſſe factam aliqui-

bus, dummodò uenerit ad notitiam aliorum, aut maioris partis, cum patientia ſubſecuta. ſicut dicitur in conſuetudine. quòd inducitur ex duobus actibus tantùm, contra totum populum, quando illi actus deuenerunt ad notitiam totiùs populi aut maioris eius partis: deinde populus acquieuerit per longum tempus: ut habetur in d. l. de quibus. aliàs rarò uel nunquàm poſſet induci conſuetudo uel poſſeſſio acquiri in ſimilibus. & iſta benè nota: quia alibi ita declarata non inueni. & mihi magis placet una bona declaratio, quàm plures & confuſæ remisſiones, quas plerique moder. faciunt quando per extenſum finem iter habendum uideatur, ut ſine cortice nare non audeat. ¶ Quar-
87 tò † non procedit præſcriptio in actu, quem ſuperior facit de plenitudine poteſtatis: puta ſi Papa longo aut longisſimo tempore contulerit beneficia expectantia ad collationem ordinariorum, ex hoc non præſcribitur contra ordinarios quominùs conferre posſint. Ratio, quia tali plenitudini poteſtatis non poterant ordinarij reſiſtere. & ſic militare uidetur regula dictæ l. j. in fin. C. de annali exception. quòd non ualenti agere, non currit præſcriptio. & quia Papa utendo plenitudine poteſtatis, non id facit iure ordinario. ergo contra poteſtatem ordinariam non præſcribit. ita Felin. in dicto capitu. cùm nobis in fin. de præſcriptio. Sed quid attinet quærere, an Papa præſcribat contra ordinarios, cùm in poteſtate ſit Papæ auferre ordinarijs poteſtatem conferendi, quotiens uiſum fuerit: cùm cùm habeat Papa in beneficialibus poteſtatem plenisſimam. cap. ij. in fi. de præben. libr. vj. cle. j. in fi. ut lite pendente. & latè dictum eſt ſuprà in prima parte huius tractat.
88 num. 38. ¶ Quintò † non procedit præſcriptio in pœnis ſpiritualibus. ideò licet maritus non posſit accuſare uxorem de adulterio poſt quinquennium, quò ad pœnam legalem. l. adulter. C. de adulte. tamen quò ad pœnam ſpiritualem, ut diuortium fiat, nunquàm præſcribitur etiam mille annis. glo. in c. admonere. in uerbo, pœnitentia. in fi. 33. quæſt. ij. Feli. in d. c. cùm nobis. circa fi. uerſi. & ſcias.
89 quòd in pœnis. de præſcriptio. ¶ Sextò † non procedit in re affecta uitio reali: puta ſpolij, quæ non præſcribitur etiam

etiam per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. Alex. in conſil. xiij. colum. iiij. in fi. Sed contrarium puto uerius: quia uitium reale non conſideratur, niſi in bonis mobilibus, quò ad uſucapionem triennij: ſecus in præſcriptione longioris temporis 30. aut 40. annorum, quæ procedit etiam in bonis mobilibus, non obſtante uitio reali. glo. in §. furtiuè. in uerſi. prædicto. inſtit. de uſucapi. Bertachi. in iij. parte ſui repertorij, in uer. præſcriptio, de quibus. uerſ. 56. Nec obſtat, quòd poſſesſio uiolenta nõ poteſt cõfirmari reſcripto principis. l. authoritate. ubi Bar to. & doct. C. unde ui. ergo nec præſcriptione. quia fateor, quòd uiolentus aut alius habens notitiam uiolentiæ, & exiſtens in mala fide non poterit præſcribere, ſicut nec impetrare confirmationem poſſesſionis uiolentę. Secundò, d. l. authoritate. non procedit, ſecundum Salic. ibi quando quis poſt ſpoliationem impetraſſet rem à ſpoliato, habente notitiã ſpoliationis ueram uel præſumpta, quæ ſcientiá pręſumitur ex multo tempore. ſequitur Alex. in conſil. 92. col. penul. lib. vj. ſed tempus, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, habet uim tituli: & perinde eſt, ac ſi ſpoliatus titulum contuliſſet poſt ſpoliationem. Tertiò
90 † conſidero, non eſſe bonam conſequentia. princeps non poteſt confirmare poſſesſionem uiolentam: ergo præſcribi non poteſt. quia plus poteſt præſcriptio ad præiudicandum tertiò, & domino rei, quam reſcriptum aut priuilegium principis. nam princeps nõ poteſt auferre rem ſuam alteri ſine cauſa. ut habetur in l. ſi. C. ſi contrarius uel util. publ. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. & tamen per præſcriptionem tollitur notoriè ius alterius. in pręſcriptione etiam uidetur ineſſe cõſenſus alterius, & uim pacti præſcriptio habet ſeu pacto æquiparatur Bald. in conſil. 315. Ponitur, quòd antiquitus. colum. j. circa med. libr. iij. & in conſil. 42. Subtiliter. col. ij. lib. iiij. Nimirùm igitur ſi per præſcriptionem faciliùs tollitur ius alterius, quam per reſcriptum principis. Partes enim paciſcendo de rebus ſuis expresſè uel tacitè, poſſunt ſibi præiudicare, ob id tranſactio tolli poteſt per conſenſum partium. l. ſi diuerſa. C. de tranſa. & tamen non tollitur tranſactio per reſcriptum

Ii 3 principis

principis. l.cauſas, uel lites.C.de tranſa. Similiter partes poſſunt renunciare exceptioni peremptoriæ expreſsè uel tacitè, non opponendo.l.peremptorias.C.ſent.reſcin.non poſ. & tamē exceptionem peremptoriam non poteſt princeps tollere.c.ex parte.vj.de for.compe.ubi Ant.& docto. & ita in ſimili arguit Iaſ. in l. j. §. fi.col.iiij.in fi.ff.de uerb.
91 obligat.¶ Ex † alio etiam præſcriptio eſt fortior reſcripto principis ad præiudicandum tertio: quia præſcriptio eſt inducta per uiam legis generalis pro omnibus & contra omnes: quo caſu per uiam legis aut ſtatuti generalis, ſine dubio poteſt auferri ius tertij.l.uenditor.§.ſi conſtat. ff.com. præd.l.Antiochenſium.ff.de priuile.cre. Bar.in l.omnes populi.in fi.v.q.prin.de iuſt.& iur.& clariùs in conſi. 172.Dubia.col.j.Alex.in conſil.190.Maturè.col.iiij.uer. ad tertiū argumentum reſpondeo.lib.ij. quod eſt repetitum in conſil.109.Viſis his. libr.iij.Imol.in conſil. 34. in j. dubio.
92 ¶ Concludo † igitur rem affectam uitio reali præſcribi poſſe ſpatio 30.aut 40.annorum, cum bona fide: per glo.in d. §.furtiuæ.in uer. prædicto. & multò fortius præſcriptione antiquiori.& ſic uitium reale non impeditpræſcriptionem in poſſeſſore bonę fidei:ſed eam differt in longius tempus.
93 ¶ Septimò † non procedit præſcriptio etiam antiquisſimi temporis, quando præſcribens eſſet incapax iuris, de cuius præſcriptione agitur: Puta, ſi ſimplex ſacerdos uelit præſcribere id, quod eſt ordinis epiſcopalis: ut ius chriſmandi. c.quanto.ubi Abb.in j.not. de conſue. uel ſi laicus uelit præſcribere ius conferendi beneficia, ut habetur in c.ij.de præb.lib. vj. uel ſi laicus uelit præſcribere ius decimarum.c.cauſam.de præſcript.ubi doct. & quòd data incapacitate ceſſet præſcriptio, tradit Rota deciſi. 84. col.j.in antiq.Dec.in authen.ingresſi.col.iii.C.de ſacroſ.eccle.ubi quod non ualet conſuetudo, quod monachus teſtari posſit uel quod proprium retinere posſit: cùm talis conſuetudo repugnet: nec posſit reddere monachum capacem bonorum: qui ex regula incapax ſit. Priuilegium tamen Papæ
94 eſt in hoc potentiùs conſuetudine: † quia Papa poteſt dare priuilegium laicis conferendi beneficia: imo etiam mulieribus.c.dilecta.de præb.c. dilecto.de teſtib. c. is cui. de
præb.

præb.lib.vj.Card, in conſil.126.Similiter poteſt Papa dare licentiam teſtandi monacho : ut per Deci.in d.auth.ingreſſi.col.iii. Aequè poteſt Papa concedere ius decimandi laico.c.quãuis.de decimis not.in d.c.cauſam. de præſcrip. itaq; ubi conſideratur incapacitas perſonæ priuilegiũ ſuperioris fortiùs eſt ad tollendum incapacitatem, quam conſuetudo aut præſcriptio. idem quando conſuetudo damnatur à iure. nam ualet priuilegium, ubi conſuetudo reprobata ualere non poteſt. c. cùm ſalis.de offi. Archi.iuncto.c.cũ ueniſſent.de inſti. per quæ iura ita dicit glo. prag. ſanctio.in titu.de cauſis.§.ſtatuit.in uerbo, priuilegio. fol.
95 cx. Ceſſante † autem incapacitate aut reprobatione conſuetudinis fortior uidetur conſuetudo, quam priuilegium. nam conſuetudine derogari poteſt iuri tertii,& illud in totum tolli : ſecus in priuilegio : ut in præcedentibus uidimus. Rurſus conſuetudo aut præſcriptio nititur iuri communi : priuilegium autem iuri ſpeciali : quod eſt debilius iure communi.l.eius militis.§.militia miſſus:ff.de teſtam. milit. & ſic faciliùs tollitur ius quæſitum priuilegio, quam conſuetudine aut prçſcriptione.& ita arguit Deci.in c.nouit.col. vii. ſuper glo.in uerbo conſuetudinem. de iudi. & quod ius quæſitum priuilegio, tollatur faciliùs, quam ius quæſitum conſuetudine : tradit Inno.in c.accedẽtibus.uer. unde ſic fortè.de priuileg. ſequitur Felin. in c.accedentes. col.v.in fi.de præſcriptio.Præmiſſa concluſio,quòd incapacitas non tollitur per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, recipit aliquas declarationes & limitationes de quibus per moder.in d.c.cauſam.& c.acceden-
96 tes.de præſcript.quas hic non tranſcribo.illud tamen†non omitto inquantum Feli.in d.ca. cauſam. col. iii. poſt med. uer.puto ſubſtentabilem opi.Abb.& in d.c.accedẽtes. col. v.uer.ſed diceres,præſumitur titulus. de præſcriptio. uoluit,quod materia nõ præſcriptibilis efficiatur præſcriptibilis,quando quis non fundat ſe principaliter ſuper præſcriptione,aut tẽpore:ſed ſuper titulo quem allegat. & ad eius probationẽ inducit tps cuius initii memoria nõ extat ĩ cõtrarium.qđ ẽt uoluit Alex.in conſil.lxxiiii.colum. iii.in fi. uer. accedat ad hoc, quod uoluit.libr. iiii. Curtius iunior

in conſ.158.col.iiij.in fi.Purpur.in l.imperium. nu. 193.ff. de iuriſd.om.iud.vbi allegat Barba.in conſ.35. colum.ij.& iij. libr. ij. nam iſtud dictum uidetur dubitabile in materia non præſcriptibili,per ea, quæ ſupradixi.in xj.q.¶ Octauo
97 † non procedit præſcriptio etiam antiquiſſima in his, quæ non ſunt conceſſibilia. Bellamera in conſ. xxvij. col. ij. in prin.per l.cõperit.C.de præſcrip.xxx.uel. 40. ann. ſic etiã arguit Felin.in dict.cap. cauſam. col. iij. uerſic. non dicas. de præſcriptio.ubi,quòd competentia ex priuilegio, & ſic conceſſibilia,ſunt præſcriptibilia data capacitate: ergo idẽ econtrà arguendo à contrarijs,& ab oppoſitis.l.j. ff.de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris.cũ ſimi. Sed aduerte: quia iſtud dictum uidetur procedere reſpectu concedentis tantum, ut quæ ſuperior expreſsè ſi uellet,concedere non poſſet,ea pſcribi non poſſint contra eum,ſed quò ad aliàs perſonas, & aliàs res,hoc non uidetur procedere. Verbi gratia. princeps non poteſt auferre rem ſuam alij, & eam alteri concedere; & tamen præſcribi poteſt talis res contra dominum. Secundò intelligi debet, quando aliquid omninò eſt conceſſibile,& reſpectu dantis,& reſpectu accipientis: ſecùs,ſi ex parte dantis. Verbi gratia. Prohibetur quid alienari per legem aut teſtatorẽ:tamen quia accipiens non eſt incapax talis iuris, poterit præſcribi longiſſimo tempore, ſaltẽ 40.anno. per ea,quæ habentur in l. filiusfamiliàs.§. diui.ff.de lega.j. & in effectu iſtud dictum Bellameræ uidetur intelligendum,quando res omninò & in omni cauſa nõ eſt alienabilis: ſecùs ſi in aliquo caſu: quia tunc uidetur præſcriptibilis, ſicut res prohibita alienari extra familiam, quæ poteſt alienari illis de familia conſentientibus. ¶ Nonò
98 † non procedit præſcriptio etiam antiquiſſima, cuius initij memoria non extat etiam in contrarium, in his,quæ ſunt merè uoluntaria, aut facultatis: puta, ſi per centum annos & ultrà aliqui iuerint ad molendum in molendino alterius, uel ad coquendum in furno alterius, ex hoc cogi in futurum non poſſunt, ut ibidem molant aut coquant: quia ex talibus actibus merè uoluntarijs poſſeſſio aliqua non quæritur. l. Proculus. ff. de dam. infect. l. j. §. denique Marcellus. & l. ſi in meo fundo. ff.

de

de aqua pluuia . arcend. l. ii.ff. de uia publica . Innocē. in c.cum eccleſia Sutrina.de cau.poſſeſ. & propriè. ubi de eo, qui longiſſimo tempore amicum hoſpitatus eſt ex mera facultate & amicitia,quòd non cogitur in futurum, nec ius acquiritur.tradit Cyn.in l.j.& ii.C.de ſeruitu.& aqua. & in l.ii.C.quæ ſit longa conſuetud.Abb.in c.quod tranſlationem.de offi.delega.in c.ſignificante.de appel.in c. Abbate.col.ii.de uerbo. ſigni. in conſ. 101. col. iii. poſt med. uerſ.quinimò poſſet attentari.lib.j. quod eſt repetitum in conſi.57.lib.ii Barb.in conſi.51.col.x.lib.ii.Corn.in conſi. 296.col.pen.lib.iiii.Deci.in conſi.viii.col.iij. in fin.uerſic. quarto & ultimo dici poteſt.in conſi.175.col.vi.uerſi.præterea licèt ſummus pontifex.& in conſi.215 col.ii.in fi. Infertur ex hoc dicto, quòd beneficium manuale non efficitur irreuocabile,ex eo,quòd prælatus illud nunquam reuocauerit : cùm reuocatio eſſet in mera facultate ipſius prælati.Abb.in c.Ioannes.in fi.de cler.coniuga.& in c.ad noſtram. ubi etiam Deci. colum. iii. in fi. de confir. utili uel inutili.Infertur ēt,quòd ſi rector eccleſiæ cōſueuit habere certos coadiutores,quos nunquam remouit ſine cauſa, ex hoc non inducitur præſcriptio,quominùs remouere poſſit quia illud fuit ex eius uoluntate, & de honeſtate. Anto.de Butr.in conſ.iii.col.ii. in fi. quod eſt repetitum in conſ.51.

99 ¶ Sed hic † dubitatur, an talia quę ſunt merè facultatis, præſcribi poſſint?dic quòd ſic,interueniente prohibitione præſcribentis,& patientia aduerſarii per tempus ſufficiens ad præſcribendum:puta uolebam alibi molere aut coquere,tu me prohibuiſti, acquieui tali prohibitioni tempore longiſſimo:ex hoc actu prohibitionis & cum patientia ſubſecuta,ſtatim quæſita eſt poſſeſſio,ſeu quaſi prohibenti.& deinde præſcriptio.l.hæc autem.ff.de ſeruitu.urb. prædio. glo.& Doct.in l.qui luminibus.eod.titu.l.ſi quis diuturno. ff.ſi ſerui.uendi.Abb.in d.c.ſignificante.in j.notab. de appella.in c.ſi.in fi.de reſtit.ſpolia.& in d. c. Abbate. col. ii. de uerbo.ſignifi.Iaſ.in d.l.quominùs.col.v.in fi.uerſicu. Secundo confirmatur iſta pars. & ibi Ripa col. 26. poſt med. ff.de flumini.Guido Papæ.quæſt.298.& quęſt. 631.col.13.

100 Brunus aſtenſis in conſi.56.¶ Ex præmiſſis † reddi uidetur

tur dubitabile dictum Bald.in l.malè agitur.col. iii. uerſic. ſi uerò.conductio.& in d.l.omnes.col.ii. uerſ.exemplum, colonus.C.de præſcript. triginta uel quadraginta annorũ. ubi licèt colonus nunquàm præſcribat rem contra dominum,niſi interuertat poſſesſionem,per d.l.malè agitur.tamen ſi conductor aut colonus tenuit rem longisſimo tempore triginta uel quadraginta annorum, ſoluendo ſingulis annis certam & uniformem penſionem : puta dimidiam partem fructuum ,licèt non præſcribat ipſam rem . tamen præſcribit ius coloniæ perpetuæ: ut dicatur colonus perpetuus,& expelli non posſit.& hoc quando ab initio conduxerat quis rem per modicum tempus:ſecus, ſi ad annos triginta uel quadraginta : quia tunc etiàm ius coloniæ non præſcriberet , cùm anteà expelli non poſſet.Idem uoluit Angel.in d.l.malè agitur.col.ii.ſequitur Alexan.in l. item quæritur.§.qui impleto.in prima additio.ad Bart. ff. locati.Bertachi. in prima parte ſui repertorii. in uerbo , colonus. uerſ. xi. nam quod colonus tanto tempore ſteterit in colonia, hoc fuit ex mera uoluntate & facultate utriuſque partis.ergo obligatio aliqua aut præſcriptio induci non potuit,neque ex parte coloni,quòd teneatur ſtare, neque ex parte domini , quòd non posſit remouere : quia ex actibus merè uoluntariis præſcriptio non inducitur : ut ſupra di-
101 ctum eſt. ¶ Secundo † contra hoc dictum Bald.& ſequacium uidetur facere text.in l.uoluntarie. C. de excuſa. tuto. ubi quòd ex actu uoluntario nullum infertur præiudicium facienti . Ideo ſi exemptus à muneribus ſponte onus aliquod ſuſtineat,non præiudicat ſuo priuilegio,ut in futurum ſoluere teneatur.ita per illum text.tradunt Moder.in
102 c.cùm accesſiſſent.de conſtitutio.¶ Tertio † actus noſtri uoluntarii ,.qui ex aliquo facto tacitè arguuntur, reſtringi debent ad limites ipſius facti , nec amplius extendi debēt. & eatenus præiudicat uoluntas tacita , quatenus extenditur factum,ex quo uoluntas colligitur,& non plus.l.j.§. Iulianus.ubi.Bart.ff.de itinere actuque pri.l.operis non poſitis.ff.de operis liber.l.fi.C.ne uxor pro marito.Bartol.in l.Titium.& Meuium §.altero.col. fi. uerſ.ad quod dico.ff. de admini.tutor.& in l.ſi patruus.in fi. C. commu. utriuſ-

que

que iudi. c. ſollicitudinem. de appella. Dec. in conſil. 72. col.fi.modo conſenſus domini tacitus, quòd colonus præſeueraret in iure coloniæ, non debet præiudicare domino ultra tempus,per quòd paſſus eſt,ſed ad illud reſtringi debet. patientia enim non egreditur ſuos terminos: ideò ſi quis quid patiatur circa unam perſonam,uel rem ad aliam non extenditur. Alexand.in d.conſi.j.col.xi.lib. v. ¶ Quar
103 tot nos habemus,quòd actus tacitus difficilius extenditur,quàm expreſſus.glo.in clem.ſæpè.circa fi.in uerbo,par tibus.de uerbo. ſigni. quàm pro notabili refert & ſequitur Paul.de Caſt.in conſ.65.Viſo quodam libello.col.iii. in fi. libr.j.& in l.ſi conuenerit. ff. de iuriſd. om. iudi. Roma. in conſi.133.In propoſito caſu.Alex.& Dec.in l.j. §. j. ſuper gloſ.in uerſ.ſi quis.ff.quod quiſque iuris.Dec.in c.j.col.21. in fi.uerſ.ulterius,& tertio.de iudi. & in c. dilecti. ii. in ii. notab.de appella.Iaſ.in l.cum quid.col. iii. in uerſ. quarta concluſio.ff.ſi cert. peta. in ſecunda lectura, & dixi ſuprà hac eadem parte. Modò Bald. & ſequaces uolunt,quòd ſi
104 dominus † locaſſet coloniam ad annos triginta aut quadraginta colono,non præſcriberet colonus ius coloniæ. & ſic per expreſſam locationem tanti temporis non eſſet acquiſitum ius coloniæ:ergo multò minus dicendum uidetur acquiri ius coloniæ per tacitam locationem, ex eo, quòd finito tempore locationis expreſsè patiatur dominus colonum remanere: cum difficilius extendi uideatur tacita locatio, quam expreſſa. Et ſi dicas diuerſa eſt ratio inter expreſſam locationem, & tacitam: quia in expreſſa fuit limitatum tempus,& ante finem illius temporis colonus expelli non poterat. Reſpondeo, quòd etiam in tacita limitatum dicitur tempus ad terminos patientiæ. quan diu dominus paſſus fuerit: quia conſenſus tacitus reſtringitur ad limites patientiæ,ex qua cauſatur ut ſuprà dictũ eſt. & licèt in tacita locatione potuerit colonus expelli ante annos triginta aut quadraginta:tamen hoc in conſideratione haberi non debet,ex quo uolũtariè toleratus eſt.¶Quintò in terminis quæſtionis.Bald.quando colonia locata eſt ad certum & modicum tempus, & finito eo colonus in ea manet.Iſtud eſt in uim tacitæ reconductionis.l.item quæritur.§.

ritur.§.qui impleto.ff. loca. Sed certum eſt,quòd ſi domi-
nus expreſsè relocaſſet coloniam per tantũdem temporis
aut ampliùs,non eſſet acquiſitum colono ius coloniæ, quo
modò igitur dici poteſt illud cenſeri acquiſitum ex condu
ctione aut relocatione tacita.l.qui ad certum. ff. loca. fin-
ge,quòd dominus relocauerit de triennio in triẽnium, uel
de quinquennio in quinquennium, uel de decennio in de-
cennium,ita quòd ex talibus & expreſsis relocationibus
tenuerit quis coloniam per annos cẽtum. diceturne aquiſi
tum ius coloniæ:ita ut colonus ab ea remoueri nõ poſsit?
Equidem neminem arbitror id auſurum pronuntiare: & ta
men iſto caſu poterat dominus non relocare,poterat colo
num expellere ante annos triginta , non expulit , ſed ex-
preſsè confirmauit. Iſta expreſſa confirmatio non confert
ius coloniæ perpetuæ: ergo illud conferet confirmatio ta-
105 cita.¶Iſtud tamen † argumentũ poteſt euitari in materia
præſcriptiõis, ĩ qua potẽtius uidetur tacitũ,quã expreſsũ:
quia ubi eſt expreſſa relocatio ad tẽpus , ibi eſt recognitio
tẽporalitatis : quia fatetur cõductor ſe colonũ ad tẽpus, q̃
recognitio impedit præſcriptionẽ,cũ non teneat, ut colo-
nus perpetuus . Imo talis recognitio præſcriptionem iam
cœptam interrumpit.l.in contractibus.C.de nõ nu. pecu.
l.cum notiſſimi.§.Imo.ubi glo.in uerſ.innouata.C.de præ
ſcript.xxx.uel xl.anno.Iaſ. in l.qui bis idem.col.vi.uerſic.
106 ſecundo modo.ff de uerb.oblig.¶Sexto † nos habemus,
quòd tacita reconductio aut refirmatio contractus,cenſe-
tur facta ſecundum formam & modos ipſius contractus ex
preſsi.Ideo omnes qualitates præcedentis contractus cen
ſetur repetitæ in contractu, qui tacitè renouatur,excepto
tempore.l.legem.ubi Bald.C.locati. Alexan. in conſ. 28.
Ponderatis. in fi.lib.iiii.Iaſ.in conſ.iii.col ii. lib. iii. Idem
in renouatione contractus expreſsè facta : quia intelligi-
tur facta ſecundum qualitates contractus renouati , ſi de
diuerſitate non apparet. Bart. in l.ſi mihi & tibi circa fi.ff.
de uerbor.obliga.Anchar.in conſ. 30. Dubitari ſolet. col.
fi.in iii.dubio.Deci.in conſil.407. col.iii. poſt med. Ergo
ſicut ex forma præcedeutis & expreſſæ locationis poterat
conductor aut colonus expelli finito tempore ſuæ condu-
ctionis.

ctionis. idem uidetur dicendum in tacita reconductione, quòd finito tempore uſque ad quod cenſetur facta tacita recóductio, poſsit colonus expelli. unde cùm tacita reconductio in prædiis ruſticis ſolùm cenſeatur facta, uſque ad annum, licèt expreſſa facta ſit ad maius tempus: ut not. in d. §. qui impleto. & in d. l. legem. Alexa. in d. conſ. 28. in fi. lib. iiii. Socin. in conſ. 17. in prin. libr. iii. dicendum uidetur liberum eſſe domino colonum expellere, quandocunque
107 uoluerit, poſt ſingulos annos finitos. ¶ Septimo † pro hoc uidetur text. in l. in rebus. §. fi. ff. de precario, ubi ſi is, qui precarium ad tempus rogauit, finito tempore, rem adhuc teneat patiẽte domino, dicitur ibi, quòd cenſetur precario tenere: & ſic reuocari poterit ſecundum naturã precarii. Nec diſtinguit ibi text. de tempore: ſed generaliter loquitur. Ex qua generalitate infertur, quòd licèt teneat quis rem longiſsimo tempore finito precario, non ob id acquirit ius in re, quominus reuocari poſsit. ¶ Octauo,
108 † dictum Bald. poſſet procedere, quando non appareret de aliquò titulo conductionis præcedentis, ſed ſimpliciter quis tenuiſſet rem tanquam colonus longo aut longiſſimo tempore ſoluendo in annos ſingulos certam & uniformem pẽſionẽ. nam ex tpis diuturnitate pręſumi poſſet ius coloniæ perpetuæ. ſed quando apparet de titulo præcedenti, & expreſſa locatione, tunc præſumitur perſeueratum in colonia in uim illius tituli, & ex tacita eius renouatione. l. quædam mulier. ff. de rei uendi. l. ii. C. de acquiren. poſſeſ. a primordio enim tituli, poſterior formatur euentus. l. j. circa fi. C. de impo. lucrari. deſcrip. lib. x. & ſic ſecundum naturam & qualitates talis tituli, ita quòd remoueri colonus poſsit. finita eis conductione tacita uel expreſſa, omnia enim ad id referuntur, unde uim capiunt & originem. l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad legem falcid. & cauſa prima ſemper intuenda eſt, & ſecunda cauſa operatur quantum ſibi à prima influitur, & non ultrà. l. ſi quis domum. ff. locat. l. peto. §. prædium. ff. de lega. ii. Pro hoc quod multum in pro-
109 poſito ſcribit Roma. in conſi. 314. ubi licèt † mulier præſumatur dare omnia bona ſua in dotem: tamen hoc fallit, quando mulier nubens eſſet minor: quia ſicut expreſsę da-

re non

re non poſſet: ita nec tacitè. Sed pone dicit Roma. quòd facta maior patiatur maritum poſsidere & adminiſtrare bona ſua, nunquid p̃ſumetur dediſſe in dotem? dicit Rom. q̍ nõ quia origo, & prima cauſa poſsidendi inſpiciẽda eſt: ſed prima origo non fuit titulus dotis: ergo nec continuatio poſſeſsionis ſubſecuta, cum patientia mulieris inducet titulum dotis. ſed referendo poſſeſſionem coloni ad originem, apparet, quòd tenuit, ut colonus temporalis, non perpetuus: quæ origo inſpicienda eſt in poſſeſsione. l. clam poſsidere. in prin. ff. de acquir. poſ. quem allegat Roma. in conſil. 314. qui tex. multum uidetur ſtringere pro hac parte. & illud conſil. Rom. refert & ſequitur Gozadinus in cõ
110 ſil. 33. col. pen. circa finem. ¶ Nono † cum origo talis coloniæ proceſſerit à contractu expreſſo locationis ſeu dationis in coloniã, cuius natura eſt, ut ſit temporalis, & ad tempus primo expreſsè factus fuerit contractus, mens contrahentium, id eſt, domini & coloni perſeuerantium in colonia, debet intelligi & interpretari ſecundum naturam ipſius contractus, ut remoueri colonus poſsit finito tempore coloniæ expreſſo uel tacito: quia uoluntas diſponentis intelligitur ſecundum naturam rei. Old. in conſil. 243. Factũ tale eſt: Rectores. col. ii. & quod naturaliter ineſt, pro expreſſo haberi debet, quaſi ipſa natura loquente. Bald. in conſ. 330. In hoc concordati. col. j. poſt med. lib. iii. per tex. in l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. & in l. triticum. ff. de
111 uerb. oblig. ¶ Decimo, † poſſeſsionis cauſam mutare ſibi nemo poteſt, nulla extrinſecus ſuperueniente cauſa mutandi. l. cum nemo. C. de acquiren. poſſeſ. Imo etiam ſuperueniente cauſa iuſta mutandi, adhuc uidetur neceſſaria declaratio uoluntatis aut animi mutantis, & quod conſtet eũ mutare uelle. Soci. in conſil. 131. col. iii. uer. ſed hic eſt aduertendum. lib. j. quod tamen non firmo: itaque colonus qui ab initio rem tenebat, ut colonus temporalis, ex titulo coloniæ temporalis, licet poſtea longius perſeueret in colonia, nõ uidetur, quòd cauſam poſſeſsionis mutare poſſit, & rem tenere, ut colonus perpetuus, nullo alio accedẽte titulo. Et ſi dicas, uidetur accedere titulus nouus perpetuæ coloniæ ex patiẽtia domini per tempus longiſſimum.
Reſpon-

Reſpondeo, ꝙ dominus cenſetur pati in uim prioris tituli tacitè renouati: quia colonum gratum & utilem habeat.
112 ¶ Vndecimo, in re † dubia fit interpretatio ſecundum, id quod uerisimilius eſt.l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg.iur. reg. in obſcuris. eo. tit. lib. vj. ſed uerisimile eſt, quòd ubi procedit contractus conductionis aut locationis ad tempus,& eo finito patitur dominus colonum perſeuerare longiſsimo tempore in colonia,quòd id patiatur ex titulo præcedenti: quia colonum gratum & utilem habeat: non itidem paſſurus, ſi ex tali tolerantia cogitaret ſe ligari: ut in futurum,ſi diſpliceat,remouere non poſsit. Quià
113 † in dubio nemo præſumitur uelle ſeipſum ligare.l.ſi peculium.§.ſicut autem.ff.de peculio leg.l.qui inſulam. ff. ſi. ff.loca.Old.in conſil.243. Factum tale eſt: Rectores. col. ii.Bald.in conſil.102. Omnis poteſtas. col. iii. circa princip.lib.iii.Paul.de Caſt. in conſil. 50. Si dicta reformatio.
114 poſt medium.lib.j.¶ Duodecimo,† in contractu expreſſo ſtricta fit interpretatio.& quicquid uerbis omiſſum eſt, habetur pro omiſſo. l. quicquid adſtringendæ. ff. de uerb. oblig. & in dubio uerba contractus interpretantur contra ſtipulatorem ſe iuuantem ex contractu,cui imputatur cur legem apertius non dixerit. l. ueteribus. ff. de pact. l. ſi in emptione.in priu. ff. de contrah. emp. Si in contractu expreſſo ſtricta fit interpretatio, quanto magis ſtrictè interpretabitur actus tacitus, qui inducitur ex patientia longiſſimi temporis, ut non cenſeatur quis ualuiſſe ſe in perpetuum obligare ad habendum colonum perpetuum, quem remouere non poſsit.cum (ut dixi) ſtrictius procedatur in tacitis,quàm in expreſsis.& in dubio fieri debet interpretatio,ut minus obligetur quis, quàm ſit poſsibile. l. in eo, quod plus.§.ubi uerba.ff.de reg.iur.ubi uerba in dubio cēſentur appoſita alternatiuè,non copulatiuè, ut minùs quis obligetur.tradit.Angelicèt illum tex. non alleget in conſi. 67.Ex themate.in fi.Guid.Papæ q.252.ubi,ſi quis promittit ſoluere operarijs ſuis euntibus ad putandum,uel fodiendum uineas, id quod alii dabunt, ſi alij dederint diuerſò modo,inſpicitur, quod minùs datum fuerit: per tex. in l. qui concubinam.§.cum ita.j.ff. de leg. [illegible] tradit etiā Dec. in con-

in conſil.423 col.ii. ante medium. & licèt in promiſſione ſpeciei non cenſeatur actum de minimo, ſed de mediocri. l.ſi quid uenditor.§.fin.& l.ſeq.ff. de ædili. edict. l. ſancimus.poſt prin.C.de don.Bal.in conſi.180. Ad euidentiam. lib.ij.tamen etiam habendo rationem ad mediocritatem, non eſt ueriſimile, quòd uoluerit quis ſe in perpetuũ obligare,ad habendum colonum,fortè odioſum & incommo-
115 dum in futurum.¶ Decimotertio, ſi dicimus, quòd † colonus cenſeatur manſiſſe in colonia per tempus illud longiſſimum, in uim tituli præcedentis tacitè renouati iuxta tex.in dicto.§.qui impleto.cenſentur partes ſemper manſiſſe in eadem uolũtate, ſi dicimus,quòd fuerit acquiſitum ius perpetuæ coloniæ,inducitur mutatio uoluntatis,quòd de colonia temporali uoluerint facere coloniam perpetuam. ſed uoluntatis mutatio præſumi non debet. l. iii. l. eum, qui uoluntatem.ff.de probationibus.l.Lucius. j. ubi gl.ff.de leg.ij.c.j.quod met.cauſ.c. maiores. §. fi. ubi gl. in uer.perdurare.de baptiſmo.c. licèt. de procu. lib. vi. quod procedit etiam dato longo temporis interuallo. l. ſancimus.ubi Iaſ.in tertio not.C.de teſtamẽ.Ripa in l.ſi quis in fundi uocabulo.col. iiij. in fi. ff. de leg. j. quod ſine dubio procedit nullo interueniente facto contrario ex quo arguatur mutatio uoluntatis.Dec.in l. pacta nouiſsima. col. iii. circa medium. C. de pact.ſed licet dominus recipiat certam & uniformem præſtationem fructuum à colono, à principio declaratam in contractu coloniæ temporalis, ex hoc nullum arguitur tale factum, ex quo præſumi debeat mutatio uoluntatis, quòd de temporali colono, uoluerit perpetuum facere.Bene arguitur,quòd uoluerit extendere contractum in longius tempus, donec ipſis partibus placitum fuerit. ſed ulterius extendi non debet tacita
116 domini uolũtas.¶†Decimoquarto,probatio debet de neceſſitate concludere.l.non hoc.l.neque natales.C. de probatio.c.in præſentia. extrà eo.titu. ſed non ſequitur, dominus paſſus eſt coloniam ſuam teneri per tempus longiſſimum à colono,quem ab initio temporalem conſtituerat, & certam ac uniformem præſtationem ab eo accepit in annos ſingulos: ergo cenſetur eum colonum perpetuum facere

facere uoluiſſe: quia potuit ita egiſſe in uim tituli præcedẽtis tacitè renouati,& hoc in dubio præſumi debet.quia, ut ſuprà dixi, referuntur omnia ad ſuã cauſam & originẽ.

117 ¶ Decimoquinto, ſi dicimus † præſcriptum ius coloniæ perpetuæ ex tempore. 30. aut 40. anno. illud eſt propter negligentiam domini,cur non colonum remouerit ante illud tempus,& cur paſſus fuerit eum tamdiu in colonia perſeuerare.præſcriptio enim 30.aut 40. anno. dicitur merè odioſa, inducta in odium negligentis. Bart. & Doct. in l. iii.in prin.ff.de eo,per quem factum erit.& in l.fi. C. de edict.diui Adrian.tol.ſed quare imputabitur culpa domino cur non colonum expulerit, ſi uidit eum ſibi gratum & cõmodum? Et ſi dicas, ſaltem imputandum eſt domino, cur non curauerit recognoſci coloniã,ut temporalem, & contractum coloniæ renouari per tempora. Reſpondeo, quòd non putat dominus neceſſariam aliam renouationem,quã diu colonus ex fide reſpondet de fructibus. & quia putat dominus ius ſuum ſatis durare ex primo titulo conceſſionis ad colòniam,in quo partes tacitè perſeuerant:arg.l.ſicut.§.non uidetur.ff.quib.mod.pig.uel hypot.ſolui.& talis negligentia poſſet imputari domino,quando colonus interuerteret poſſeſsionem,& referret quæſtionem dominij, & magis uidetur imputandum colono, cur non declarauerit domino intẽdere ſe in colonia,manere iure coloni ꝑpetui.

118 ¶ Decimoſexto † illud in dubio præſumere debemus, quod frequentius contingit:quia omnia frequentiora ſunt ueriſimiliora: nec eſt putandum, quòd una hirundo faciat uel, uel quòd una mulier ſit paſſer ſolitaria in patria. ita Bald.in conſil.390.Tam profundè.col.ij.lib.ij.Modo ſi dicimus ex patientia domini per tempus longiſsimum triginta aut 40.annorum quæſitum colono ius coloniæ perpetuæ, illud dicendum eſt tacitè celebratum contractum quendam colonarium.de quo loquitur Bald.in c.j.§. aut ſi libellario.col.j.quib.mod feu.amit.Iaſ. in l. j. colum. viij. uer. quis autem dicatur. C. de iure emphy. qui contractus rariſsimus eſt,& de eo nunquam dicitur quid audiui. & ex uerbis Bald.& Iaſo. ubi ſuprà ſatis apparet talem contractum non fuiſſe in uſu apud eos, dum appellant eum quen

dam contractum, quaſi incertum illum haberent. Itaque cum talis contractus rariſsimus ſit, & contrahentibus ferè incognitus: non eſt præſumendum, quòd dominus recipiẽdo certam & uniformem præſtationem fructuum à ſuo colono uoluerit tacitè inire contractum coloniarum: id eſt coloniæ perpetuæ non ſolidum expreſsè celebrari & iniri: ſed potiùs uoluerit tacitè renouare contractum præcedentem, & illum in longius tempus extendere: quod in uſu
119 paſsim eſt, & frequentiſsimè fieri conſueuit. Sicut † enim declaratur uoluntas hominis ex conſuetudine, ut id cenſeatur uoluiſſe, quod conſuetũ eſt fieri. l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædil. edict. l. ſi prius. §. pe. ubi Bart. ff. de aqua plu. arcen. l. fi. C. de fideiuſ. Barto. in l. magiſtratus. ff. ad Municip. Areti. in conſil. 11. col. iii. uerſ. ſed tamen ex ſuperabundanti. cum ſimilib. ſic non cenſetur uelle diſponẽs illud, quod fieri conſuetum non eſt. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ubi Bald. ff. de leg. iii. Alexan. in conſi. 75. col. pe. lib. v. & cùm magis communiter accidat, quòd domini permittant colonos manere in iure coloniæ finito ſuo tempore, in uim tacitæ renouationis, potius quàm ut colonos perpetuos conſtituant, præſumptio ſumi debet ex eo, quod cõmuniter fieri conſueuit. gl. in l. neque natales. C. de proba. In materia enim præſumptionum & coniecturarum ualidum eſt argumentum à communiter accidentibus. Bald. in conſ. 70. Apparent. col. ii. lib. j. Alibi ſcribit idem Bal. in conſ. 351. In bonis feudalibus. in fi. lib. j. quòd ex frequentia & generalitate præſumitur ueritas, niſi probetur conſuetudo difformis: id eſt quando aliquid generaliter & frequenter ita fieri conſueuit, præſumitur in dubio, quòd ita factum ſit. Idem Bald. in d. conſil. 390. Tam profundè. col. j. in fi. lib. ij. quòd locus à communiter accidentibus in dubiis cauſis præſumptiuè concludit. Alibi ſcribit idem Bal. in conſil. 351. Ioannes & Fredericus. colum. ij. ante med. li.
120 v. quòd præſumptio † inducitur ex communi curſu. Alibi & in caſu ualdè dubitabili ſcribit Abb. in conſil. 18. colu. iiij uerſ. iii. dixi. lib. v. quòd præſumptio eſt, quòd ſyndici, qui fuerunt præſentes laudo, illud portauerint eorum communitati, & quòd communitas de eo notitiam habuerit:
quia à

quia à communiter accidentibus ſic fieri conſueuit. Ob id dicit Abb. ex tali receptione inſtrumenti laudi præſumpta per cōiter accidentia, cenſetur communitas laudum approbaſſe: & ſic licèt facta non præſumantur, niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. l. ſi emancipati. C. de colla. c. cū in iure. de offi. delegat. cum ſimil. tamen uult Abb. iſtud non procedere in tali facto, quod communiter fieri conſueuit. quòd tamen ad præſens nō firmo. Satis eſt, quòd appareat hanc præſumptionem quæ ſumitur à communi curſu, aut à communiter accidentibus, non memini apud Doct. fieri. Fortiùs uolui idem Abb. in in cōſil. 113. col. iii. lib. ii. quòd ualet tale argumentum à communiter acciden
121 tibus, etiam † quando agitur de crimine ciuiliter. Dicamus igitur præſumi tacitè renouatum contractum locationis in quæſtione iſta, quòd communiter fieri conſueuit, nō quòd contractus quidam colonarius incertus & inſolidus
122 celebratus præſumatur. ¶ Decimoſeptimo † arguitur ex eo, quod ſcribit Anch. in conſil. 302. Materia, de qua quæritur. col. fin. poſt medium. ubi, quòd quæ non apparenr, non præſumunrur: ſed rebus ſic ſe habentibus iudicandum eſt: per l. quod Seruius. ff. de condi. ob cauſ. l. in lege. ff. de contrah. emptio. Modo in quæſtione noſtra de contractu colonario in perpetuum non apparet, bene apparet de cōtractu locationis & conductionis ad certum tempus. quod igitur permiſerit dominus colonum aut condnctorem perſeuerare in colonia poſt tempus, dicamus id factum in uim illius contractus apparentis tacitè renouati, non in uim cōtractus colonarii perpetui, de quo non apparet & qui (ut
123 dixi) uix cognitus ſit. ¶ Decimooctauo † id in dubio cēſetu r fuiſſe de mente partium, quòd utrique earum prodeſt, & neutri oneroſum ſit. Bald. in conſil. 343. Examinanda ſunt. in princ. libr. j. per text. in l. j. ff. ſi quis cautio. & in l. cum Stichus. ff. de ſolut. ſed utrique parti & domino & colono minus oneroſum eſt, quòd neuter obligetur ex contractu colonario perpetuo: odioſum enim dicitur omne id, per quod inuitus cogitur quis quid facere. l. ſi uero. §. final. ff. ſoluto matrimo. l. nec emere. C. de iur. deliber. facit text. in §. prętereа. inſtit. de actio. no. Bart. in l. talis ſcriptu

ra.ff.de leg.j.Dec.in l.diē functo.col.vij.in fi.ff.de offi.aſſeſ
124 ſo. ¶ Decimonono † conſidero text.& eius rationem in d. l.malè agitur.C. de præſcrip. 30. uel 40. ann. ubi quòd conductor non præſcribat contra dominum, niſi interuertat poſſesſionem domini, dicendo ſe tenere nomine ſuo proprio,non domini.Ratio illius legis eſt, quia ante inter uerſionem poſſeſſionis nulla negligentia poteſt imputari domino,cur paſſus fuerit rem tandiu poſsideri per conductorem,ex quo uidebat ſe retinere poſſeſſionem mediante ipſo conductore. & quòd eo modo aduerſus ipſum dominum præſcribi non poterat.l.quod meo.ff. de acquir. poſſ. Iſta ratio pariter uidetur militare in caſu noſtro: quia ante declarationem coloni,quòd intenderet manere in perpetuum in iure coloni, nihil uidetur domino imputandū, quaſi cogitauerit,quòd ſemper eodem iure in colonia perſeuerarent,& cui dubium, quòd ſi colonus aliter declaraſ-
125 ſet, non id dominus paſſurus erat. ¶ Vigeſimo,† ubi res dubia eſſet, in caſu dubio interpretatio haberi debet, per quā pręſcriptio iuris coloniæ perpetuæ ceſſet:quia, ut dixi,præſcriptio eiuſmodi 30.aut 40.annorum,dicitur merè odioſa.in dubio autē fit interpretatio,ut odiū ceſſet arg. l. cùm quidam.ff.de libe.& poſthu.regu.odia li. vi. Sic in ſimili dicimus fieri interpretationē, ut ceſſet gabella, quia odioſa.Barto.in l.ſi pupillus.in prin.ff.ad leg.Falci. Corn. in conſ.99.col. iiii. uerſi. & facit pro prædictis.lib. j. & in conſil.153.in princ.lib.iii. Dec. in conſi. 49. col. fin. & in conſi.457.col.ii.ante med. Similiter in dubio fit interpretatio contra collectam tanquam rem odiſam.Abb.in conſil.20.colum.ii.libro ii.Corne.in d.conſi. 199. colum. iiij. lib.j.& in conſil.194.colum.iii.lib.iiij.& dixi in conſ.111. in fi.& quòd in dubio fiat interpretatio contra præſcriptionem,dixi ſupra.q.23.Ex præmiſsis(ut dixi)dubitabile uidetur dictū Bald.& Ange.in d.l.malè agitur.& in dict.l. omnes.quod Alexand. ſequutus eſt in dicto §. qui impleto. & in dicta l. malè agitur. in additi. & ego aliàs conſului prima facie contra illud dictum,ut patet in conſi.107. ſed tamen in caſu conſilij mei euitari poterat aliter dictū Baldi & ſequaciū:quia Baldus uult,ſi bene pōderetur, quòd præſcriptio

ſcriptio iuris perpetuæ coloniæ incipiat currere poſt finitum tempus præcedentis conductionis.nam durante tempore conductionis ad tempus, non poteſt conductor præſcribere ius coloniæ perpetuæ:cùm non teneat rem ut colonus perpetuus: ſed ut ad tẽpus & illa recognitio coloni tẽporalis,quòd ſit colonus ad tẽpus, impedit præſcriptionem coloniæ perpetuæ:cũ etiam poſſeſsionem iam inchoatam interrumpat. ut ſuprà dixi & facilius impeditur quid fieri,quàm quod factum tollatur.l.patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris. & ſi uellet præſcribere durãte conductione temporali,non poſſet propter malam fidem: cùm ſciat ſe conſtitutum colonum ad tempus. Ego ſcripſi quid mihi uiſum fuerit.Planè,quia authoritas Bald.Ange. & Alexan.magna eſt,omnia ſubijcio iudicio rectioris. Poſſet eiuſmodi incidere,in quo dictum Bald.ſaltem de æquitate uideretur ſeruandum. Puta, uendidit quis neceſsitate ductus,agrum uiliori pretio. emptor locat uẽditori ad certã annuã,& uniformẽ præſtationẽ ad certũ tẽpus.Exactio tempore perſeuerat uenditor in conductione annis triginta eandem quantitatem fructuum uniformiter præſtando, non poteſt redimere rem, non poteſt agere remedio l. ſecunda. C. de reſcindend. uenditione, uel quia præſcriptum: uel quia non poteſt probare læſionem ultra dimidiam de tempore contractus. magna tamen fuit læſio, ſi expediat uenditori læſo rem tenere ad coloniam perpetuam. hoc caſu opinionem Baldi ſequerer ex æquitate.Cæterùm,ſi præmiſsis ceſſantibus, tradam agrum colono ad certum tempus, qui eo finito maneat in colõnia longiſſimo tempore præſtando in annos ſingulos certam partem fructuum uniformiter,quòd iſto caſu cogat habere colonũ perpetuum:puta ſucceſſorem illius mihi ingratum,& moleſtum.hoc uidetur & durum & abſurdum,non ſecus atque ſi famulus dicat ſe acquiſitum habere ius perpetui famulatus.quod laicus & ſimplex quidam famulus fratrum prædicatorum Sauiliani cui Franciſco de la Vitala nomen erat, & cognomen obijciebat,dum expulſionem minarẽtur fratres, dicens ſe anteà ueniſſe famulum in monaſterium, antequàm illuc ipſi eſſent ingreſsi.

ARGVMENTVM.

Molere & coquere, cum ſint actus merè uoluntarii, ad id quis adigi & compelli poſsit, non quæſita poſſeſsione & præſcriptione ex prohibitione, & patientia ſubſecuta. Et condere ſtatuta an ſoli principi competat, non dominis habentibus iuriſdictionem perpetuam ad hæc, an ualeat ſtatutum cogens ſubditos ad molendum & coquendum in furnis domini uel ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an poſsit cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis. & nume.4.*

2 *Paræciagij ius in delphinatu.*

3 *Paræciagij iure circunſcripto & banneretorum, quo caſu poſsit dominus cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis.*

5 *Statuta condere an ſolus princeps poſsit: non item dominus.*

6 *Dominus & inferior à principe, an poſsit ſtatuere contra ius cõmune ratiõe reipublicæ. Et quã grauis ſit publicæ utilitatis cauſa.*

7 *Statutum cogens ſubditos ad molendum & coquendum in molendinis aut furnis domini aut ciuitatis, quando eſt præiudiciale alijs dominis molendinorum, an ualeat. Et quid ſi in præiudicium eccleſiæ. num. 8. 10.*

9 *Eccleſiæ facultates ubi creſcunt, & bona laicorũ minuuntur, ne laici paupiores ſuſtineãt omnia onera, poſsint facere ſua prædia tributaria, uel ea hypothecare & obligare pro ſoluẽdis oneribus. & eo modo tranſibunt in eccleſiam prædia, cum ſuo onere reali.*

11 *Eccleſia nihil debet aliud quærere, quàm neceſſaria ad uictum, ſecundũ honeſtatẽ: reliqua autem tenetur conuerte in alimoniam pauperum, & fabricam ipſius eccleſiæ.*

12 *Commodo proprio licet unicuique inuigilare: modo id fiat citra cuiuſquam iniuriam.*

13 *Præiudiciũ amiſsionis lucri, nõ habetur ĩ cõſideratione. & nu. 14.*

15 *Præiudiciũ, quod uenit in conſequentiã et ſecũdario, nõ attẽditur*

16 *Papa an poſsit præiudicare laicis in conſequentiam, ubi principaliter non poſſet.*

17 *Statutum quando ueniat in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ.*

18 *Iniuriam non facit, qui beneficium non impendit.*

19 *Dolus aut fraus conſiderari non poteſt in re permiſſa nu. 21.*

Relinqui

20 *Relinqui,uerbum,pertinet ad ultimam uoluntatem.*
22 *Statutum debet eſſe æquale & commune inter omnes ſubditos ſine damno aliorum particularium tantùm.*
23 *Eccleſia habens molendina, ſi eſſet de eodem loco, pariter contra eccleſiam non ualeret ſtatutum.*
24 *Conditio omnium æqualis eſſe debet.*
25 *Statutum an fieri poſſit ob utilitatem publicam, in præiudicium ſingularium perſonarum.*
26 *Diſpoſitio concernens utilitatem publicam,quando agitur de præ iudicio tertij.*
27 *Statutũ an ualeat, quod cogit ſubditos ad molendũ in molẽdinis ciuitatis, quando inde præiudicium naſcitur laicis non ſubditis ſtatuentibus.Et quid ſi concernat præiudicium eccleſiæ.num. 28.*
29 *Statutũ ligans oẽs de uniuerſitate,nõ ualet,niſi omnes & ſinguli conſentiãt:adeo quòd nec maior pars ciuitatis ſufficeret.nu.31.*
30 *Simoniæ uitium non committitur, quando id in pactum deducitur,quod iure communi conceditur.*
32 *Subditorum appellatione,an comprehendatur eccleſia habens molẽdina, ſtatuto ſtãte et cogente ſubditos ad molendũ in molẽdinis*
33 *Nocẽdi aĩo quid factũ,unde colligatur et præſumatur. (ciuitatis.*
34 *Vniuerſitas ẽ potentior et ditior priuatis.reſpub.ſẽper ſoluẽdo eſt.*
35 *Conſuetudo & præſcriptio procedit in his,quæ ſunt meræ facultatis & uoluntatis quando nata eſſet & competeret actio.*
36 *Vniuerſitati licèt ſit integrũ exigere onera:tamen cum tali facultate coniuncta eſt actio cõpetens contra forenſem ad ſolutionem ipſorum onerum,quæ actio,dicitur condictio lege.*
37 *Præſcribitur facultati,etiam quando ex uſu talis facultatis naſcitur ius deducibile in iudicium.*
38 *Dominus ſi per centũ annos non impoſuit aliqua ſeruitia uaſallo, uel non petijt homagium, an ob id uaſallus libertatẽ præſcribat.*
39 *Præſcriptio currit in his,in quibus interuenit factum hominis:et inde ſeruitus negatiua acquiritur.num.40.Et dupliciter præſcribi poteſt in his,quæ iure facultatis competunt.*
41 *Præſcriptio num cadat in his,quæ ſunt merè facultatis.*
42 *Hoſpitandi ius an præſcribi poſſit.*
43 *Hoſpitandi ius præſcriptionem admittit, ſi ex qualitate perſonarum,aut ex coniecturis appareat quòd ex debito & iure ſeruitutis,non ex mera gratia fieret hoſpitatio.*

1 CIRCA præmiſſa † dum dixi, ꝙ dominus non poteſt cogere ſubditos ad molendū in ſuis molendinis, & coquendū in ſuo furno, quia eſt actus merè uolūtarius, niſi eſſet q̄ſita poſſeſsio & p̄ſcriptio ex prohibitione & patientia ſubſecuta, ad modum memoratū, aduerte: quia Iaſ. in conſil. 161. column. iij. libr. ij. iſtud limitat non procedere, quando dominus caſtri eſſet inueſtitus à principe de caſtro cum furnis & molendinis. Sed puto quod Iaſ. malè loquatur: quia illa uerba cum furnis & molendinis, ſolùm important conceſsionem iurium, quæ concedens habebat in furnis & molendinis. ſed non ſequitur: ergo cō cedens habebat ius cogendi ſubditos ad ibi molendum & coquendum, niſi aliter de tali iure appareat: iuxta not. in l. locus. ff. de acqui. poſſeſ. & in l. ſi ſic. ff. de lega. j. In patria
2 autem Delphinatus † ſunt plura molendina, & plures furni habentia & habentes ius cogendi ſubditos ad ibi molendum & coquendum, & tale ius quandoque appellatur ius parœciagij: quia cogunt parœciani ibi molere & coquere. interdum appellantur molendina bānereta & furni bannereti: quia domini bannereti tale ius cogendi habeant. & nunc ſuper tali iure parœciagij agitur iudicium inter nobilem Ioannem de Malobecco, & homines riparum proximè Moyrencium, in curia balliuatus ſancti Marcellini: in qua cauſa bis conſului pro dicto nobili de Malobecco. & ibi latè tractaui hanc materiàm. Circunſcri-
3 pto † tamen iure parœciagij, & banneretorum, eſt dare caſum de iure communi, in quo dominus cogere ſubditos poteſt ad molendum in ſuis molendinis, & coquendum in ſuis furnis, quando uidelicet hoc ipſum faceret dominus ob publicam utilitatem: quia compendium quod inde perciperetur pro multura & furuagio, conuerteretur ad utilitatem publicam. ita Baldus in conſil. 410. Quæritur utrū dominus libro quinto. Sed caſus eiuſmodi uix poſſet accidere, cùm ad propria & priuata commoda omnia referantur. & hoc dictum Baldi ſequitur Iacobinus de Sancto Georgio, in tractat. feudor. in uerbo, & cùm molendinis. in j. quæſtio. Sed hoc dictū reprobat Boerius in ſuis deciſionib.

ciſionib. quæſti. 125. colum.pen.in fin. & ſequen. dicens, quòd uera & communis opinio eſt in contrarium, & quòd hoc modo ſemper cogerentur ſubditi ad molendum & co-
4 quendum in molendinis & furnis domini. ¶ Sed pro † defenſione dicti Bald.conſiderandum eſt,quòd doctores dicẽtes dominum non poſſe cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis,loquuntur, quando dominus hoc faceret ad priuatam ſuam utilitatem: ſed quando ad publicam, ita quòd talis coactio cederet commodo etiam ipſorum ſubditorum,docto.nihil dicunt in cõtrarium.Imò ſi uideatur Socin.in conſi. 272.col. iiij. lib.ij. quem Boerius allegat pro ſe,uidetur Socin. velle hanc partẽ,quòd dominus poſſit ſubditos cogere ob publicam utilitatem,dum principaliter ſe fundat, quòd ſtatutum de quo in caſu ſuo, per quod cogebantur ſubditi ad molendum in molendinis domini, ſapiebat monopolium,tanquam factũ ad commodum ſolius domini,& præiudicium ſubditorum: & ſuper hoc poriſſimum inſiſtit Soci. Sentit ergo ſecus eſſe, quando ita ſtatueret dominus ob publicam utilitatem. ſed quia Socin. adducit aliam rationem,quia dominus inferior recognoſcens ſuperiorem, non poteſt ſtatuere contra ius commune. Pro clara intelligentia huius difficultatis uidendum eſt de duobus. Primò an dominus prohibeatur ſic ſtatuere, tanquam contra ius commune, quo iure in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & ſic auferenda non uidetur libertas ſubditis molendi ubi maluerint.Secundò, an prohibeatur dominus ſic ſtatuere tanquam tale ſtatutũ concernat præiudicium alio
5 rum habentium molendina.¶ Circa primum † uidetur ſimpliciter dicendum, quòd dominus caſtri non poſſit ſtatuta condere: quia hoc uidetur de ſummo imperio, quòd competit ſoli principi.l.nõ ambigitur.ff.de leg. § ſed quod princip.inſti.de iure natu. gen. & ciuil. & ita in ſpecie determinat Ang.in l.imperium. col. iij. uerſ. ex prædict.etiã deciditur.ff. de iuriſ.omni.iudi.ſequitur Iaſ.ibi col.v.circa fi.& idem Iaſ.in l.omnes populi.col.iij.uerſ.pro clara intelligentia.ff.de iuſti.& iur.in j.lect.contrarium quòd imò domini habentes iuriſdictionem perpetuã poſſint ſtatuta cõdere:

dere : tenet Bar. in l. omnes populi. in iiij. quæſt. primę quęſtionis prin. ff. de iuſt. & iure. & in l. j. in princ. ff. quod quiſque iuris, ſequitur Alex. in conſil. cxxiiij. col. ij. uerſ. quantum autem ad proclamata. lib. iiij. Dec. in conſ. cxcix. col. ij. circa fi. idem tenet Guido Papæ q. cccliiij. Sed pũctus eſt, & difficultas in quæſtione iſta. quia hoc non uidetur procedere quando dominus uellet ſtatuere cõtra ius : ut per Soci. in dict. conſ. cclxxij. col. iiij. lib. ij. & tradit Imol. in conſ. liiij. Alex. in l. nemo poteſt. col. j. ff. de leg. j. ob id uidetur, quòd dominus non poſſit ſtatuere, quòd eius ſubditi uadant ad molendum & coquendum in eius molendinis, & furnis : quia iſtud uidetur contra ius commune, quo iure quilibet poteſt molere & coquere ad arbitriũ. Ex quibus inferri uidetur, quod maior ſit poteſtas unius populi, quam unius dñi habentis iuriſdictionem perpetuã : quia populus poteſt ſtatuere contra ius commune: ut per Imol. in d. con
6 ſil. liiij. Ad iſtud † reſpondetur, quòd non obſtat d. Bald. & Iacobi de S. Georg. quia non procedit, quando dominus & inferior à principe uellet ſtatuere contra ius commune ex cauſa publicæ utilitatis. nam iſto caſu etiam inferior à principe poteſt alteri auferre rem ſuam, & iuri communi derogare, ſiue per uiam ſtatuti, ſiue per uiam edicti generalis. ita Alexan. in d. conſil. centeſimouigeſimoquarto col. ij. uerſicul. quantum autem ad proclamata. lib. iiij. in dict. l. nemo poteſt. column. j. & in conſil. 106. column. iiii. uerſicul. quintò probatur. libr. ii. Iaſon. in dict. l. omnes populi. in fine in prima lectura & in ſecunda lectura column. ij. circa finem in l. non ſolùm. §. morte. column. 20. uerſicul. quinta concluſio. ff. de operis noui nuntia. & in l. i. in primo not. C. de precibus impe. offer. Itaque ex hoc capite non potuit Boerius reprobare dictum Bald. & Iacob. de ſancto Georgio. Videmus etiam, quòd ob cauſam publicæ utilitatis poſſunt cogi ſubditi ad uendendum ſuas res pretio uiliori. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff. de uſufruct. Alexand. in cõſil. 190. col. i. lib. ii. Similiter ob cauſam utilitatis publicæ poteſt quis cogi ad deputandum eius nemora, molendina, & ſimilia ad uſum publicum recepta, competẽti mercede. Ange. in conſi. 206. Inter ordinamenta. in prin. per l. uenditor.

tor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædio.ſi inferior à principe ob cauſam utilitatis publicæ poteſt alteri auferre rem ſuam, ſi poteſt eum cogere ad uēdendum rem pretio uiliori, quã tò magis poterit cogere ſubditos ad coquendum in ſuo furno,& ad molendum in ſuo molendino,ſiue per uiam ſtatuti,ſiue per uiam edicti? Nec obſt.quod dicit Boerius,quòd hoc modo ſubditi ſemper cogerentur ad molendum in molendinis domini: quia nego, quando ex tali coactione ſolùm obueniret utilitas domino. Imò tunc ſolùm cogentur, quando tota reſpublica loci commodum ſentiet: qui caſus rariſsimè tamen accidere ſolet: quia uix fieri poterit, quòd domini uelint deputare ſua molendina, & furnos ad publicum compendium: ut ſuprà dixi,Circa ſecun-
7 dum † an ualeat tale ſtatutum cogens ſubditos ad molendum & coquendum in molēdinis aut furnis domini uel ciuitatis, quando eſſet præiudiciale alijs dominis molendinorum, quorum molendina per tale ſtatutum breuioris reditus fiunt? Boerius in d. quæſtio.125.tenet,quod non. allegat Calderi. inter conſilia Anchara. in conſil. 12. ubi, quòd nō ualet ſtatutum Spoleti, per quod per indirectum ſubditi abſtinebant à molēdo in molendinis eccleſiæ: quia per tale ſtatutum fiebat præiudicium ipſi eccleſiæ. ſuper quo facto idem etiam conſuluit collegium Bononienſe: ut patet in conſil.13.inter conſilia eiuſdem Anchara. allegat etiam Anchar.in conſil.298. In territorio. Addo Anchar. in conſil.155.Optimis rationibus. ubi conſuluit in eodem caſu,in quo conſuluerunt Calderi.& collegium Bononienſe.quæ conſilia refert & ſequitur Alexan.in conſ. 211. col. fi.lib.ij.Soci.in d.conſil.272.col.iiij.lib.ij.Iaſ. in l.ciuitas. col.iiij.ff.ſi cert.pet.in l.quominus.col.29.q.25.ff.de fluminibus.in l.j.col.j.poſt med.ff.de legibus.¶ Vt iſte ſecundus caſus planiùs intelligatur diuido eum in tres caſus.Primus caſus eſt, an ualeat tale ſtatutum in præiudicium eccleſiæ? Secundus an ualeat in præiudicium laicorum ſubditorum ſtatuentibus.Tertius, an ualeat in præiudicium laicorum non ſubditorum ſtatuentibus ¶ Circa primum caſum in ec-
8 cleſia, quòd † ſtatutum non ualeat. tenent Calde. collegium Bononienſe, Anchara. Alexander. Socinus, Iaſon, &

Adde Viri de Pani decis. 370 lib. 2°

Rot. pedemont. decis. 17

& Boerius in locis ſuprà allegat. quia tale ſtatutum uidetur contra libertatem eccleſiaſticam. & per alias rationes, de quibus per eos ibi. & hanc opinionem dicit magis communem Iaſon in dict.l.quominus. quæſtione.25.¶ Sed cõtrarium,quòd imo tale ſtatutum ualeat, etiam in præiudicium eccleſiæ: tenet Baldus inter conſilia Ancharan. in conſil.xj.Calderin.ſibi contrarius, in conſil.21.Epiſcopus in titu. de conſtitutionibus cui conſilio ſe ſübſcripſit Ancharan.pariter ſibi contrarius.& illud conſil.Bald.xj.inter conſilia Anchar.ſequitur Iaſ.ſibi contrarius in conſil.236. col.iij.uerſic.ſimiliter laici.libr.ij.& in conſil. 39. in fi.lib. iij.Curtius iũnior in conſi.147. in fin. Decius in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.column.24.uerſicu.tertiò,concluſio ſupra facta. de conſtitutio.in conſ.269.col.iiij.uerſ.& hoc eſt præſertim dicendum.in conſ.271. col.iiii.in fi.uerſ.non obſtat alia ratio.Iaſ.in l.filiusfamilias.§.diui.col.xi. uerſ. tu ultra alios.ff.de legat.i.Dec.in conſi.293.colum.pen.in fi.& pro
9 hac opinio. † addo aliam concluſionem in ſimili, de qua per Bart.in l.reſcripto.§.fi.ff.de muner.& honor. ubi quando facultates eccleſiæ creſcunt. & bona laicorum minuuntur,ne laici pauperiores ſuſtineant omnia onera,poſſunt facere ſua prædia tributaria, uel ea hypothecare, aut obligare pro ſoluendis oneribus. & hoc modo tranſibunt prædia in eccleſiam, cum ſuo onere reali & tenebitur eccleſia ad onera pro dictis prædiis. Idem tenet Ancha. in conſil. 303.Hoc ſtatutum.Calderi.in conſil.vij.in titu. de conſtitutio.& in conſil.ii.col.pe.& final.in tit.de cenſibus. idem tenent Abb.& alii Docto.relati per Socin.in conſil. 12. li. iiii.ubi hoc idem Soci. Sequitur alios etiam Docto. ultra Soci.idem tenẽtes refert & ſequitur Dec. in c.eccleſia ſanctę Mariæ.col.22. uerſic. quod autem ſuprà dictum eſt. de conſtitutio.licèt Felin. ibi in quinta quæſtio.dicat opinionem contrariam ueriorem & ſuſtentabiliorem & quòd ua
10 leat talis hypothecatio † bonorum, licèt fiat in præiudicium eccleſiæ,tenet Curtius iunior in conſ.68.ubi hoc habet pro indubitato.idem tenet Calc. in conſil.vii. columna decima, ante medium uerſiculo iſtam etiam opinionem. Addo etiam Bald. in conſilio 280. Præmiſſo ſta-

tũte

tuto.lib.ii. ubi, quod hoc procedit, modò non fiat ſtatutũ odio clericorum principaliter. & idem tenet Bald. in conſ. 434. Licet iudex.uerſi.utrum autem priores. libr. iii. dum allegat Inno.in c.poſtulaſti. de foro competen. quem etiã allegat Bart.in d.l.reſcripto.§.fin. Bartolum etiam in d. l. reſcripto.§.fi.ſimpliciter ſequitur Abb.in conſi.26. libr.i. Iaſ.in d.conſi.39.in fi.libr.iii.& ſic Doctor. magis communiter conueniunt, quòd laici poſſint præiudicare eccleſiæ in iure quærendo ſaltem per indirectum, modò id non faciant principaliter, ut noceant eccleſiæ: ſed ad eorum cõmodum & neceſsitatem, prout quando eccleſia abundat diuitiis, & laici depauperantur. Quis enim dicet eo caſu, quid fieri in præiudicium eccleſiæ? An non magis pium, & Deo amabilius & gratius, laicos non egere, quàm eccle-
11 ſiam luxuriari? cùm † eccleſia nihil debeat quærere, quam neceſſaria ad uictũ ſcđm honeſtatem: reliqua autẽ tenetur conuertere in alimoniã pauperũ, & fabricam ipſius eccleſiæ.c.de reditibus.c.conceſſo.c. nulli epiſcopatũ. & c.quatuor.12.q.ii.Calde.in conſ.ii.col.ii.in in tit. de peculio cleri.ubi uerò eccleſia eſſet pauper, uel uix haberet neceſſaria ad uictum ſecundum honeſtatem & qualitatem clericorum aut religioſorum, non auderem conſulere contra eccleſiam: cuius proteſtor & intendo filium eſſe, hac humilem ſeruum, & in eius unione mori certum eſt Deo auxiliante. Poſita igitut paupertate laicorum ab una parte, & abundantia eccleſiæ ab altera parte, ſuper ueritate dicti Bart.in d.l.reſcripto.§.fi.non uidetur quærenda alia ratio, quàm diuina & naturalis, & iſto caſu neſcio uidere quomodo dicantur laici fraudem committere aduerſus eccleſiam ſi neceſsitatibus ſuis prouident, & contra eccleſiaſticos cõquerentes poteſt reddi reſponſio Imperatoris contra phyloſophum quærentem immunitatem ab oneribus: de qua in l.profeſsio.C.de muneribus patri.lib. x. qnod profeſsio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant, cùm Philoſophi ſit contemnere pecunia, ſed eas magis, quàm Philoſophi contemnere oportet religioſos, ſeculo renuntiantes, modo neceſſaria non deſint. hæc inquam Doctor. concluſio
12 multum uidetur facere pro hac parte licitum † enim uidetur

tur

tur unicuique inuigilare proprio commodo, licet ex eo dã num aliis ferat: modo non id faciat, ut alii noceat. l. Proculus. ff. de damno infect. l. i. §. denique Marcellus & l. ſi in meo fundo. ff. de qua pluuia. arcend. & prima charitas incipit à ſeipſo. l. præſes. C. de ſeruitu. & aqua. inſtitu. de donatio. §. i. ibi dum ſe magis quis uelit habere. c. ſi. nõ licet. 23. q. v. ¶ Et tenendo hanc partem non uidentur obſtare argumenta, quæ adducuntur in contrarium pro parte eccleſiæ. Et primo, quod lex debet eſſe ſancta & honeſta, non concernẽs propriam utilitatem cum incommodo alterius, & quod uniuerſitas habens bona communia aut publica, in illis bonis iudicatur ut priuatus ſed priuatus non poſſet aliquid facere in præiudicium alterius. quo fundamen-
13 to utitur Ancha. in dict. conſ. 298. Quia † reſpondeo, quod argumentum procederet, quando ageretur de præiudicio alterius in iure iam quæſito: ſecus, ſi in lucri amisſione: quia tale præiudicium amisſionis lucri nõ habetur in conſideratione. Bart. in d. l. quominùs. in xi. q. in fi. ff. de flumi. ubi moder. & in molendino, quod tale præiudicium ceſſantis lucri non cõſideretur, tradit Signorolus de homodeis, inter conſilia Bald. in conſil. 71. Caſus talis eſt, Commune & homines de uilla francha. lib. i. quod Boerius in d. quæſtio. 125. allegat pro ſe, cum faciat contra eum. Idẽ in mo-
14 lendino, quod † tale præiudicium ceſſantis lucri non ſit conſiderabile, tenet Alexan. in conſ. 194. colum. ii. uerſ. & licèt ibi aliquis. libr. ii. Hinc uidemus citationem eorum non eſſe neceſſariam, de quorum præiudicio agitur, ſolùm in non faciendo lucrum. Bart. in l. i. circa fi. ff. de leg. ii. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. colum. xi. uerſ. quintò limita. ff. de uerbo. obli. ſed eccleſiæ non poteſt dici ius aliquod quæſitum ex eo, quòd laici accederent ad eius molendina: quia ob id cogi non poterant ab eccleſia, ut accederent in futurũ, cùm ſit actus merè uoluntarius, ut ſuprà dixi. Præterea,
15 † etiam quòd ageretur de uerò præiudicio non de lucri amisſione, adhuc tale præiudicium non uideretur conſiderabile: cum ueniat ſecundario & in conſequentiam: cũ principaliter non fiat tale ſtatutum aut nouum molendinum, ut alteri noceatur: & præiudicium quod uenit in conſequentiam

ſequentiam & ſecundario, non attenditur.glo.in c.quamuis.in gl.fi.ubi Geminia.colum.vi.de pact.lib.vi.quam pro not.ad hoc citat ſequitur & exornat Iaſ.in l. nec quicquã. §.ubi decretum.col.vi.ff.de offi.procon.& lega. & in l.decem.col.x.ff. de uerb. oblig. & ita in eccleſia arguit Deci. in l.generaliter.col.iii.circa med.C. de inſtitu.& ſubſtitu.
16 uidemus etiam, quod Papa poteſt præiudicare † laicis in conſequentiam,ubi principaliter non poſſet: puta diſpenſando ſuper uoto. glo. Innoc.& Doct. in c.ii. per illũ text. de uoto. Deci. poſt alios in c.quæ in eccleſiarum. col. 12. uerſ.prætereà & ſecundo.de conſtitu.& illam glo.dicit.ſingu.Iaſ.in conſ.93.in fi.lib.i.Addo Rotam deciſ.331.Suppoſito facto.col.iiii.uerſ.iiii.quilibet.& col.ſequen. uerſic. vi.
17 hoc probatur. in nouiſſ. ¶ Non † õbſt. quod tale ſtatutum uidetur tendere in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ. Quia reſpondeo, quod tunc ſtatutum uenit contra libertatem eccleſiaſticam, quando aufert aut diminuit priuilegium cõceſſum eccleſiæ à Papa aut principe.Cyn. & Modern.in authen.caſſa & irrita. C. de ſacroſanct. eccleſ. ubi Deci.col.pen.Socin.in conſ.241.colum. iii. uerſ. aut quinto.libro ii.ſed hic non apparet de aliquo priuilegio conceſſo eccleſiæ,quod posſit cogere laicos ad molendum in ſuis molendinis.Similiter non poteſt dici, quod tale ſtatutum tollat beneficium competens eccleſiæ de iure communi: quia iure communi non cauetur, quod eccleſia nec alius posſit quem adſtringete ad molendum in ſuis molendinis. Bene tollitur beneficium iuris communis perſonis,quæ coguntur per ſtatutum ad molendum in molendinis ciuitatis ſtatuentis: ſed ſubditi non poſſunt de hoc conqueri: quia (ut ſuprà dixi) poteſt fieri tale ſtatutum ob publicam utilitatem etiam contra ius commune. ¶ Prætereà, quod eccleſia perciperet utilitatem ex acceſſu laicorum ad eius molendina, illud erat ex gratia & beneficio ipſorũ
18 laicorum: qui poterant non accedere. Sed uidetur† quod posſint laici ſtatuendo denegare eorum beneficia eccleſiæ; quia iniuriam non facit, qui beneficium non impendit.Bald.in l.de quibus.in vi.quæſtio.ff.de legib.in l.ſi quis curialis,C.de epiſc.& cleri.& in d.auth.caſſa. Soci. in con-

ſil.

ſil.122.col.fin.lib.j.Deci.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. colū. 23.uerſicul. & ſuprà dicta procedunt. de conſtitutio. & in conſil.83.col.iiij.uerſ.ſextò reſpondetur. & licèt iſtud non procedat, quando clericis ſemel beneficium, uel priuilegium acquiſitum fuit: ut dicit Deci. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.tamen hic non poteſt dici aliquod beneficiū acquiſitum eccleſiæ: quia, ut dixi,ex acceſſu uoluntario ius non quæritur. ¶ Non obſtat, quòd tale ſtatutum uidetur doloſum & iniquum ſapiens cupiditatem & auaritiam laicorū cum iactura eccleſiæ. Quia fateor. quando laici ſine magna neceſſitate & ſolùm ad augendos reditus & cauſa lucri ita facerent. ſed ſi ex cauſa neceſſitatis & utilitatis totius reipublicæ ita ſtatueret, eccleſia alioquin diuite & opibus
19 abundante, dico † quòd dolus conſiderari non poteſt in permiſſis.In re enim à iure permiſſa dolus aut fraus conſiderari non poteſt.l.i.§.non fuit.ff.de dolo.l. iniuriarum. §. j.ff.de iniur.l.nullus uidetur. & l. nemo damnum.ff.de regu.iuris.qui text.optimus uidetur in hac materia. ubi dicitur quòd nemo damnum facit,niſi qui id fecit,quod facere ius non habet. & ſic quando quis quid facit iure permittente, non conſideratur quòd ex tali facto alius damnum ſuſtineat. itaque ſi lex permittit, quòd neceſſitatibus ſuis ſuccurrat quis, maximè,ubi agitur de neceſſitate reipublicæ: quomodò dolus aut fraus in ſtatuentibus conſiderari potuerit?Pro hoc quod ſcribit Oldrad. in conſil.203. Factum tale eſt: collata fuit.colum.j.poſt medium.ubi, quòd ex pluralitate permutationem de beneficijs eccleſiaſticis non præſumitur fraus: quia contractus permutationis eſt de iure permiſſus. Alibi ſcribit Paul. de Caſtr. in conſilio 388.Plus.in fin.libr.j. quòd ſimulatio conſiderari non poteſt in actu permiſſo.fortius uoluit Bald.in conſ.298. Quæritur utrum uſurarius.colum.ij.lib.ij. quòd uſurarius manifeſtus prohibitus teſtari, poterit donare cauſa mortis: licèt eo modo fraudari poſſit lex: quia dicit Bald. non poteſt dici fraus aſſumere uiam à iure conceſſam.ſic in ſimili dicit Alexand.in conſil.54.colum.iij.in fi.lib. vii. quod ſtatutum prohibens quid relinqui alicui perſonæ, non com-
20 prehendit donationem: quia uerbum relinqui, † pertinet ad

ad ultimã uoluntatẽ.& tñ donando uř ſtatutũ fraudari.ſed quia ſtatutum nõ prohibet donationem, in actu permiſſo, fraus cõſiderari non põt. Iam in dubio fraus aut dolus præ
21 ſumi non † dẽt, quotiens alia coniectura capi poteſt.l.meri to.ff.pro ſoc.Bart.& Doct.in l.non ſolum. §. ſed ut probari.ff. de oper. noui nuntia. Non negem tamen quin in caſu Anch.fuerit bene conſultum in fauorem eccleſiæ: quia ibi præſupponitur ex facto, quòd laici ita ſtatuerunt ex cauſa auaritiæ & cupiditatis ad augendos eorum reditus & diminuendos illos eccleſiæ ſine cauſa urgenti.Secundò: quia in caſu Ancha. laici non potuerunt ſtatuere contra edictũ ſuperioris, qui noluit reditus molendinorum eccleſiæ diminui. Tertiò, quia molendina eccleſiæ erant in territorio ſtatuentium: per ea, quæ infrà dicam in ſecundo caſu, ex quibus dictis quæſtio hæc de eccleſia ſplendidior.¶ Ve-
22 nio † ad ſecundum caſum, an ualeat ſtatutum cogens ſubditos ad molendum in molendinis uniuerſitatis ſtatuentis in præiudicium ſingularium perſonarum,& ſubditorum de ipſa uniuerſitate habentium molẽdina in territorio ipſius uniuerſitatis ſtatuentis? & uidetur dicendum, quòd non: quia ſtatutum debet eſſe ęquale & commune inter omnes ſubditos ſine damno aliquorum particularium tãtum. & quando ſtatutum concernit odium & damnum, non uniuerſale ſed aliquorum particularium tantum, illud dicitur iniquum & doloſum, adeò, quòd particulares ſic grauati poſſunt à tali ſtatuto appellare.Bart.in l.omnes populi. in v.q. prin. in fi.ff. de iuſti.& iur.& in l.fi.ff.de appellatio.recipien.Alexand.in conſil.190.colum.iii.libr. ii. & pro hoc uidetur text.in c.cùm omnes.ubi Dec.in quinto not.de cõſtitutio.& idem Dec.in c.conſuluit.iii.colum.ii. de appellatio. nam cùm particulares habentes molendina in loco ſint de corpore uniuerſitatis, iniquum uidetur, quòd conſulatur commodo reipublicę cum iniuria & damno ipſorum particularium. & in molendinis particularium, tradit Iaſ.in d.l.i.ff.de legib.in d.l.ciuitas.col.iiii. ff. ſi cer.pet. & in d.l.quominus.col.29.quæſt. 25. ¶ Et ex hoc infertur,
23 † quod ſi eccleſia habens molendina, eſſet de eodem loco, quòd pariter contra eccleſiam non ualeret ſtatutum quia:

clerici habitantes in ciuitate iudicantur, ut ciues, non ut forenſes aut extranei, cum ſupportent onera ſpiritualia. Ancha.in conſi.61.Iſta quæſtio. Alex.in conſi. 41. lib. vij. Dec.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.colum.22.in fin.uerſ.nõ obſt.quod beneficium ſtatuti.de conſtitutio. & in conſ. 14. colum.iij.Iaſo.in l.final.colum. penulti. in fin. uerſ.ſubdit Bald.hic,C.de ſacroſanct.eccleſ.Et ſi dicas, per tale ſtatutum non infertur damnum conſiderabile ſubditis: cum ſolum priuētur lucro: ut ſuprà dictum eſt.Reſpondeo, quòd etiam tale damnum ceſſantis lucri ſubditis dari non debet quia cùm ſint de corpore reipublicæ, ſtatutum ita debet concernere utilitatem talium particularium, habentium
24 molendina, ſicut aliorum. ęqualis † enim omnium eſſe debet conditio.& dignum eſt,ut qui cum alijs uitam ſimilem ducunt,ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam.capitulo recolentes. de ſtatu monachorum. ſed tale ſtatutum non ſolùm commodum non recipient, imò diſpendium grande ſuſtinebunt. ¶ Secundò reſpondeo, quòd imò uidentur ſubditi ſuſtinere damnum diminutionis patrimonij quia cùm habeant molendina in loco, ad quæ ſubditi tantum accederent, aut ſaltem totus ferè reditus conſiſteret in multura ſubditorum, ſi cogantur ſubditi deſiſtere à molendo in molendinis ipſorum particularium,iam ipſa molendina omninò peribunt, non ſecus atque ſi ipſa ædificia molendinorum incendio aut bello uaſtarentur. Et licet
25 † ob utilitatem publicam poſſit fieri ſtatutum in præiudicium ſingularium perſonarum: ut not. Angel. in conſilio 63.Nobilis miles, dominus Raymondus. Iaſ. in d. l.j.col. ij.ff.de legib. tamen non arbitrarer hanc cauſam legitimã præiudicandi particularibus habentibus molendina,ut reditus multuræ omnes perueniãt ad molendina ciuitatis. quia in effectu ipſi particulares ſoli uiderētur ſubire onus talium redituum. Finge enim,quòd uniuerſitas egeat centum aureis, & pro illis habendis ſtatuat, quòd omnes ſubditi ueniant ad molēdum in molendinis ciuitatis,ipſi particulares domini aliorum molendinorum plus æquo grauarentur, cùm in oneribus æqualiter omnes oporteat con
26 tribuere.Itaque ſi alio † modo ſuccurri poſſit neceſsitatibus

bus communis, non uidetur reipublicæ conſulendum cum damno aliorum particularium. Hinc uidemus, quòd diſpoſitio concernens utilitatem publicam, reſtringitur quãdo agitur de præiudicio tertij. Soc. in conſ. 275. col. v. uerſic. nam licèt aliàs. lib. ij. per text. in l. j. in fin. ff. ad Municip. iũcta. l. Lucius. ff. de admini. tut. imò iſto caſu damnum priuatorum eſſet maius utilitate publica: quo caſu utilitas publica non præfertur priuatæ. l. publica. §. ſunt qui putant. ff. ne quid in flumin. publi. Dec. in c. ratio nulla. in principio
27 de præbend. ¶ Circa tertium caſum, † an ualeat tale ſtatutum cogens ſubditos ad molendum in molendinis ciuitatis, quando ex tali ſtatuto fit præiudicium laicis non ſubditis ſtatuentibus. Si conſideres uerba Boerij in d. q. 125. generaliter uult tale ſtatutum non ualere. ſed aduerte, dum Boerius allegat pro ſe illud conſi. Signo. de homodeis, inter conſilia Bald. in conſil. 71. libr. j. quia apertè facit contra Boerium. nam Signoro. uult non eſſe habendum in conſideratione damnum ceſſantis lucri, & multuræ: ex eo, quòd pauciores accedent ad molendina alteriùs. Iſtud idẽ uolunt Bar. & Doct. in d. l. quominus. in i. q. iunctis his, quę habentur in q. 11. Bart. in fi. nam in prima q. quæritur, ſi quis poſſit cõſtruere nouum molendinum in præiudicium habentis prius molendinum, & in flumine priuato conſtruentis. tenet, quòd ſic: modò non id faciat animo principaliter nocendi alteri. In flumine autem pu blico, quòd nõ licet nouum molendinum facere in præiudicium habentis prius molendinum. poſteà in fi. dictæ quæſtionis. 11. Bart. declarat, quando intelligatur ædificari in præiudicium alterius: uidelicet, quando prius ædificium deſtruitur, uel incommodatur. Secus, ſi efficiatur minoris lucri. & in molendino ita declarat Alexan. in d. conſil. 194. col. ij. uerſ. & licet ibi aliquis. lib. ij. Iaſo. in d. l. quominus. col. 15. uerſic. tertiò diligenter not. ubi etiam Iaſ. expreſsè citat illud cõſil. Signorol. de homodeis. Similiter dum Boerius allegat Anch. in c. j. de conſti. Anch. ibi uidetur facere contra Boerium qui Anchara. uult ſtatutum ualere in odium laicorũ:
28 modò nõ † fiat in præiudicium eccleſiæ. & quod ſtatutum generale cogens ſubditos ad molendum in molendinis ci-

uitatis, debet reſtringi ad ſubditos accedentes ad molendum in molendinis aliorum laicorum, non ad molendina eccleſiæ. & ita Anc. refert & ſequitur Alex. in d. conſ. 211. in fi. lib. ij. & ſic Ancha, & Alex. expreſsè uolunt ualere ſtatutum, quando ſolum concerneret præiudicium laicorum. Similiter Cald. in d. conſ. 12. colum. fi. inter conſilia Ancha. in alijs, quam in eccleſia, nõ audet decidere, an ualeat ſtatutum: ſed loquitur ſub dubio, fortè. Prætereà, ſi in flumine publico non nauigabili eſt licitum ædificare nouum molendinum, per quod minuatur lucrum alterius molendini antiquioris, ut omnes Doƈto. concludunt, modò non auferatur commodum aquæ (ut ſtatim dixi) quantò fortius uidetur licitum uni uniuerſitati ſtatuere, quòd ſubditi alio non accedant ad molendum quàm ad molendina ipſius uniuerſitatis? quia hoc modo uniuerſitas nihil facit in alieno: ſed in ſuo ſtatuendo inter ſuos ſubditos. Itaque ſi tale ſtatutum contineat præiudicium aliquorum illud uidetur conſiderabile in ipſis ſubditis tantùm, qui eo modo ligantur, non in dominis aliorum molendinorum. ¶ Po-
29 ſtremò † in uniuerſitate conſidero, quòd iſta quæſtio uidetur ſine difficultate. nam quando agitur deligando ſingulos de uniuerſitate, non uidetur ualere ſtatutum, niſi omnes & ſinguli conſentiant: adeò, quòd maior pars uniuerſitatis non ſufficeret. Præpoſit. in c. ad noſtram. colum. fi. de appellat. ſed hic per tale ſtatutum ſinguli de uniuerſitate ligantur, ne alibi poſſint molere: ergo omnium conſenſus uidetur neceſſarius. Similiter tali ſtatuto agitur de intereſſe ſingulorum: imò ex eo alij alijs magis grauantur. Pone, qđ aliqui ex ſubditis uiciniores ſint aliis molẽdinis. ita, quòd minori impenſa molent in molendinis extraneorum, nonne hic fortiùs grauantur? uel pone, quòd ſumptus multuræ ſit uilior alibi, certè negari non poteſt, quin agatur de præiudicio ſingulorũ de uniuerſitate. modò ubi agitur de intereſſe ſingulorum, maior pars uniuerſitatis nihil poteſt conſtituere in præiudicium aliorum non conſentiẽtium. Imò in aƈtu communi pluribus, ut ſingulis, melior uidetur conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. cõmuni diuidũ. & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. regu.

quod omnes. de reg.iur.lib.vi. & tradit Ioan. de Lignano inter conſilia Bruni aſtenſis,in conſil.77. col.ij.in fin. Hoc ita præſuppoſito,dico,quod aut in tali ſtatuto omnes ſubditi conſentiunt,& tunc non uidetur, quod eccleſia aut alius habens alia molendina poſſint conqueri: quia ſubditi deducunt in ſtatutum, quod facere poterant.Pone, quòd ſine ſtatuto ſubditi abſtinerent à molendinis eccleſiæ aut alterius:quęro an cogi poſſent?certè non:quia ex actibus uoluntarijs ius in futurum cogendi non acquiritur, niſi eccleſia aut alius ius cogendi acquiſiuiſſet pacto,priuilegio, aut pręſcriptione cauſata ex prohibitione contra uolentes alibi molere, & patientia ſubſecuta per tempus ſufficiens ad præſcribendum. itaque ſi ſubditi ſine ſtatuto poterât abſtinere à molendinis eccleſiæ aut alterius: quare non eodem modò potuerunt ſe obligare, ut in eis non molant? Sicut

30 † dicimus, quòd ſimoniæ uitium non committitur, quando id in pactum deducitur, quod iure communi conceditur.glo.& Docto.in c.cùm.M.in uerſic.perciperet.de conſtitutio.glo.& Docto.in c.ſignificaſti.de electio. & in c. ad audientiam.ij.de reſcrip.Old.in conſ.275.q.colum. ij.poſt med.uerſic.circa ſeptimum.Dec.in conſil.118.col. ij. ante fin.Et ſi diceres,iſtud non procedit,quando aliter exprimitur in pacto,quam inſit de iure communi.Abb.in c.quanto col.iij.de iudi.& in c. quærelam. de ſimo. Sed hic uidetur fieri ſtatutum aliter, quam eſſet permiſſum de iure com-

31 muni. Quia de iure communi † licet ſubditi non tenerentur accedere ad molendina alterius: poterant tamen accedere, ſi uolebant. & hic ſe obligant ad non accedendum. Reſpondeo,quòd etiam de iure communi eſt licitum unicuique facere, quod ſibi proſit: licèt illud alteri noceat, modò non fiat nocendi animo.Concludo igitur in hac quęſtione, quòd in præiudicium aliquorum particularium ſubditorum,& qui ſunt de corpore uniuerſitatis,onera publica pariter cum alijs ſuſtinentium, non ualeret ſtatutū eiuſmodi cogens ſubditos ad molendum in molendinis uniuer-

32 ſitatis.Secundò,quòd† appellatione ſubditorum,iſto caſu uenit eccleſia,habēs molēdina in loco,& ibi ſuſtinēs onera ſpiritualia.Tertiò,ꝙ ſi eccleſia non ſuſtinet onera ſpiri-

tualia in loco,& ibi uel alibi habet molendina,& ſit eccleſia ualde diues,adeò,quòd etiam ceſſante redditu, uel aliqua eius parte eius molendinorum,non ob id indigebit:& ſtatutum de quo ſuprà fiat in magnā utilitatem reipublicæ : ita quòd appareat de bono animo ſtatuentium , quòd non ex cauſa cupiditatis aut auaritiæ , ſed ob bonum publicum ita agunt,ita quòd maior ſit utilitas ſic ſtatuentium quàm damnum eccleſiæ inde proueniēs, ualeat eo caſu ſtatutum.Quartò,quòd ſi agatur de præiudicio aliorum laicorum non ſubditorum uniuerſitati ſtatuēti, ualeat ſtatutum prædictum , modò principaliter non fiat odio aliorum habentium molēdina, ſed principaliter ob bonum publicum: non habita ratione an alij laici ſint ualdè diuites, uel non, ſed ſolum habita ratione, an fiat ſtatutum animo nocendi:
33 qui † nocendi animus præſumi poterit , quando uniuerſitas breue ex re latura ſit commodum. Nam Docto. dicunt præſumi quid factum animo nocendi alteri,quando ex tali facto nulla percipitur utilitas.Paul.de Caſt.in l.fluminū §.fi.ff.de damno infect.& in l.altius.C.de ſeruitu.Roma.in conſil.52.in fin.Imol.in l.ſi in meo.ff. de aqua plu. arcend. Alexand.in conſi.174.lib.ij.Iaſ.in conſ.32.in ij. dubio.lib. j.& in conſ.150.col.fi.poſt med.lib.ij. Ripa in dicta l. quominus.col.ſexta,poſt med.ff.de fluminib.Idem uidetur dicēdum,quando utilitas modica percipitur ex tali facto: quia parum,& nihil æquiparantur.l. illud. §. minus.ff.de tributor.l.minùs.ff.de uerb.ſignifi.l.iij.circa princip.ff. quod cū eo.Bald.& docto.in auth.prætereà.in ultim.quæſtio. C.unde uir & vxor.Socin.in conſi.30.col.ij.lib.iiij.Deci.in conſil.573.colu.ij.circa fi.& an dicatur utilitas magna uel parua, debet conſiderari qualitas uniuerſitatis : quia uniuerſi-
34 ſitas † dicitur ditior priuatis,ideò reſpublica ſemper dicitur eſſe ſoluendo.l.ij.ff.de fund. dot. Iaſ. in l. ſciendum. in prin.col. v. uerſic.tertiò limita.ff.qui ſatiſd.cog. & dicitur uniuerſitas aut cōmunitas de perſonis potētioribus.Anch. in conſ.ult.col.ij.circa med. uerſ.prætereà conditio eccleſię qđ tñ eſt conſi.cuiuſdam alterius doctoris . Idem tradit Bald.in conſ.311.Apparet.in fi.lib.j.ubi, quod uniuerſitas dicitur potentior una perſona eccleſiaſtica,& cum aduocatum

tum Taurini agerem pro republica,& uniuerſitate,Sauilia ni, ſolitus erat dicere nobilis quondam Franciſcus Ferrucij,uir grauis & magnæ practicæ, ne dubitarem de honorario unius uniuerſitatis: quia de re communi leuiter ſuccurritur uni. Itaque abſurdum uideretur,ſi una uniuerſitas pro breui compendio uellet afficere damno grauiore aliquem priuatum. Et præmiſſa dicta & ſcripta ſint ad correctionem cuiuſuis rectiùs ſeutientis. & ubi caſus accideret, plurimum poterit rectiſſimum æqui iudicis arbitrium,qui uariè conſtituere poterit ex qualitate perſonarum, rerum
35 & temporis. ¶ Præmiſſa†etiam concluſio,quòd in his,quæ ſunt meræ uoluntatis & facultatis, non inducitur conſuetudo aut pręſcriptio, limitatur non procedere quando in eis nata eſſet & competeret actio: quia tunc tali actioni pręſcribitur: cum omnes actiones tollantur ſpacio temporis 30.aut 40.annorum.l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcri.30.uel 40.anno.Puta,promittit quis rem uendere quandocunque ſoluetur certa quantitas.licèt enim ſit in facultate eius,cui promiſſio facta eſt, an cogat promittentem ad uẽdendum: tamen tali facultati præſcribitur triginta annis: quia erat nata & competebat actio contra promittentem, vt venderet etiam ante oblationẽ pretij:licet elidi poſſet exceptionis ope,ante ſolutionem pretij.ita Ange. in conſil. 55. Guli elmus & Franciſcus quem refert & ſequitur Feli. in c. cũ acceſſiſſent.colum.12.uerſi.ſecundo declaratur.de conſtitut.Brunus Aſtenſis,in conſil.95. colum.ij. ¶ Ex qua limi-
36 tatione†apertè comprobatur opi.mea contra Alex.quam poſui in conſil.meo 111. quod in cauſa propria compoſui, contra uniuerſitatẽ Ripæ propè cherium.Nam Alex.in cõ ſil.136.lib. ii. uoluit, quòd forenſis obligatus ad onera ex cõſuetudine nõ præſcribat libertatẽ non ſoluendi, niſi eo modo,quo præſcribitur in actibus mere uoluntariis, & facultatis.& ſic quod non incipiat forenſis præſcribere, niſi ex eo tempore, quo fuerit interpellatus ad ſoluendum, & cõtradixerit. deinde poſt cõtradictionẽ exactũ fuerit tempus legitimũ ad præſcribẽdũ cũ patiẽtia interpellantis ac quieſcẽtis cõtradictioni. Nã illud dictũ Alex. apertiſſimè confunditur ex præmiſſa limitatione: licèt enim eſſet in fa

cultate uniuerſitatis exigere onera: tamen cum tali facultate coniuncta eſt actio, cōpetens contra forenſem ad ſolutionem ipſorum onerum: quæ actio, dicitur condictio ex lege, deſcendens ex lege tacita conſuetudinis, aut ſaltem cōpetit officium iudicis, cui etiā præſcribitur, ut ſuperiùs uidimus circa illā q. cōpetat reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem. & quod dictum Ang. ſit ueriſſimum, probatur inconuincibiliter: quia aliàs ſequeretur, quòd nulli actioni pręſcriberetur, cū ſemper ſit in mera facultate creditoris, an agere uelit uel non. C. ut nemo inuit. & tamen tali facultati præſcribitur. cur hoc? quia cum tali facultate coniuncta erat actio, per quā debitor ad ſoluēdū aut aliud
37 faciendum cogi poterat. ¶ Amplius † dico, quòd non ſolū facultati pręſcribitur, quando cū ea cōiuncta eſt actio, ſed etiam quando ex uſu talis facultatis naſcitur ius deducibile in iudiciū: puta in iure adeūdi. nā pendet à mera facultate, & a mero arbitrio hæredis, an uelit adire, nec tale arbitrium aut talis facultas coniunctā habet actionem aliquā: quia non poteſt hæres agere contra aliquem, ut adire poſſit: tamē quia aditione ſecuta naſcit̃ ius deducibile in iudiciū actiuè & paſſiuè: quia hæres adita hæreditate pōt agere & conueniri, tali facultati adeūdi præſcribit̃ triginta annis. ita Ang. in l. pignori. ff. de pignor. in l. licèt. C. de iur. de lib. & in cōſ 241. Dominus Bernardinus. col. j. Corn. in cōſil. 305. col. fi. lib. iij. Deci. in l. petens. col. iij. C. de pactis. & in cōſ. 164. col. fi. uerſi. uenio ad aliud dubium. Iaſ. in l. quandiu. col. ij. circa med. ff. de acqu. hæred. Inde fit, ut mirer
38 † modernorum nōnullos ſecutos fuiſſe dictum illud Alex. in d. cōſ. 136. lib. ii. quod ſecutus fuit Curt. Iuni. in conſ. 60. col. pe. uerſ. procedit ēt alia ſolutio. Alex. in cōſ. 21. col. ii. poſt med. potuiſſēt moder. allegare Bald. in l. malè agit. colum. iii. uerſ. p quas leges dicūt. C. de præſcript. 30. uel 40. an. ubi ſi dominus ſtetit p cētū annos, quòd non impoſuit aliqua ſeruitia uaſallo, uel non petiit homagium, non ob id præſcribit uaſallus libertatē: quia nūquā habuit aliquā poſſeſſionē libertatis, antequā fuerit requiſitus, & cōtradixerit. ſed dictū hoc Bald. nihil obſtat. quia loquit̃ in uaſallo, qui nūq̃ interuertit poſſeſſionē dn̄o ſup feudo: nimirū ſi nō

præſcribit

præſcribit poſſesſione ciuili ſemp remanēte apud dominū directum feudi, ob id contra poſſidentem ciuiliter nunquā præſcribitur, niſi poſſeſſio interuertatur. d. l. malè agitur. ſecus in dicto Alex. ubi nulla cadit poſſesſio ciuilis conſeruatiua iuris, & ubi uniuerſitas fuiſſet in poſſeſsione ciuili, illa mittitur per negligentiam & obliuionem longi temporis: iuxta nota. in l. j. C. de ſeru. fugit. ſic quod ſaltem poſt decem annos incipit præſcriptio currere, ut ſuprà dictum fuit. & aliàs illud dictum Alexan. fuit contra me allegatū in publico indicio: ſed omnes aduocati, qui præſentes aderant, riſum dederunt. Puto igitur dictum illud Alex. oppidò quàm falſiſsimum in iure. & contra illud dictum tenuit idemmet Alex. ſibi contrarius in conſi. 30. col. pen. in v. dubio, lib. v. ubi uoluit, quòd ſufficiat ceſſatio ſolutionis per 40. annos, ſi durante dicto tempore factæ fuerint impoſitiones collectarum, & ſolutum non fuerit. & ſic ſolum cōſiderat Alex. an euenerit caſus ſolutionis collectarū: quia ab eo tempore incipit præſcriptio currere. & illud conſil. Alex. refert & ſequitur Iaſ. in conſi. 210. in ſi. lib. ii. in conſil. 25. colum. ii. in ſi. lib. iii. & in conſil. 101. col. fin. lib. iiii. Addo ultra Iaſ. eundem Alex. ſibi contrarium inter conſilia Calcanei in conſi. 49. colum. ii. ubi uoluit, quòd præſcriptio inducitur contra præſtationem honorantiæ per ceſſationem ſoluendi ſpatio 30. annorum. ¶ Ex præmiſſa etiā declaratione & limitatione infertur malè fuiſſe locutum Abb. in d. conſi. 101. col. iii. poſt med. uerſi. quinimò poſſet attentari. lib. j. quod eſt repetitum in conſi. 57. lib. ij. quia in caſu Abb. cum facultate coniuncta erat actio, ob id bene fecit, dum ita locutus eſt ſub dubio fortè. ¶ Limitatur
59 † etiam præmiſſa concluſio, quòd præſcriptio non currit in his, quæ competunt iure facultatis: ut non procedat interueniente aliquo opere hominis. Puta, licèt aqua ſcaturiens in fundo meo fluxerit in fundum uicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquiſitum ius uicino: ut non poſſim impedire talis aquæ curſum: cum talis curſus conſiſtat in mera facultate mea: quia permiſi ita currere aquam ſcaturientem in fundo meo, ob id licitum eſt mihi quandocunque præcidere uenas talis aquæ in fundo meo, & curſum

ſum aquæ impedire.dict.l.Proculus.ff.de dam.infe. & d.l. ſi in meo fundo.ff.de aqua pluuia arcen.Iſtud.40.tamen nõ
40 procedit, quando aqua ita † curreret ex fundo meo per opus hominis extructum in fundo meo ob cauſam curſus talis aquæ.ex tali enim opere arguitur,quòd non iure facultatis,ſed iure ſeruitutis ita aqua curreret. Ita Pau.de Caſtr.in conſil.243.uidetur,quòd non poſsit. circa fi. libr. ii. ubi,quòd in curſu naturali aquæ nõ poteſt conſiderari ſeruitus: ſecus ubi interuenit opus manufactum. Idem uoluit Calca.in conſ.56.col.pe.circa med.licèt Pau. non alleget. Idem etiam uoluit Bellamera in d.conſi.vij.colum.ij. ubi, quòd ex opere manufacto acquiritur ſeruitus negatiua, quando quis in flumine publico habet aliquod opus ad retinendos piſces : quia tunc poterit alios prohibere ne ibi piſcari ualeant:& tamen actus piſcandi in flumine publico competit iure facultatis, nec in eo procedit præſcriptio. l.fi.ff.de uſucap.& ſuprà dictum eſt. Iſtam etiam limitationem uoluit Bald.in c.cùm omnes.col.11.de conſtitu. ubi, quòd nulla ſeruitus habet cauſam naturalem:ſed aut impoſititiam, aut præſcriptã. quod Bal.dictum refert & ſequitur Iaſ.in l.j.in princip.col.18.in fi.uerſi.tertio in contrarium.ff.de acq.poſſeſ. & in dict.l.quominus.q.28.ff. de flumin.inferens,quòd ſcolatitia aut aquarum emiſſoria nullo tempore præſcribuntur. Dum autem Bal. in ſeruitute requirit cauſam impoſititiam ut præſcriptam,ita quòd ſolus curſus naturalis non ſufficiat,cauſa impoſititia & præſcripta habetur ex tali opere manu facto. Ex quo apparet : ꝙ non iure amicitiæ aut facultatis aqua currit ex ſolo curſu naturali, ſed interueniente facto aut opere hominis. Et ſic dupliciter poteſt præſcribi in his quæ competunt iure facultatis. Primo,ex prohibitione,cum patientia ſubſecuta ad modum memoratum.Secundo ex conſtructione & re
41 tentione operis manufacti.¶ Sed contra † præmiſſa, quòd in his, quæ competunt iure facultatis, non cadit præſcriptio,uidetur facere dictum Felin.in c.cum M.col.iiii.uerſ. tertia declaratio. de conſtit. ubi, ſi quis hoſpitatus fuerit amicum per tempus,cuius initij memoria non extat in cõtrarium: gratis cogitur hoſpitari in futurum : & tamen ta-

lis

lis hoſpitatio uidetur conſiſtere in mera facultate hoſpitantis:ut dicit Inno. in d.ca.cùm eccleſia Sutrina.de cauſ. poſſ. & prop. & hoc dictum Felin. refert & ſequitur Socer meus Purpur.in tracta.de offi.aſſeſſo.nume. 174. Reſpon-
42 deo,quòd Feli.non benè loquitur,ſi ita ſimpliciter † intellexit.nam ubi in iure hoſpitandi cadere poſſet præſcriptio requireretur tempus,cuius initij memoria non extat in cõtrarium, cùm habeat cauſam diſcontinuam : ut not. in d. l. ſeruitutes.magna.ff.de ſeruitut.& tamen Innoc.& doct.dicunt, quòd in tali iure præſcriptio non cadit : niſi dicas, quòd ſufficit minus tempus propter poſſeſsionem ciuilẽ, quæ animo retinetur continuè: ut per Barto.in l. iuſto. §. non mutat.ff.de uſuca.Secundo dico, quod docto.allegati per Feli. hoc non dicunt: imò expreſsè contrarium. nam Inno.in d.c.cùm eccleſia Sutrina. loquitur non induci præſcriptionem etiam ſi quis amicum uicibus mille fuerit hoſpitatus.idem dicit Ancha.in c.ſine poſſeſsione.col.11. de regu.iuris.lib.vi.Dec.in d.conſ.viij.col. iij. in fi. & ſic uolunt doct.quòd licèt mille annis fuerit quis amicum hoſpitatus,ſemel in anno computãdo. ꝙ ex hoc præſcriptio nõ inducatur, dum enim dicunt, ſi mille uicibus hoſpitatus quis fuerit,non dicunt continuè,quia hoc modo unica tantum diceretur hoſpitatio, ſed intelligunt per interualla.
43 Debet † ergo intelligi,quod Felin.dicit, quando ex qualitate perſonarum,aut ex coniecturis poſſet apparere, quòd ex debito aut iure ſeruitutis, non ex mera gratia fieret hoſpitatio : ut quia hoſpitatus tale ius hoſpitandi peteret,tã quàm ſibi debitum: puta, ſcribendo literas, uel mittendo nuntios ad dominum domus pro parando ſuo hoſpitio uel dicendo domino domus : facias debitum tuum ut benè recipiamur, ut decet.

QVARTAE PARTIS

FINIS.

QVINTA ET VLTIMA PARS TRACTATVS DE antiquitate temporis Domini Aymonis Crauettæ à Sauiliano.

ARGVMENTVM.

Antiquum quid dicatur in feudalibus. Et quòd illa antiquitas colligatur ex poſſeſsione prædeceſſorum. Tũ feudorum quotuplex ſit qualitas. Et probandi feudi onus cui incumbat. Et probandi ratio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum dicitur: quod ab anteceſſoribus fuit acquiſitum.*

2 *Feudum antiquum, & feudum paternum, quid differant.*

3 *Feudum nouum, quod dicatur.*

4 *Feudum in dubio an præſumatur antiquum uel nouum.*

5 *Quæſtio ubi eſt de aliqua qualitate, in qua præſens ſtatus rei non conuenit cum primo, ex præſenti non præſumitur in futurum.*

6 *Feudum antiquum uel nouum alleganti & aſſerenti, onus probandi incumbit. Limit. nume. 7.*

8 *Feudum eſſe antiquum, quomodò probabitur.*

9 *Feudalia bona de antiquo probantur, per ſolam famam in antiquis excedentibus metam centum annor.*

10 *Feudi antiqui qualitas probatur ex uerbis enuntiatiuis inueſtituræ.*

11 *Eeudum dignitatis aut aliàs collatum à principe, an debeat probari per ſcripturam.*

12 *Feudi qualitas, teſtibus probari poteſt: licet ſubſtantiæ probatio requirat ſcripturam.*

13 *Feudum ſi quo caſu requirat ſcripturam ad ſui probationem, an ſufficiat præſumptiuè probare.*

14 *Feudi renouatio arguitur ex poſſeſſione antiqua rei feudalis.*

Renouatur

15 *Renouatur quid facilius, quàm de nouo inducatur.*

16 *Feudum nouum, quando conceditur iure antiqui feudi, an adſumat naturam & qualitatem feudi antiqui.*

17 *Prælatus eccleſiæ, qui non poteſt infeudare de nouo bona eccleſiæ, ſine iuris ſolennitatibus, non poteſt inueſtire de nouo feudo, iure antiqui feudi. Secùs, ſi inueſtitura ſit de antiquo. nu. 18.*

19. *Feudo probando uerbis enuntiatiuis non creditur eius qui de feudo liberè diſponere non poteſt.*

20 *Feudum nouum licèt concedatur iure antiqui feudi, ab eo, qui liberè de feudo diſponere poteſt, non tamen tranſit feudum niſi ad cõprehenſos in inueſtitura.*

21 *Feudum antiquum ſi renouetur uaſallo, an deſinat eſſe antiquũ. & numer. 22. 25. 26.*

23 *Feudum efficitur nouum ex mutatione formæ inueſtituræ. Quod qualiter accipiendum, uide numer. 24.*

27 *Feudum nouum conſideratur, reſpectu noui domini à primo cauſam non habentis.*

IAM Vidimus quid dicatur de antiquo in materia probationis. in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ: in actis iudicialibus & extraiudicialibus: in materia conſuetudinis, & præſcriptionis. Reſtat, ut ui-
1 deamus, quid † dicatur de antiquo in materia feudali. & ſic quod dicatur feudum antiquum. Feudum antiquum dicitur quod ab anteceſſoribus fuit acquiſitum. glo. in c. j. in uerſic. inueſtire. de ſucceſſ. feudi. no in c. de natu. ſucceſſ. in feud. in c. j. de gradibus ſucceſſ. in feud. quæ rubrica habetur in tit. de ſucceſſ. fratrum. & ſedet in croppa. cum ſimil. ut Alexan. tradit in conſi. 30. colum. iij. lib. j. Deci. in conſ. 78. colum. penul. in conſil. 144. colum. iiij. uerſic. his tamen & pluribus. & in conſi. 445. colum. j. in fi. feudum etiam antiquum præſumitur propter antiquitatem poſſeſsionis; quando antiquitus fuit poſſeſſum per prædeceſſores uaſalli. Alex. in conſ. 15. col. iij. lib. v. Soci. in conſ. 66. col. v. ante med. lib. iij. ubi, quando pater diu poſſedit aliqua bona, deinde filij reperiuntur inueſtiti de eiſdem bonis, præſumi
2 tur feudum paternum, non nouum. Sed † quæro hic, quæ

ſit

ſit differentia inter feudum antiquum & paternum: quia doct. promiſcuè iſtis utuntur. Dic quòd feudum paternum dicitur, quod eſt acquiſitum ab aliquo ſuperiore, aut aſcendente uſque ad quartum gradum. & ſic quinque perſonæ cōtinentur, pater, auus, proauus, abauus & attauus. Iacob. Alua. in c. j. §. hoc quoque. col. ii. in quinto notab. de ſucceſſ. feudi. poſt Bald. ibi in fin. & idem Aluaro. in prælud. feudo. in ſexta diuiſione. Ab illis autem perſonis ſuprà, dicitur antiquum: ut habetur per Bald. & Aluaro. in dict. §. hoc quoque, tradit Alexan. in conſi. 26. col. iii. uerſ. & per prædicta patet etiam nō obſtare. libr. v. Deci. in conſ. 208. col. iii. uerſic. ſed tamen prædictis non obſtantibus. Iaſ. in uſibus feudorum, colum. 25. uerſicu. tertia concluſio. numero. 83. Ex præmiſsis † ſatis poteſt colligi, quod dicatur feudum nouum, illud uidelicet, quòd non eſt antiquum & paternum, & in quo non habet quis cauſam ab alio. Oldra. in conſil. 178. Quidam nobilis Veronenſis. in conſil. 31. col. ii. uerſicu. ſecundo hoc probatur. Crotus in l. iiii. §. Cato. col. 39. poſt med. uerſi. notate etiam pro complemento. ff. de uerbor. obliga. Si autem filius habet feudum à patre, uel ab alio aſcēdente, dicitur feudum paternum uel antiquum, ſecundum memoratam diſtinctionem. Iaſ. in uſibus feud. col. 25. uerſic. tertia diuiſio. num. 83. uel dicitur feudum nouum, de nouo acquiſitum, quod habuit initium in perſona primi inueſtiti. c. j. in uerſicu. nouam inueſtituram quot teſtes ſunt neceſſarii. Iaſ. in dict. uerſ. tertia diuiſio. & in conſil. 64. col. ii. libr. iii. Curtius iunior, in tracta. feud. in prima parte. q. viii.

4 ¶ Secūdo quærò † an feudum in dubio præſumatur antiquum, uel nouum: Bald. in c. j. in princip. ſi de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna. quod in dubio præſumitur antiquum. Ita Bald. refert & ſequitur Decius in conſ. 252. col. iiii. poſt medium. in conſil. 269. col. ii. & in dict. conſil. 445. col. ii. in princip. ubi etiā allegat Alexand. in dict. conſi. 15. col. pen. lib. v. Idem tenet Iaſ. in conſ. 114. col. ii. in fin. lib. j. Contrarium, quòd imò feudum præſumatur nouum non antiquum, tenet Iaſ. ſibi contrarius, in conſil. 24. col. iiii. circa med. lib. iii. ubi, quòd feudum præſumitur nouum: quia non præſumitur

fuiſſe

fuiſſe aliud feudum, cum res quælibet libera præſumatur.
5 & iſta ratio Iaſ. uidetur comprobari: quia † quando quærimus de aliqua qualitate, in qua præſens ſtatus rei non cõcordat cum primo ſtatu rei, ex præſenti non præſumitur in præteritum. Oldra. Nicol. de Neapo. & Bald. in l. j. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtra. conue. Bald. in l. ex perſona. C. de proba. in conſil. 351. col. j. Alexand. in conſil. 75. col. fin. in conſil. 92. col. v. lib. v. in conſil. 81. col. ii. & in conſi. 191. in princip. lib. vii. Areti. in conſi. 15. col. ii. in conſil. 66. col. vi. uerſi. quod autem non probent. ſed primus ſtatus rei repugnat cum præſenti: quia ab initio omnia bona erant libera. ob id non ſequitur: res hodie eſt feudalis: ergo in præteritum talis fuit. & hoc fundamentũ fortiter urget. Quid
6 dicendum? † Aduerte: quia Bald. & Alexan. allegati per Decium non ita ſimpliciter aut generaliter loquuntur, prout Decius eos allegat, quod feudum præſumatur antiquũ. ſed dicunt, quòd præſumitur antiquum ratione antiquæ poſſeſsionis. Ideo uera reſolutio eſt, quòd ſemper agenti & alleganti feudum eſſe nouum, uel antiquum, incumbit onus probandi, ob id, ſi uaſallus ſit in poſſeſsione feudi & dominus agat contra eum, dicens feudum eſſe nouum domino agenti incumbit onus probandi, quod ſit nouum. Si uerò dominus ſit in poſſeſsione rei, & uaſallus agens contra eum, dicat feudum eſſe antiquum, ipſi uaſallo incumbit onus probandi, quòd ſit antiquum: quia præſumptio iuris eſt pro poſſeſſore. ita Iacob. de Beluiſ. in cap. j. de gradi. ſucceſ. in feud. quæ rubric. eſt in titu. de ſucceſ. fratrum. ſequitur Alexan. in conſi. x. col. ii. lib. iii. idem tradit Paul. de Caſt. in conſ. 44. Circa præſentem caſum notandum eſt. colum. ii. uerſi. ſi uero non conſtaret. in conſi. 279. Viſa petitione. col. ii. uerſ. ſed in cõtrarium. libr. ii. Curtius ſenior in conſi. 49. colum. iii. in conſi. 50. col. viii. Crotus in l. re coniuncti. col. fi. circa med. ff. de legat. iii. Curtius iunior in tracta. feud. in prima parte, quæſtio. viii. col. v. ante med. uerſic. illud tamen, quod dixi. Iſtud tamen dupliciter limitat Curtius ſenior in d. conſil. 50. column. 38. Primo, ut
7 † non procedat quando poſſeſsio feudi eſſet uitioſa. Secundo, niſi etiam agens eſſet in poſſeſsione. ¶ Tertio quæro,

† dictum

8 † dictum eſt, quòd uaſallus agens contra dominum poſſeſſorem, & dicens feudum eſſe antiquum, tenetur illud probare, quomodò probabitur feudum eſſe antiquum? Reſpondeo, quòd ex antiqua poſſeſsione, quando bona antiquitus poſſeſſa ſunt tanquam feudalia & ita procedat dictum Bald. in d. c. j. in princ. ſi de feu. fuer. controuer. inter domin. & agna. & Alexan. in d. conſ. 15. col. pen. lib. v. & tradit idem Bald. in conſil. 351. In bonis feudalib. col. ii. uerſ. tertia maneries. lib. j. & in conſi. 310. col. ii. circa med. lib. iii. Similiter probatur feudum antiquum, per antiquam inueſtituram: quia aliæ ſequentes inueſtituræ præſumuntur factæ ſequendo formam antiquæ inueſtituræ. ita Paul. de
9 Caſtr. in d. conſi. 44. col. ii. lib. ii. ¶ Similiter † bona eſſe feudalia & de feudo antiquo probatur per ſolam famam in antiquis excedentibus metam centum annorum. Alexan. in conſ. 15. col. j. lib. v. Dec. in conſi. 269. col. ii. & ſi dominiũ probatur per ſolam famã in antiquis, ut abundè uidimus in prima parte: quanto fortius qualitas feudi, an ſit antiquũ uel nouum: cum faciliùs probetur qualitas, quàm ſubſtantia. gl. in l. talis ſcriptura. §. fi. in glo. fi. in fi. ff. de leg. j. & ita
10 arguit Soci. in conſi. 166. col. v. lib. ii. ¶ Similiter † qualitas feudi antiqui ex uerbis enuntiatiuis inueſtituræ, in quibus enuntiatur & dicitur feudum eſſe de antiquo. Alexan. in d. conſi. 15. col. ij. lib. v. quod tamen intelligendum eſt ſecundum ea, quæ latè ſuprà diximus de uerbis enuntiatiuis in
11 prima parte huius tracta. Sed hic † aduertendum, dum dicitur feudum præſumi antiquum ratione antiquæ poſſeſsionis, & ſic uolunt Doctor. ſufficere probari antiquam poſſeſsionem feudi ſed in contrarium facit Bald. in d. conſil. 531. col. ii. poſt med. in conſ. ſequen. lib. j. ubi uoluit, quòd feudum dignitatis, aut habitum à principe, debet probari per ſcripturam. Ita limitando text. in c. j. ſi de inueſti. inter domi. & uaſal. lis oriatur. & in c. j. quot teſtes ſint neceſſarii ad nouam inueſtit. prob. Solutio. poteſt dici, quòd dictũ Bald. lege non probatur, & quòd noſtrum non eſt legem naturalem reſtringere. l. de pretio. ff. de publicia. & quòd in feudo non requiratur ſcriptura, tradit Iaſ. in l. j. colu. xj. uerſi. aliam differentiam. & col. 15. in fi. uerſ. an autẽ in cõ

tractu

tractu feudi.C. de iure emphyteutic. allegat Bald.in rubr. C.de conditio. ex leg. colum. final. quòd dictum reputat
12 Iaſ.ſingu.Secundo † reſpondeo , quòd dictum Bald.poſſet forte procedere,quando feudum in totum negaretur: quia negaretur rem eſſe feudalem. ſed hic non negatur rem eſſe feudalem : ſed quæſtio ſolum eſt de qualitate feudi , an ſit nouum uel antiquũ.quo caſu qualitas teſtibus probari poteſt : licèt probatio ſubſtantiæ requirat ſcripturam.cap.auditis.ubi Abbas.in ſecũdo notab. de reſtitutio.in integrũ. Deci.in c.paſtoralis.col.iii. de reſcript. habetur in l. certi
13 conditio.§.quoniam.ff.ſi certum petatur.Tertio † reſpondeo, quòd etiam in caſibus in quibus requiritur ſcriptura, ſufficit illud probari præſumptiuè: quia iuris præſumptio, dicitur probatio liquidiſsima. ita in terminis tradit Bald. in conſil.116.Columbinus.col.ii.lib.j.in conſil.14.Subtiliter.libr.iiii.& in conſil.511.Quidam prælatus.col. ii. poſt medium.uerſic.prætereà probatio.lib.v.ubi licèt ad probationem emphyteuſis requiratur ſcriptura:tamen ſi quis ſoluit penſionem tanquàm emphyteuta longiſsimo tempore, præſumitur titulus emphyteuſis,& talis titulus habetur pro ſcriptura.& in feudo eſt text.in c. ſi quis per triginta.in tit. ſi de feud. fuerit controuerſia inter dominum & agnat.& quod ſufficiat probatio per præſumptionem, ubi ſcriptura requiritur,uoluit Bald.in l.j.col.v.C.de fideicõmiſſ.ſequitur Alexand.in conſil.126.col. ii. poſt medium. uerſicu.Fortificantur prædicta.lib.vj.Deci.in rubric.extrà de probatio.col.17.in fin.uerſi.& adeò hæc procedunt. & in conſil.54.colum.final.uerſicu.nam ſolet dici.Ideò probata poſſeſsione feudi per tempus antiquum,etiam prædeceſſorum , præſumetur feudum antiquum , etiam ſine alia
14 ſcriptura.Et ex præmiſsis † apparet, quòd nimis generaliter locutus eſt Roma.in conſ.103.col.ii.uerſic. his ergo ueris exiſtentibus, ubi quòd contractus emphyteuſis non poteſt dici tacitè renouatus, ex quo ad eius probationẽ ſcriptura requiritur per l.item quæritur.§.qui impleto.ſecundum intellectum Bald.ff.locat.quod etiam uoluit Alexan. in conſi.17.col.iii.uerſ.ſecundo principaliter.lib.iiii. & in conſi.76.col.j.uerſ.ſed præmiſsis.lib.v.Deci.in conſ. 328.

in princ.Iaſon in l.j.col.15.uerſic.item per prædictam cõmunem.C. de iure emphyteu. Nam iſtud debet intelligi, quòd non inducitur renouatio tacitè ex modico tempore: ſed ubi interuenit tempus longiſsimum, ſecus eſt. quia ex poſſeſſione antiqua rei feudalis aut emphyteuticæ, arguitur titulus feudi,uel emphyteuſis etiam de nouo: à fortio-
15 ri arguetur renouatio: cum † facilius quid renouetur,quã de nouo inducatur. Alexander in conſil.128. col. fina.libr. vj. ubi poſt Doctor. per eum allegat.tenet, quòd facilius præſumitur renouatum mandatum procuratoris reuocati, quando dominus patitur eum exercere actum procuratoris,quàm inducatur mandatum de nouo.& iſtud nota. quia ualde ſingular.¶ Quarto quæro,an feudum probetur antiquum ex unica inueſtitura,in qua feudum nouum concedi
16 tur,iure antiqui feudi? ſeu melius † quæro, an quando feudum nouum conceditur iure antiqui feudi, aſſumat naturã & qualitates feudi antiqui? Oldrad.in dict.conſi. 178. Quidam nobilis.ante finem. quòd iſta uerba, iure antiqui feudi,facti ueritatem non immutant:per l.ſi fortè.ff. de caſtrẽ ſi pecul.l.ſi donatione.C.de collation.ſequitur Iaſ.in conſil.57.col.v.libr.j.in conſil.152.col.j.& ij. & in conſil. 180. col.vi.libr.ii. Contrarium, quòd imò per talia uerba feudum nouum aſſumat naturam antiqui feudi, tenet Baldus in c.j.in princip.de alienatio. feudi pater.in c.j.an agnatus uel filius.ſequitur Alexand.in conſil.30.col. iii. uerſicu.fortius dixit Baldus libr.j.quod eſt repetitum in conſil.ii. lib. v.tradit idem Alexander in conſil. 55.colum. viii.uerſicu. circa aliud dubium.quo quæritur,ſi antiquiores.lib. iiii. & hanc opinionem dicit communem Decius in conſil. 194. colum.ii.ſequitur idem Decius in conſil.185.colum.v.Eandem opinionem ſequitur Iaſon ſibi contrarius, in conſil.j. colum.ii.libr.iii.& in conſ.136. colum.iiii. & in tribus col. ſequen.lib.iiii.Curtius iunior in tracta.feud.in j. parte, q. viii.colum.ii poſt medium.ubi reſpondet ad unum fundamentum Iaſ. in contrarium. Eandem opinionem teſtatur communem & ſequitur Crotus in l.ſi is, qui pro emptore. col.23.in fi.uer.iii.& ultimo inducitur.ff.de uſucapio.& in l.re coniuncti.col.antepenult. q. 26. ff. de leg.iii.Eandem opinio-

opinionem ſequitur Ripa in l.j.col. ii. poſt medium. ff. de lega.j.modo ſi in conceſsione feudi,ſint uerba uniuerſalia, quòd ſapiat naturam antiqui feudi, ſeu quòd concedatur iure antiqui feudi in omnibus & per omnia:allegat Soci.in conſ.165.col.vi.uerſ.vi.corroboratur.libr. ii. Addo eundẽ Soci.in conſ.272.col.iii. uerſ.ii.quia licèt dictis comitibus lib.ii.ſed certè iſta uniuerſalitas uerborum non habetur in conſideratione.& Doct.communiter idem uolunt etiam ſi ne illis uerbis uniuerſalibus. Tota enim uis in hoc conſiſtit,an concedens feudum nouum, poſsit mutare eius naturã,ut ſapiat naturã feudi antiqui. Planè ſi mutare nõ poſſet
17 quid operabuntur uerba uniuerſalia. ¶ Limitatur † nunc præmiſſa cõcluſio,ut non procedat in eo,qui de feudo libere diſponere non poteſt:puta in prælato eccleſiæ, qui non poteſt infeudare de nouo bona eccleſię ſine ſolennitatibus iuris: tunc enim non poteſt inueſtire de feudo nouo iure antiqui feudi.& ita procedat dictum Oldra.in d.conſ.178. dum allegat d.l.ſi fortè.ff.de caſtren.pecul. & d. l. ſi donatione.C.de collatio. & ita Oldra. intelligit Dec.in conſil. 53.col.ii.uerſ.nec obſt. ſi dicatur. Oldra.etiam ita intelligit Iaſ.in conſil.j.col.iii.poſt medium.uer. eandem opinionem.libr.iii.& in conſil.136.col.v. in fi. uer. eandem opinionem.lib.iiii.Eandem limitationẽ tenet Paul. de Caſtr. in conſ.283.De utroque.li.ii.Alexã.in d.cõſ.x.col.ii.li.iii. Veronenſ.in conſil.31.col.iii. poſt mediũ. Iaſ. in uſib. feu. col.26.uerſic.quid autem econtrà.num.88.& in conſ.180. colum.penulti.uerſicul.iiii.reſpondetur.lib.ii.Crotus in d. l.re coniuncti.colum.penultim.in fine.Brunus Aſtenſis, in
18 conſil.40.colum.j. ¶ iſta limitatio † ſublimitatur, ut non procedat, quãdo talis inueſtitura prælati eſſet de antiquo: quia propter antiquitatẽ temporis ſtaretur ei. Iaſ. in uſib. feud.col.27.uer. ſubdit tamen.Brunus in dicto conſil.40.& pro hoc facit,quod ſuprà dictum eſt, feudum præſumi antiquum ratione antiquæ poſſeſsionis. Sed aduertendum
19 eſt circa iſtam † ſublimitationem: quia aliud eſt quærere, an quando enuntiatur in inueſtitura feudum eſſe antiquũ, credatur uerbis enuntiatiuis. Aliud quando conſtat feudũ eſſe nouum, an poſsit concedi iure antiqui feudi, & talis

conceſsio immutet naturam & qualitatem feudi. Nam quã do agitur de uerbis enunciatiuis,& ſumus in eo, qui de feudo liberè diſponere non poteſt, fateor, quòd non creditur talibus uerbis enunciatiuis, niſi ſimul in antiquis. Sed ſi apparet ex uerbis inueſtituræ prę lati, quòd feudum uerè erat nouum, dico, quòd illa uerba iure antiqui feudi, etiam in antiquis, nihil agunt: quia non eſt tractandũ de aliqua præſumptione, ratione antiquitatis tempore, quando apparet de ueritate in contrarium: niſi eſſet præſcriptum per poſſeſſorem feudi contra eccleſiam, ſed tunc ius poſſeſſoris ſumitur ex præſcriptione, non ex enunciatis per prælatum: & ſumus tunc in illa difficultate, an error iuris impediat præſcriptionem. ¶ Aduertendum † eſt etiam circa præmiſſa, quòd licèt feudum nouum concedatur iure antiqui feudi ab eo, qui de feudo liberè poteſt diſponere: non tamen tranſit feudum, niſi ad comprehenſos in inueſtitura. ideo ſi ſit hæreditarium, non admittentur agnati, niſi ſint hæredes. Socin. inter conſilia Bruni Aſtenſis, in conſil. x. colum. iiii. poſt medium. allegat Alexan. in d. conſil. x. lib. iii. ubi etiam Alexan. declarat efficaciam iſtius

21 clauſulæ, iure antiqui feudi. ¶ Quinto quæro, † ſi feudum antiquum renouatur uaſallo, an deſinat eſſe antiquum. Puta, uaſallus commiſit feloniam, ob quam meretur feudo priuari. dominus ea non obſtante renouat feudum, an dicatur feudum nouum, uel antiquum? Dic quòd non deſinit eſſe antiquum. c. j. de uaſallo decrepi. ætatis. Bar. & Docto. in l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. obl. & in l. quod dicitur. j. ff. de impen. in rebus do. fac. Roma. in conſil. 315. Alexã. in d. conſil. 300. colum. iii. lib. j. quod eſt repetitum in conſil. ii. libr. v. Socin. in conſi. 100. colum. iiii. in fin. libr. iii. Dec. in l. j. in princ. col. fin. in glo. fin. ff. quod quiſque iuris, latius idem Dec. in d. conſil. 53. col. j. & ii. Iaſ. in d. l. ſi mihi & Titio. col. fin. & iſtud procedit ſine dubio, quãdo renouatur feudum ſub cõmemoratione antiquarum inueſtiturarũ. Are. in d. l. ſi mihi & Titio. Brunus Aſtẽſis, in cõſ.

22 79. col. ii. ¶ Limitatur † nũc prę miſſa cõcluſio, ut nõ ꝓcedat quãdo feudũ erat omnino extinctũ: quia uaſallus priuatus eſſet feudo ipſo iure, ita ꝙ alia ſentẽtia priuationis neceſſaria

ceſſaria nõ eſſet. nã tunc ex tali renouatiõe efficitur nouũ feudũ. Bal. in c. j. §. inſup. in fi de prohibi. alie. feu. p Fede. Alex. in cõſ. 34. col. ii. l. v. & pro hoc, ꝙ res oĩno extincta, ſi renouetur, ꝙ dicatur noua, & alia res eſt, tex. in in l. inter ſtipulãtẽ. §. homo liber. uer. & nauis. ff. de uerb. oblig. in. l. j §. opus. ff. de oper. noui nuntia. tradit Dec. in d. l. j. in prin col. fi. ff. quod quiſque. iur. Iaſ. in l. ius. autẽ ciuile. col. iii. ff. de iuſti. & iur. facit Curt. ſenior. in cõſ. 50. col. 48. in fi. ubi, quòd ad probandũ feudi nouitatem, facit interruptio ciuilis poſſeſsionis reſpectu domini, & naturalis, reſpectu uaſalli: quibus per ſpoliationẽ priuati fuerũt dominus & ua-
23 ſallus, per iura, de quibus ibi eũ. ¶ Secũdo † limitatur, quã do in renouatione feudi adijceretur noua forma: quia tunc ex tali addictione nouæ formæ, diceretur nouum feudum. Bald. in d. c. j. §. inſuper. in fi. de prohi. alie. feudi per Fede. ex mutatione enim formæ inueſtituræ, efficitur nouum feudum. Veronen. in d. conſil. 31. col. iii. Iaſ. in d. l. ſi mihi & Titio. col. fin. ff. de uerborum oblig. Idem uoluit Oldr. in d. conſil. 178. Quidam nobilis. ubi, quod feudum dicitur nóuum ratione nouarum conuentionum. ſequitur Curt. ſenior in conſil. 50. colum. 48. in fin. deciſio Neapolit. deciſio. 112. & deciſio. 248. nu. viii. Brunus Aſtenſis in conſil. 78. colum. ii. poſt medium. & pro hoc bonus tex. in d. l.
24 ius autẽ ciuile. ubi Moder. ff. de iuſti. & iur. Sed † intellige iſtam limitationem, quando mutatur aut alteratur forma circa ſubſtantialia feudi: ſecus ſi circa accidentalia. ita Calde. in conſil. 11. colum. ii. in titul. de feudis. Dicta tamen Calderin. ibi non tranſeunt ſine dubio. ¶ Tertio limitatur,
25 niſi † feudum amiſſum per uaſallum fiſco principis fuiſſet incorporatum, aut poſſeſsio eius per dominum apprehenſa: quia tunc ſi renouetur uaſallo, dicitur nouum feudum. Bald. in l. j. q. 15. ff. de rerum diuiſio. Alexand. in dict. conſil 34. colum. ii. lib. v. Iaſ. in conſi. 152. col. ii. circa medium. lib. ii. & in conſil. 64. col. iii. ante medium. lib. iii. Gozadi. in conſil. 84. colum. ii. uerſicul. ii. quòd non dicatur. & col.
26 fin. uerſicul. ad tertium dico. ¶ Iſtæ tamen † tres limitationes non procederẽt, quando feudũ renouaretur ſub cõmemoratione antiquarum inueſtiturarum, & ſub eiſdẽ pactis

& qualitatibus:ex his,quæ ſcribit Alexan. in d.conſil. 30. col.iii.uerſicul.& ita etiam colligitur.lib.j. quod eſt repeti tum in conſil.ii.libr.v.Areti.in d.l.ſi mihi.& Titio.Brunus Aſtenſis,in d.conſil.79.colum.ii. Non procederent etiam iſtæ limitationes, quando in renouatione feudi ſuperior uerbo reſtituimus aut reddimns,etiam ſi ſint uerba, & de nouo concedimus.Martin.Laud.& Præpoſitus in cap. j.de uaſall. decre. ætat. Curtius ſenior in conſilio 49.circa me-
27 dium. & latius. columna 68. in fine. ¶ Similiter † feudū nouum conſideratur reſpectu noui domini à primo cauſam non habentis:quia tunc uidetur aliud dominium. Curtius ſenior in dicto conſilio 50.columna 48.in fine. ¶ Alia plura ſcribi potuiſſent in materia feudī antiqui: ſed de ea habentur tractatus Moder. qui abundè & ſubtiliter ſcripſerunt, nec inſtituti mei eſt feudorum hic ampliſsimam materiam tractare. ¶ Finem habes lector huiuſce tractatus noſtri de antiquitate temporis,quem per tempus inſanientis belli inchoatum, ſub pacis tandem conceſſæ diē, Deo iuuante,abſolutum habemus.In quo ipſo tractatu boni, ſi quid deprehenſum habeas, Deo id acceptum totum feras.Planè, ſi inuiſum aut mendoſum nactus quid fueris, hominem authorem eſſe,continuo,quæſo,in mentem ueniat: itaque adeò obnoxium erroribus. Non is ſum, qui à ſententijs aut opinionibus meis non diſcedi expectem.Ad ueritatis ſplendorem lumina omnes deflectere oportet,cuius unius nomine,quæ ſcripta hic notauimus,ea omnia rectius ſentientis iudicio ſubiecta eſſe & uolo & cupio. Laus deo Chriſto redemptori noſtro, Virgini eius matri, diuo Ioanni Euangeliſtæ patrono meo, ac uniuerſæ cœleſtium Curiæ. Die 14. Octobris. 1554.

QVINTAE ET VLTIMAE PARTIS.
FINIS.

EIVSDEM AYMONIS CRAVETTAE EX SAVILIANO,

Super ſtatuto Ferrarienſi de indemnitatibus mulierum, Quæſtio in vtranque partem.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus requiſitus ex forma ſtatuti, an poſſit præſtari per procuratorem, aut nuntium remiſſiuè.*

2 *Conſenſus præſtitus ex neceſſitate aut forma ſtatuti, nõ p̃iudicat nume.36. 38. ubi uidendum. & num.39.*

3 *Conſenſus præſtitus ſuper actu nullo, non præiudicat. ſed uide numero 40.*

4 *Conſentiens non obligatur ex actu, cui conſenſit. & nume. 41. Ius ſuperueniens non confirmat cõtractũ rei alienæ nullum quando ex tali cõtractu quis nõ obligatur, uide n.11.13.14.24.28.*

5 *Acceſſoria reuocantur, reuocato principali. & nu. 13. latius. nu. 19.47.*

6 *Hypotheca non conſiſtit ſine obligatione perſonali. uide nu.45. Cõditio tacita intelligitur in quolibet actu, ſi actus de iure teneat. Renuntiationes & pœnæ appoſitæ in compromiſſo, habent tacitam conditionem ſi laudum ualidum ſequatur.*

7 *Rati promiſſio an ſit ſuperflua, & an alteret naturam principalis diſpoſitionis. nume.48.*

8 *Fauorabile an dicatur ſtatutum Ferrariæ ſub rubrica de indemnitate mulierum.*

9 *Extẽſio fit ĩ materia odioſa, quãdo agitur, ut obuietur fraudibus.*

10 *Impropriè & largè intelliguntur uerba in materia fauorabili.*

11 *Dolus an arguatur contra eũ, qui contrahit contra prohibitionẽ ſtatuti nume. ibid. & 53.*

12 *Conſentiens alienationi rei, in qua ius habet, ſibi præiudicat.*

13 *Curatoris contractus non ſeruata forma iuris, non dicitur nullus, in odium ipſius curatoris. & latius nume.19.20.21.28.*

15 *Intellectus ille in dubio capiendus eſt, qui conuenit rubricæ nume.*

16 *Adminiſtrator an teneatur ex contractu propter receptionem pretij.*

17 *Intellectus ille præualet, qui probari poteſt per alias leges aut rationes, quando lex habet uarios intellectus.*

18 *Intellectus ille præualet in quo maior eſt ratio dubitandi.*
Intellectus l. illicitè. ff. de rebus eorum. ibid. & nume. 19. uſque ad num. 29. & nume. 26.

19 *Intellectus l. ſi is. C. de præd. mino. & num. 26.*

20 *Exceptio datur, licèt actio non competat.*

22 *Facto proprio an contraueniat maritus alienans fundum dotalem nulliter.*

23 *Euictio non debetur emptori, ſcienter ementi rem alienam, etiã reſpectu pretij: niſi aliud actum ſit.*

24 *Intellectus l. ſi ſeruo. ff. qui & à quibus.*

25 *Statutum debet intelligi ſecundum ius commune, ut minus illud corrigat, quàm ſit poſſibile. & illud eſt de iure communi, dicitur de mente ſtatuti.*

26 *Extenſio non fit ad aliam perſonam in ſtatuto aliquem priuilegiante, quando ratio priuilegij aut fauoris in alio non militat, etiam ſi fiat actus nomine priuilegiati, quando ex tali extenſione commodum non uenit ad ipſum priuilegiatum.*

27 *Reſtrictio cuiuslibet diſpoſitionis etiam uniuerſalis, fit à ſua cauſa finali. num. 29.*

28 *Hæres non poteſt allegare turpitudinem ſuam: licèt ueniat ex perſona defuncti.*

29 *Quælibet diſpoſitio debet intelligi, ut aliquid operetur, quod pulchrè exornatur.*

30 *Dolus arguitur in eo, qui uenit contra fidem datam, efficitur infamis: & incidit in crimen ſtellionatus.*
Pacti nudi fidem fallere, uerecundia eſt.

31 *Præſentiæ defectum ſupplet ſcriptura, poſtquam peruenit ad manus eius, cui ſcribitur. & num. 55.*

32 *Deceptis ſub aliorum confidentia, ſubueniri debet.*

33 *Nullitatem allegare non poteſt, qui cauſam nullitatis præbuit.*
Obijcere quis alteri non poteſt illud, cuius cauſam præbuit.

34 *In pari culpa potior eſt conditio tractantis de damno.*

35 *In dubio iudicandum eſt contractum reuocandum, non eſſe.*

37 *Ratione legis correctæ, cenſetur correcta lex, quando ratio exprimitur*

mitur in lege.

38 *Conſenſus aduocati in officio ſuo aduocationis, an ſibi præiudicet. & ibidem quid in notario conficiente inſtrumentum ſuper re, in in qua ius prætendit. contra Corneum.*

39 *Adminiſtrator obligans bona propria in contractu excedit limites ſui officij: ideò tenetur nomine proprio. Idem, quando promittit adminiſtrator pro ſe & hæredibus ſuis: quia officium adminiſtratoris non tranſit ad hæredes.*

42 *Illud inſpicitur, cuius contemplatione fit actus, non ipſe actus. In correſpectiuis unum non poteſt eſſe ſine altero. ibidem & num.44.*

43 *Conſentiens actui, cenſetur conſentire etiam executioni ipſius actus.*

46 *Hypothecari poſſunt bona pro obligatione alterius.*

49 *Fauorabilis dicitur diſpoſitio fauens obſeruationi iuramenti. Per contrarium odioſa dicitur diſpoſitio, contraria ipſi iuramento.*

50 *Cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio.*

51 *Statutum, dicitur ſtrictiſſimi iuris.*

52 *Extenſio non fit ceſſante identitate rationis.*

53 *Error iuris, an inducat malam fidem.*

54 *Ex culpa ſua lucrari quis non debet.*

55 *Futurum ius an remitti poſſit, pulchrè.*

DIuino ſubſidio ex corde poſtulato: In auditorio conſilii iuſtitiæ, ſcitè lateque tractatus fuit caſus ſequens: ſuper quo & ipſe ſcribere inſtitui ob ſcribentium multitudinem & uarietatem: non ſolùm aduocatorum, ſed etiam inter nos ipſos conſiliarios. Statuto Ferrariæ ſub rubrica, De indemnitatibus mulierum, cauetur, quòd nulla mulier poſſit contractum aliquem facere etiam iuratũ, ſine cõſenſu proximiorum præſentium, aliàs ſi abſint, aliorum ſequentis gradus: ſub pœna annullationis contractus ipſo iure, præſumendo iuramentum aliàs dolo aut ui extortum. Modò pater cõſenſit filię per nuntium ſpecialem, quẽ conſenſum promiſit habere ratum & gratum, nec ei contrauenire obligando bona propria. Deinde filia, quæ locauerat bona conſiguata in dotem, ad formam l. ubi adhuc.

C.de

C. de iur. dot. per quinquennium cum prædicto conſenſu patris, deceſſit: cui pater ſucceſſit nobilis dominus Thomas Caualarini, ciuis Mutinenſis. Idem pater mortua filia tanquàm eius hęres, egit ad annullationem dicti contractus coram magnifico domino procuratore generali illuſtriſſimi Ducis Ferrariæ, qui pronuntiauit contractum nullū de conſilio magnifici domini conſultoris cameræ. A qua ſententia fuit appellatum ad excellentiam ducalem: & cōmiſſa cauſa memorato domino procuratori generali decidenda. tamen de conſilio alterius conſultoris, id eſt, magnifici conſilij iuſtitiæ, quæritur an benè uel male fuerit iudicatum per primum dominum conſultorem. Videretur dicēdum prima fronte, bene fuiſſe iudicatum. Nam præſuppo-
1 nendo † citra præiudicium ueritatis, quòd ille conſenſus patris mulieri præſtitus fuerit per procuratorem aut nuntium: iuxta not. in c. cùm parati. de appellat. ubi Deci. Iaſ. in l. fi. in fi. C. de procura. quem tamē articulum hic ad præſens tractare non intendo, ſi filia contrahens poterat contrauenire illi locationi inualidæ ob formam ſtatuti nō ſeruatam: tantundem uidetur permittendum eius hæredi. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus mod. pign. uel hypothec. ſolui. l. hæredem. ff. de regu. iur. & quæ dixi in conſi. 200. ¶ Neq; uidetur obſtare. quòd hæres conſenſerit contractui obligādo bona propria, ob id, quod ius ſuperueniens hæredi, proficiat conductori. l. cùm uir. ff. de uſucap. cū ſimi. quia ſi hæres ab initio & de tempore contractus habuiſſet ius in bo-
2 nis locatis pet talem conſenſum, † non ſibi præiudicaſſet, cum fuerit præſtitus ex neceſſitate ſtatuti, non uoluntariè. l. cùm quædam. C. de admin. tuto. per quem text. in iſta in propinquo conſentiente ex forma ſtatuti, tradit Bald. in conſil. 102. Punctus, ſuper quo. col. i. circa med. lib. ii. Paul. de Caſt. in conſ. 259. Omnis difficultas. column. iiii. circa med. lib. i. & quod ſcribit idem Pau. de Caſt. in conſil. 423. Quia ſcio colum. ii. poſt med. lib. i. ubi, quòd gubernator ciuitatis interponens decretum in tranſactione ipſius ciuitatis, non præiudicat iuri ſuo, quod habet in bonis contentis in tranſactione: quia tale decretum interponitur ex ne
3 ceſſitate officij. ¶ Secundò conſenſus † eiuſmodi non uidetur

tur nocere, ex quo actus ſuper quo interponitur, eſt nullus. Nam creditor conſentiens alienationi pignoris, ſibi non præiudicat, quando alienatio eſt nulla. l. iiij. §. fina. l. ſi debitor. §. quæritur. & l. ſicut. §. uenditionis. ff. quibus mod. pign. uel hypot. ſoluit. l. debitum. C. de remiſſio. pign. tradit Roman. in conſi. 132. Vt retulit. colum. j. poſt med. Deci. in l. creditor. num. ij. ff. de regu. iuris. ſi conſentiens contractui inualido, aut ex neceſſitate, uel forma ſtatuti, non præiudicat iuri ſuo, iam competenti de tempore conſenſus: quanto minus præiudicabit iuri de futuro, quod difficilius tollitur: ut habetur in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de uerbor. obliga. & in l. j. C. de pact. ¶ Tertiò, licet pater conſentiens filię contrahenti ſucceſſerit ipſi filiæ: non tamen ex tali ſucceſſione uidetur cõfirmari ius conductoris. ex quo per talem conſenſum pater non obligabatur ex cõ
4 tractu, cui conſenſerat: quia † conſentiens non obligatur ex contractu cui conſenſit, ut ex eo poſſit conueniri: nam aliud eſt contrahere, aliud contrahenti cõſentire. l. aliud. ff. de regu. iur. & ita in conſentiente, quod non obligetur ex contractu, tenet Barto. in conſi. 211. Quidam ſibi filios. colum. j. Anch. in conſi. 76. per modum conſilij. in ultimo dubio. Corn. in conſi. 156. libro. j. modò quando ex contractu ſuper re aliena quis non obligatur, ſi contrahens ſuccedit domino, ex domino aut iure ſuperuenienti non confirmatur ius emptoris, aut aliàs cauſam habentis à tali hærede. text. eſt in l. ſi ſeruo. ff. qui & à quib. ubi ſi manumittens aut dãs libertatem ſeruo alieno, ſuccedit domino ſerui, ex hoc non confirmatur datio libertatis: quia talis manumittens non obligabatur in aliquo ex tali manumiſſione. quẽ text. ad hoc citant Barto. & doct. in l. cùm uir. ff. de uſucap. Eodem modo cùm Thomas Caualarini non obligaretur ex tali conſenſu, non uidetur, quò ex ſuperuenientia iuris in perſona ipſius conſentientis, confirmetur uis conducto-
5 ris. ¶ Quartò abſurdum † uideretur, quòd annullato contractu principali in perſona ipſius filiæ, conſenſus patris acceſſorius, uiribus conſtaret. l. cùm principalis. ff. de regul. iur. & quod ſcribit Bald. in conſil. 275. Præmiſſo ſtatuto cõmunis Veronæ. col. j. poſt med. lib. v. ubi, quòd reuocato principali,

principali, debent reuocari omnia acceſſoria: per not. in c. ij. de prec. ¶ Quintò non uidetur habenda ratio, quòd Caualarinus conſentiens contractui inualido obligauerit bona propria: quia cùm non obligetur ex conſenſu: talis
6 † hypotheca conſiſtere non poteſt ſine obligatione perſonali. l. ſi legati. l. contrahitur. & l. ſeq. ff. de pignor. Alexan. in d. l. j. col. x. poſt med. num. 24. ff. de lega. j. & quod dicit glo. in l. fin. C. de hæred. uel actio. uendit. ubi, quòd hypotheca non poteſt cedi ſine principali. ¶ Sextò, in iſta promiſſione rati & hypothecæ bonorum, uidetur ineſſe tacita conditio, ſi actus de iure teneat: quia uerba debent intelligi de actu ualido & effectum habente. l. iij. §. hæc uerba. ff. quod quiſque iuris. ideò clauſulæ renuntiationum appoſitæ in compromiſſo, recipiunt conditionem tacitam: ſi cõpromiſſum ſortiatur effectum. Bald. in l. ſi diuerſa. C. de trãſa. Alexand. in conſi. 22. lib. j. Similiter pœna adiecta compromiſſo recipit conditionem: ſi laudum ſequatur ualidũ. l. licet. §. ſi ſeruus. ubi Barto. ff. de pecul. l. apud Celſum. §. item quæritur. j. cum gloſſ. ff. de exceptio. doli. Curtius Senior in conſil. 53. colum. penult. in prin. Et in terminis conſenſus, quòd recipiat tacitam conditionem, ſi actus ſit ualidus, dictum eſt ſupra in ſecundo argumento, ubi allegata ſunt plura iura. & eadem ratione dicendum eſt in promiſſione rati, quòd recipiat tacitam conditionem ualiditatis actus, ſi ualeat actus, ſuper quo de rato cautum eſt aut promiſſum. & faciunt not. per Socin. in conſil. 235. in fi. libr. ij.
7 ¶ Septimò non uidetur obſtare † promisſio rati ipſius Caualarini: quia uidetur ſuperflua. ut per Alex. & Iaſo. in l. ſi procurator. C. de procur. Rurſus talis promisſio de rato, non uidetur augere nec alterare naturam obligationis. clē. j. de præben. & not. Dec. in terminis illius promisſionis. in
8 conſi. ij. in fi. ¶ Octauò † ſtatutũ Ferrariæ de indemnitatib. mulierum, uidetur fauorabile, editum in fauorem mulierũ contra doloſos & fraudatores, ne mulieres imbecilioris cõſilii decipiantur. Nã diſpoſitio quæ fit ad obuiãdum fraudibus, dicitur fauorabilis, & latè debet interpretari. l. i. §. pecuniam. ff. de calumn. l. ſed & Iulianus. in princip. §. mutui
9 datio. ff. ad macedon. cap. quantò. de priuile. Imo † etiam in

in materia odioſa,ſit extenſio,quando agitur ut obuiam ea tur fraudibus.cap. ſi ciuitas. de ſentent. excommu. lib. vi. glo. fin.in cap.quanquam.de uſur.libr.vi.Deci.in col. 398. in fin.& dicit Bald.in conſi.184.Municipali.col.ii.in fi.lib. v.quod ſtatutum factum ad obuiandum fraudibus, dicitur bonum & æquum. & quòd tale ſtatutum factum ad obuian dum fraudibus,dicatur fauorabile : tradit Aretin.in conſi. ii.colum.penul.uerſic. Ad ſecundum reſpondeo. Socin. in conſi.77.colum.vi.in fin.& ſequen.& in conſi. 80. columm. pen.in fi.uerſi.nec obſtat ſeptimum.lib.i.Corne.in conſil. 186.col.viii.in fin.uerſic.nec obſtat ſeptimum argumentū. lib.ii. ergo tanquam fauorabile tale ſtatutum Ferrariæ latè debet intelligi, ut comprehendat non ſolum obligatio nē perſonalem mulieris, ſed etiam acceſſoriam: quia fauo rabilia ſunt extendenda.l.cùm quidā.ff. de libe. & poſthu.

10 reg.odia.de regu.iur.lib.vi.& adeo † ſit lata interpretatio in materia fauorabili, ut uerba ſumantur largè. c. fin. de præben. iuncto c. pen. de uerbo. ſignifi. per quæ duo iura ita dicit Calder.in conſi.29.in titu.de regul.¶ Nonò,maxi mè uidentur præmiſſa procedere contra ipſum dominum Antonellum Vecchium, qui contraxit contra prohibitio-nem ſtatuti, quo caſu uidetur in dolo & mala fide. regul. qui contra.de regu.iur.lib.vi.l.quemadmodum. C.de agri col.& cenſib.lib.11.¶ Decimò,agit actor ex iure, quod ſuperuenit, & ſic ex iure de futuro, quod remiſſum dici non poteſt per ſimplicem conſenſum patris: ut plenè habetur in l.j.C.de pact.¶ Sed præmiſsis non obſtantibus, quæ uerè non obſtant,contrarium puto de iure uerius: quòd imò malè cōtra ius & æquitatem fuerit iudicatum, & quòd noceat conſenſus ipſi patri. Et pro fundamento præmitto,

11 † illam concluſionem ueram & indubitatam, quòd ubi faciens dolum circa rem alienam, ſibi præiudicaret ab initio ſi ſtatim ius haberet: ſi ius ex poſt ſuperueniat, ſibi præiudicat l.ſi à Titio.ff.de rei uendica.l.ſi à Titio. ff. de excep. rei.iudi.l.penu.ff.de fundo dotali.l.apud Celſum.§.ſi à Titio.ff.de exceptio.doli d. l. cum uir.ff.de uſucap. ſed. Thomas Caualarini, ſi de tempore conſenſus ius habuiſſet in bonis locatis, ſibi præiudicaſſet: ut ſtatim probabo. ergo

ius

ius ſuperueniens eundem effectum debet operari. ¶ Quod autem Thomas Caualarini ſibi præiudicaſſet, ſi ius habuiſſet in bonis locatis de tempore conſenſus, probatur:
12 quia † conſentiens alienationi rei in qua ius habet, cenſetur ius illud remittere in fauorem acquirentis ipſam rem. l. ſicut. §. uenditionis. ff. quibus mod. pignus uel hyp. ſol. l. in tribus. §. pen. ff. de don. l. ſi ſeruus communis. ff. de don. inter uir. & uxor. l. apud Celſum. §. quæſitum. ff. de excep. doli. l. ſi fideiuſſor. §. pater. ff. de fideiuſſor. l. ſi fundum per fideicommiſſum. l. omnibus. §. nihil. ff. de lega. primo. d. l. cùm quædam. C. de adminiſtration. tutor. l. ii. C. de remiſſio. pigno. cap. i. in princip. ubi Bald. column. penult. de prohi. alie. feudi per Frede. c. i. §. præterea. quibus mod.
13 feu. amitta. ¶ Secundò, principaliter † fundatur exceptio, & ius domini Antonelli in l. per fundum. ff. de ſeruitu. ru. præ. ubi conceſſio nulla firmatur ex iure ſuperuenienti: quia actus ab initio non erat in totum nullus: ut ibi declarat Paul. de Caſt. & tradit Deci. in l. quod in initio. nume. ix. ff. de regu. iur. ubi, quòd ſufficit actum ualere ab initio aliquo reſpectu. ut firmetur tractu temporis ex iure ſuperuenienti. Sed iſte contractus locationis ab initio erat ualidus, ſaltem reſpectu ipſius actoris conſentientis, & bona propria obligantis: ut dicit Bald. in l. & ſi is. C. de præd. minor. quòd contractus principalis & acceſſorius curatoris alienantis contra prohibitionem iuris tenent in præiudicium & odium ipſius curatoris, licèt non in odium minoris. & quod infrà dicam de falſo procuratore ſuccedente domino, quòd acta non dicuntur nulla in præiudicium ipſius procuratoris. Itaque cùm reſpectu ipſius patris conſentiẽtis & promittentis de rato, cum hypotheca bonorum, teneat contractus, ne ipſe poſſit contrauenire: dico, quod ex iure ſuperuenienti ipſi actori contractus locationis conua
14 lidatur. ¶ Tertio, fundatur † ius domini Antonelli per tex. in l. illicitè. ff. de reb. eorum, ſecundum intellectum, quem tradit Bart. ad illum text. in l. cùm uir. ff. de uſucap. nam ibi tutor alienauerat prędium pupilli, contra iuris prohibitionem, non adhibitis ſolennitatibus iuris: deinde in iudicio tutelę ſoluit pupillo ſeu adulto litis æſtimationem, per

quàm

quàm dominium rei uenditæ erat acquiſitum ipſi tutori,uolebat tutor tanquam exceptus, uendicare fundum ab emptore.dicitur quòd repellitur exceptione, & tamen ibi nõ obligatur tutor emptori ex illa alienatione, quia nihil promiſerat emptori nomine proprio: ut Barto.intelligit in d. l.cùm uir,dum allegat dictam.l.illicitè. ex qua l. apparet, quòd licèt illa alienatio eſſet nulla, quò ad pupillam: non tamen erat nulla, quò ad tutorem alienantem. ideò licèt tutor non obligetur de euictione: quia dedit tanquam tutor: tamen ipſe factus dominus, contrauenire non poteſt, ſed exceptione repellitur: ſecundum Bart.in d. l. cum uir. Si tutor,qui nihil promiſit nomine proprio, repellitur exceptione:quid hic dicemus in actore,quibona propria obligauit pro obſeruantia promiſſorum per eum, ſcilicet de rato habendo, & non contraueniendo conſenſui?¶ Non obſtat, quòd ideò tenetur tutor,in d. l. illicitè. quia proprio nomine ſe obligauerit: quia iſtud conſiſtit in facto, quòd non præſumitur, niſi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti.c.cum in iure peritus.de offi. deleg. cum Simil. Rur-
15 ſus † in dubio ille intellectus capiendus eſt, qui conuenit rubricæ.l.Imperator.ff.de in diem adiectio. Ita glo. Abb. & doct. in c. bonæ. de confirma. utili & inutili. ubi Deci. col.j.uerſicul.iiij.ex gloſſ.Alex.in l.j.in iij.notab.ff.ſi cert. peta.ſed ille titulus de rebus eorum,ſub quo ſita eſt d. l.illicitè.loquitur in alienationibus, quę fiunt per tutores aut curatores: & ſic tutorijs nominibus non quando ipſe nomine proprio ſe obligant. Ideò non ſine miniſterio Bart. in d.l.cum uir. allegauit illum text. quando contrahens nõ obligatur ex actu,quem facit: & intelligere d. l. illicitè. quando tutor ſe obligauit nomine proprio, nihil aliud eſt, quam Bart.improbare in d.l. cum uir. quod ineptè allegauerit illum text. & tamen fruſtra hic dicendum ſit de authoritate Bart. quanta ſit circa ueros & reales intellectus legum: & profecto neminem adhuc legi,quid doctri. Barto.improbet in d. l. cum uir. circa illum articulum, ſuper quo allegatur ab eo.d.l.illicitè. Ideò temerarium admodũ uiſum ſit Bart.in hoc pugnare: cuius dictum fundatur in caſu legis. ſed ex alio dico, quòd d. l. illicitè.non poteſt intelligi,

telligi, quando tutor ſe obligauit proprio nomine: quia text.dicit,quòd tutori qui ſoluit æſtimationem litis, inhibetur uendicatio prædij ex æquitate. equidem ſi proprio nomine ſe adſtrinxiſſet, non ſolùm excluderetur tutor ex æquitate: ſed etiam de rigore iuris. l. uendicantem. ff. de
16 euict.¶ Non obſtat,quòd in d.l. illicitè. ideo † tenetur tutor: quia pretium receperit.Quia reſpondeo, quod receptio pretij operatur,quò ad eius reſtitutioné: ſed nihil facit, quo ad unum contractus. & quod receptio pretij non habeatur in conſideratione, quo ad contractum, ut adminiſtrator teneatur: tenet Corne.in conſi. 223. circa fi.lib. iij.Deci.in l.ſi inſtitorem.ff.ſi certum peta.& in conſ. 510. in ij.dubio.Ripa in l.ſi ſe non obtulit. colum.iij.ff.de re iu di. itaque quòd ibi tutor alienãs non poſſit contrauenire, non eſt,quia receperit pretium: ſed quia facto proprio cõtrauenire quis non poteſt, etiam quòd pro alio fecerit. & licèt non teneatur, ut conueniri poſſit: tenetur tamen, quòd ſi agat repellitur exceptione.& ita intelligit Bart. in d.l.cùm uir. & ſi uelimus intelligere illũ text. quod tutor promiſerit: Dico,quod tunc tenebitur,etiam quo ad actionem.Nam promiſſio negatiua, de non contraueniendo,uidetur tacitè ineſſe in omni cõtractu etiam pro alio celebrato: aliàs eſſet arguere dolum in contrahente.& per hoc dicunt Doct. clauſulam rati ſuperuacaneam eſſe in mandato quia ſine ea tenetur dominus ratum habere: ut ſuprà dictum eſt.¶ Ex præmiſſis tollitur argumentum, quod d.l.illicitè.habet uarios intellectus. ob id quod ſuper ea fundamentum fieri non poteſt.Bart.in l.in ambiguo. ff. de rebus dub.quia poſito quod ita eſſet: tamen præualere debet intellectus Barto.quem tradit in d.l.cum uir. ad d. l.illicitè.
17 rationibus memoratis. Præterea, † quando lex habet uarios intellectus, ille præualet, qui probari poteſt aut per aliàs leges,aut aliàs rationes.Bart.in d.l.in ambiguo. ff.de rebus dub.ſed intellectus Bart.in d.l.cùm uir.ad d.l. illicitè.probatur per aliam l. ſi ſeruo.ff. qui & à quibus.ubi faciens actum non obligabatur. & tamen ſi cõtraueniat poſt ius ſuperueniens,locus eſt exceptioni cõtra eum: ſecundũ glo.ibi,ut dixi in prioribus ſcriptis. Probatur etiã ratione
intellectus.

intellectus.Barto.ad d.l.illicitè. Nam qua ratione obligās aut contrahens nomine proprio, tenetur etiam, quo ad actionem,& ad ſeruandum contractum contra tertium: ea dem ratione conſentiens nomine proprio obligari debet reſpectu exceptionis, ut ſi contraueniat ſuo conſenſui,excipi posſit contra eum, qui cōſentiens actui,licèt non obligeť ut cōueniri poſſit: obligať tñ ut cōtrauenire nō posſit.
18 & ſi cōtraueniat ut excipi posſit cōtra eū. Tertio, rñdeo † ad dictū Bart.in d.l.in ambiguo.ꝙ ubi lex hēt uarios intellectus,ille præualet,in quo eſt maior ratio dubitandi Abb. in ca.cū in iure.per illū text. in j.notab.de offi.deleg.Dec. in l.quotiens idē ſermo.circa fi.ff.de reg.iur.& in l.illā.col. j.C.de colla.ſed intelligere d.l.illicitè.qñ tutor ſe obligaſſet noīe proprio,eſſet lex de indubitabili. & de caſu claro. & eò magis eſſet de indubitabili:qui text. dicit,qđ inhibeť uendicatio prædij ex æquitate, quaſi dicat non de iuris forma,aut rigore.& ſic p̄ſupponit text. qđ tutor non ſe obligauerit noīe proprio. quo caſu de iure uidebatur admittēdus ad uendicationem prædij,ex quo uendiderat tanꝙ tutor, & finita erat tutela,& ſoluerat litis æſtimationem minori. nā finito officio,adminiſtrator non tenetur.l.fi. ff. de inſtitor. Ange.in l.procurator qui pro euictione.col.j.ff. de procur. ſed tamen contrarium determinat text.de æquitate: quia licet uendiderit tutor nomine alieno: tamen pugnare aut contrariari uidetur æquitati naturali,quod ipſe tutor, qui alienauit minus ſolenniter, poſſit contrauenire & allegare nullitatem ad utilitatem ſuam, ex quo illa nullitas non reſpiciebat perſonam ipſius tutoris,ſed pupilli.& ſic quatenus attinebat ad perſonam tutoris, actus non erat nullus: ſi autem tutor in d.l.illicitè. ſe obligaſſet nomine proprio, non fundaret ſe text. ſuper æquitate: quia teneretur tutor & in æquitate & in rigore iuris.& ſic text.in d. l. illicitè.ſi benè conſideratur,uidetur quæſtionem iſtam omnino explicare: maximè iuncta declaratione & Doct. Barto.in
19 d.l.cùm uir.ff.de uſucap. ¶Quartò principaliter † pro ipſo d.Antonello facit text.in l. & ſi ís. C. de prędijs minor. ubi quando curator diſtraxit prædium minoris nulliter: ſi obligauit bona propria, & prædium enunciatur emptori,

competit emptori hypothecaria in bonis curatoris & ſic licet alienatio principalis ſit nulla: tamen conſiſtit acceſſoria,in qua non militat ratio fauoris, propter quam contractus principalis irritatur.nam, ut dicit glo. ibi in iij.lectio.curator eſt extra cauſam prohibitionis: quia non prohibētur alienari bona minoris in fauorem curatoris,quod teneat obligatio bonorum curatoris, illud minorem non onerat.& illam tertiam lect. gl. ſequuntur doct. ut ibi per Alb.ubi Albe. dicit, quod nullum fit præiudicium minori ex eo,quod curator tenetur aut bona eius maneant hypothecata.& per illum text.dicunt doct. quod annullata principali obligatione,non corruit acceſſoria, in qua ſit diuerſa ratio ſui: in qua non militet ratio annullationis, ut quia annulletur principale aliquo fauore ſpeciali, non irritatur acceſſorium, quod non ſit æquè fauorabile.tradit Alexan. in l.fi.§.fi.ff.de condi.indeb.in addi.ad Bart.in cōſ. 59.col. fi.uerſicul.quoad ſecundum.lib.j. quod eſt repetitum in cōſil.39.lib. iiij. Itaque licet uitietur contractus locationis, per ſtatutum in fauorem mulieris, non ęquè uitiabitur in fauorem patris conſentientis,& obligantis bona propria: cum ſtatutum editum fuerit ſolum in fauorem mulierum. & illa annullatio fiat iure ſpeciali.irritando etiam iuramētum,& præſumendo illud dolo & metu extortum. ¶ Neq; obſtat, quod in d.l.& ſi is. curator obligauerit ſe proprio nomine: quia text. nihil dicit de obligatione aliqua perſonali curatoris proprio nomine: ergo nec nos dicere debemus.l. ſi ſeruum.§. non dixit prætor.ff. de acquir. hæredi. Tantùm loquitur text.de hypotheca.& ſi obligatio perſonalis interceſſiſſet,utique ſciuiſſet text. de ea exprimere, ſicut expreſſit de hypotheca.l. Stichum. qui meus erit. ff. de legat.j.l.unic.§.ſinautem ad deficientis.C.de cadu. tollend. cap. ad audientiam.de decimis.c.cùm in partibus.de uerbo.ſignific. cum ſimil. Imo ueriſimilius & per prius feciſſet text.mentionem de obligatione perſonali & principali,ſi interueniſſet,qnam de hypothecaria.argu.l.prætor ait.§.quod autem.ff.de iniur.l.eos.C.de aquæductu.lib.xj. Secundò reſpondeo, quod iſte intellectus eſt diuinatiuus ergo non admittēdus.l.ſi putator.ff.ad leg.Aquil. c. ut noſtrum.

ſtrum.ut eccleſia.benefi.Rurſus per iſtum intellectum prę
ſumitur factum, de quo non apparet : contra l. in bello
§.factæ.ff.de capti.l.quæcunque.ff.de publicia. l.uni. C.de
manda.princ.c.cum in iure.de offi.deleg. nec eſt uerisimi-
lis iſte intellectus, quod curator ſe obligauerit : quia ſi ita
eſſet,uerisimiliter de eo dictũ eſſet,ut ſuprà eſt dictũ Ergo
intellectus iſte tanquã nõ uerisimilis, reijci debet,ſicut dr̃
in teſtibus deponentibus non uerisimilia,ꝙ eis non credir̃.
l.ob carmen.§.fi.ff. de teſtib.c.in noſtra.eo.tit. Tertiò re-
20 ſpódeò,poſito † circa præiudicium ueritatis,ꝙ curator ibi
proprio nomine ſe obligauerit.Iſtud nihil ad rem.nã obli-
gatio perſonalis curatoris conſideratur reſpectu actionis,
ut ipſe teneatur de euictione contra tertium, ſi res euinca
tur per minorem : ſed reſpectu exceptionis,ut poſſit exci-
pi contra ipſum curatorem agentem ad prædium alienatũ
ad utilitatem propriam ipſius curatoris,nõ eſt opus, quòd
ipſe ſe obliget proprio nomine,ita Bart.in d. l. cum uir. ff.
de uſucap. ubi Bart. expreſſè uoluit, quòd licèt quis non
obligetur ex contractu,quem facit, ut quia uendiderit no-
mine officij, tanquam tutor uel curator: tamen reſpectu
exceptionis prodeſt ſuperuenientia iuris in perſona talis
contrahentis : per tex.in d.l.illicitè. ſed hic ſolum agitur,
ut excludatur agẽs per uiam exceptionis,propter conſen-
ſum ſuum, quem præſtitit cum promiſſione de rato & obli
gatione bonorum. nam quod operatur expreſſa obligatio
& promiſſio reſpectu actionis quęrendæ:hoc operatur ſim
plex conſenſus reſpectu exceptionis parandæ : ut patet ex
iuribus ſuprà allegatis in primo fundamento facto in fauo
rem d.Antonelli rei conuenti.itaque dicere,quòd in d.l.&
ſi is.C.de præd.minor.ideò tenet hypotheca, & agi poteſt
hypothecaria:quia curator expreſsè ſe obligauit.ſed quòd
in caſu iſto non nocet conſenſus actori,cum hypotheca bo
norum quia ipſe non ſe obligauit,nihil aliud eſt, quam di-
cere non datur actio ſine obligatione expreſſa : ergo nec
exceptio, quod eſt abſurdiſſimum in iure : quia datur ex-
ceptio,licèt non competat actio.l.purè.ff de exceptio. do-
li.l.militis codicillis.§.ueteranus.ff.de teſtam. mili. l.pen.
§.fi.ff.de bono.poſſ.ſecun.tab.toto titu.ff.de condi.ob tur-

pem cau.reg.in pari. lib. vj. Similiter pactum nudum prodeſt ad excipiendum, licèt non ad agẽdum. l. iuriſgentium.
21 §.igitur nuda.ff.de pact. Quartò reſpondeo,† poſito & non conceſſo, in d. l. & ſi is.curator proprio nomine ſe obligauerit: tamen etiam principalis contractus alienationis prædij minoris ſine illa obligatione, curatoris acceſſoria tenet, & ualet in odium ipſius curatoris: ut ipſe curator ad proprium commodum contrauenire non poſſit: ſecundum Bald.ibi ubi dicit alios uelle, quòd utrunque ualeat, id eſt, principale & acceſſorium in præiudicium ipſius curatoris, & licèt Bald.dicat, quòd in prima opinione poteſt ſuſtentari, ut ualeat obligatio curatoris acceſſoria ſine principali: tamen non negat, quin etiam ualeat principalis in odiũ ipſius contrahentis, ut contrauenire non poſſit. Imò iſtud uidetur Bald. habere pro indubitato: quia tunc minùs incidit difficultatis, quod conſiſtat acceſſoria obligatio cum habeat principalem, cui nitatur & hæreat: ſecus, quando principalis nullo modo ualet: quia tunc maius cadit miraculum, quod conſtet acceſſorium ſine principali. & tamen dicit Bald. quod licèt ſit maior difficultas firmandi acceſſorium ſine principali: tamen adhuc iſtud põt ſuſtineri, licèt præcedens dictum faciliùs ſuſtineatur. & hoc modo intelligendo concordat d.l.& ſi is.cũ d.l.illicitè.ff.de rebus eorũ. ubi apertiſſimè probatur, qđ alienatio facta per tutorẽ nõ ſolenniter, tenet in odium ipſius tutoris: ut ipſe contrauenire non poſſit. & iſta declaratio & intelligentia uidetur realis, naturalis & leniſſima æquitatis. quæ etiam non mediocriter iuuatur ex dictis infra in octauo fundamento.
22 ¶ Quinto principaliter† in fauorem d.Antonelli adduco, quod poſt longam diſputationem tandem concludit Antonius de Nicellis in tract.de concord.glo.concordia.120. numer. 460. in fine illius numeri, & numer. ſequenti. ubi, quod maritus qui alienauit fundum dotalem contra prohibitionem legis Iuliæ, poteſt contrauenire alienationi, uiuente uxore, & ad commodum uxoris: ſed ea mortua, non poteſt contrauenire ad commodum ipſius mariti. & licèt ueniat tanquam hæres, & ſic ex perſona uxoris: tamen excluditur ex facto ſuo proprio. Eodem modo dicendum eſt,
quod

quod pater qui conſenſit locationi filiæ, ea mortua non poſſit contrauenire ad utilitatem ipſius patris, ceſſante cauſa fauoris filiæ. Neque obſtat, quod maritus ipſe alie-
23 nauerit: † quia text. in d. l. cùm uir. ff. de uſucapio. loquitur etiam eo caſu, quo maritus alienans non tenetur de euictione: ut quia uendidit emptori ſcienti fundum eſſe dotalem quo caſu nõ agitur de euictione, ẽt reſpectu pretij, niſi aliter cautum ſit. l. ſi fundum. C. de euictio. l. ſi frẽs. C. com. utriuſq; iud. gl. in c. ad audientiam. de rebus eccle. non alie. Pau. de Ca. in l. emptorẽ. §. fi. in fi. ff. de acti. empt. & ſic licèt maritus non obligetur ex alienatione, quam fecit, & conſequenter ſua non interſit alienationẽ cõfirmari: tñ cõfirmatur reſpectu exceptionis, ut maritus contrauenire non poſſit. & ſi contraueniat, repellatur exceptione. & ita d. l. cum uir. inducit Corne. in conſi. 170. col. iij. in prin. uerſicu. nec deciſio iſta fundatur. lib. iiij. & hoc modo conſiderando, d. l. cùm uir. concordat cum d. l. illicitè. ubi etiam tutor, qui non obligatur ex contractu: illi tamen contrauenire non poteſt, ad commodum ipſius tutoris. ¶ Sexto, principaliter
24 † in fauorem partis conuentæ, adduco tex. in l. ſi ſeruo. ff. qui & à quibus. iuncta gloſſ. ibi, ubi ſi manumittens ſeruum alienum, ſuccedit domino: licèt ex iure ſuperuenienti nõ obligetur: tamen ſi moleſtet ſeruum in libertate data, repellitur exceptione: ſecundum gloſſ. ibi. & idem tradit glo. in l. ſi ab eo. C. de libera. cau. quas glo. in effectu ſequitur Barto. in d. l. cùm uir. colum. iii. dum allegat d. l. ſi ſeruo circa illud mẽbrum, quo quæritur de confirmatione actus ex iure ſuperuenienti, quo ad actionem. Ergo clarè præſuponit illam legem non procedere reſpectu exceptionis. Rurſus Bart. in ſua diſtinctione & doctri. quando loquitur, an cõfirmetur ius, quo ad exceptionem, loquitur ſimpliciter, non diſtinguendo an authoris intereſſet uel non: id eſt an author eſſet obligatus uel non, quam diſtinctionem, interſit uel non, ſolùm facit, quando quæriter de actione quærenda ex ſuperuenientia iuris. & ſic clariſſimè uult Bart. quod ubi quæritur de excipiendo tantùm, indiſtinctè fiat confirmatio ſiue interſit authoris eam fieri, ſiue non: obligetur author ſiue non. Idem, quod ſuperueniẽtia iuris ope

retur confirmationem actus,quoad excipiendum,licèt author ex contractu non obligetur, nec interſit eius confirmari: tenet Pau.de Caſtr.in d.l,cùm uir.columm. ij. in fin. uerſic.ſi autem non ex cauſa de præterito. ff. de uſucapio. gloſſ.etiam in d. l. ſi ſeruo. ſequitur Alber.in d.l. cum uir. circa finem.
25 ¶ Septimo cōſidero,† quod ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune,& ut minus illud corrigat, quàm ſit poſſibile.l.ij.C.de noxalib.capit.cùm dilectus.de conſuetud.capitul.ad audientiam.ubi Abb. & Doct.de cleri.non reſid. Nam leges communes ſe extendunt ad ſtatuta: & ideo dicitur, quod ſtatuta recipiunt interpretationē paſſiuam à iure communi.l.j.§.lex Falcidia. ubi Bartol. & Docto.ff.ad legem Falcidiam.Barto.etiam Docto. in l. omnes pòpuli.in tertia quæſtio.ſextæ quæſtio.principal.ff.de iuſti.& iure.& illud quod eſt de iure communi, dicitur de mente ſtatuti,quod à iure communi recipit robur. Paul.de Caſtr. in conſil. 452. Viſo puncto ſuprà ſcripto. ſuper primo quæſito.colum.ij.li.ij. Amplius ſtatutum recipit interpretationem à iure communi: licèt in materia ſtatuti ius commune diuerſimodè loquatur. Roma.in conſi. 104. Pater reuerende. col.ij. circa medium. uerſi.ij. per id allegat
26 glo. ſing. in c.fraternitas.34. diſt. ſed de iure † communi, quando introducitur aliqua diſpoſitio ſpecialis fauore alicuius perſonæ: talis diſpoſitio perſonam illam non egreditur,nec trahitur ad aliam perſonam eiuſmodi fauore nō dignam, licèt ipſa alia perſona actum faciat nomine ipſius perſonæ priuilegiatæ.text.eſt in d.l.illicitè ff.de reb.eorū. & in d.l.& ſi is.C.de præd.minor.ubi licet tutor contrahat pupilli ſine ſolennitatibus iuris,& actus annulletur fauore pupilli aut minoris: non tamen annulletur fauore tutoris, uel curatoris, ut ipſi poſſint contrauenire ad commodum eorum proprium: quia fauor pupilli aut minoris, non reſpicit eorum adminiſtratores, ideò lex habuit pro iniquo, ꝙ tutor poſſit allegare nullitatem actus ad ſui commodū: licèt actum geſſerit pro alio. Ita iniquitatem in tutore cō trauenıente conſiderat. textus in dicta l. illicitè. in fine. dum dicitur, quòd repellitur tutor ex æquitate, ergo iniquè agit contraueniendo: quia iniquitas dicitur, quod

æquitati

æquitati repugnat. Eodem modo dicendum eſt in ſtatuto Ferrariæ annullante contractus mulierum, non ſeruata eius forma propter fauorem ipſarum mulierum imbecillioris conſilij, quòd iſtud ſolùm intenderit obſeruari, quoties agitur de commodo mulieris, non etiam egrediatur ſtatutum perſonam mulieris, ut procedat in fauorem conſentientis mulieri ita contrahenti, & promittentis de rato hypothecaria bonorum, eo caſu, quo ex tali conſenſu, promisſione & hypotheca bonorum, mulieris cauſa non oneratur, nec ei præiudicium infertur. Nam in fauorem alterius perſonæ tali fauore minimè dignæ, nihil intendit ſtatutum prouidere. ſed impurandum eſt ita conſentienti, promittenti, & bona propria obliganti. ob id ſtatutum operari non debet ultra intentionem ipſorum ſtatuentium. l. non omnis. in prin. ff. ſi cert. pet. ¶ Rur-
27 ſus † quælibet diſpoſitio reſtringitur à ſua cauſa finali. l. cùm pater. §. dulcisſimis. ff. de lega. ij. Bald. in conſil. 209. Illa uerba. libro iij. quod procedit etiam in diſpoſitione concepta uerbis uniuerſalibus, quæ non obſtante uniuerſitatem uerborum reſtringitur à ſua cauſa finali, quæ non adaptatur ad rem, de qua agitur. Aretin. in conſilio. 161. Verum eſt, quòd comicus. column. iij. poſt medium. uerſic. hoc præmiſſo dico indubitanter. ſed cauſa finalis ſtatuti Ferrariæ, annullantis contractum, fuit fragilitas ſexus & imbecillitas conſilij mulieris, ergo reſtringi ſtatutum debet, ut non comprehendat perſonam maſculi, ad quem fauor ſtatuti minimè pertinet. ſed tunc propriè conuenit regula iuris, quòd caſus omiſſus in ſtatuto rèmanere debet in diſpoſitione iuris communis. l. ſi extraneus. ff. de conditio. ob cauſ. l. commodisſimè. ff. de liber. & poſthu. l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. matri.
28 cum ſimil. ¶ Octauò principaliter adduco † quod ſcribit Ioann. And. in addi. Specul. in titu. de ſenten. procla. §. quoniam, uerſicul. quid ſi procurator. ubi ſi falſus procurator ſuccedit domino, non poteſt dicere ſententiam nullam: quia allegare turpitudinẽ ſuam. Nec obſt. ſecũdum eũ, quod facto proprio contrauenire poteſt, quãdo

eſt nullum ipſo iure. Quia reſpondet, quòd acta non ſunt nulla in præiudicium ipſius procuratoris, ſeu quo ad eum: ſed ſolum reſpectu domini. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. fi. col. pe. uer ſic. hinc ex prædictis. ff. de iureiuran. & licèt Ioan. And. aſsi gnet aliam etiam rationem, quod procurator falſus tenetur ad intereſſe: tamen iſtud nihil obſtat, quia ubi militát in diſpoſitione plures rationes, ſatis eſt, quòd una conſter, licèt aliæ deficiant, aut ceſſent. l. liberorum. §. notantur. ff. de infamib. l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. §. Affinitatis. inſtit. de nuptiis. Ideo ſatis eſt in caſu iſto, quòd contractus locationis non ſit nullus reſpectu patris conſentientis, promittentis de rato, & obligátis bona propria, ut ipſe factus hæres filiæ contrauenire non poſsit ad ſui commodum. Rurſus, illa ratio in dicto Ioan. And. quo ideò procurator falſus & idem hæres domini contrauenire non poſsit: quia tenetur ad intereſſe, obſtaret in caſu noſtro, quando reus conuentus moleſtatus à tertio, uellet agere contra actorem de euictione, aut ad intereſſe, & allegaretur contra eum dictum Ioan. And. ná exciperet, quod ipſe non tenetur ad intereſſe, prout falſus procurator. At hic ſolùm agitur de excludendo patrem agentem per exceptionem, quo caſu militat contra actorem. ratio Ioan. And. quod actus non eſt nullus ad præiudicium ipſius actoris, quæ ró Io. And. optimè & appoſitiſsimè uŕ conuenire cú dicto Bald. in d. l. & ſi is. C. de prædiis minor. quòd ibi illa obligatio principalis ſeu principalis cótractus non eſt nullus in odium curatoris, etiam ceſſante obligatione acceſſoria: ſed quòd utrunque ualeat. & tamen conſiderando obligationem principalem ſine acceſſoria, curator ipſe nó modò obligabatur nomine proprio. & tamen dicitur, quòd actus principalis non eſt nullus reſpectu ipſius curatoris, ex quo Bal. dicto apparet, quòd dictum ex prima ratione Ioan. And. efficaciſsimè facit ad deciſionem totius difficultatis. Ad quod etiam uehementiſſime facit d. l. illicitè. ubi etiam tutor non obligabatur, nec tenebatur ad intereſſe. & tamen ipſe contrauenire non poteſt ad ſui commodum: quia quò ad eum, actus non erat nullus. ¶Nono conſidero,

quòd

29 † quòd diſpoſitio quælibet ita intelligi debet, ut aliquid operetur. l. ſi quando. ff. de leg. j. c. ſi Papa. de priuileg. libr.vj.quod procedit, etiam in materia ſtricta & odioſa. Calderi.in conſil.vi.iii fin.in tit.qui filii.ſint legiti.ubi loquitur in materia diſpenſationis. Similiter renunciatio generalis trahitur ad caſum fortuitum, quando aliàs nihil operaretur. Bartol.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.colum.ii. uerſ.quarta fuit opinio.ff.ſi quis cautio.Areti.in conſ.104. Breuitas.colum.iii. uerſ. ultimo hoc clarè patet.Curt.iun. in tract. feud. in quarta parte,q.22.imò tolleratur impropriatio uerborum potius,quàm ut illa nihil operentur.l.ſi uno.in princip.ff.locati.l.ſi olei.C.eod.titul.l.quibus diebus.§.dominus.& quod ibi Bartol.ff.de condi.& demonſt. & dixi in conſil.135.col.vii.modo iſte conſenſus patris cũ promiſsione de rato & obligatione bonorum ſuorũ, quid inquam omnia iſta operabuntur,niſi intelligantur in caſu, quo tractaretur de annullando contractum per ipſum patrem: & quatenus ad eum attinere poſſet. Nam reſpectu mulieris,ſi ipſa contraueniat,dicitur illa non operari:quia conſenſus minus legitime præſtitus mulieri non nocet. l. quotiens.ff.qui ſatiſdar.cog.nec erat opus reſpectu mulieris,quòd pater aliquid promitteret de rato,& minus,quòd obligaret bona propria:ſed ſatis erat, quòd cõſentiret ſimpliciter,uel conſtitueret nuntium ſpecialem ad conſentiẽdum.itaque illa promiſsio rati & hypotheca bonorum interuenerunt reſpectu perſonæ patris, ut ipſe contrauenire non poſſet,quatenus ad eum pertinet: neque uitiari contractus poſſet ex defectu conſenſus ipſius patris. Ergo ut operetur talis promiſsio rati,& hypotheca bonorum, neceſſario dicendum eſt,quòd pater quatenus ad eum attinebat,uoluerit promittere,prout & promiſit de non contraueniendo, etiam caſu, quo mulier ipſa poſſet contrauenire. nam illa obligatio bonorum propriorum apertiſsimè arguit, quòd pater noluit ſtare in puris terminis ſimplicis conſenſus:ut infrà dicam,reſpondendo ad contraria.¶Decimo,ultra talem conſenſum,cum promiſsione rati,& hypotheca bonorum,concurrit alia promiſſio eiuſdem actoris in literis ſuis miſsiuis,aut eius filii & recognitis in iudicio

cio in hæc uerba. *Circa a mandato,mio padre lo mutata molto uoluntieri et magiormête quando intendere che uoi lo tolete ma per queſto non reſtate di fare lo inſtrumento ſopra di me ſenza altro mandato che io ui prometto che mio padre fara quanto uorrete uoi & aduiſatime che lo faro fare.* In quo fundamento præſup ponendum eſt,quòd filius recognouit literas, & ipſe ſolus cauſam ſemper aget patre ad iudicia minimè apto, ſed domi ſemper agente ob corporis craſsitudinem,& negotia filij nunquam non approbante,in quibus literis miſsiuis cõſidero, quòd inductus fuit dominus Antonellus ad ita con trahẽdum ex uerbis hortatiuis & confirmatiuis ipſius ſcribentis.ut mirandum ſit,quomodò potuerit iudicium eiuſmodi inferre,& conductorem inquietare nomine illius cõtractus: quem ad uerba tam efficacia ipſius agentis cele-
30 brauit.Nam † in dolo uidetur pars, offendendo eius fidẽ, & promiſsionem.l.dolus.ff.mandati.l.j.§.eſt autem apud. ff. depoſit.l.uendicantem.ff.de euictio.imò in crimen incidit ſtellionatus,fidem non ſeruans.l. Titio. ff. ad Municipal.& efficitur infamis.Bald.in l.feliciſſimam.C.de his qui à non domin.Iaſo.in l.j §. nuntia.col.3.uerſi.5. & ult.ff.de ope.noui nun.ſed ultra Iaſ. ꝙ fidẽ nõ ſeruãs, efficiatur infamis,addo text.in l.furti.§.mãdati.ff.de infamib.notat Bal. in conſi.291.Ad euidentiã.col.penul.lib.2.& quod ſcribit Bar.in l.pecuniæ.in fi.ff.de alimẽtis & cibarijs lega. & in l. ſi fideiuſſor.in fi.ff.de fideiuſſ.ubi,quòd fidem fallere, uere cundum eſt:licèt pacto nudo promiſſa ſit.ideo ſi fideiuſſor repetit à principali,quod pro eo ſoluit, non poteſt imputari,cur non oppoſuit aduerſus creditorem de pacto nudo ſequitur Iaſ.in l.iuris gentium.§.ſed cùm nulla.col.iii.in tertia limitatione.ff.de pact.in l.fideicommiſſum. ff. de cõdi. inde.& in l.ſi mora. col.ii. ff. de uerb. obl. Addo ultra Iaſ.
31 Abb.in conſi.60.col. j. lib.j. Quid † hic dicemus in pacto ueſtito,& efficaci facto, parte præſente, propter efficaciã ſcripturæ,in qua promiſsio facta eſt?nam ſcriptura ſemper loquitur, ob id cenſetur habitum pactum cum præſente, poſtquàm uenit ſcriptura ad eius manus:ut habetur in l.nuda.ff.de donat.Barto.in l.cũ tabernam. §. idem quæſijt. in fi.ff. de pigno. Areti. in conſil. Si uidetur dicendum. in princ.

princ.Socin.in conſi.64.in fi.lib.iii. Bald. nouel. in tracta. de dote,in ſexta parte,priuilegio.78. colu.ii.uerſi.nec obſtat ratio. Barto. ob id noua quædam & prodigioſa uidetur uerecundia,fidem in ſcriptis datam, offendere, quàm ipſam ratam & integram ſeruari æquitatis cuſtos fideliſſimus prætor mādat.in l.j.ff.de pact.¶ Vndecimo,conſidero
32 † quòd ſubueniri uolunt iura deceptis ſub aliarum confidentia.l.ſi libertus ita iurauerit.ff.de oper.liberto.l. creditor.§.Lucius.ff.mandat.c.quanto.de iureiuran.c.cùm ueniſſent.de inſtitu.Planè ſi reuocatur contractus conductionis,reperitur conductor læſus ſub confidentia actoris, conſiderato tenore literarum ſcriptarum ex uoluntate ipſius agentis,per filiū: in quibus dicitur, ne dubitaret reus contrahere ſub uerbo & fide ipſius ſcribentis. ¶ Duodecimo,
33 conſidero † quòd ipſe dominus Thomas Caualarinus cauſam nullitatis(ſi qua ſit)præbuit, ſcribendo per filium literas adeò efficaces, quibus inductus fuiſſet ad contahendū, ob id audiendus non uidetur allegans ipſam nullitatem, cui cauſam dedit.l.j.§.ſi omnes.in fi.ff.de uent. inſpi. ubi ſi maritus poſt diuortium fecerit inſpici uentrem uxoris, an eſſet prægnans uel non,ſi non inueniatur prægnans,non tenetur maritus ex tali inſpectione iniuriarum,quando mulier tali inſpectioni cauſam dedit:quia conſtante matrimonio finxiſſet ſe eſſe prægnantem.Ad idem glo. in l. j. §. ſi. aliàs eſt in l.ij. in fi. glo. ff. quand. actio de pecu. eſt anna. ubi,quòd errorem alteri imputare non poteſt,qui erroris cauſam præbuit.tradit Pau.de Caſt.in conſi.307.Videtur, quòd non retineant.col.ii.circa med.lib.ii.itaque præbuit agens cauſam nullitati,ſcribendo ad ipſum reum,per filiū: ut in fide ſua contractum iniret.ob id talem nullitatem inique modò uidetur obiicere.Et quòd præbens cauſam nullitatis,eam opponere non poſſit,tradit glo. pragm. ſanctio. in titu.de elect.§.licet dudum.in uerbo canonicas.ante fi-
34 nem,charta 42.¶ Decimotertio,poſito † quòd etiam reus conuentus fuerit in culpa non proſpiciēdo rei ſuæ,& prouidēdo,ꝙ cōtractus ſolenniter fieret. Dico quòd in pari culpa potior eſt cā ipſius tractantis de uitando damno. Bart. in l.cum

l.cum mulier.ff.ſolut.mat. ubi ſtante ſtatuto, quòd quolibet contractu ſoluatur gabella,aliàs contractus ſit ipſo iure nullus,ſi neuter contrahentium ſoluat gabellam,potior eſt cauſa eius qui tractat de damno uitando. ideo alter contrahens agens de lucro, non poteſt obiicere nullitatem cõtractus ob gabellam non ſolutam.ſequitur Felin.in c.dilecti.col.iii.de except. ¶ Decimoquarto, licèt ex præmiſsis clariſſima uideatur facta res: tamen poſito & non conceſſo,dubium dici poſſet,an iſte contractus poſſit reſcindi per tertium,qui conſenſit cum promiſſione rati, & obligatione bonorum, ad utilitátem ipſius tertii ceſſante cauſa & fauore mulieris,propter quam ſtatutum eſt conditum? Dico
35 quòd † in dubio iudicandum eſt contractum reuocandum non eſſe.l.ſi inter uirum.ubi Soci.in iii.not.ff.de reb. dub. Fred.de Senis in conſ.233.Caſus talis eſt,monaſterijs.col. fi.Paul.de Caſt.in conſi.278.Paſſus iſte dubitabilis. col. fi. lib.j.Alex.in conſil.157.col.j.lib.vii.Dec.in conſ.168.col. ij.poſt med. ¶ Memoratis fundamentis ita iactis & confirmatis pro parte rei, ſupereſt, ut ueniamus ad confutationem argumentorum, quæ in gratiã actoris propoſita ſunt. Ad quæ reſpondeo in ſpecie.Itaque non obſtat primum argumentum, quòd Thomas Caualarini ſibi non præiudicaſſet præſtando conſenſum, tanquam pater ex forma, & neceſsitate ſtatuti, cauſa cognita:quia reſpondeo duobus
36 modis. Primo, † quòd in caſu iſto non poteſt dici conſenſus præſtius ex forma ſtatuti,ita quòd cogeretur quia ſtatutum ſolum cogit præſentes propinquos,in loco,non etiam abſentes: ut patet ex lectura ſtatuti. ob id conſenſus in abſentia præſtitus fuit merè uoluntarius, & ſic ceſſat ratio d. l.cum quædam. C. de admin. tuto. ſuper qua ſe fundant Bald. & Paul. de Caſt. in contrarium allegati.conſequenter ceſſat legis diſpoſitio.l.adigere.§.quanuis.ff.de iur. patron.c.cum ceſſante.ubi latè moder.de appella.ii.de trãſa.
37 Neophytus.61.diſt.Imò † correcta ratione legis cenſetur correcta lex.glo.ſing. in l.j. in princi.in uerb. prouidentia. ff.de legit.tut.Salicet.in auth.ingreſsi.colu. j. C. de ſacroſan. eccle. cum ſimil. ut per Alex. in l. qnod dicitur. ff. de uerb.

uerb.oblig.& iſtud ſine dubio uidetur hic procedere: quia ratio neceſsitatis officii exprimitur in d. l. cùm quædam. C.de admini.tuto.quo caſu quando ratio exprimitur in lege,ea ceſſante, ceſſat lex:ut per Iaſ.in in l. ſi conuenerit.
38 colum.iii.ff.de re iudic. Et quod conſenſus † præſtitus ratione officij,& nomine alieno, noceat, quando uoluntariè eſt præſtitus, probatur in l. ſi. ff. de inof. teſta. ubi ſi filius exhæredatus aduocauerit ſeu patrocinium aduocati præſtiterit pro legatario, cenſetur approbare teſtamentum, nec poteſt illud quærelare. Ad idem tex.in c.ex literis. cũ glo. j. de tranſact.ubi qui ſcienter patrocinatur petenti rẽ propriam ipſius aduocati, ſibi præiudic. quæ duo iura ad hoc citat Pau.de Caſt.in conſ.314.Omiſſo primo,& ſecundo dubio. in fin. libr. ii. ubi etiam Paul. allegat Ioannem Andr.in cap.inter dilectos. in uerſi. inter alios. de fide inſtrument. Ecce licèt aduocatus conſentiat pro alio, & nomine officii: tamen ſibi præiudicat.Ratio, quia licèt officium aduocati ſit publicum, & cogatur aduocatum agere, ſeu pro alio patrocinari.l.prouidendum.C.de poſtul.tamẽ non cogitur poſtulare pro alio contra ſeipſum. itaque imputatur aduocato, cur poſtulauerit pro alio, in cauſa, in qua ipſe prætendebat intereſſe. ad idem adduco tex. in l. ex ſententia.ff.de teſtam.tute.& in l.uxori.§.j ff. de falſis. ubi ſi notarius adſcribit ſe tutorem in teſtamento: non poteſt ſe excuſare à tutela:quia adſcribendo, conſenſiſſe uidetur.quæ duo iura apertè faciũt contra Cor. in conſil. 208. col.ii.lib.iiii. ubi uoluit, quòd notarius conficiens inſtrumentum ſuper re in qua ius habet, nõ præiudicat iuri ſuo. Nam non cogitur notarius recipere inſtrumentum contra ſeipſum.& in terminis de tali conſenſu præſtito ex forma ſtatuti,quòd noceat conſentienti,tradit Socin.in conſ. 43.col.pen.in fin.& ſeq.lib.iiii.per glo.in d.cap.ex literis. in gloſſ.ii.de tranſact.ubi, quòd præſtans anthoritatem in aliquo actu ſibi præiudicat. ſed iſtud intelligo procedere, quando non cogitur quis ad præſtationem talis conſenſus
39 authoritatis: per ſuprà ſcripta. Secundo reſpondeo, † ad argumentum, poſito non tamen conceſſo quòd talis conſenſus patris fuiſſet neceſſarius,& quòd pater præſens conſenſiſſe

ſenſiſſet ad formam ſtatuti, adhuc tamen ſibi præiudicaſſet promittendo habere ratũ & gratum ipſum conſenſum, cũ hypotheca bonorum ipſius patris conſentientis: quia ſtatutum ſolùm cogit ad conſentiendum pro filia: non autẽ ad promittendum nomine proprio obligando bona propria. Nam obligando bona propria, excedit terminos ſui officii. text. eſt in l. & ſi is. C. de præd. min. ubi, ſi curator uẽdens rem adulti minus ſolenniter, obliget bona propria pro cauſa contractus: tenet obligatio curatoris, & ex ea cõpetit emptori hypothecaria contra bona curatoris obligata. Et quod gerens actum nomine alieno, teneatur nomine proprio, quando obligauit bona propria tradit Soci. in cõſ. 100. col. ii. circa med. uerſic. ſecundo, quia. lib. iii. ratio eſt, quia obligando bona propria excedit limites ſui officii: cum pro alio non teneatur quis obligare bona propria. ſicut dicitur, quando adminiſtrator promittit pro ſe & hæredibus, quòd obligatur proprio nomine: quia excedit limites officij. Barto. in l. poſt mortem. §. tutor. poſt princi. ff. quando ex fact. tuto. Bald. in l. ei, qui ſeruo. col. ii. C. quod cum eo. Anch. in conſi. 23. Verba ſtipulationis. col. ii. in fi. uerſi. tertio hoc probat. Nam officium adminiſtratoris, nõ tranſit ad hæredes. l. cuius bonis. ff. de curat. furi. ideò promittendo pro hæredibus, excedit limites officij. Et in terminis quod conſentiens pro alio, aut alieno nomine, ſibi præiudicet, quando non præſtat nudum miniſterium, ſed nomine proprio, quid agit: uoluit Bal. in conſi. 233. Nobilis uir. col. j. circa fi. lib. v. ſed iſte pater non ſtetit in finibus
40 nudi miniſterij obligando bona propria. ¶ Non obſtat † ſecundum argumentum, quòd actus locationis dicatur nullus ob id, quòd conſenſus non uidetur nocere ſicut dicitur in creditore conſentiente alienationi pignoris, quòd ſibi non præiudicat, quando alienatio eſt nulla. Quia reſpondeo quòd argumentum procedit, quando alienatio eſt nulla aliundè, quàm ex defectu conſenſus ipſius creditoris: nimirum, ſi nullitas contractus extenditur ad conſenſum. ſed hic prætenditur nullitas ſolùm ex defectu conſenſus minus legitimè præſtiti, ut adſeritur: ut quæritur an noceat conſenſus ipſi conſentienti, in cuius perſona ceſſat ratio

nullitatis,

nullitatis, poſito quòd non noceat uenditori ipſius pignoris.& ſic iura in contrarium allegata, loquuntur in caſu diuerſo habente rationem diuerſam & ſeparatam. Secundo reſpondeo, quòd contraria procedunt in nudo & ſimplici conſenſu.ſed hic adeſt obligatio nomine proprio, cùm fuerant obligata bona propria ipſius patris conſentientis. Tertio reſpondeo,quòd contraria procedunt,quando principalis alienatio ſit nulla de iure communi, & ordinario: ita quòd ratio annullationis concernens principalem alienationem,militat etiam in conſenſu acceſſorio. Ob id ſublato principali,tollitur & acceſſorium. Sed caſus noſter loquitur, quando contractus principalis annullatur iure quodam ſpeciali,& extraordinario,introducto in fauorem ſexus muliebris imbecillis: qui fauor non militat in perſona patris conſentientis. Ob id annullato contractu principali non uitiatur conſenſus acceſſorius, in quo ratio eadē non procedit,text.eſt in d.l.& ſi is. C. de præd. min. cum aliis ſuprà latè adductis in quarto fundamento, pro parte rei conuēti.Quarto reſpōdeo,quòd contraria procedunt, quando actus principalis in totum eſt nullus: ſed hic contractus principalis non eſt in totum nullus, ſed ſolum reſpectu mulieris. ſed reſpectu conſentientis, & quatenus attinet ad eius præiudicium, non eſt nullus: ut in terminis not. Bald.in d.l.& ſi is. C. de præd. mino. & latiùs dixi ſuprà in ſecundo, quarto, ſeptimo, & octauo fundamento pro parte conuenta, quæ declaratio ſumma nititur æquitate,quòd uitium nullitatis egredi non debeat perſonam mulieris: quæ ſola digna fauore aut miſeratione uiſa eſt.quam ipſam æquitatem conſiderauit in materia Iuriſ-
41 conſul.in d.l.illicitè.in ſi.ff.de reb.eor. ¶ Non obſtat † tertium argumentum, quòd ex tali conſenſu pater ſibi non præiudicauit:quia conſentiens contractui, non obligatur, ut poſsit conueniri ad obſeruationem ipſius contractus: quia argumentum procederet, ſi conductor conueniretur ab aliquo tertio,& uellet conductor agere contra patrem, qui conſenſit ad defenſionem,& obſeruantiam ipſius contractus, uel ſi uellet conductor agere contra patrem conſentientem ad præſtandum aliquid,quod in contractu pro

miſſum

miſſum eſſet ipſi conductori. nam exciperet conſentiens: ergo nihil promiſi,ex quo conueniri poſſim, tantùm conſenſi contractui,ne impugnare poſsim,aut illi contrauenire. ſed hic non agit conductor contra patrem, ut aliquid præſtet, ſed contra patrem agentem ad irritationem contractus excipit:contrauenire non potes contractui,cui con ſenſiſti:quia conſentiens contractui ſimpliciter, obligatur ut contractui contrauenire non poſsit:ut ſuprà dictum eſt. & ſic talis conſenſus licèt non profit contrahenti ad agen dum,prodeſt tamen ad excipiendum, & repellendum ipſum conſentientem,ne actum aut contractum reuocet, cui conſenſit: aliàs niſi excipi poſſet, non eſſet uerum dicere, quòd conſentiens ſibi præiudicet,& quòd perdat iura ſua, ut ſuprà oſtendimus.Secundo reſpondeo, quòd imò pater conſentiens filiæ,& promittens habere ratum, & gratum &c.dicitur obligari: quia cenſetur conueniſſe de obſeruan do ipſum contractum,cui conſenſit.l. ii. C. com. utr. iudi. ubi ſi partes conſentiunt ſententiæ inualidæ,obligantur ui gore taciti pacti de non ueniendo contrà: imò tenentur il lam ſeruare,& mãdare executioni.Ita pari ratione,qui cõ ſentit contractui,cui aduerſarius etiam conſenſit,cenſetur ſecum paciſci de obſeruando ipſum contractum,& non ue niendo contrà:prout uenit Caualarinus,petendo annullationem locationis.ita dicit Corn.in conſi.144. colum. iii. in fi.lib.iii.ſed ultra Corn.adduco tex.ubi Bald.in l.ex ſen tentia.ff.de teſta.tut. ubi notarius rogatus de teſtamento, ſi ſe adſcribit tutorem in ipſo teſtamento,cenſetur ſe obli gare ad ſuſcipiendum tutelam:adeò quòd non poteſt ſe ex cuſare. & tamen illa adſcriptio ſolum habet uim conſenſus:quia adſcribendo conſentit,ut ibi per Alber.nam factũ ipſum attribuitur teſtatori. Quid hic dicemus, ubi ultra ſimplicem conſenſum adeſt promiſsio de non contraueniendo cum hypotheca bonorum ipſius conſentientis ? ¶ Tertio reſpondeo, quòd ille conſenſus & promiſſio de non contraueniendo ipſi conſenſui cum hypotheca bonorum.non interuenit ob cauſam ipſius conſenſus tantum,& propter ſe:ſed reſpectu & contemplatione contractus loca tionis.itaque ſi uoluit habere conſenſum ratũ: ergo & con

tractum,

42 tractum,cuius contemplatione datur conſenſus:quia † illud inſpicitur,propter quod fit actus,non ipſe actus.l.ſi ita fuero ſtipulatus & l.cùm enim. ff.de nouatio.nam conſenſus correſpectiuatur ad cõtractum , & pręſtatur ob cauſam ipſius contractus . ſed in correſpectiuis unum ſine altero eſſe non poteſt.l.etiam.§.ex cauſa.ff.de minor.l.final.ff. de acceptila.l.clemens.§.j.ff.de hæredi.inſti.Ergo ſtante conſenſu rato,ualere oportet & contractum,cuius reſpectu cõ ſenſus adhibitus eſt. quia iſta ſunt indiuidua ſeu correſpectiua , quæ ſeparationem non recipiunt . Itaque ſi mulier contraueniſſet , conſenſus corrueret. ſed cum mulier non contrauenerit, & conſentiens non poſsit contrauenire cõ ſenſui,quem ratum habere promiſit:ergo nec contractum , quo ceſſante conſenſus præſtitus non eſſet . & niſi effectus conſenſus ei promisſio rati cum hypotheca bonorum trahantur ad contractum ſecutum,de nihilo operarentur,ſed fierent omnia eluſoria:cum non fuerit adhibitus conſenſus propter ſe,ſed propter contractum, & ad eius ualidita-
43 tem.Pro quo † adduco Bald.in l.fin.§.ſinautem. colum.ij. C.de bonis,quæ liber.ubi,quòd conſentiens actui : cenſetur conſentire executioni ipſius actus. Puta , ſi pater conſenſit dari curatorem filio,poterit curator exequi & facere, quæ pertinent ad ſuum officium , abſque alio conſenſu patris.pro quo bonus text.in l.ſi pupillorum.§. j. ff. de rebus eorum.tradit Soc.in conſi.lxxxij col.iii.in ſi.li.iii.ubi, quod ſi pater conſentit dari curatorem filio. poterit curator adire hæreditatem pro filio , abſque conſenſu patris: quia conſenſus præſtitus ad aliquem actum , trahitur ad omnia,quæ ſequuntur ex ipſo actu, tradit etiam Iaſ. in l j. §.item acquirimus.col.ii.ff. de acquir. poſſeſ. ideò conſenſus præſtitus:& promiſsio de non contraueniendo conſenſui,trahi debet etiam ad contractum ſecutum uirtute talis conſenſus:nec poteſt contraueniri contractui, quin contra
44 ueniatur conſenſui.Quarto reſpondeò,†quòd correſpectiuorum idem eſt iudicium,& uno ſtante,conſiſtit & alterũ: contra,uno ceſſante,ceſſat & alterum:quia reſpectiua diuiſionem non recipiunt.l.etiam.§.ex cauſa.ff. de minor. l. ſi. ff.de acceptila.leg.Clemens.§.j.ff.de hæred.inſti.leg. filio

matri.l.alumnæ.§.Seia.ff.de adimen.lega.Freder.de Senis in conſi.237.Factum eſt tale: Quidam nomine Thomeus. col.ii.Abb.in conſil.61.col.ii.uerſ.moueor.lib. ii. Alexan. in conſil.111.col.iii.lib.iii.ſed conſenſus Caualarini & locatio ſecuta inuicem correſpectiuantur: quia unum fit reſpectu alterius:ergo promiſſio de non contraueniendo cõſenſui, neceſſario trahitur ad locationem, cuius reſpectu conſenſus eſt præſtitus. Quinto reſpondeo, quòd ſtante tali promiſsione de habendo ratum ipſum conſenſum, cũ obligatione bonorum, ſi ipſe conſentiens ratum conſenſum non habeat,ſed illi contraueniat, tanquam minus legitimè præſtito,clarũ eſt, ꝙ conductor poſſet agere hypothecaria ad bona obligata ob intereſſe contrauentionis: quia conſenſui non ſtetur per ipſum conſentientem.d. l.& ſi is. C. de prædijs minor.aliàs de nihilo ſeruiret illa promiſſio,cum hypotheca bonorum,à fortiori ſi ipſe conſentiens agat contraueniendo conſenſui, repellli poterit exceptione.leg.j.§.quod autem.ff.de ſuperficie.leg.inuitum. §.cui damus.ff. de regul.iuris. ¶ Non obſtat quartum fundamentum, quòd abſurdum uidetur conſiſtere, conſenſum & obligationem acceſſoriam abſque principali: quia reſponſum abundè eſt ante in quarto, ſeptimo, octauo, & duodecimo fundamentis adductis in gratiam partis con-
45 uentę.Ideò nõ repeto.¶ Non obſtat † quantũ argumentũ, ꝙ obligatio aut hypotheca bonorũ Caualarini conſiſtere nõ poteſt ſine obligatione perſonali:quia reſpódeo, quòd imo obligatur Caualarinus perſonaliter ad contrauenien-dum per d.l.illicitè.ff.de rebus eorum, & d. l. & ſi is. C. de præd.minor.qui text.non poſſet efficacius facere: quia ibi datur hypothecaria.nec dicitur, quòd tutor ſe principaliter obligauerit,ut conueniri poſſet actione perſonali, ſed tantum dicitur de hypothecaria:ergo excludi uidetur perſonalis actio.l.cũ prætor.ff.de iudi.l.maritus.C. de ꝓcura. Nititur ergo illa hypotheca obligationi perſonali, de nõ contraueniendo: quia tenet cõtractus principalis in odiũ ipſius curatoris,quò ad hoc,ut ipſe contrauenire nõ poſsit
46 ut ſuprà eſt dictum.Secundo reſpondeo, † quòd habet hic hypotheca principale, cui hæreat, id eſt contractum locationis:

tionis:quia poteſt quis obligare bona propria,pro contractu alterius.l.ſi fundus.§.j.ff.de pigno. & licèt cōtractus alterius ſit nullus: non tamen annullatur hypotheca acceſſoria,in qua nō militat ratio nullitatis.d.l.& ſi is.& antè ſæpius eſt dictum. Ideò pro contractu filiæ potuit pater obligare bona propria. ¶ Non obſtat ſextum argumentum, quòd in iſto conſenſu patris & promiſſione rati cum hypotheca bonorum ineſſe dicatur conditio tacita ſi contractus prnicipalis teneat: quia rèſpondeo, quòd etiam contractus principalis tenet in odium & præiudicium ipſius patris,ut antè ſæpius dictum eſt in tertio fundamēto,& in quarto,in quarta reſponſione & etiam in octauo fundamēto. Secundo reſpondeo, quòd licet contractus principalis in totum eſſet nullus: tamen obligatio acceſſoria non recipit tacitam conditionem,ſi teneat principalis,ex quo in acceſſorio non militat ratio nullitatis, quæ in principali: ideò ſtat iſto caſu acceſſorium ſine principali, nec habetur relatio aliqua ad ualiditatem aut inualiditatem ipſius principalis: ut non rarò ſuprà eſt dictum. ¶ Non ob-
47 ſtat, † dictum Socin. in conſil. 215. in fin. libr. ii. quia in caſu Soci.eadem ratio erat in acceſſorio,quæ in principali.& niſi ſuccurſum eſſet obligationi acceſſoriæ, grauabatur principalis: nimirum ſi à pari procedunt. At ſecus hic, ubi diuerſa eſt ratio principalis, & acceſſorii. & ubi conditio mulieris ne minimum quidem læditur, aut deterior fit ex ualiditate acceſſorii,ex quo contra mulierem recurſus non datur.Quod probatur in dict.leg.& ſi is.ubi glo.& doct.& latè iam dictum eſt. Secundo reſpondeo, quòd in caſu Socin.agebatur de uitando damno. hic agens tractat de lucro,cum iactura conductoris, qui pretium ſoluit. ob id argumentum ex aduerſo factum nihil concludit popter diuerſitatem rationis inter damnum & lucrum. leg. fin.
48 C. de codicil. cum ſimilibus.¶ Non obſtat † ſeptimum argumentum, quòd promiſsio rati uidetur ſuperflua: ſecundum Alexand.& Iaſ.in l. ſi procurator. C. de procura. Nam conſideranda eſt ratio aſsignata per eos,quare dicatur ſuperflua:quia tacitè intelligitur, ex qua ratione retorquetur argumentū. Nam ſi mandans aut conſtituens nun-

tium tenetur ratificare geſta per eum, licèt expreſsè non promiſerit:quanto magis ubi expreſsè promiſit? & ſic non tollitur effectus promiſsionis, quominus teneatur habere ratum ex illa promiſsione: imò augetur. Secundo retorquetur argumentũ.nam dicit Iaſon,quòd ſi dominus promitteret habere rata legitimè geſta tantum,non eſſet mãdatũ ſufficiens: quia tenetur mandans ſimpliciter habere rata omnia geſta, non ea tantum, quæ legitimè eſſent geſta.itaque ſatis eſt, quòd tenetur conſtituens habere ratũ. Tertio reſpondeo, etiam retorquẽdo fundamentum.nam Doctor. dicunt, quòd ideò illa promiſsio rati, eſt ſuperflua:quia omnino tacitè continebatur: ergo ubi tacite non continetur,non erit ſuperflua: ſed in reſponſione dicitur, quòd iſte conſenſus patris recipit tacitam conditionem: ſi actus tenet (quod ipſum tamen ſuprà euertimus) ergo tacitè non continebatur promiſsio rati:ergo operabitur pro miſsio rati. Non obſtat, quòd promiſsio rati,non auget, nec alterat obligationem. Decius in conſil. ii. in fin. quia Decius uult. quòd non extendatur obligatio per talem clauſulam ad aliud,quàm contineat promiſsio. Tamen in promiſsis uult, quòd operetur,ob id, quòd teneatur contraueniens his,quæ promiſit habere rata, ſed hic non agitur de augendo aut extendendo obligationem ad aliud, quam promiſit:ſolùm enim agitur,ut non cõtraueniat pro mittens de rato conſenſui ſuo,& licèt contractus principalis non ualeat in præiudicium mulieris:ualet tamẽ in prę-iudicium conſentientis.Si ualet in eius præiudicium: ergo & clauſulæ adiectæ in ſua promiſſiõe, ſicut in d.l.& ſi is.C. de præd.minor ualent omnes clauſulæ adiectæ in promiſſione tutoris,aut curatoris, quò ad eius præiudicium.¶Nõ
49 obſtat † octauum argumentum, quòd ſtatutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum,uidetur fauorabile, tãquam factum ad obuiandum fraudibus: ob id quòd uideatur extendendum, etiam ad conſenſum acceſſorium. Nam reſpondeo multipliciter. Primo, quòd iſtud procederet quando in effectu non annularet iuramentum per indirectum. Nam diſpoſitio fauens iuramento, dicitur fauorabilis, propter ſalutem animæ: ideo extenditur: ut per doctor.

doctor.in authenti. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus uẽditio.Ioannes Andr.& can.in c.ex tenore.qui filij ſint legitim.Socinus in l. Marcellus.§.j.coln.ij. poſt medium uerſicul.tertium inferri poteſt.ff.ad Trebellianum. Ergo diſpoſitio contraria iuramento, dicitur odioſa:ut contrariorum eadem ſit diſciplina. l.j.ff.de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris.Secundò reſpondeo,quòd argumentum procederet in fauorem ipſius mulieris, cuius gratia fuit ſtatutum: non in fauorem tertij, in quo non militat cauſa fauoris: qua ceſſante,ceſſare debet effectus ſtatuti.l.adigere. §.quã
50 uis.ff.de iure patro. & ceſſante † cauſa prohibitionis ſtatuti,ceſſat effectus prohibitionis.Oldra.in conſi.108.Titius ad mortem col. ij. circa med. & iſta reſponſio tollitur per l.illicitè.ff.de rebus eorum.& d.l.& ſi is.C.de præd.minor. Nam ius commune introducens ſolennitates in alienationibus minorum, editum eſt ut occurſum eſſet fraudibus, quæ in minores committebantur, ob id dicitur fauorabile:& tamen non extenditur fauor ad perſonas tutorum, & curatorum,in quibus ratio fauoris ceſſat:imò ſi ad eos fieret extenſio,diceretur talis lex extendens odioſa. Tertiò
51 reſpondeo:†quòd ſtatutum dicitur ſtrictiſſimi iuris,cuius uerbis tenaciter hæredum eſt:nec illud reſtringere ſeu ampliare poſſumus.Bald.in c.i.§.j. uerſi. quæro, quid de iure Lombardo.qui feudare poſſ. in c.unic. in fin. de feud.alie. Curtius ſenior in conſi.35.col. x. Alibi ſcribit idem Bald. in conſi.293.Promiſſis duobus ſtatutis.col.j.lib.j. quòd ſtatuto nihil addere uel ſupplere debemus, nec recedendum
52 eſt à forma ſtatuti. Quartò reſpondeo, quòd † in caſibus in quibus ſit extenſio de caſu ad caſum, illud intelligitur ſtante identitate rationis.l.illud.in fin.ff. ad legem Aquil. l.à Titio.ff. de uerbo. obliga. Sed non eſt par ratio mulieris contrahentis.& patris conſentientis:quia ſi eſſet par ratio,abſurdum eſſet, quòd ualidaretur contractus mulieris ex conſenſu maſculi eodem fauore digni:argu.§. item maior.inſtitu.de excuſatio. tutor. ¶ Non obſtat nouum argumentum,quòd dominus Antonellus uidetur in dolo & mala fide, contrahendo contra prohibitionem ſtatuti: quia iſtud non poteſt conſiderari reſpectu ipſius Caualarini, ad

quem fauor ſtatuti non extenditur : & in cuius odium con ſtat cõtractus:ut antè ſępè eſt dictum.Pro quo tex.in d.l.il licitè.ff.de reb.eorũ.& in d.l.& ſi is.C.de præd.minor.ubi emptor non dicitur in dolo, aut in mala fide, reſpectu ipſius tutoris, uel curatoris:licèt reſpectu pupilli uel adulti contraxerit contra prohibitionem iuris.Secundò reſpondeo, quòd argumentum procederet, quando nulla fuiſſet adhibita ſolennitas ſtatuti:ſed hic fuit adhibita. & licet di catur non potuiſſe adhiberi per nuntium:tamen in hoc po ſito & non conceſſo,ita eſſe,diceretur erratum in iure. er-
53 ror † autem iuris,non inducit malam fidem,niſi ageretur de dotali præiudicio : puta de præſcribendo rem. l. nunquàm.ff.de uſucapio. ſecus, ubi agitur de lucrandis fructibus.Nam error iuris non nocet in lucro fructuum,gloſſ.in l.ſi fur. §.j.ff.de uſucapio.& in l.ſed & ſi lege.§. ſcire. ff. de petitio. hæredi. vbi Bartol. ſed hic non agitur de præſcribendo rem,ſed de fructibus quinquennij. & quidem ex titulo oneroſo. Tertiò reſpondeo, quòd error iuris non ſolum non inducit malam fidem,ſed ab ea excuſat,etiam doctorem,& iudicem.Alex.in l.1j.ff. quod quiſque iuris.Decius in l.pen.in fin.C.de pactis. Hinc uidemus, quòd ubi agitur de præſumendo dolum contra aliquem,potiùs præſumitur error iuris,quàm dolus: quia ignorantia iuris,dicitur lata culpa:ut habetur in l.latæ culpæ.ff.de uer. ſigni. Ob id potius hæredum eſt præſumptioni latæ culpæ, quã doli:qui eſt deteſtabilior.Socin.in conſi.cviij.col.vij. circa medium.lib.j. Quartò reſpondeo, retorquendo fundamentum,quod imò mala fides grauaret ipſum Caualarinũ conſenſum non legitimè præſtantem,& authorem nullita tis.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquiliam. & licèt imputa ri etiam poſſet contrahenti.l.qui cum alio.ff.de regul.iur.
54 tamen † in pari cauſa,potior eſt conditio rei,ne conſequa tur actor commodum ex culpa ſua,cum iactura rei. l.j.§.j. ff.ne quis eum,qui.l.apud Celſum.§.Marcellus.ff. de exce ptio.doli.Alex.in conſi.100.col. iiij.uerſi. prætereà iſte te ſtis.lib.j.Quintò reſpondeo. quòd imò dicitur ſeruata for ma ſtatuti per nuntium ſpecialem,ſi uideantur ſcripta nouiſſima cauſæ patronorum,dum allegant.Moder. in l. j. §.
item

item acquirimus.ff.de acquirend.poſſeſſ. Ex quibus ſtat ſo
lidum argumentum pro reo eſſe æquitatem, quæ ampliſſi
mi ordinis uires per maximè mouere debet. ¶ Non obſtat
decimum & ultimum argumentum, quòd hic agitur de iu
re futuro, quod remitti non potuit, per talem conſenſum
55 patris:quia † reſpondetur, quòd hic ſumus in pacto robo
rato conſenſu duorum:quia conſenſit pater in fauorem cō
ductoris per nuntium ſpecialem,quod pactum ſufficit, ſe-
cundum doctor.in l.j.C.de pact.Decius in conſi.31.col.ij.
in fi.uerſi.ſecundò non obſtat. Secundò reſpondeo, quòd
imò hic uidetur ſtipulatio:quia pater promiſit non contra
uenire notario recipiente.Decius in dict.conſi.31.colum.
ij.in fine.Tertiò reſpondeo,quòd etiam per ſimplicem cō
ſenſum præiudicatur iuri de futuro, quando adhibetur in
præſentia partis,ut habetur in d. l. j. C. de pact. Imola in
conſi.lij.in ſecundo dubio. Sed hic præſtitus eſt conſenſus
præſente parte.Primò propter notarij ſtipulationem. Se-
cundò,quia nuntius conſenſit præſente conductore. Ter-
tiò,quia præſtitus eſt conſenſus in ſcriptis. ſcriptura autē
ſemper loquitur.ita Ripa in d.l.j.col.v.in fin. in quinta fal
lentia.C.de pact.Et propterea dicitur per ſcripturam actā
rem eſſe inter præſentes,ut latiùs ante dictum eſt in deci-
mo fundamento facto pro parte conuenta, circa fin. uerſi.
quid hic dicemus: Sed magis in terminis, ꝙ ſufficiat ſim-
plex conſenſus in remiſſione iuris de futuro, adduco Ale-
xan.in conſi.viij.col.j.circa medium.lib.v.ubi, quòd con-
ſentiens alienationi rei, in qua prætendit ius fideicommiſ
ſi de futuro, cenſetur ipſi fideicommiſſo futuro renuntia-
re,ut emptorem moleſtare non poſſit, licet poſſit petere
pretium ab alienāte,aut ab hærede eius.& ſic regula,quæ
habet, quòd ſimplex conſenſus non præiudicat in iure de
futuro,non procedit reſpectu tertij contrahentis,ſub fidu
cia talis conſenſus:ſed ſolum reſpectu alterius contrahen-
tis.idem quod Alex.uoluit Soci.in conſi.xliij.col. pe.ante
medium.uerſi.ij.clarè etiam reſpondeo.lib.iiij. Idem cla-
riſsimè tradit & diſtinguit Corne.in conſi.cxliiij. col.iiij.
uerſi.& licèt fortè.lib.iij.Quartò reſpondeo, quòd magna
hic uidetur æquiuocatio. Nam quando hæredi ſuperuenit

alıquod ius,ut hæredi, non poteſt in perſona hæredis con ſiderari aliud aut diuerſum ius, quàm eſſet in perſona defuncti:quia ex perſona hęredis non alteratur qualitas obli gationis aut iuris.l.ij.§.ex his.ff.de uerb.oblig. Ideò idem ius cenſetur in perſona hæredis, quod erat in perſona defuncti:ob id,ſi defectus formæ ſtatuti non uocaretur in du bium,clarum eſt,quòd hæres non poſſet contrauenire,nec poſſet dicere: ſuperuenit mihi ius de nouo, imo ius illud præteritum conſideratur,quale erat apud defunctum. ſed illud ſolùm quæritur, an poſsit hæres contrauenire, ſicut defunctus poterat.& dicitur,quod non, propter factū pro prium ipſius hæredis, in quo non militat ratio nullitatis, quæ in facto defuncti, & ſic quo ad effectum non conſideratur,ut ius de futuro.

QVAESTIONIS DE INDEMNITATIBVS mulierum Aymone Crauetta à Sauiliano authore.

FINIS.

REPE-

REPETITIO RVBRICAE FF. DE LEGA. I. EDITA MAgnifica Ferrarienſium Academia per magnificum & excellentiſsimum Iureconſultum dominum Aymonem Crauetam.

A SAVILIANO EX DOMINIS GENOLIS Senatorem Illuſtriſſimi Ducis Ferrariæ.

SVMMARIVM.

1 *Continuationem fieri ad proxima regulare.*
Continuare uerbum quid.
2 *Ordo ſeruandus in omnibus.*
3 *In ſucceßionibus inteſtatorum ex eordine proximiores remotioribus præferuntur.*
4 *Relatio fit ad proxima.*
5 *Partitio materiarum tres effectus operatur.*
6 *Continuatio à remotis an quandoque fieri poßit.*
7 *Dictum à dicti ratione regulatur.*
8 *Medio inhabili extrema coniungi impediri.*
9 *Teſtamenti appellatione largè ueniunt codicilli: niſi de utroque expreßè mentio ſeparatim facta ſit. & nume.* 11.
10 *Codicilli quando propriè teſtamentum dicantur.*
12 *Maſculinum non concipit fœmininum quandoque de utroque expreſſa mentio habita eſt.*
13 *Verba doctißimi uiri, quòd propriæ accipienda ſint.*
14 *Continuatio à remotis toleratur quando tituli intermedij pertinentes ſunt.*
15 *Coniunctio extremorum medio pertinenti non impeditur.*
16 *Incontinenti fieri dicitur, quod fit ex interualo, ſi interualum illud ad actum ſit neceſſarium.*

Legata

17 *Legata an dicantur acceſſoria ad teſtamentum,ubi* Iaſ. *&* Crot. *mordentur.*
18 *Acceſſorium non uitiatur principali uitiato, diuerſa annullationis ratione in acceſſorio militante.*
19 *Legata an teſtamenti pars dicãtur, et quæ utilitas inde reſultet.*
20 *Gabella pro acceſſorijs non debetur.*
21 *Gabella an debeatur de fructibus fundi uenditi ſtãte ſtatuto, quòd de re uendita gabella ſoluatur.*
22 *Gabella pro eadem re bis non ſoluenda.*
23 *Pars alia integralis,alia prædicamentalis aut ſubiectiua, alia uero accidentalis aut qualificatiua.*
24 *Partis prædicamentalis ab integrali differentia.*
25 *Legata an pars teſtamenti dicantur.*
26 *Legata an pars prædicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti dicãtur. & nume.*28.
27 *Teſtamentum quid.*
29 *Prælegata ubi maiorem hæreditatis partem abſorbent, idem de eis iudicatur atque de hæreditarijs portionibus,& ueniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.*
30 *Legata integralem partem dici in uno caſu Socin. &* Crot.*eſt.*
31 *Pars ſubſtantialis aut eſſentialis quæ.*
32 *Pars accidentalis aut qualificatiua quæ.*
33 *Teſtamentum propriè pro hæredis inſtitutione accipitur, largè uerò pro mentis teſtatione.*
Teſtamentum largè ſumptum contractum dici.ibid.
34 *Inſtitutio hæredis in teſtamento omiſſa, quod tacitè uocaſſe uenientes ab inteſtato cenſetur.*
35 *Subſtitutiones an dicantur acceſſoriæ ad teſtamentum ſicut legata,aut æquè principaliter conſiderentur. & nume.* 37.
36 *Codicilli an dicantur acceſſorij ad teſtamentum, aut æquè principaliter noua declaratio contra* Iaſ.*nume.* 38.
39 *Codicilli largè teſtamentum dicuntur.*
40 *Codicillorum probatio requirit teſtes præſentes in conſpectu teſtatoris, ſicut teſtamenti probatio contra Matheſil.*
41 *Codicilli in genere acceſſorij ad teſtamentum non dicuntur.*
42 *Codicilli in ſpecie ſumpti ualere poſſunt, teſtamẽto etiã deficiẽte.*
43 *Teſtamentum an ualeat ut codicillis, quando ut teſtamentum ualere non poteſt ubi latè de intellectu l.non codicillum.*C. *de teſta.*

Voluntas

44 Voluntas diſponentis ubi reſtringitur ad certum actum, ſi non ualet actus ut agitur, non ualet ut ualere poteſt.

45 Codicilli teſtamenti ſolennia habentes, ualent ut teſtamentum, ſi in eis hæreditas directò relinquatur.

46 Denominatio fit ab effectu non à uerbis, quando uerbis effectus repugnat.

47 Diſponentis uoluntas ex procedendi modo colligitur.

48 Alienare prohibitus per teſtamẽtum, an in codicillis alienare poterit.

49 Significatio propria dicitur quæ ſtricta eſt & naturalis.

50 Teſtari prohibitus, cenſetur codicillari prohibitus quomodò intelligatur.

51 Extenſioni locus eſt in pœnalibus.

52 Extenſioni in odioſis quando locus ſit.

53 Separatorum ſeparata eadem ratio.

54 Separata quæ dicantur.

55 Vniuerſalia particularibus digniora.

56 Tractatum quæ maiorem deſiderant, præferenda ueniunt.

57 Ordo circa titulos an attendatur.

58 Ordo ſcripturæ non attenditur in his quæ de ſe certa ſunt.

59 Fideicommiſſarius an & quando loco hæredis habeatur. nu. ſeq.

60 Verba cui non conueniunt, nec diſpoſitio conuenit.

61 Ius patronatus eſt tranſmiſsibile, ut quod cedi & uendi poſsit.

62 Ius patronatus eccleſiæ an tranſeat in fideicommiſſarium.

63 Ius patronatus non, niſi deficientibus ſanguinis hæredibus ad extraneos hæredes tranſit.

64 Lego uerb. adiectum uniuerſitati bonorum, an inſtitutionem importet.

Quid ſi bonorum parti adijciatur. num. 65.

65 Imperfecta duo ſimul iuncta nihil operantur, quando unumquodque per ſe & in genere ſuo operari non poteſt.

66 Filij poſiti in conditione non niſi tacitè uocentur, grauari poſſunt.

67 Inducta ad unum effectum non debent contrarium effectum operari.

68 Verbum obliquum adiectum certæ rei inſtitutionem nõ importat.

69 Lego uerb. uniuerſitati adiectum inſtitutionem importat.

70 Correctio reſtringitur ad terminos in quibus fit, nec extenditur.

71 Donatio quæ ſit inter uiuos nè, an cauſa mortis ex teſtium numero arguitur.

Relinquo

72 Relinquo uerb. adiectum uniuerſitati bonorum, quòd inſtitutionem importet.
73 Lego uerb. an idem importet, quod relinquo.
74 Relinquo uerbum commune dicitur hæredis inſtitutionem importans.
75 Hæredis inſtitutio quibuſcunque uerbis fiat, ualet modò de teſtatoris uoluntate conſtet. quòd teſtari uoluerit.
76 Lego uerb. adiectum quotæ hæreditatis inſtitutionem non importat, alio uniuerſaliter aut ſimpliciter inſtituto.
77 Fideicommiſſum ſine hæredis inſtitutione non ualet.
78 In legatarium aut fideicommiſſarium uniuerſalem iura & actiue & paſſiuè ex Trebelliano tranſeunt.
79 Lego uerbum quotis adiectum alio uniuerſaliter non inſtituto, quod inſtitutionem importet.
80 Legatum partis hæreditaais ſub conditione alioquin purè & uniuerſaliter inſtituto an inſtitutionem importet.
81 Relictum ſub conditione, ea deficiente relictum non dicitur. Et deficiente conditione contractus perinde eſt ac ſi non quàm fuiſſet celebratus.
82 Tranſlatio quando cenſeatur facta in omnibus ſuis qualitatibus.
83 Tranſlatio legati cenſetur facta cum onere, aut qualitate, quando in ipſa tranſlatione nouum aut ſpeciale onus adijcitur.
84 Ius patronatus cum uniuerſitate tranſit.
85 Ius patronatus eccleſiæ ad hæredes extraneos non, niſi deficientibus ſanguinis hæredibus tranſit.
86 Ius patronatus tranſit ad filios dummodò hæredes ſint.
87 Quid ſi filij ſint inſtituti in re certa aut minima.
88 Quid ſi filij inſtituti ſint inæqualiter, an admittantur ad ius patronatus æqualiter.
89 Hæres in re certa an ueniat appellatione hæredis in his quæ ſunt tranſitoria ad hæredes extraneos, & quid in non tranſitorijs.
90 Bona quæſita poſt teſtamentum, quòd in inſtitutione ueniant: itē in ſubſtitutione. nume. 91.
92 Bona quæſita poſt legatum uniuerſale an ueniant in legato.
93 Bona futura non ueniūt in diſpoſitione uniuerſali ad tempus præſens relicta.
94 Diſpoſitio facta per uerba præſentis temporis trahitur ad futura, quæ ueniunt acceſſoriæ.

Dictio

95 *Dictio uniuerſalis bonis particularibus adiecta ad futura nõ trahitur.*

96 *Diſpoſitio uniuerſalis in contractibus ad futura non refertur.*

97 *Donatio cauſa mortis de omnibus bonis ualida eſt & reuocabilis.*

98 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione an debitorum nomina, iura aut actiones ueniant. & nume.* 102.

99 *Diſpoſitio facta de bonis mobilibus & immobilibus, an dicatur particularis uel uniuerſalis. & quæ utilitas.*

100 *Aes alienum de bonorum mobilium & immobilium alienatione non detrahitur.*

101 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum inualida. Item donatio omnium bonorum mobilium & immobilium præſentium & futurorum ualida.*

102 *Actiones an computentur inter mobilia uel immobilia eo caſu quo neceſſe eſt illa applicare aut bonis mobilibus aut ĩmobilibus.*

103 *Diſpoſitio uniuerſalis ut dicatur, an ſufficiat eſſe uniuerſalem quoad uerba, aut oporteat, quòd ſit uniuerſalis quoad rẽ, ita quòd ſit talis res quæ ſignificet uniuerſitatem.*

104 *Legati diffinitio.*

105 *Legatum aut fideicommiſſum an propriè dicatur donatio.*

106 *Abſenti acquiritur in ultima uoluntate.*

107 *Abſenti ex legis diſpoſitione quæritur.*

108 *Donationis appellatione propriè neque legatum neque fideicommiſſum uenire.*

109 *Donationis appellatione non uenit donatio cauſa mortis.*

110 *Legatum effectu dicitur donatio cauſa mortis.*

111. *Donationis appellatione donationem inter uiuos et ob mortis cauſam non uenire propriè.*

112 *Donatio ob cauſam facta non dicitur, ubi quis ſpõtè, ex certa ſciẽtia, purè, liberè, ſimpliciter & inter uiuos donat, licèt ob ſeruitia remunerationis cauſa ſe donare dicat.*

113 *Titulorum diuerſitas, effectus diuerſitatem arguit.*

114 *Diffinitionis uerba propriè accipienda.*

115 *Quædam dictio improprietatis nota.*

116 *Diffinitio genere & differentijs conſtare debet.*

117 *Verba quandoque improprianda ut intentioni deſeruiant.*

118 *Donatio abſenti epiſtola fieri poteſt, epiſtolaq; receptio, uim acceptionis habet.*

Verba

119 *Verba ad quem referantur nihil refert,modo contemplatione cu ius proferantur,attendatur.*
120 *Actus ut ualeat, uerba ſunt impropriãda.*
121 *Epiſtola loqui dicimur, ſed impropriè.*
122 *Teſtator in teſtamento ſi dicat:* Dono Zacheo *fundum, qui præſens ſit,& acceptet, an erit donatio inter uiuos an legatum?*
123 *Contractus in teſtamento fieri poſſunt.*
124 *Impropriatio uerborum aliquando admittitur: ut ſecundum naturam actus intelligantur.*
125 *Verba in dubio ut donationem reuocabilem potiùs quàm irreuocabilem comprehendant, intelligi debent.*
126 *Voluntas hominis ſecundum ſubiectam materiam declaratur. Item & ex uoluntate & modo procedendi.*
127 *Hæreditatis aditio in teſtamento fieri poteſt, & facta non reuocatur. numero 128.*
129 *Verba ubi duplicem diſpoſitionem inducunt, illa eſt capiendã quæ plenior ſit.*
130 *Subſtitutio quare in dubio directa iudicetur.*
131 *Dono, uerbum æquiuocum.*
132 *Verba dubia interpretanda ſunt cõtra illũ qui ſe fundat in illis.*
133 *Donatio in dubio iudicatur inter uiuos. & num. 134.*
135 *Teſtatoris uoluntas ubi conſtiterit uerborum proprietas non attenditur.*
136 *Diſpoſitione denominatio fit ſecundum proprietatem.*
137 *Dono uerbum,in ultima uoluntate prolatum quomodo accipiẽdũ.*
138 *Diſponentis intentio ex præcedenti modo arguitur.*
139 *Teſtatoris uoluntas non minus facto, quàm uerbis declaratur.*
140 *Actus præſumitur factus in cauſam neceſſariam.*
141 *Teſtamenti uerba debent intelligi ut aliquid operentur etiam illa impropriando.*
142 *Actus denominatur à pleniori & efficaciori uerbo.*
143 *Copula ſi inter genus & ſpeciem ponatur, an generi per ſpeciem derogetur.*
144 *Verba in dubio ſpecificè non genericè accipienda.*
145 *Contractus quando uariè iudicari poteſt,ab ea parte qua plus participat, denominatur.*
149 *Actus denominatio ex accidentibus & circumſtantijs definitur.*
147 *Denominatio fit à fortiori qualitate,ſi plures qualitates cõcurrãt*

Actus

148 *Actus in dubio meliori modo & forma fieri cenſetur.*
149 *Actus à potentiori denominatur.*
150 *Forma potentior materia.*
151 *In actu mixto quod potentius eſt attenditur.*
152 *Qualitas quæ præponderat in actu mixto conſideratur.*
153 *Donatio abſenti facta ſtipulatione & acceptilatione notarij ualidatur.*
154 *Notarij caueant, ne aliqua uerba ſcribant, uirtus quorum à contrahentibus ignoretur.*
155 *Legatum an reuocari poßit, cùm teſtator promittit illud ſoluere legatario præſenti & acceptanti.*
156 *Donatio iudicatur inter uiuos uel cauſa mortis prout melius ualere poteſt. & num. 157. & 159.*
158 *Donatio cauſa mortis abſenti facta quòd ualeat in uim fideicommißi, ſi ut donatio ualere non poteſt, modò teſtium numerus adſit, etiam ſi extra teſtamentum facta ſit.*
160 *Legatum factum quod reuocari non poßit, an erit donatio inter uiuos. & nume. 166.*
161 *Pactum contra ſubſtantiam actus an ualeat.*
162 *Legatum donatio dicitur, & donationi cauſa mortis æquiparatur. nu. 163.*
164 *Proprietas uerborum non attenditur, cùm de teſtatoris uoluntate conſtat.*
165 *Legata prioris teſtamenti per poſterius reuocata cenſentur, niſi expreſſe dicatur. & num. 166.*
167 *Legatum traditum an reuocari poßit. & num. 169. & 172.*
168 *Voluntas factis fortiùs quàm uerbis declaratur.*
170 *Poſſeßionis cauſa ex nouo iure mutatur.*
171 *Filia inſtituta in ſola dote præterita non dicitur contra Paul. de Caſtr.*
173 *Legatum aut donatio non præſumitur fieri animo compenſandi cum præcedenti debito.*
174 *Legatorum & fideicommiſſorum differentia. & num. ſequ.*
175 *Statutum loquens de legato an locum habeat in fideicommiſſo & econtrà.*
176 *Volo, uerbum aptum ad fideicommiſſum. & num. 178.*
177 *Legati appellatione an & quando fideicommiſſum contineatur.*
178 *Fideicommiſſum ex uerbis explicationis inducitur.*

Puta,

179 *Puto, uerbum aptum ad fideicommiſſum.*
180 *Differentia modi in eſſe deducendi non conſiderabilis, modò in effectu. non diſſideant.*
181 *Legatorum & fideicommiſſorum differentia ſublata eſt, & circa quæ.*
182 *Lex noua pœnalis aut correctoria loquens in uno ex æquiparatis per ius antiquum an trahatur ad alterum.*
183 *Legari quando dicatur, & quando fideicommitti.*
184 *Verba potius intelliguntur ſecundum naturam actus quàm ſecundùm perſonæ facientis qualitatem.*
185 *Subſtitutionis uerba quæ dicantur directa, & quæ obliqua. & num. 186.*
187 *Fideicommiſſum ex uerbis deſiderium denotantibus inducitur. Fideicommiſſi uerba deprecatiua ſunt, & quæ.ibid. & nu.ſeq.*
188 *Fideicommiſſum inducitur per uerbum peto, quod an ſit præceptiuum, imperatiuum aut deprecatiuum. uide nu. 190.*
189 *Fideicommiſſum ex uerbis rogatiuis inducitur etiam ad quencunque dirigantur.*
190 *Mando, uerbum deprecatiuum.*
191 *Legati appellatione an inſtitutio ueniat, ut legare prohibitus, cenſeatur & inſtituere prohibitus.*
192 *Extenſioni locus eſt in materia odioſa, correctoria & pœnali, & quare.*

DVm Iaſ.hic probat continuationem fieri de-
bere ad proxima ab ethimologia uocabuli.
1 † quia uerbum continuare, idem eſt quòd
ſimul tenere. pro quo dicit facere text. in l.continuus.in prin.ff. de uerbo. oblig. Ille text.non uidetur facere, qui vult actum continuum dici, licèt interueniat momentum aliquod naturæ interrogationem & reſponſionem quo momento interueniente ceſſat continuatio aut coniunctio, licèt quò ad effectum iuris dicatur continuus. Sed pro hoc adduco text. in l. tria prædia.in prin.ff.de ſeruitu. ruſticor. prædio.ubi text.appellat prædia continua, quæ ſimul coniunguntur nullo ſpatio intermedio.quod uerbum glo.ibi non intellexit.dum expoſuit uerbum obiecta. ideſt coniuncta: quia de coniunctis iam dictum erat. Ver. continua.obiecta autem exponitur id

id eſt oppoſita.ita quòd ex ſummo prędio duci aqua poſſit ad fundum inferiorem.Ad idem ſimilis text.in l. in tradẽdis.§.interpoſitis.ff.commu.prædior. ubi etiam fit mentio de tribus prædijs continuis,ideſt ſimul ſe tenentibus. Similiter dum Iaſ.adducit text.in l. cum de lanionis.§. aſinam molendinariam.ff.de fund.inſtructo.ille textus nihil facit: quia loquitur,quòd uno legato ueniunt alia ad uſum illius neceſſaria,& proxima primis applicãtur:puta legato æneo uaſe quodam ad calefaciendum aquam, ueniunt urcei per quos infunditur aqua in æneũ, & alia neceſſaria ad urceos & deinceps. quæ ratio hic ceſſat: quia ſine tali continuatione materia ipſa intelligi poteſt. Similiter non deſunt modern.qui dicant l.ij.ff.de ſtat.homin.non probare neceſſario.quia non ſequitur, Iuriſconſultus ita fecit: ergo ita neceſſario faciendum eſt. Sed certè imò uidetur probare: quia niſi ita fieri debuiſſet, ueriſimiliter ita factum non eſſet: cum illud inſpiciatur quod fieri debet, non quod fit. l. pe.ff.de iuſti.& iur.& cauſa facti inſpic.debet potiùs quàm ipſum factum.l.uerùm.ff.de furtis.c.intelligentia.de uerb. ſigni.cũ ſimil.Ad idẽ adducitur l.ij.§. quintus.C.de ueteri iure enucle. qui text. non uidetur probare: quia tantum dicit, quòd utrique materiæ falcidiæ & trebellianicæ applicati ſunt ſinguli libri ſeparati: quia ſunt materiæ ſeparatæ.quod etiam probatur in i.j.§.j.ff. de fonte. Sed iſtud

2 probatur alio fundamento† Nam ordo in omnibus ſeruandus eſt: quia ubi non eſt ordo, ibi eſt confuſio.§.inordinatum.ubi gloſſ.in uerſic.confuſum.in auth.de hæred.& falc. Sed niſi ponantur tituli per ordinem, & continuatiuè proximas & coniunctas materias applicando, confuſio quædã

3 naſci uidetur.Ideò† propter iſtum ordinem iura uoluerũt, quod in ſucceſsionibus inteſtati proximiores remotioribus præferantur.§.ſi plures.inſt.de legit.agna.ſuc.l.ij.§.hæ

4 re.ff.de ſuis & legit.l.j.& ij.C.de ſucc.edict.† Similiter relatio fit ad proxima: niſi rationis identitas faciat, ut ad omnia præcedentia fiat.l.ſi idem cum eodem.§.ſi. ff.de iuriſdi.om.iu.Simile uidemus, quod ſi teſtator familiæ quid relinquit,admittantur ad legatum non omnes de familia, ſed proximiores in gradu.l.cum ita.§.ſi.l.peto.§. fratre.ff.

de leg.ij.l.fi.C.de uerb.ſig.quod ipſum nō alia ratione proditum eſt:niſi ut ordo quidā ſeruetur.Itaque dicendum eſt titulos &materias ita locari oportere,ut decor iſte ordinis
5 ſeruetur.† Nam talis partitio materiarū per ordinē operatur effectus illos tres,de quibus per glo.in proœ.inſti.§.igitur.in uerſic.eaſdem.legentis animum incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificioſè reformat. & qui benè diſtinguit materias & titulos, proximus eſt ueritati ſecundum Senecam,quem refert Sali. in l. filiæ cuius. col.iij.circa fi.uerſi.expeditis glo.C.famil.erciſc. & de effectu diſtinctionis, aliquid etiam habetur. infrà num.54.
¶ Hoc ita prēſuppoſito, qđ continuatio fieri debeat ad pro
6 xima, doct. opponunt contra continuationém glo. † quod fiat à remotis propter titulos plures intermedios.ad quam oppo.dantur tres ſolutiones,ut hic per Iaſ. Circa primam, quod cōtinuatio toleratur à remotis quādo ſumus in principio libri glo.in rub.ff.de cond.furt.in fi. quam glo. multi impugnant: quia non dicit quod in principio libri fieri debeat continuatio à remotis: licèt dicat,quòd poſuit Iuriſc. librum:quia multa interſeruit in modo Iaſ. defendit gl.ar-
7 guendo à cauſa dicti non à dicto: † quia ratio dicti eſt illa, quæ de dicto diſponit illud ampliando & reſtringendo.l. cum pater. §. dulcisſimis. ff.de leg. ij. & intelligenda ſunt uerba ex cauſa dicendi.c.intelligentia.de uerb.ſign. itaque. ſi illa interpoſitio materiarum in medio fuit cauſa inchoādi libri ergo patet continuationem ad proxima non deſiderari in libri exordio.Sed puto quod illa glo.probet totū contrarium,quòd imò continuatio non ſit neceſſaria in libri principio. Nam ſi ideò poſitus fuit liber propter titulos intermedios: ergo probatur, quòd in libro non eſt neceſſaria continuatio. Secundò conſidero, quod ſi dicimus cōtinuationem libri fieri poſſe ad remota,incidimus in cōtrarietatem & impoſſibilitatem nam quomodo fieri potes,quod ſit continuatio,ſi ſit ad remota?etenim remota ſimul ſe tenere & inter ſe coniungi nō pñt. Ideò ego puto, quod ratio ordinis ſeruandi in continuatione conſiderata ita militet in principio libri, ſicut in initio tituli, aliter tamen & alio modo. quia in initio libri, habetur reſpectus ad

ad librum præcedētem, & ſic ad materiam totius libri præ cedentis, non ad materiam tituli proximi: prout patet in ſecundo libro inſtitutionum in titu. de rerum diuiſione.nā tractat de diuerſa materia.ideſt de rebus.quia in primo libro dictum fuerat de perſonis,& ſic in continuatione librorum habetur reſpectus ad genus, magis quàm ad ſpeciem, ſeu magis quàm ad particularia tractata ſub generet. Et hoc modo uerum erit dicere. quòd etiam in libris fit continuatio ad proxima, ideſt ad librum proximè præcedentē, quod ipſum uidetur probari in.l. ij. §. quintus. C. de uete. iur.enuc.qui text.loquitur in continuatione librorū. aliàs enim,ut dixi, ad remota continuatio fieri non poteſt & in
8 remotis continuatio non detur probatur. † quia medium inhabile impedit extrema coniungi.l.qui ſella.§.fi.& l.tria prædia.ff.de ſerui.ruſt.præd.l.ſeruitutes.la gran. in fi.ff.de ſeruit.tit.generali.gl.in l.ſi indebitum.§.j.ubi Bart.ff. rem. ra.hab. Alex.in l.Pomponius.§.quæſitum.ff.de acquir. poſ. ſed melior text.in l.in tradendis.§.j.ff.com.prædi. ubi tex. ponit quatuor caſus quando medium impediat uel non impediat coniunctionem extremorum. Primus caſus eſt,quādo ſine medio & citra contractum illius uſus extremorum haberi pōt: puta in ſeruitute altius non tollendi. nam media domus nihil impedit quominus debeas ſeruitutem altius non tollendi.Secundus caſus, quādo media domus impedit ſeruitutem: puta itineris: quia non poſſum habere iter ex domo tua ad domum meam remotam,niſi prius imponatur ſeruitus mediæ domui. Tertius caſus loquitur in ſeruitute, cuius uſus haberi non pōt citra factum mediæ domus: tamen quod domus media ſeruitutē non impedit, cùm ſit eiuſdem perſonæ, cuius domui debetur ſeruitus. Quartus caſus quando retēto tertio caſu dominus domus cui debetur ſeruitus, alienat domum dominantem, quod emptor non poteſt uti ſeruitute, cum domus media ſit libera.Idē ſi dominus uendat mediam domum, quod ſeruitute debita domui retentæ uti nō pōt, cū domus media ſit libera.¶Circa ſaluationem continuationis glo.quā faciūt Petr.de Beſu.& Areti.hic, quod continuatio glo. non fiat

ad remota, ſed imò ad titulum immediatè præcedentem de iure codicillorum, capiendo teſtamentum largè, ut etiã comprehendat codicillos. Iaſ. hic reprobat iſtam ſaluationem per text. inſti. de lega. in prin. ubi tex. facit continuationem glo. hic. & tamen in illo tex. non poreſt teſtamentum intelligi de codicillis: quia titulus de codicillis poſteà ponitur ex interuallo. Sed aduerte quia iſta impugnatio Iaſ. non uidetur bona. Etenim non ſequitur imperator in titu. de lega. inſt. quando loquitur de teſtamentis, non habet reſpectum ad codicillos: ergo etiam glo. loquendo de teſtamentis, non habuit rationem codicillorum: quia iſta uidentur omninò diuerſa & ſeparata. nam imperator ideò non habuit reſpectum ad codicillos, quia expediens aut poſsibile non eſſet cum materia codicillorum non præcederet. Sed in continuatione glo. iſtud fieri poteſt, cum præcedat titulus de iure codicillorũ: ergo potuit haberi reſpectus ad ipſum titulũ de iure codicillorũ: quia ut actus ualeat, & ſuſtineatur uerba capiuntur largè. Areti. in l. à Titiò. col. fi. ff. de uerbo. oblig. Sed & largiſſimè intelliguntur uerba, ut actus ualeat, & omni meliori modo quo fieri poteſt. Abb. in conſil. 63. colum. vj. lib. ij. Nam impropriantur uerba ut actus ualeat. l. ſi uno. in princ. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. in princ. ff. de uſur. l. inſulam. ff. de præſcript. uerbis. glo. in l. & puto. §. j. ff. famil. erciſcund. Ad idem tex. in l. ſi olei. C. loca. c. conſtitutus. ubi glo. in uerb. rata. de religio. dom. Bald. in conſil. 516. Caſus talis eſt, cùm quidam Lanfrancus in fin. lib. v. Alexan. in conſil. 43. colum. v. uerſicu. item dato quòd inſtrumentum. lib. iiii. & in conſil. 53. col. ij. uerſic. & plus eſt: quia etiam uerba. libr. vij. Socin. in l. ij. colum. viij. uerſicu. ſecunda concluſio. ff. de uulga. Deci.
9 in rubri. extra de probatio. col. ij. in fi. † Sed appellatione teſtamenti largè aut latè ueniunt codicilli: ut latè per Iaſo. hic. colum. iiij. in fin. & in conſil. 174. lib. iiij. ergo & ut ualeat continuatio glo. dum loquitur de teſtamentis, intelligenda uidetur de codicillis, qui largè dicuntur teſtamen
10 tum. Amplius dico: † quòd codicilli propriè teſtamentum dici poſſunt, quando fiunt condito teſtamentum: quia tunc trahuntur ad ipſum teſtamentum. & perinde eſt ac ſi relicta

relicta in codicillis,relicta eſſent in ipſo teſtamento.l.ij.§. j.ff.de iure codicil.qui text.ut difficilis eſt, ita malè uidetur intellectus per gl.& doct.ibi ut non immeritò dubitauerit Ioannes in poſitione caſus,& Alber. uidetur ſibi contrariari. Nam in ſummario dicit, quòd diſpoſita in codicillis trahuntur ad tempus teſtamenti. deinde exponendo text. in illis uerbis, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent, dicit ſcilicet de tempore codicillorum.Ideò puto quòd uerus ſenſus ſit,quòd in codicillis dependentibus à teſtaméto relinqui non poſſit, quod in teſtamento relinqui non poteſt de tempore codicillorum, & hoc modo primus caſus de plano procedit. Et ſi dicatur quare in hoc primo caſu codicilli non trahuntur ad tempus teſtamenti, quo tẽpore erat ſeruus teſtatoris: reſpondeo, quòd retrotrahitio fieri non poteſt: cùm medium,per quod fieri debet, ſit inhabile ſeruo facto alieno. l.bonorum.ff.rem ratam haberi.Sed difficultas eſt in ſecundo cauſu quando tempore codicillorum ſeruus erat teſtatoris. nam tunc in teſtamento relinqui potuiſſet libertas directa ſeruo alieno. Sed ratio ſecundi caſus eſt: quia legatum libertatis non poteſt tenere, niſi ex cõfirmatione teſtamenti, ſed in teſtamento confirmante libertas directè relinqui non poterat. & ſic etiam in ſecundo caſu cenſetur data libertas alieno ſeruo habito reſpectu ad teſtamentum confirmans, cuius tempore erat alienus nec poteſt confirmans trahi ad tempus codicillorum. quia hoc eſſet abſurdum.& quia fieret trahitio in futurum. Rurſus abſurdum eſſet trahere confirmans ad confirmatũ non ſecus atque ſi trahere quiſpiam uellet ſuperiorem ad inferiorem. Iam hoc modo confirmans uires à confirmato caperet. Sed ex alio ultra Iaſo. impugnari poteſt ſaluatio Beſu.& Aretin.hic.Nam ipſi uolunt ad ſaluandum continuationem glo. quòd ubi loquitur de teſtamentis intelligatur de codicillis ut actus continuationis ualeat. Sed iſtud fieri non poteſt ex quo mentio expreſſa habita eſt de utroque, id eſt de teſtamentis & de iure codicillorum in
11 ſuis titulis ſeparatis. Sed † ubi unum contineri poteſt ſub alio largè aut etiam propriè,iſtud tamen non procedit quãdo de utroque mentio expreſſa habita eſt ſeparatim. l. cũ

ex filio.§.filio.ff.de uulg.Bald.in conſil.472.In cauſa prioris.colum.ij.in conſil.190. Sempronius Manfredi. colum. ij.circa medium.libr.ij.ubi allegat dictum euangelij,Dicite diſcipulis eius & Petro. Nam licèt Petrus eſſet apoſtolus, & ueniret appellatione apoſtolorum, tamen ibi non continetur. quia de ipſo Petro expreſsè mentio eſt habita.
12 & in ſpecie† ſimile uidemus quòd in caſibus in quibus maſculinum concipit fœmininum, illud non procedit quandò de utroque fit mentio.Bald.in l.in multis.ff.de ſtatu hominum.Dec.in c.prudentiam.in princ. col. ij. poſt med.de offic.deleg. niſi dicatur quòd glo.ipſa nõ fecit mentionem de utroque,id eſt, de teſtamentis & codicillis. ¶ Secundò impugnatur iſta ſalutatio Beſu. & Aret. tanquam omninò non uerisimilis: nam ſi glo.babuiſſet hunc ſenſum, quòd facta fuerit continuatio ad proximum titulum de iure codicillorum, quaſi codicilli largè dicantur teſtamentum, iſtud uerisimiliter expreſſiſſet & declaraſſet: nam ſicut expresſit de teſtamentis: æquè ſciuiſſet dicere de codicillis. l.Stichum,qui meus erit.ff.de lega.j.l.uni.§.ſinautem ad deficientis.C.de cadu.tollend.c. inter corporalia. de tranſla. prælat.cum ſimil.& quia uerisimilius habuiſſet glo. in memoria titulum de codicillis proximiorem, quæ de teſtamẽtis remotiorem.argum.l.peregrè.ff.de acquirẽd. poſſeſsio.
13 ¶ Tertiò impugnatur iſta ſaluatio Beſu. & Aretin.quia † uerba gloſſatoris perſonæ eruditisſimæ debent intelligi ſecundum ueram & legalem ſignificationem: ſicut dicitur in uerbis ſtatuti editi à perſonis eruditis.Barto.in l.omnes populi.in tertia quæſt.ſextæ quæſtionis principal.ff.de iuſti.& iure.Curtius iunior in conſil.v.vbi etiam Curt.quòd præſumitur ſtatutum editum à perſonis eruditis. Sed ſecũdum ueram & legalem ſignificationem appellatione codicillorum non uenit teſtamentum,nec contra,ergo dũ glo. rub.loquitur de teſtamentis,non uidetur intelligenda, id eſt,de codicillis, qui ſecundum uerram & legalem ſignificationẽ teſtamentũ non dicuntur. Dico tamen quòd glo. melius, planius, & uerius continuaſſet rubric.ad titu. proximè præcedentem hoc modo. Viſum eſt ſuprà de codicillis in quibus hereditas directè dari nec adimi põt,ſed tãtũ

legari

legari aut fideicommitti.Ideò conſequens eſt,ut uideamus de ipſis legatis & fideicommiſſis. ¶ Circa ſaluationē Chri
14 ſtophòri de Caſtellione, quòd toleratur † hic continuatio ad remota quando tituli intermedij ſunt pertinentes & faciunt ad materiam teſtamentorum. per text. in l.j.in prin.ff.ſi tab.teſt.nullæ exta.cum ſimi.ut hic per Iaſ. adde quòd idem tenet Dec.in rubri.C.qui admitti. col. iij.in fi. & in rubr. extra de præbend. Ex iſta ſaluatione colligitur
15 concluſio, quòd † medium pertinens non impendit coniūctionem extremorum ſeu tranſitum ad extrema. Ideò diligenter aduertendum in practica. quia doct. ſæpius loquuntur in hac materia,quod actus medius impedit extrema cōiungi.nam iſtud debet intelligi de medio inhabili aut impertinenti,non de medio habili aut pertinenti.quod probatur in d.l.in tradendis.§.j.ff.commu.prædiorum.Exemplum aliud pulcherrimum in l.cùm antiquitus.C.de teſtā. nam teſtamentum debet fieri eodem contextu ſine interuallo aut actu intermedio.Et tamen ſi interueniat actus intermedius neceſſarius non uitiatur teſtamentum: puta ſi opus ſit teſtatorem infirmum cibo aut potione refocillare, uel ſi immineat actus naturæ neceſſarius.Aliud exemplum in l.duos.§.fi.ff.de duobus reis,ubi, quòd modicum interuallum temporis aut actus medius obligationi non contrarius non uitiat conſtitutionem duorum reorum:puta ſi intra reſponſa duorum reorum interrogatur fideiuſſor an uelit fideiubere pro ipſis duobus reis. Aliud exemplum in l.
16 quod ait.§.fi.ff.de adulte. ubi † pater debet occidere adulterum & filiam adulteram incontinenti uno ictu & impetu: & tamen ſi filia aufugit,dū adulter occiditur.deinde ex aliquo interuallo filia deprehenditur,& occiditur, dicitur occidi filia incontinenti,& ſic actus intermedius in perſecutione filiæ nō nocet patri, cùm ſit neceſſarius ad actum. ¶ Expedita cōtinuatione ſequit͂ uidere de concluſione glo.
17 dū dicit,† legata eſſe acceſſoria ad teſtamētū.quā glo.concluſionē Iaſ.hic intelligit facto teſtō, quod tūc legata dicātur acceſſoria:quia rupto teſtamento corruūt & legata.l.ſi nemo.ff.de teſt.tut.l.eā quā.C.de fideicom.Secùs ſi nō fieret teſtamētū: quia tunc legata non poſſunt dici acceſſoria

eius quod non eſt. Sed hic aduertendum contra Iaſo.nam. Iaſo. dicit, quòd facto teſtamento legata ideò dicuntur acceſſoria ad teſtamentum:quia rupto teſtamento corruũt & legata. Iſta ratio non uidetur bona: quia ea attenta ſequeretur, quòd etiam inſtitutio hæredis eſſet acceſſoria ad teſtamentum: nam rupto teſtamento corruit & inſtitutio. nam omnia contenta in teſtamento labaſcunt hæreditate non adita.l.ſi nemo.ff.de teſta.tute.l.ſi nemo.ff.de reg.iur. Et tamẽ abſurdum eſſet dicere, quòd inſtitutio hæredis dicatur acceſſoria ad teſtamentum:cùm ſit caput & fundamẽtum teſtamenti.§.ante hæredis. inſtitut. de lega. l. proximè.ff.de his quæ in teſtam. delen. Rurſus ſequeretur aliud abſurdum, quòd ubi legata conſeruantur rupto teſtamento prout. Non dico tamen quin aliud dictum Iaſo. ſit uerum, dum dicit legata conſiderari ut acceſſoria ad teſtamẽtum, quando conditum ſit teſtamentum: imò non ſolum uerum id eſt, ſed & neceſſarium: quia ſi teſtamentum conditum non ſit, impoſsibile eſt dicere quòd ſint acceſſoria ad illud quod non eſt.¶ Ex hoc infertur quòd oppoſitio Iaſo.eſt de impoſsibili. nam glo.dicit legata eſſe acceſſoria teſtamenti.Iaſon opponit: quia etiam ab inteſtato relinqui poſſunt legata.§.j.inſtit.de codicillis. Profectò plus ſatis fatua uidetur oppoſitio.quia glo.loquitur in teſtamento, Iaſon autem arguit quando teſtamentum conditum non eſt, cui dubium quòd ſi teſtamentum conditum non eſt, non poſſunt dici legata acceſſoria teſtamenti: nam argumentum & oppoſitio Iaſo.procederet ſi glo.locuta eſſet de cauſa inteſtati. & eodem modo reſpondetur hic ad unum argumentum Croti. Nam Crotus opponit, quòd legata non dicuntur acceſſoria ad teſtamentum: quia poſſunt in eſſe deduci ſine teſtamento.nec reſpondet ad iſtud argumentum, ſed ſolũ reſpondet ad unum aliud argumentum, quod annullato teſtamento non ſemper annullantur legata. authen. ex cauſa. C. de liber. preter. nam ad primum argumentum Croti patet reſpõſio ex præmiſsis quod ubi deducuntur legata in eſſe ſine teſtamento, fruſtrà quæritur an dicantur acceſſoria teſtamenti. Circa reſponſionem Croti ad aliud
18 argumentum, quod† uitiato principali non uitiatur acceſſorium

torium in quo ineſt diuerſa ratio,ſeu in quo non militat ratio annullationis:ut in l.ſtipulatio iſta. §. alteri. vbi Iaſon declarat in quarto notab.ff.de uerb.oblig. Ad id text.in c. debitores.de iureiurand.ubi licèt non ualeat promiſſio uſurarum:ualet tamen iuramentum ſuper ea. quia iuramentum præſtatur Deo, in quo turpitudo conſiderari non poteſt,& declarat Iaſ.in l.ſi homo mortuus.in fin.ff. de uerb. obliga.ſed puto meliorem rationem eſſe: quia non uertitur periculum ſalutis iurantis. & attenta alia ratione ſequeretur quòd ualeret iuramentum de committendo maleficium: niſi dicamus quòd in maleficio adeſt turpitudo etiam ex parte iurantis, quod non eſt in promittente uſuras ex neceſſitate:ut habetur in d. c. debitores. Sed ultra Crotum magis in terminis adduco quod ſcribit Alex.in l. fi.§.fi.ff.de condi.indeb.in addi.ad Bart. in uerſic. acceſſorium.ubi,quòd extincto principali de iure ſpeciali aut ſingulari, non extinguitur acceſſorium in quo non militat ratio illius iuris ſpecialis. & idem tradit Alexã. in conſi.lix. col.fin.uerſi.quo ad ſecundum.lib.j. quod eſt repetitum in conſi.xxxix.lib.iiij.¶ Aliam concluſionem. & ipſam tacitam ſumunt ex iſta glo.rubric. ſeu ex continuatione gloſſ.
19 Alexã. Senenſes & Iaſon hic. quòd † legata non dicuntur pars teſtamenti.Sed antequam ingrediar uadum difficultatis,quo auidiores iuuenes fiant cognitionis nodi, illud eſt præmittendum quòd effectus non modicus reſultat an legata dicantur pars teſtamenti, uel ſolùm acceſſoria: puta ſtante ſtatuto quòd de teſtamento ſoluatur gabella,an pertineat ſolutio ad hæredem aut ad legatarios.nam ſi legata dicantur acceſſoria teſtamenti, legatarij non tenentur:
20 † quia de acceſſorijs non ſoluitur gabella.Roma.in l.fi.§. quotiens.in fin.ff.de publicia.quem refert, & ſequitur Deci.in c.prætereà.j.circa fin.de offi.deleg. Ancha. in conſil. lxxij.Tantam familiaritatem.ubi quando gabella ſoluitur de principali,non ſoluitur de acceſſorio. Idem uoluit Bal. in l.ij.col.v.per gloſſ. ibi. C. de iure emphyteo. ubi etiam Iaſ.col.liij.uerſi.& notatè bene ex hac glo.ubi ſtante ſtatuto quòd de contractu ſoluatur gabella,illud non intelligitur de ſtipulatione pœnali adiecta in contractu pro plenio

ri

ri obſeruantia. quia talis ſtipulatio pœnalis uenit acceſſoriè ad confirmationem contractus principalis, ut metu pœ
21 næ legi contractus pareatur. Similiter † fructus fundi non ueniunt gabellandi: puta ſtat ſtatutum, quòd de re uendita ſoluatur gabella, uenditur fundus plenus fructibus pendentibus, nunquid ſoluetur gabella etiam de fructibus? certè non. quia ueniunt acceſſoriè ad fundum. ita Iaſ. in dict. l. ij. col. iiij. C. de iure emphy. Sed hic aduerte circa iſtud dictum Bald. & Iaſon. circa fructus. quia credo Iaſonē equiuocaſſe, & quòd imo effectualiter ſoluatur gabella dē fructibus pendentibus, non quòd fiat æſtimatio ſeparatim de fructibus, ſed ſimul cum ipſo fundo. nam uidemus ipſo rerum experimento, quòd ubi uenditur fundus plenus fructibus, is pluris æſtimatur, quàm ſi fundus uacuus fructibus diſtrahatur. Si maius pretium conſtituitur propter fructus pendentes: ergo neceſſariò dicendum eſt, quòd de fructibus ſoluatur gabella. Itaqua, quòd fructibus ſeparatim gabella non ſoluatur, illud non eſt: quia fructus pendentes di
22 cantur acceſſorij ad fundum. Sed † quia pro eadem re bis ſolui gabella non debet. l. nauis. §. cùm autem l. incola. & l. fin. §. item reſcripſerunt. ff. ad Municipa. l. bona fides non patitur. ff. de reg. iur. & quòd fructus pendentes non dicantur acceſſorij ad fundum, ſed pars fundi: eſt text. in l. fructus pendentes. ff. de rei uendi. & in l. fin. §. penul. ff. de his quæ in fraud. credito. tradit Bald. in conſi. clxxv. colum. ij. lib. ij. Alex. in l. ſi filius. §. j. ff. de uerb. oblig. Aliud tamen dictum Iaſ. in d. l. ij. col. iiij C. de iure emphy. quòd ſtatutum mandans ſolui gabellam de uenditione fructuum, nō habet locum quando uenditur fundus fructibus plenus, uerum eſt: quia illud inſpicitur, quod principaliter agitur, uidelicet de uendendo fundū non de uēdendis fructibus. ut Bald. determinat in l. abſtinendi. ff. de reſti. in integ. quam legit ſimul cum l. præceden. quæ incipit non ſolum. Secunda utilitas reſultat: an legata dicantur acceſſoria ad teſtamentū, aut æque principalis & pars teſtamenti: quia aliud eſt, quòd aliquid ſit principale uel acceſſorium. Ideo ſi ſtatutum faceret mentionem de acceſſorijs taſtamenti, ueni rent legata, ſi ſint acceſſoria: ſecus ſi ſint æquè principalia.

lia. Aliæ etiam utilitates conſiderari poſſunt ſecundum oc currentiam caſuum, & temporum quotiens contingit diſputari de principali aut de acceſſorijs. ¶ Secundò præmittendum eſt pro iunioribus ad intelligentiam huius quæ-
23 ſtionis, an legata dicantur pars teſtamenti, quod † pars tripliciter intelligitur. Vno modo pro parte integrali. Secundò modo pro parte prædicamentali aut ſubiectiua. Tertiò modò pro parte accidentali aut qualificatiua. Pars integralis dicitur, quæ integrat ipſum totum, & ſine qua totum cõſiſtere non poteſt: puta homo conſiſtit ex duabus partibus ideſt, ex corpore & anima. Iſtæ duę partes dicuntur integrales: quia integrant aut faciunt ipſum totum, ita quòd ſine altera ipſarum totum conſtare non poſſet. nam anima ſola ſine corpore homo dici non poteſt. Similiter corpus ſine aĩa hõ non dr̃. & iſta integralis pars alio modo dici põt pars ſubſtantialis aut eſſentialis. Pars prædicamentalis dicitur quando totum prædicatur de ipſa parte, ſeu quando poſita aut prædicata parte ponitur aut prædicatur ipſum genus, puta animal eſt genus, homo dicitur ſpecies aut pars generis. ſimiliter bos dicitur ſpecies animalis. iſte partes prædicantur & dicuntur de genere. quia ſi dico, eſt homo, ergo eſt animal: eſt bos, ergo eſt animal. Iſta prædica-
24 mentalis pars differt ab integrali dupliciter. Primò, † quia pars prædicamentalis non integrat aut perficit ipſum totum: ita ꝙ totum ſtare non poſſit ſine parte prædicamẽtali, quia homo pars aut ſpeciei generis non integrat genus aut animal, cum poſsit eſſe animal ſine homine: cum plures aliæ ſint partes aut ſpecies animalium. Secunda differẽtia: quia pars integralis non prædicat aut ponit totum. imo ſine toto eſſe poteſt, puta anima ſine corpore, corpus ſine anima, ſed totum non poteſt eſſe ſine ſuis partibus integralibus. Similiter iſta pars prædicamentalis dicitur ſubiectiua: quia ſubijcitur ſuo generi: quia poſita ſpecie neceſſariò ponitur genus: adeò, quòd à genere ſeparari non poteſt. Ita declarat Bartol. in l. qui uſumfructum. ff. de uerborum obligationibus. & Iaſ. hic colum. iij. Pars accidentalis aut qualificatiua dicitur quæ poteſt adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionem, & ſine qua totum conſiſtere poteſt, nec
ea

ea prædicata ponitur genus, ut in die adiecta ſtipulationi. l.j.§.diem.ff.de edend.ubi Ang.& Alex.& infra latius dicemus.¶ His ita præmiſsis uidendum eſt, † an legata dicantur pars teſtamenti. Et quidem circa partem integralē dicendum eſt,quòd non: quia teſtamentum poteſt ſtare ſine legatis.ergo dici non poteſt, quòd ex legatis integretur teſtamentum.Sed quæſtio eſt,† an dicātur legata pars prædicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti, ita quòd prædicatis aut nominatis legatis prædicetur aut ponatur teſtamentum.In qua difficultate aduertendum eſt,quòd neceſſariò præſupponitur legata eſſe relicta in teſtamento: quia ſi relicta eſſent ab inteſtato aut in codicillis, fruſtrà quæreretur an prædicentur de teſtamento, quod non eſt: ſed an condito teſtamento prædicatis legatis prædicetur & teſtamentum : ſicut prædicato homine neceſſariò prædicatur animal,quod eſt ſuum genus.Iaſon hic dicit,quòd legata non dicuntur pars prædicamentalis,aut ſubiectiua teſtamenti, ſiue capiamur teſtamentum in ſpecie in quo ſint facta legata.quia non ſequitur eſt legatum:ergo teſtamentùm.quia legata poſſunt fieri ſine teſtamento,ideſt,ab inteſtato. Sed adnerte, † quia teſtamentum dicitur teſtatio mentis,aut iuſta ſententia de eo,quod quis fieri uoluit de bonis ſuis.l.prima ff.de teſtamentis, quæ uerba ita conueniunt legatis ſicut inſtitutioni hæredi,ergo præſupponendo teſtamentum in ſpecie, uidetur, quòd prædicato legato,prædicetur & teſtamentum.& procedat conſequentia, eſt legatum:ergo teſtamentum.Nec obſtat,quod dicit Iaſ. quòd iſto modo caperetur genus,ideſt , teſtamentum reſtrictiuè,quando in eo eſſent relicta legata. Sed genus conſiderari debet abſolutè ſine reſtrictione ad certum caſum: quia dico,quòd teſtamentum non eſt tale genus, quòd abſolutè capi poſsit ſine reſtrictione ad certum caſum in caſu noſtro.Imo neceſſe eſt reſtringere ipſum ad caſum, quo legata in teſtamento relicta ſint:quia aliàs,ut dixi, fatua eſſet quæſtio quærere, an legata dicantur pars teſtamenti,ſi conſideremus teſtamentū ſine legatis.& ſic apparet,quòd capiendo teſtamentum in ſpecie, legata poſſunt conſiderari ut pars prædicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti con-

25 | 26 | 27 (margin numbers at "cemus", "tur teſtamentum", "teſtato")

tra

tra Iaſ. Similiter dum dicit Iaſ. quod capiendo teſtamentum in genere, legata non poſſunt dici pars p̄dicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti: quia conſiderari poteſt teſtamẽtum ſine legatis, fatua & impoſsibilis redditur quæſtio, an legata, quæ non ſunt, dicantur pars teſtamenti. Itaque con
28 cludo in hac cõcluſione tacita, † ꝙ legata dñr pars p̄dicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti, conſiderãdo teſtamen tũ in quo relicta ſint legata. & ſic conſiderando teſtamentũ in ſpecie: quia, ut dixi, conſiderando in genere ſine legatis ſuperuacua fit quæſtio. Sed dicet aliquis, ſi legata dicuntur pars teſtamenti: ergo erunt equè principalia ad teſtamentum non acceſſoria, & ſic contra gloſ. & Docto. hic. Dico, quòd erunt aut ſunt legata pars teſtamenti acceſſoria, tamen non equè principalis. ut ſi unus princeps diuideret ſocietatem ſuam in plures partes, & in una parte ponerentur famuli: nam famuli dicerentur pars ſocietatis, ſed tamen acceſſoria, & quod aliquid pars dici posſit, licèt acceſſorium ſit: tradit Io. Nigri. hic col. iii. circa medium. uerſ. ego tamen dubito. Sed iſtud uidetur intelligendum niſi legata abſorberent maiorem partem hæreditatis. quia tunc dicerem legata partem teſtamenti principalem, imo &
29 principaliorem. Sicut dicimus in prælegatis, † quòd ubi abſorbent maiorem partẽ hæreditatis, idem de eis iudicatur, quod de portionibus hęreditariis: ideo per repudiationem hęredis inſtituti tranſeunt ad ſubſtitutum. l. filio. cum l. ſequen. ff. de legat. j. Soci. in l. j. de collat. bono. ſuper vi. quæſt. Videmus etiam, quod ubi prælegata abſorbent maiorem partem hæreditatis, ueniunt in reſtitutione fideicommiſsi tanquam portio hęreditaria. quia idem de eis iudicamus, quò de portione hæreditaria. Bartol. & Doct. in l. Marcellus. §. quidem liberis. ff. ad Trebellian. Dec. in conſ. 349. col. iiii. poſt medium. Ideò iſto caſu ſtante ſtatuto, quò de teſtamento ſoluatur gabella, illa eſſet ſoluenda per legatarios maioris partis bonorum pro rata. Aliter etiam concludit Iaſ. in hac concluſione, quòd legata non dicuntur pars teſtamenti integralis, nec prædicamentalis aut ſubiectiua, neque ſubſtantialis aut eſſentialis, ſed pars accidentalis: quia poſſunt adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionem.

ruptionem.Conſentio concluſioni.Iaſ.præter quàm in eo
quod dicit legata non eſſe partem prædicamentalem te-
30 ſtamenti,ut ſupra eſt dictum.In unum tamen caſu † lega-
ta dicuntur pars integralis teſtamenti ex mente Soci. &
Croti hic, quando apparet, quòd teſtator uolebat legare,
& non legauit,licèt aliundè teſtamentum perfecerit.nam
iſto caſu non factis legatis remanet teſtamentum imperfe
ctum ratione uoluntatis,& non ualet in aliquo teſtamen-
tum tanquàm quid indiuiduum,& ſic non poteſt ſtare ſine
legatis,quod intelligo quando non legauit: quia non po-
tuit morte aut alio impedimento præuentus: ſecus ſi non
legauit ductus pœnitentia: quia noluerit amplius legare.
l.ſi is qui.ff.de teſtam.qui tex.loquitur quando teſtator de
fecit in legando morte præuentus: ſecus ſi ex mutatione
uoluntatis,ut dixi,per text. in l.quòd ſi iterum. ff. de adi-
men.legat.& ita not.Crotus hic colum. ii. ubi, quòd iſto
caſu legata non dicuntur pars integralis teſtamenti ex na-
tura ipſius teſtamenti, ſcilicet ratione uoluntatis imper-
fectæ.Sed hic aduertendum, quia Crotus mutata opinio-
ne indiſtinctè tenet, quòd legata dicuntur par integralis
teſtamenti in ſpecie ſumpti in quo ſint relicta legata.nam
in hoc malè mutauit opi.quia ſi eſſent pars integralis, ſe-
queretur, quòd deficientibus legatis ob cauſam caduci,
uel propter repudiationem, aut aliter teſtamentum eſſet
nullum.quia totum ſtare non poteſt ſine ſuis partibus inte
gralibus. & tamen iſtud eſt falſum, ut habetur in titul. ff.
de his quæ pro non ſcript.hab.& in tit.C. de cad.tollend.
¶ Ex præmiſsis etiam reſultat alia declaratio aut diſtin-
31 ctio partis:† quia aliqua dicitur pars ſubſtãtialis aut eſſen
tialis,ſine qua totum conſiſtere non poteſt,quæ etiam dici
32 tur pars integralis. † Aliqua dicitur pars accidentalis aut
qualificatiua,ſine qua totum poteſt conſtare,& quæ poteſt
adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionem. & de iſta par
te accidentali aut qualificatiua loquitur gloſſ.in l.malum.
in princ.in gloſſ.ij.ff.de uerb.ſignificatio.dum dicit, quòd
pars etiam dicitur ſine qua totum conſiſtere poteſt, ut in
die adiecta ſtipulationi. nam dies eſt pars ſtipulationis. l.
j.§.diem.ff. de edend. & tamen ſtipulatio ſtare poteſt ſine
die:

die:quia poteſt fieri purè & ſine die. §. omnis. inſtitut. de uerbo.oblig.¶ In hac tamen difficultate an legata dicantur pars teſtamenti, non omitto dictum Croti hic,qui dicit reprobando Soc.quòd ideo legata nũ poſſunt dici pars ſubiectiua teſtamenti, quia diffinitio teſtamenti non conuenit legatis.de qua in l.j.ſuprà de teſta.declarando ut ibi
33 per Bart.uult dicere Crotus, † quòd teſtamentum propriè & ſtrictè accipitur pro inſtitutione hæredis, largè autem pro teſtatione mentis.idem uoluit Bald.in l.& in epiſtola.colu.ii. C. de fideicomiſ. Sed aduerte quia largè etiã contractus teſtamentum dici poteſt. gloſ. in capitul. j.§. item ſacramenta puberum.in uerſicul.ſuper contractibus. col.ii.in fin.de pace iurament.firman.per text.in l.eandẽ rem.in princip.ff.de duobus.reis.Dec.in conſil.660. num. x.Iaſ.in l.teſtamentum.in primo notabil. C. de teſt.deciſ. Neapolita.deciſ. 260. nume. ix. Nam etiam in contractibus teſtatur quis, & mentem ſuam declarat. & licèt in teſtamento deficiat inſtitutio hæredis quò ad uerba: lex ta-
34 men ſupplet pro teſtatore. quia † cenſetur teſtator tacitè uocare uenientes ab inteſtato.l.conficiuntur.ff.de iure codicillorum.& dicit Bald.in conſil.121. Præſuppoſito. col. ii.circa medium.libro quarto,quòd decedens ab inteſtato uidetur tacitè ordinare illud,quod de eius ſucceſsione ordinat lex.per not.in l.j.§.uel maximè. ff. de collat. bonor. & in pulchra & utili. quæſtio. tradit Socin. in conſil. 252. colum.penulti.in tertia quæſtio.& colum. ſequen. libr. ii. ubi ſi teſtator det licentiam hæredi diſponendi de certis bonis. & hæres non diſponat expreſsè, ſed decedat ab inteſtato, an dicatur diſpoſuiſſe inuenientes ab inteſtato? & concludit, quòd ſic.idem tenet Curtius Iunior in conſilio quarto columna ſecunda. in fin. Et quod ſcribit Iaſ. in rubrica. ff. de liberis & poſthumis. columna quarta. Sed iſtud eſt impropriè. Ideo ſuccedens ab inteſtato dicitur habere titulum à lege non à defuncto. Alexander in conſilio quadrageſimoquarto in fine,libro quarto. Iaſ.in l.j.columna ſeptima uerſiculo, aliam ſubtiliorem rationem in-
35 frà eodem.¶ † An autem ſubſtitutiones dicantur acceſſoriæ ad teſtamentum,ſicut legata:aut æquè principaliter cõ

ſideren-

differũt à ſubſtitutionibus.l.ſi is qui. ff. de teſtam. Aut conſideramus teſtamentum in ſpecie iam perfectum in quo ſint ſubſtitutiones & legata.& idem iuris uidetur in legatis quod in ſubſtitutionibus: ut legata ita dicãtur pars teſtamenti ut ſubſtitutiones. Ad iſtud argumentum reſpondet Iaſ.quòd diuerſa eſt ratio legatorũ & ſubſtitutionum: quia ſubſtitutio poteſt eſſe caput & fundamentum teſtamenti,ſicut inſtitutio.quia teſtamentum poteſt ſumere robur à ſubſtitutione quando primus gradus inſtitutionis eſſet nullus.l.iii.§.fi.ff. de libe. & poſthu. & tunc ſi ſubſtitutus non adiret, uitiaretur teſtamentum : ergo ſubſtitutio poteſt dici caput & fundamentum teſtamenti: ſecus in legatis, quæ in nullo gradu conſiderari poſſunt ut caput teſtamenti. & licèt legata corruerent, non tamen corruit teſtamentum : ergo legata non poſſunt dici pars teſtamenti æquè principalis, ita quòd ab eis dependere poſſit ualiditas teſtamenti. Sed hic aduertendum, quia iſta reſponſio Iaſ. non eſt generalis ad omnes ſubſtitutiones.nã ſolùm militaret in ſubſtitutione uulgari, à qua incipere poteſt robur teſtamenti: ſecus in aliis ſubſtitutionibus à quibus ualiditas teſtamenti inchoari non poteſt. Secundo aduertendum eſt, quia Iaſ. in hac reſponſione uidetur contrariari his quæ priùs dixerat circa legata, an legata dicantur pars prædicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti,ubi uoluit, quòd quando loquimur de parte prædicamẽtali aut ſubiectiua,capimus genus aut teſtamentum abſolutè,non autem reſtrictiuè ad certum caſum, & ſic ſolum conſideramus an teſtamentum in genere poſſit ſtare ſine legatis, non autem reſtrictiuè quando in eo ſunt relicta legata.& tamẽ Iaſ. hic loquẽdo de ſubſtitutione capit teſtamentum in ſpecie & reſtrictiuè quando in ea facta eſt ſubſtitutio uulgaris.Sed capiendo in genere ſatis eſt, ꝙ teſtamentũ poteſt ſtare & ualere ſine ſubſtitutione cũ ſola inſtitutione,& licèt poſſit annullari deficiente inſtitutione. Tamẽ hoc non habetur in cõſideratione : quia etiã poteſt annullari ſtãte ſubſtitutiõe,ſi illa deficiat:uel quia ſubſtitutus nolit aut non poſſit adire. Prętereà conſiderando, illũ caſum in quo teſtamentum ſumit robur à ſubſtitutione,nõ

conſideratur genus aut teſtamentum ſimpliciter aut abſo lutè, ſed reſtrictiuè in eo caſu quo deficit inſtitutio. Quid dicendum? ergo par erit ratio legatorum & ſubſtitutionũ, minimè: ſed ex alio dico ſubſtitutiones eſſe partem principalem, quia fiunt hæredibus, & ſic in tota aut maiori parte hæreditatis. Ideo cùm teneant in ſe portiones hæreditarias, idem de eis iudicamus quòd de inſtitutione. nam ſubſtitutus ſubrogatur in locum inſtituti: ſubrogatum autem ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eũ. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. qua ratione dixi ſuprà legata etiam dici partem teſtamenti, quando abſorbent maiorem partem hæreditatis. Similiter ubi ſit ſubſtitutio uulgaris à qua incipit teſtamentum, & quando deficit primus gradus, in illo caſu ſpeciali dicetur integralis pars aut ſubſtantialis teſtamenti, non quòd abſolutè aut in abſtracto conſiderando dicatur ſubſtitutio pars ſubſtantialis aut integralis teſtamenti, & ſic in ſpecie aut ut in concreto conſiderando, ſubſtitutio uulgaris dicitur pars ſubſtantialis aut integralis, & etiam dicetur pars ſubiectiua aut prædicamentalis. Similiter ſubſtitutio pupillaris ſine dubio dicetur integralis pars teſtamenti pupilli, imò dicitur ipſum totum & ipſum teſtamentum pupilli. Sed reſpectu teſtamenti paterni dicitur acceſſoria & ſequela eius. §. liberis. inſtitut. de pupillar. Subſtitutio. autem fideicommiſſaria particularis non uidetur differre à legatis, prout latè uidebimus in l. prima, infra eodem. Similiter ſubſtitutio d recta militaris, de qua in l. centurio. ſuprà de uulgari, uidetur pars teſtamenti non integralis, ſed prædicamentalis & ſubiectiua & æquè principalis, maximè cùm fiat in tota hæreditate. ¶ Circa aliàm tacitam concluſionem gloſ
38 ſæ, quòd † codicilli non dicantur acceſſorii ad teſtamentum declarando ut ſuprà. Iaſon opponit contra gloſſ. quòd imò codicilli dicantur acceſſorii ad teſtamentum: quia rupto teſtamento rumpuntur & codicilli, & legata in codicillis relicta. lege. j. C. de codicil. Iaſon reſpondet ad argumentum, quòd imo codicilli non dicuntur acceſſorii
39 ad teſtamentum: † quia largè codicilli dicuntur teſtamẽtum per gloſſ. in l. ij. in uerb. perſonales. ubi Bald. C. com.

de

de leg.glo.in l ii.circa fi.in uer.omnes. C. de conſtit. pec. cum ſim.ut per ipſum Iaſ. hic col.iiii. circa fi. & per eundẽ Iaſ.in conſ.174.li.iiii.facit,quia diſpoſita in teſtamento lo cum habent in codicillis.Ideo prohibitus teſtari cenſetur prohibitus codicillari.l.diui.§.pe.ff.de iur.codic.l.ii. ff. de l.j.Similiter diſpoſita in codicillis perinde habẽtur ac ſi in teſtamento diſpoſita eſſent.l.ii.§.j.ff.de iur. codic. Ad idẽ text.in l.omne uerbum.in princi.C.com. de lega.ubi tex. conſiderat actum teſtandi in legatis & fideicommiſsis, di cendo, quòd omne uerbum ex quo apparet de uoluntate teſtatoris circa legata aut fideicommiſſa ualidum eſt,& ſic conſideratur actus teſtãdi in legatis & fideicõmiſsis, quæ in codicillis relinqui poſſunt, & quòd in pulchro caſu tra

40 dit Dec. in conſil. 354. ubi † quod ſicut in teſtamento te ſtès debent eſſe in conſpectu teſtatoris, ita quod uideant teſtatorem & teſtator eos. l.ſi non ſpeciali.& l. ſi unus.C. de teſta. ita & in codicillis contra Matheſi.not.115.dictũ tamen Matheſi. ſequitur Alex. in d.l. ſi non ſpeciali. Sed Iaſ.ibi col.ii.in ii.limi.dubitat.dicit tamen quod in practi ca ſtaretur dicto Matheſil.quia non habet contradicentẽ: ſed habet contradicentem Deci. Imo codicilli teſtamẽto cõfirmati propriè uidentur teſtamentũ.l.ii.§.quintus.ibi, teſtamentis uel codicillis.nam dictio,uel,uidetur diſiuncti ua uerborum & ſenſuum coniunctiua.glo. in l. ad protegẽ dam. C. de in lit. dand. tutor. rurſus codicilli teſtamento cõfirmato cẽſentur eſſe in teſtamẽto dict.l.ii.§.j. ff. de iur. codicil. Sed relatum dicitur eſſe in referente uerè & propriè.l.inſtitutio.ff.de conditio.inſtitutio.Bal. in conſ.212. Ea quæ.lib.v.Sed iſta reſponſio Iaſ.non uidetur bona, nec ualere uidetur conſequentia,Codicilli largo modo dicuntur teſtamentum:ergo ſunt æquè principales,aut non ſunt acceſſorij ad teſtamentum. quia identitas nominis nõ ope ratur quòd aliquid dicatur principale,ubi eſt acceſſorium: puta in beneficio eccleſiaſtico. Nam unum beneficium po teſt dici acceſſorium alterius.c.extirpandæ.§.qui uero.de præben.c.ſuper eo.de præb.lib.vj. & tamen utrunque dici tur beneficium. ¶ Secundo conſidero contra Iaſ. nam Iaſ. arguit & non reſpondet ad argumentum, ſed tranſ

inteſtato confirmari: quia appareat quod uoluit teſtator codicillos ſeruari etiam per uenientes ab inteſtato:per d. l. qui filio. §. j. & tunc dicitur apparere de tali uoluntate teſtatoris, quod uoluerit ſeruari codicillos ab inteſtato, quando adiecta eſt clauſula uoluit ualere in uim codicillorum & iure cuiuſlibet alterius ultimæ uoluntatis,& pro ut melius ualere poterit. Idem quòd codicilli non rumpantur rupto teſtamento quando fiunt codicilli in defectum teſtamenti uoluit Aret.in conſil.93. colum. iii. in fi. uerſicul. eis præmiſſis. Adde text. in leg. quia autem. in princ. iuncta gloſ.ii.ff.ſi quis omiſ. cau. teſt. ¶ Tertius caſus eſt, quando fiunt codicilli poſt teſtamentum non de tempore ipſius teſtamenti. nam quando fiunt poſt teſtamentum, robur capiunt à ſeipſis, nec uitiantur propter nullitatem teſtamenti.ita Dec.in conſi.456. col. fin. Pulchrum & ſingulare dictum ſi uerum ſit,ſed falſiſsimum eſt & contra text.in d.l.ab inteſtato.ubi glo.in uerb.quoquomodo.ff.de iure codicillo. nec Bartol. in l. legata inutiliter.ff.de legatis j & Alexan.in l.j.C.de codicil.allegati per Decium id dicunt ad quod allegantur.nam dicunt, quod ubi teſtamentum ſtatim ab initio fit nullum,quòd tunc nõ uitiãtur codicilli,ut ſuprà dixi in primo caſu.ſed quòd codicilli facti poſt teſtamentum ualidum non uitientur rupto teſtamento hæc non dicunt, nec dicere potuiſſent. quia contra text.& hoc niſi fierent codicilli etiam ab inteſtato,ideſt,in defectum teſtamenti. ut in d. l. quia autem. cum glo.ij.ff.ſi quis omi.cau. teſta. Quæ omnia diligenter notanda.quia utilia in practica nec alibi ita ordinata. Putarem tamen quòd ſiue fiant codicilli ante teſtamentum ſiue poſt teſtamentum ualidum, quod tamen poſteà rumpitur,conſeruentur codicilli per authen.ex cauſa.C.de liber.præter.ut per Alexand.in conſi. 161. In tertio dubio. lib. ij. Ex quibus apparet quòd etiam capiendo codicillos in ſpecie in multis caſibus ſtare poſſunt ſine teſtamento, licèt conditum ſit teſtamentum. Ergo non poſſunt dici codicilli acceſſorij ad teſtamentum,niſi in uno caſu, quando teſtamentũ conditum eſt,& ipſum ualidũ ab initio. Deinde fiunt codicilli ſimpliciter. nam deficiente teſtõ deficiunt

ciunt & codicilli.d.l.j.C.de codicil. & d. l. ab inteſtato. ff. de iure codicil. Intelligendo tamen, quòd conſeruentur per.d.authẽ.ex cauſa.ut ſtatim dixi. In hoc tamen articulo an codicilli dicantur acceſſorii ad teſtamentum, puto dari poſſe doctrinam magis certam & generalem: ut inſpiciamus quid in codicillis contineatur. Nam ſi contineãtur legata aut fideicommiſſa particularia, recurrendum erit ad illam concluſionem, an legata & fideicommiſſa particularia dicantur acceſſoria. Si uerò contineant ſubſtitutiones obliquas, æquè eundum erit ad illam concluſionem, an fideicommiſſaria ſubſtitutio dicatur pars principalis uel acceſſoria. quæ doctri. probatur ex not. per gl. Bar. & Doct. in l.j.C. ſi aduer.tranſ. Vbi quando neceſſe eſt applicare iura & actiones ad bona mobilia uel, immobilia illud inſpicimus ad quid cõpetant, ſeu quid in eis deductum ſit. ideò ſi competunt ad rem mobilem, iudicantur ut mobilia & econtra.¶ Hic etiam aduertendum circa d. Bald. in leg. j. ſuprà de teſtam.per gloſ. ibi relatam per Iaſ. hic col. pen.
43 dum dicit ſaluari inſtrumentum notarii in quo dicit,† talis condidit teſtamentum in quo legauit Titio centum & Sempronio fundum & aliter hæredem non inſtituit: quia intelligitur teſtamentum largè pro codicillo. ſ. quitur Paul. de Caſtr. in leg. proximè ſuprà de his quæ in teſta. delen. Socin. in conſil. 142. column. iii. uerſic. pro his addu co. lib. j. Nam difficultas iſtius dicti conſiſtit in leg. non codicillum. C. de teſtamen. Vbi quando quis uoluit facere teſtamentum inſtituendo uel exhæredando, ſi non ualet ut teſtamentum, non ualet ut codicillus. Ad illum tex. reſpondet Pau. de Caſtro in d.l. proximè, quòd ibi apparebat d. uoluntate teſtatoris qui uolebat teſtari non codicillari inſtituendo hæredem, licèt non coram ſeptem teſtibus. & ſic uoluntas teſtatoris erat limitata ad actum teſtandi, ob id non ualet in uim codicillorum: ſecus quando teſtator nõ inſtituit hæredẽ, ſed tantùm legat aut fidei committit, licèt coram ſeptem teſtibus. quia tunc non apparet, qui uoluerit teſtari omittendo inſtitutionem hæredis, quæ eſt caput & fundamentum teſtamenti. ¶ Ex hac reſponſione ad dict. leg. non codicillum. inferuntur duæ concluſiones.

Prima

44 Prima concluſio eſt, † quòd ubi actus diſponentis limitatur aut reſtringitur ad certum effectum aut modum; ſi eo modo ualere non poteſt, non ualet ut ualere poteſt. Ratio. quia in alio modo aut in alio effectu deficit uoluntas diſponentis, ex quo fuit limitata ad alium modum, aut ad alium effectum. & ita illum text. in d. l. non codicillum. ad hoc citat Corn. in conſil. 202. col. ii. circa medium. lib. iiii. Dec. in c. cùm ſuper. col. fi. de offic. delega. Sed hic aduerte circa iſtam primam concluſionem & circa declarationem prædictam ad dict. l. non codicillum: quia ratio illius tex. aliter declaratur per Paul. de Caſtro in conſil. 414. Viſo & examinato ſupraſcripto puncto. colum. ii. poſt med. lib. ii. ubi, quòd ideo diſpoſitio non ualet ut codicillus: quia codicillus eſt diuerſa ſpecies à teſtamento, & ab eo disſimilis: quia propriè loquendo codicillus non eſt teſtamentũ, cùm non habeat ius inſtitutionis. Idem uolunt Paulo de Caſtro. Angel. & Imola. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerbor. obliga. Sed iſta declaratio non uidetur bona. quia ut actus ualeat uerba intelliguntur largè & in diuerſa ſpecie. l. in ſulam. ff. de præſcript. uerbis. leg. miles ad ſororem. leg. cum pater. §. donationis ff. de legat. ii. ubi actus ſonans in donationem, ſuſtinetur in uim fideicommiſsi. quia ut donatio ualere non poterat propter abſentiam donatarii, & propter defectum ſtipulationis olim neceſſariæ in donatione. l. ſi quis argẽtum. C. de dona. glo. in l. nec ambigi. C. eodem titulo. ¶ Tertiam declarationem ad d. l. non codicillum. tradit Barto. in d. l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obliga. ꝙ ubi agitur de totali diſpoſitione ſeu de faciendo unũ totum & integrum actũ: ſi nõ ualet quod ago ut ago, nõ ualet ut ualere poteſt. nã in d. l. non codicillũ. teſtator intendebat facere teſtamentum totum & integrum cum inſtitutione & exhæredatione: ſed non potuit ita agere propter minorem numerum teſtium. Ideo cũ in totum ualere non poſsit, non ualebit etiam reſpectu partis: quia codicillus non poteſt continere totalem diſpoſitionem teſtamenti propter inſtitutionem & exhæredationem, quæ in codicillis fieri non poteſt. Sed iſta declaratio Bart. ita ſimpliciter intellecta non uidetur bona. quia ea attenta ſequeretur, ꝙ

non reſpectu inſtitutionis, aut exhæredationis: ideo ceſſat conſideratio defectus materiei, & ſolum militat defectus formæ reſpectu teſtamenti. Præterea non eſt uerum, quod in codicillis eſſet defectus. quia nihil deficiebat ad ſolennitatem, & ualiditatem codicillorum: ſed potiùs erat ſuperfluitas inſtitutionis, & exhæredationis, quæ uitiare non debet. arg. l. teſtamentum. C. de teſtam. l. unic. in princ. C. de rei uxo. actio. ob id recurrendum uidetur ad aliàs declarationes. Sed cõſidera ſi melior ſolutio dari poſſit ad dict. l. non codicillum. nam apparebat quod diſponẽs uolebat inſtituere, & exhæredare. ſed quia inſtitutio, & exhæredatio habentur pro non factis in codicillis: magis dicitur diſponens cœpiſſe, aut tentaſſe actum teſtamenti, quã feciſſe, ob id actus nullo modo ualet ratione imperfectionis uolunratis. l. ſi is qui. ff. de teſtamentis. Secundo conſidero, quod magna uidetur æquiuocatio circa dictam l. non codicillum. quod ibi actus non poterat ualere, ut agebatur, ut teſtamentum: neque ut agi poterat, ut codicillus reſpectu inſtitutionis, & exhæredationis, & ſic ille actus nullo modo ualere poterat: ſed ſumus in alio brocardico, an utile uitietur propter inutile. & dicitur ꝙ ſic. quia uoluntas teſtatoris eſt indiuidua. dict. l. ſi is qui. ſumus etiam in illa regula, an ſublata inſtitutione corruant legata, & fideicommiſſa. & dicitur quòd ſic. quia uoluntas teſtatoris dr̃ indiuidua. dict. l. ſi is qui nã ſi uitiatur ibi quod erat æquè principale: multo f rtius uitiari debent, quæ ueniunt acce ſſoriè. Sed dicet aliquis iſta ratione attenta ẽt uitiari deberent legata in terminis authentica ex cauſa. dico quod in authen. ex cauſa. nullitas ſolum reſpicit perſonam præteriti, aut exhæredati: ideo reliqua conſeruantur. ſed in l. nõ codicillum. nullitas omnia reſpicit, ex quo intendebat diſponens teſtari non codicillari. ¶ Sed cõtra præmiſſa opponitur. dictum eſt, quòd ubi diſpoſitio nõ poteſt ualere, ut teſtamentum, non ualet ut codicillus. Con-
45 tra nos† habemus, quòd ſi codicilli habent ſeptem teſtes, & in eis relinquitur hæreditas directo, licèt non ualeant ut codicilli, ualent tamen ut teſtamentũ. Ita uoluit Paul. de Caſtr. in l. teſtamentum. C. de teſtamen. Vbi fortius uoluit

luit iſtud procedere,licèt ſit appoſita dictio taxatiua. quia dixerit teſtator,quòd uoluit ualere iure codicillorum dun taxat.Sequitur Corneus in conſil.324.colum.column.iiij. libr. j. Addo ultra Corneum quòd idem tenet Paulus de Caſtr.in l.ij.C.de codicillis.Alexand.in conſi. 53. colum. ij.uerſicu.Vnde ad propoſitum lib.vij. Vbi etiam Alexād. uoluit,quod ſi filiusfamiliàs teſtetur de conſenſu patris,licèt ut non ualeat diſpoſitio ut teſtamentum,ualebit tamen ut donatio cauſa mortis,& tamen teſtamentum & donatio
46 cauſa mortis ſunt diuerſæ ſpecies. Solutio q̃n † actus denominatur uno modo, & effectus repugnat tali denomina minationi, & apparet quod diſponens uoluit actum ualere:quia iuris diſpoſitio immutari non poteſt,nec poteſt diſponens facere quod unus actus ſit alius: tunc ſit denominatio ab effectu non a ſono uerborum.l.inſulam.ff.de præ ſcriptis uerbis.Bartolus in l.cotem ferro. §. qui maximos. ff.de publicia.in l. Ariſto.ff.de donatio.& in diſputatio.incipien.Publicanus.Baldus in rubri.C. de iure emphyt.iux ta fin.& in l.j.C.de rerum permutatio. cum ſimilib. modo quando effectus conuenit teſtamento ex numero teſtium & propter actum inſtitutionis, non poteſt teſtator diſponens per ſuam denominationem alterare talem actum & facere,quod ſit codicillus,cùm ſi teſtamentum: ideò ſit de nominatio ab effectu non à ſono uerborum. Sed contraria loquuntur quando actus denominatur uno modò, & effectus non repugnat tali denominationi: imo illi conuenit. ſed actus ſubſiſtere non poteſt propter defectum formæ: tunc non ſit denominatio ab alio actu diuerſo & diſſimili. Nam quando teſtator dicit ſe facere teſtamentum, & inſti tuit hæredem aut exhæredat, effectus non repugnat ſono uerborum: imò conuenit inſtitutio & exhæredatio teſtamento.ſed talis effectus uiribus non conſtat, propter minorem teſtium numerum.Ideo non poteſt dici, quod effectus præualet uerbis, ex quo effectus non ſubſiſtit. Secus quandò effectus ſubſiſtit, ſed contrariatur ſono uerborum quia tunc attenditur effectus non conſideratis uerbis.Ideo quando quis dicit ſe facere teſtm̃, & tamen non inſtituit neque legat, ſed tantùm fideicommittit: quia effectus le-

gati

gati.aut fideicommiſſi tenet & repugnat teſtamento nulla facta inſtitutione, dicitur codicillns non teſtamentum, effectu conſiderato non conſideratis uerbis. ¶ Dictum eſt ſuprà, quòd ex reſponſione Paul. de Caſtr. in d l. proximè. ff. de his quæ in teſta. delen. ad d. l. non codicillum. C. de teſta. eliciuntur duæ cóclusiones. Vidimus de prima concluſione non parum utili, quòd ubi uoluntas diſponentis reſtringitur ad certum actum, ſi non ualet actus ut agitur, nō
47 ualet ut ualere poteſt. ¶ Secunda † concluſio eſt, quòd uoluntas diſponentis declaratur ex modo procedendi. nam in d. l. non codicillum. quòd uoluerit quis teſtari non codicillari arguitur ex modo procedendi, id eſt, ex eo, quòd teſtator inſtituit aut exhæredauit qui eſt actus conueniens teſtamento. Similiter quando quis ſolum legat aut fideicō mittit omiſſa inſtitutione & exhæredatione apparet, quod uoluit codicillari non teſtari, licèt dicat teſtari ſe uelle. Similiter quando dubitatur an aliquis proceſſerit tanquàm judex ordinarius aut extraordinarius uel arbiter, cognoſcitur ex modo procedendi. Barto. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. col. iij. ff. pro ſocio. Alexan. in conſil. 55. col. ij. uerſi. confirmantur prædicta. libr. v. Similiter an princeps uoluerit vti poteſtate ordinaria aut abſoluta ſeu plenitudine poteſtatis, cognoſcitur ex modo procedendi. quia ſi mandet partem citari, arguitur quod uti uoluerit poteſtate ordinaria Roman. in conſil. 369. colum. ij. Sed magis in terminis d. l. non codicillum. ex quibus arguatur uoluntas, quod uoluerit quis teſtari non codicillari, adduco Soc. in l. Centurio. col. 17. in fi. ff. de uulga. Vbi, quando uerba directa referuntur, aut diriguntur ad ipſum teſtatorem, præſumitur quòd uoluerit teſtari. Secus ſi uerba directa ſubſtitutionis diriguntur ad inſtitutum. quia facilius obliquantur: ob id præſumit quòd uoluerit codicillari. in qua doct. uult Socin. quòd in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. uerba directa fuerint relata ad teſtatorem. Sed mihi uidetur dicendum, quòd ubi uerba directa referuntur ad teſtatorem, uoluerit ſubſtituere etiam per fideicōmiſſum. quia per fideicommiſſum ſucceditur teſtatori. l. cohæredi. §. cū filiæ. & ſic ad arguendum uoluntatem obliquandi uerba directa,

recta,doctri. Soci. nihil facit.Ideò dico coniecturam , non aliam clariorem explicari ad arguendũ uoluntatẽ teſtatoris,an uoluerit teſtari aut codicillari,q̃ eam quã ponit tex. in d.§.tractari. nã ibi concurrunt duo ex quibus neceſſariò infertur,q̃ uelit quis teſtari non codicillari. Primò quia uoluit præſtari legata ab hærede ſcripto : ergo non à legitimo : ergo noluit codicillari . quia tunc præſtarentur ab hærede legitimo . Secundò concurrit ſubſtitutio uulgaris facta hæredi ſcripto,quæ omninò repugnat codicillis.quia dando ſubſtitutum vulgarem apparet quòd noluit uenire hæreditatem ad hæredem legitimum , de quo text. etiam uidebimus in l.i. infrà eodem . ¶ Vidimus ſuprà , quòd appellatione teſtamenti largè ueniunt codicilli,ſeu quòd codicilli largè dicuntur teſtamentum. & quòd diſpoſita in codicillis habentur,perinde ac ſi eſſent diſpoſita in teſtamen

48 to . Sed hic quæro † aliquis prohibetur alienare bona per teſtamentũ,an poterit alienare in codicillis? Ange.in conſil.vij.in fi.tenet,quod non.quia prohibitio alienandi dicitur odioſa.Ideò prohibitio facta per uiam teſtamenti, non extenditur ad codicillos.ſequitur Soci.in l.j.quanquam.in fi.ff.ad trebellia.Ratio huius dicti uidetur : quia prohibitio alienandi dicitur res odioſa.l.non uſque adeò. ff.ſi quis à paren.fuer.man.ſed in odioſis uerba debent intelligi propriè & ſtrictè,non largè.l.j.§.ſi is qui nauem . ff. de exercitor.l. conſtitutionibus.ff. ad municip. propria enim ſignificatio uocabuli dicitur illa quæ eſt ſtricta non quę larga.l. Labeo.§. contractum.ff.de uerb.ſignific. c. ſi. de præben.c. oratorium.& c.ſequen.43.diſtin.Calder.in conſi,v.colum. j.in titu.de hæreti.& in conſil.vij. in titu. de uerb. ſignific. Iaſon in conſil.77.colum.vj. poſt med.libr. j. ubi Iaſ. quod

49 †propria ſignificatio dicitur illa quæ eſt ſtricta & naturalis.Sed contra iſtud dictum Ang. approbatum per Soc.te-

50 net Iaſo.hic col.pen.duabus rationibus.Prima ratio eſt: † quia prohibitus teſtari cenſetur prohibitus codicillari . l. ij.infrà eod.ſed iſta ratio non uidetur bona. quia procedit in eo qui omnino , ſeu in omni caſu prohibetur teſtari & quo ad omnia bona : ſed nos loquimur in eo qui poteſt generaliter teſtari,licèt prohibeatur in teſtamento alienare

certa

certa bona, an illa prohibitio extendatur ad cauſam codicil. cum ſit odioſa, nec reperiatur iſte prohibitus alienare in codicillis. nam in odioſis non fit extenſio, etiam ex identitate rationis. l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matri. l. fi. C. de præ. decurio. lib. x. ubi decurio prohibitus uendere ſine decreto, non cenſetur prohibitus donare. tradit Old. in conſ. 159. In eccleſia ualentina. col. ij. in fi. ex quo tex. d. l. fi. uidetur confundi ratio Iaſ. Nam ſi prohibitio uenditionis eſſet propter inhabilitatem perſonæ, utique etiam donatio cenſeretur prohibita: ſed quia ceſſante inhabilitate ſit prohibitio in certo caſu, illa non extenditur. Prætereà ideo prohibitus teſtari cenſetur prohibitus codicillari: quia teſtamentum dicitur quoddam genus comprehendens omnem ultimam uoluntatem: ut per Iaſ. in d. l. ij. infrà eod. ſed iſta ratio ceſſat quando generaliter non prohibetur quis teſtari, ſed ſolum in aliqua re. Secundò mouetur Iaſ. contra dictum Ang. quia niſi prohibitio alienandi extendatur ad codicillos, de facili reddetur prohibitio eluſoria: quia prohibitus alienare in teſtamento alienabit per uiam codicil-
51 li & licèt Iaſ. nihil alleget, † confirmatur iſtud argumentum: quia extenſio fit etiam in pœnalibus, ne diſpoſiito reddatur eluſoria. c. ſi ciuitas. vbi Domi. in ſecundo no. de ſen. excom. lib. vj. no. Dec. in l. factum ſuum. §. fi. in tertia limitatione. ff. de reg. iur. Iaſo. in l. talis ſcriptura. col. iiij. circa medium. ff. de leg. j. addo Bald. in conſil. 365. Statutorũ ſcripta. libr. iiij. Ideò ſi ſtatutum prohibet extrahi bladum cum aſinis, cenſetur etiam prohibere cum bobus. ſecundũ Bal. ibi. Sed aduertendum circa iſtud argumentum Iaſ. ab eluſorio: quia ſi procederet ſequeretur, ꝙ prohibitus alienare in ultima uoluntate cenſeretur ẽt prohibitus alienare inter uiuos, ne fiat prohibitio eluſoria, maximè cum faciliùs ſit alienare inter uiuos, quàm in ultima uolũtate. Patet, quia inter uiuos non requiritur tanta ſolennitas quanta in ultima uoluntate: & tamen prohibitum in ultima uoluntate, non uidetur prohibitum inter uiuos. quia iſta ſunt diuerſa, niſi ex uerbis aliter de mente appareat. l. pater filium. §. fundum. ubi Barto. ff. de legat. iij. Bald. in conſi. 283. Verba teſtamenti. lib. ij. Dec. in conſil. 336. colum. final. &

magis

magis in terminis adduco texr.in l.cùm hi. in princip.iunčto uerſicul.planè. ff. de tranſačtio. ubi prohibitio fačta in materia fauorabili in relištis in ultima uoluntate & in donatione cauſa mortis, non habet locum in donatione inter uiuos.quem text.ad hoc citat Dec.in l. j. colum. iiij.in očtauo notab.C.de ſecũd.nupt.ſed ultra Dec. adduco tex. in l.uerba contraxerunt.ff.de uerborum ſignificatio. quem ad hoc citat Bald.in l.executorem.colum.iij. C. de execu. rei iudic. quid dicemus in materia & prohibitione odioſa, niſi dicas,quòd faciliùs quis diſponit per uiam ultimæ uoluntatis, quàm inter uiuos irreuocabiliter. Puto conſiderandum in hac materia rationem prohibitionis alienandi. nã ſi ratio ſit generalis militans ita in codicillis ſicut in teſtamento,quia teſtator noluerit bona exire de familia,tũc prohibitio fačta in teſtamento extendetur ad codicillos,
52 qui largè dicuntur teſtamentum. quia † extenſio fit etiam in odioſis ad ea quæ continentur ſub diſpoſitionem lato ſumpto uocabulo aut largè.l.filium habeo. ff. ad Macedonianum.l.libertum.§.j.ff.de ritu nuptia. Roma. in conſilio 129.Licet magna. Alexand.in conſil. 190. colum. penulti. in fine,lib.ij. Dec.in l.qui ſe patris.colum.penulti. poſt medium.C. unde legiti. & hoc modo euitatur Dictũ Oldrad. quòd in odioſis non fit extenſio ex idẽtitate rationis. quia illud non procedit in his quæ continẽtur ſub diſpoſitione ſaltem largè aut lato ſumpto uocabulo. Pro hoc uidemus, quod prohibitio alienandi fačta inter uiuos, aut per uiam contračtus extenditur ad ultimam uoluntatem quando ratio prohibitionis eſt generalis militãs etiam in ultima uoluntate, ut quia uoluerit teſtator bona in familia remanere. nam ratio generalis ampliat dičtum ſpeciale: ut per Bartol.in dičta l.pater filium.§. fundum. ff. de legatis tertio.tradit Socin.in conſilio.251.columna ſecunda libro ſecundo. Nom omitto tamen in hac materia an appellatione teſtamenti ueniant codicilli in materia odioſa aut pœnali,quòd ſi codicilli fiant condito teſtamento, diſpoſitio pœnalis loquens de teſtamento, locum habet & in codicil lis. Ideò pœna impoſita hæredi aperienti teſtamentum ante uindicatam necem teſtatoris a familia ſeruorum occiſi,

habet

habet locum in aperiente codicillos factos condito teſtamento, licèt teſtamentum non aperiat. l. ſi quis in graui. §. ſi quis codicillos. ff. ad Syllanianum. rationem aſſignat text. quia pertinent codicilli ad cauſam teſtamenti, quando fiunt condito teſtamento. nam perinde eſt ac ſi omnia ſcripta in codicillis, ſcripta eſſent in ipſo teſtamento. l. ij. §. j. ff. de iure codicillorum. ex quo text. uidetur inferri quod ſecus eſſet in codicillis ab inteſtato quando materia pœnalis tractaretur. quem text. benę nota. ¶ Circa ſecundam partem glo. quæritur de duobus. Primò, quare materia legatorum fuerit diuiſa in tres libros. Secundò, in quibus differant iſti tres libri. Circa primam quæſtionem glo. ponit duas rationes. Prima ratio eſt ad euitandam prolixitatem, quæ fieret, ſi ſub uno titulo poſuiſſet totam materiam legatorum, ſed iſtam rationem prolixitatis reprobat gloſ. in rub. infrà de leg. iij. quia prolixitas præſupponit identitatē materiæ quaſi in omnibus tribus libris tractetur de eadem materia, quòd eſſet prolixum nimis in eodem li. Sed dicit gloſſ. quòd diuiſio librorum pręſupponit diuiſionem & ſeparationem materiæ: quia ſinguli libri ſingulas materias & ſeparatas debent continere. Secunda ratio eſt, quia iſti tres tituli differunt inter ſe, & continent materias diuerſas. Ideò tanquam diuerſi & differentes poſiti fuerunt ſub diuerſis titulis. In qua re aduertendum, quòd Iaſ. malè refert iſtam gloſ. dum dicit Iaſ. quòd gl. format q. & pro ſolutione ſe remittit ad not. per eam in rubr. ff. de lega. iij. Nam glo. citra remisſionem reſpondet expreſsè ad quæſt. ponendo duas rationes. Similiter dum Iaſ. dicit, quòd in loco remiſsionis formatur diuerſa quæſtio, & poſtea Iaſ. declarat. Dico, quòd imò gl. expreſsè ſe declarat, quòd ponatur materia legatorum in tribus libris propter diuerſitatem ipſius materiæ. Ex qua declaratione glo. infertur ad
53 illam † regulam, quòd ſeparatorum ſeparata debet eſſet ratio. Nam quia iſtæ materiæ legatorum differunt inter ſe & ſeparantur; ideò ſeparatim tractantur ſub diuerſis & ſeparatis titulis. ad quam reg. ſolent allegari text. plurimi. l. final. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. ſi domus. ff. de ſerui. urban. præd. l. prima. §. Trebatius.

tius.ff.de aqua quoti.& æſti.l.inter ſtipulantem. §. ſacram• ibi,ſed hæc diſſimilia ſunt.ff.de uerb.oblig.l.iij.§. ſi tutor. ubi Bald.ff.iudi.ſolui.l.de bonis.in prin. ff. de carbo. edict. l.qui fundum.§.ſi fundus.ibi propriam & ſeparatam conditionem habent.ff.pro empto.l.nam ſatis. §.j.ff.quemad.ſeruit.amit.l.quod conſtitutum ff.de teſtamen.mili.l.ſi maritus.C.de don.inter uir. & uxo.l.neque natales. C. de proba.c.ij.de tranſla.præla.cum ſimilib.ſed magis in terminis adduco tex.in l.j.§.j.ff.de fonte.ubi quia diuerſæ ſunt ſeruitutes ductus aquæ & hauſtus aquæ, ideò diuerſa pro eis produntur interdicta.ad idem text.in l.ij.§.Quintus. C.de uete.iur.enuclean.ubi quia Falcidia & Trebellianica ſunt diuerſæ, ideò ponuntur ſub diuerſis titulis & libris.

¶ Infertur ſecundo ex iſta declaratione gloſ.dũ ponit differentiam inter iſtos tres libros de legat. † quod illa dicuntur ſeparata quæ cõtinent diuerſitatem factorum, licèt circa idem in genere. Nam licet omnia dicatur legata in genere: tamen quia tractantur diuerſimodè, dicuntur diuerſi tituli & ſeparati.quod eſt notandum pro ampliatione reg. de qua in l.j.ubi Bart.& Bald.C.ſi unus ex plurib.ubi quod ſeparata dicuntur quæ continent diuerſitatem factorum. quem tex.ad hoc citat Roma.in conſil.300.in fi. nam iſtud procedit, licèt talia facta conſiderentur circa idem in genere. Aliam rõnem quare materia legatorum fuerit diuiſa in tres libros ponit Imo.hic & ſequitur Iaſ. quod facta fuit talis diuiſio gratia cõmodioris uſus & commodioris intelligentiã.argu.l.Caius.§.fi.ff.de leg.iij.& quod in ſimili habetur per glo.& Doct.in rubr.ff.ſolu.matri. Adde glo. in procemio inſtitu.§.igitur.in uerſic.eaſdem. ubi gloſſ. quod diuiſio librorum tria operatur de quibus per eam ibi & Iaſon hic in fin. ſimiliter ex diuiſione aut diſtinctione queſtionum negotium fit magis clarum. c. ſuper literis.de reſcrip.ubi text.diſtinguit inter ſubreptionem, quæ committitur ſcienter & malitiosè, & ſubreptionem, quæ committitur per ignorantiam,aut ſimplicitatẽ, ex qua diſtinctione negotiũ clarius intelligitur.quẽ text. ad hoc citat Abb. in conſil.96.colum.j.in fi.lib.j. Circa differentias iſtorum trium librorum de legatis,qualiter differant inter ſe, unã differen-

differentiam ponit gloſſ. hic & rub. infra de leg.iij. alterã ponit.Bar.in d.rubric. delegat.iij.tertiam ponit Alber.de Roſ.hic poſt Odofr. Sed aduertite,quia iſta uidetur quæſtio facti potius quàm iuris, & laborioſa potius quàm utilis,quia opus eſſet legere & diſcurrere, per ſingulas leges oĩum trium librorum ad intelligendũ in quibus differãt. ¶Extra gl. Iaſ.hic format duas quæſtiones. Prima quæſtio eſt quare Iuriſconſultus in titulo legatorum prius tractauerit de legatis & fideicommiſsis particularibus, quàm de fideicõmiſsis uniuerſalibus, quę ſunt digniora. Ex hac quæſt. Iaſ. duæ inferuntur concluſiones. Prima concluſio

55 † eſt, quòd uniuerſalia dicũtur digniora particularibus. Probatur iſtud dictũ,licet Iaſ.non dicat.nam illud dicitur dignius,quod eſt generalius & plura cõplectitur.arg gloſ. in can.in nouo.21.diſtinctio.quam gloſſ.ad hoc citat Decius in rubr.ff.ſi cer.pet.col. 1.poſt medium.ſed ultra Decium,adduco tex.in §.nos igitur.in auth.de defenſor.ciuitat.ubi,quòd præſes prouinciæ,quia præeſt uni uniuerſitati,& ſic toti prouinciæ non uni ciuitati tantùm,dicitur maior & dignior: nam dicitur iudex iudicum.& quantò quilibet præeſt melioribus, tantò maior ipſe & honeſtior eſt. Et ita illum tex.ad hoc citat Abb.in conſi. 21. lib.j. Et de eo qui præeſt pluribus & maioribus, quòd dicatur dignior tradit Bal.in conſi.387.Archidiaconus.colum.j. libr.j.per gloſſ.in §.generaliter.in authentic.conſtitu. quæ de digni. Ideo amplitudo unius principis dicitur maior dignitate inferioris: quia poteſtas principis eſt uniuerſalior latius patens, & quod ratione uniuerſalitatis dignius quid dicatur uoluit Bald.in conſ.352.Materia fundorum.colum. ij.lib. j. Vbi,quod omnis conceſſio perpetuæ iuriſdictionis dignitatem habet & gradum excellentiæ ſuperioris,cùm præſit uniuerſitati. Ex quibus abundè probari uidetur concluſio fideicommiſſum uniuerſale dignius eſſe particulari legato aut fideicommiſſo. & quòd titulus generalis debeat præcedere ſpecialem tradit Dec.in rubri.C.qui admitti.colum. iiij. ante medium. ¶Secunda concluſio elicitur ex ratione

56 Iaſ.ad quæſtionem ſupra formatam, † quod illa ſunt præferenda,circa quæ,aut in quibus maiore tractatu eſt opus.

nam Iaſ.dicit,quòd ideò titulus legatorum & fideicommiſſorum particularium præpoſitus eſt: quia erat Iuriſconſultus plura dicturus, de ipſis legatis & fideicommisſis particularibus. Sed iſta ratio non uidetur bona tãquam ſumpta ex diuerſis aut ſeparatis. Etenim non ualet conſequentia ſum dicturus plura de populo, quàm de principe: ergo de populo prius dicendum eſt, & quare maior tractatus legatorum,& fideicommiſſorum particularium ita poni non poterat poſt tractatum fideicommiſſorum uniuerſalium, ſicut ante.ſed magis in terminis cõtra iſtam reſponſionem Iaſo.adduco text. in l.j.ff.ſi certum pet. ubi Iuriſconſultus præmittit titulum.ff.de rebus credit. alijs titulis ſequentibus: quia titulus de rebus creditis eſt generalis ad omnes contractus in quibus ſequimur fidem alienam. Et tamen tractatus circa ipſos contractus in ſpecie in quibus ſequimur fidem alienam, eſt multò maior & amplior tractatu illo generali de rebus creditis. Ideò ultra Iaſonem aliter
57 reſponderi poteſt ad argumentum, quòd ordo † non attenditur in iſtis titulis, an alius alio ſit dignior aut prior. gloſſ.in §.quibus. in prima conſtitutione Codicis. Iaſo.in l.finali columna quarta in fine. C. qui admitti,& in l.finali columna penultima,poſt medium, in ſecundo notabili.C. qui teſtamenta facere poſſunt. Secundò poteſt reſponderi, quod ordo ſcripturæ non attenditur in his quæ ſunt de ſe certa: puta ſi notoriè dignior poſteriore loco nominatur. Decius in capitulo auaritiæ. columna ſecunda circa medium.de præbendis. Ideo cum materia fideicommiſſorum uniuerſalium ſit notoriè dignior, non uidetur curandum quo ordine tractata ſit.Tertiò poteſt reſpõderi,quòd in iſtis ſituationibus titulorum non ſemper ſeruatur iſte ordo, ut digniores præponantur: ut patet in titu.de arbit. qui proponitur titu.de iudicijs, & tamen iudicia uidentur potiora,& digniora ratione maioris poteſtatis.Quartò poteſt reſponderi, quod potuit præponi materia fideicommiſſorum particularium,tãquàm prius edita & tractata,licet non æquè digna, & ſic quod in ſituatione habitus fuerit reſpectus ad prioritatem temporis natiuitatis non ad
58 dignitatem.¶ Inquantum Iaſo.hic circa dictam q.dicit, † quòd

quod fidei commiſſarius habetur loco hæredis, iſtud intelligitur,non uerè aut propriè, ſed per uiam fictionis. l. ſi filius.§.j.ff.quod cum eo.allegat.hic per Iaſ. pōderando uerbū quodammodò,quod eſt nota improprietatis. l. in ſuis. ff.de libe.& poſth.not.Bart.& docto.in l.ſi is, qui pro emptore.ff.de uſur ad idem text.in l.poſtulante.§.j. ff. ad trebellia.Ideo in iſta materia,an fideicommiſſarius habeatur loco hæredis recurrēdum eſt ad illam materiam, an diſpoſitio loquens in caſu uero,habeat locum in caſu ficto, quæ materia latisſima eſt & nodoſa. Et de ea habetur in d. l. ſi is qui pro empto. Tempus hic alienum ſit de ea tractare. Illud tamen certum eſt, quòd in materia pœnali fideicommiſſarius non uenit appellatione hæredis. l. ſi antequàm. cum l.ſequ.ff.ad Syllanian.Socin.in l.j.§. ſi is qui quadringenta.colum.ij.ff.ad Trebel. Idem in materia correctiua, uel exorbitanti,in qua appellatione hæredis non uenit fideicommiſſarius. Socin.in d. l. j.§.de illo. circa princ.ff.ad Trebellia.Idem in omni materia ſtrictè intelligenda. Socin.in rub.ff.de uulga.col.ij.circa med. Idem in materia in qua uerba debent intelligi propriè & in forma ſpecifica. Ideo conditio dandi decem hæredi, non poteſt impleri in perſona fideicommiſſarij.l.qui hæreditatem.ff. de condi.& dem.Iaſ.in l.precib.col.13.circa med.C. de impube.¶ Sed

59 iſtud, quòd in materia ſtricta † appellatione hæredis non uenit fideicommiſſarius, uidetur intelligendum, niſi aliàs actus redderetur inualidus. nam ut actus ualeat diſpoſitio loquens de hærede,locum habet in fideicommiſſario, qui utiliter dicitur hæres.ita Iaſ.in l.centurio.colum. ij.uerſic. ego ultra ſcribentes.ff. de uulga. ſed hoc dictum latiùs poteſt comprobari, ex dictis ſuprà circa continuationem rubricæ, quod uerba improprianrur, ut actus ſuſtineatur & ualeat.ſed magis in terminis adduco tex.in l.filioſamiliàs. ubi Soci.in primo nota. ff. de condi. & demon. Vbi, quod uerba fictè intelliguntur,ut actus ualeat. Ergo licèt fideicommiſſum ficte dicatur hæres, ob id non ueniat appellatione hæredis in materia ſtricta, iſtud tamen non procedit, quando aliàs actus non ualeret. ¶ Sed iuxta prædicta quæro de tali q. ex qua materia iſta planior fiet. Teſtator

in teſtamento ſuo dotauit quandam capellam, & uoluit quod præſentatio rectoris pertineret hæredi ſuo, & hæredibus hæredis ſui. Deinde inſtituit filium hęredem uniuerſalem. mortuo teſtatore filius hæres fecit teſtamentum in quo inſtituit filium ſuum hæredem, cui ſubſtituit Gaium. Euenit caſus ſubſtitutionis in perſona Gaij: quia filius grauatus deſceſſit ſine liberis. nunc oritur controuerſia inter hæredem legitimum, hæredis grauati, Gaium ſubſtitutum ad quem pertineat præſentatio rectoris ad dictam capellam. Iſtam quæſtionem format Guido Papæ. quæſt. 507. & ibi determinat in fauorem Gaij fideicommiſſarij. mouetur Guido Papæ, primo per tex. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de vulg. ubi quando teſtator uocat hæredem ad ſubſtitutionem filij, intelligitur de eo, qui eſt hæres iudicio ipſius teſtatoris. Et ideo ſubſtitutus à teſtatore præfertur hæredi legitimo. ſed ille tex. poſſet retorqueri contra Guid. Papæ. quia ille Caius non fuit uocatus à primo teſtatore, ſed ab ipſo hærede grauato, & ſic non dicitur hæres ex iudicio teſtatoris, de cuius diſpoſitione agitur. Tamen ille tex. optimè uidetur probare intentionem Papæ. quia in caſu Papæ nõ uocauit teſtator ad præſentationem capellæ ſolum hæredem ipſius teſtatoris: ſed hæredem hæredis. Ideo uidendum eſt, quis dicatur hæres hæredis, & proculdubio uocatus ab hærede per fideicommiſſum, per quod ſucceditur teſtatori. l. cohæredi. §. cùm filię. ff. de vulga. ille autem hæres legitimus, non dicitur hæres filij teſtatoris, ſed hæres

60 nepoti grauati. Et ſic † uerba primi teſtatoris non conueniunt illi hæredi legitimo nepotis teſtatoris: ergo nec diſpoſitio. l. ſi quis ſeruum. ff. ſi quis caut. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ſpõſus. ff de don. int. uir. & uxo. l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infe. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quo. & æſti. l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matr. l. ita autem. in princ. ff. de admin. tutor. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæredi. cap. in noſtra. de iniur. cap. penul. de conceſ. pręben. lib. vj. Secundo mouetur Guido Papæ, per textum in l. inconuentionibus. ff. de uerbo. ſignifica. ubi quæ poſſunt tranſire ad hæredem, poſſunt etiam transferri in legatarium: ergo multo fortius in fideicommiſſarium uniuerſalem, qui magis di

citur

ctur hæres,quàm legatarius, cùm teneatur fideicommiſſarium ad onera reſtituta hæreditate.l.j.§. fi. ubi glo.& do cto.ff.ad Trebellia.l.ij.C.eo.titu.ſed ille tex.in d. l.in con uentionibus. non uidetur facere ad propoſitum: quia non quæritur hic,an ius præſentandi,aut ius patronatus,poſſit tranſire ad fideicommiſſorium, aut ad legatarium: ſed an appellatione hæredis ueniat fideicommiſſarius, & ſic an relicto iure patronatus hæredi, & hæredi ipſius hæredis ueniat ſubſtitutus, aut fideicommiſſarius ipſius hæredi hæredis. De illo autem an ius præſentandi poſſit tranſire in fideicommiſſarium,inferius dicetur ſeparatim, & quòd hic non quæratur,an poſſit tranſire in fideicommiſſarium: patet,quia ubi nõ poſſet tranſire in fideicommiſſarium, quia ſit extraneus, etiam non poſſet tranſire in hæredem directum extraneum,& ſic ille tex.in l.in conuentionibus. malè allegatur ad propoſitum huius q. ¶ Tertiò mouetur
61 Guid.Papæ.† quia ius patronatus eccleſiæ eſt ceſſibile, & uendibile. Innoc. in c.ex literis. de iure patrona. ergo eſt tranſmisſibile.glo.in clem.ij.in glo.i.in fi.de iure patrona. ſed iſtud non procedit ita ſimpliciter,& generaliter, quod ius patronatus eccleſiæ ſit cesſibile.quia ſolùm cedi poteſt ſimul cum uniuerſitate, quando alienatur aliqua uniuerſitas: puta unum territorium, aut unum caſtrum: ut habetur in d.ca.ex literis.Et tradit Bald.in conſil. 32. Quidam nobilis habebat.col.ij.lib.j.Alex.in l. ſi patroni.in fin.princip.ff. ad Trebellia. ¶ Sed aduertendum. quia puto, quod
61 Guido papæ malè loquatur,dum uult,† quod ius patronatus eccleſię tranſeat in fideicommiſſarium: nam contrarium tenent Bartol.Paul.de Caſtr.& Alexan.in l.quia per inde.ff.ad Trebellia. quam legem legit Alexan. ſimul cum l.quamuis.§.j.Et idem Alexan.in l.ſi patroni.in fin. principij.ff.eodem titu.Curtiur Senior in conſil.76.columm. vij. circa med.uerſi.poterunt quoque. Socin.in l.centurio.col. 15.in fin.uerſicul.tertio conſideratur utilitas. ff. de uulga. Iaſon in l.pro hærede.§.Papinianus.columm. fin.poſt med. ff.de acquirend.hæredita.In qua re aduertendum eſt, dum Alexand.in dict.l. quia perinde. reſpondet ad argumẽtum in contrarium adductum, quod ius patronatus eccleſiæ

tranſit ad hæredes extraneos: ergo uidetur, quod etiam ueniat in fideicommiſſarium. Alexand.reſpondet, quod illud procedit quando aliquid trãſit ad hæredes exttaneos: tanquàm hȩredes, & pro portionibus hæreditarijs: ſecus quando tranſit ad hæredes extraneos, quia ſunt hæredes, non tamen tanquam hæredes, & pro portionibus hæreditarijs, prout in iure patronatus, quod tranſit ad hæredes extranȩos æqualiter, non pro portionibus hȩreditarijs. Ideo quilibet hæredum æqualiter præſentat, aut ius præſentandi habet. Ita uult Alexand.in dict. l.quia perinde.

63 Nam iſtud,† qnod ius patronatus tranſeat ad hæredes extraneos, non ita ſimpliciter & generaliter uidetur intelligendum,ſed demum deficientibus hȩredibus ſanguinis ſeu coniunctis: quia ius patronatus tranſit ad poſteros iure ſanguinis.cap.filijs ac nepotibus. capit. conſiderandum.& cap.ſi plures hæredes.16 quæſtio.vij.capitu.ij. de iure patrona.clem.ij.eodem.titu.& ita declarat Gemin. in conſi. 32.colum.i.poſt med.¶ Ex præmiſsis duo inferuntur. Primum,quod deciſio Guido.Papæ in dict.q. 507.de iure con ſtare non poteſt. Secundum eſt, quia habetur declaratio ad illud dictum, quod ius patronatus eccleſiæ tranſit ad hæredes extraneos. ¶ Iuxtam iſtam rubricam quærit Cro

64 tus poſt Alexan.in l.j.infrà eodem.an † uerbum lego,adiectum uniuerſitati bonorum importet inſtitutionem, ita quod is cui legatur hæreditas,dicatur hæres inſtiutus,aut ſimplex legatarius. Effectus eſt magnus.quia legatarius nõ accipit bona propria authoritate, ſed de manu hȩredis. l.non dubium. C. de legat. ſecus in hærede directo nullo alio exiſtente in poſſeſsione bonorum: ut habetur in l. fina. C. de edicto diui Adrian.tollend. Rurſus hæres directus conſequitur hæreditatem ſine detractione,ſed legatarius patitur detractionem falcidiæ, imo trebellianicæ, quando eſt legatarius uniuerſalis, qui æquiparatur fideicõmiſſario uniuerſali.glo.& Alex.in l.mulier.§.fin.ff. de leg. j.magnus autem effectus eſt an detrahatur trebellianica, an falcidia. quia in trebellianicam imputantur fructus percepti iudicio teſtatoris, niſi in liberis primi gradus. l. iubemus.

bemus.C. ad Trebelian. ſecus in falcidia. argu. l. in quartam. & l. in ratione.:ff. ad leg. Falcid. Iſtam diuerſitatem inter trebellianicam & falcidiam, ponitCorn.in conſ.53. libr. iii. Alius etiam eſt effectus quia falcidiam perdit hæres,ob inuentarium omiſſum,ſecus in trebellianica: ut per moder.in rubr.& in l.Marcellus. in princ. ff. ad Trebellia. Alius effectus. quia ſi legatarius uniuerſalis nõ dicitur hæres, nullo hærede inſtituto teſtamentum corruit. l. proximè. ff. de his quæ in teſtamento delentur. ſecus ſi legatarius dicitur hæres. Et hoc quando appareret uoluiſſe diſponentem teſtari aliàs ualeret: ut codicillus. Bald. in l.j.ſuprà de teſtamen. & ſuprà latius dictum eſt. In qua quæſtione cõcludit Crotus communem opinionem eſſe, quòd uerbum,lego, adiectum uniuerſitati bonorum non importat inſtitutionem. allegat Bartolum & doctores in l. centurio. columna. ſexta ſuprà de uulgari. Imola & Alexander in l.prima, infrà eodem. Pro qua opinione adducuntur iura, primò textus in l. cùm ex filio. in princip. ff. de uulgari. ſed ille textus non uidetur probare. quia, quòd uerbum lego, ibi non importet inſtitutionem, non eſt, quia non ſit aptum inſtitutionem importare, ſed quia legata fuerat dimidia pars hæreditatis nepoti impuberi, cùm in ſuam tutelam ueniſſet, & ſic ex die aut ex tempore pubertatis, ſed hęreditas ex die non datur.l. hæreditas ex die.ff. de hæredibus inſtituendis. Secundò ideò ibi importat fideicommiſſum, quia aliàs ſequeretur, quòd hæres ſcriptus fuiſſet inſtitutus uſque ad certum tempus contra textum, in §.hæres.inſtitu,de hæredibus inſtituendis. Tertiò, quia alter nepos fuerat inſtitutus inſolidùm:ideò non poterat amplius deſinere eſſe hæres.Quartò,quia datus cohæres & ab eo datum legatum. Nam relinquendo ab hærede apparet,quòd noluit eũ cui relinquitur eſſe hæredem. Secundo pro iſta opinione adducitur textus in l. uerbis legis. ff. de uerborum ſignificatione. ubi ponuntur tanquàm diuerſa inſtitutio & legata, ſeu ius inſtituendi & & legandi, & quòd coanguſtata eſt poteſtas & ſignificatio uerbi legandi. Sed ille textus uidetur poſſe retorqueri.

Nam ibi dicitur, quòd illa uerba legis duodecim tabularum: Is uti legaſſet.ſuæ rei ita ius eſto. latisſimam habēt poteſtatem, & comprehendunt ius inſtituendi & legandi. Itaque ſi permiſſa poteſtate legandi, cenſetur data poteſtas inſtituendi: ergo patet quòd uerbum lego, ad inſtitutionem pertinet. Nec obſtat, quòd ibi uideantur poni, ut diuerſa inſtitutio & legatum. & quòd illa poteſtas legā di fuit coarctata: quia fateorquòd fuit anguſtata poteſtas legandi, ut non poſſit quis æquè libere legare, ac antiquitus per legem duodecim tabularum, cùm minuatur legata per legem Falcidiam. ſed non dicit ille textus quòd ſit coarctata ſignificatio uerbi legandi, quominus importare posſit inſtitutionem: ergo quod non mutatur, cur ſtare prohibetur. l. ſancimus. C. de teſtamentis. l. præcipimus.in fine, C. de appellationibus. & quòd illa coanguſtatio referatur ad poteſtatem relinquendi expreſsè declarat textus inſtiaut.de lege Falcidia.in principio, & gloſſ.in dict.l.uerbis legis. & ita reſpondet Alexander in dict. l.j. columna ſecunda infrà eodem. licèt non ita declaret. Tertio pro iſta opi. adducitur text.in l. mulier. §. finali ff. ad trebel. qui text. prima fronte fortiter uidetur ſtringere. Nam ibi dicitur, quòd ubi legatur portio hæreditatis, quæ legari poteſt, ait text. non eſt locus trebelliano, ideſt ceſſant effectus trebelliani, qui conſiſtunt in cogendo hæredem ut adeat, in detractione quartæ. in tranſitu iurium actiuè & pasſiuè: ergo tale legatum portionis hæreditatis non habet uim inſtitutionis: quia ſi uim haberet inſtitutionis, locus eſſet trebelliano & detractioni quartæ trebellianicæ. Similiter legatarius cogi poſſet ad adeundū, ſi eſſet hæres de tranſitu iurium nihil hic dico, quia diceuur in l. j. infrà eodem. Sed ille text. nihil facit. quia ibi portio hæreditatis fuit relicta ab hærede, & fuit hæres inſolidum inſtitutus: ut ponit glo.& neceſſariò præſupponitnr. Ideò cum oporteat legatarium accipere portionē hæreditatis, nō nimirum ſi uerbū lego, inſtitutionē nō importat. quia ubi importaret de ſtricta ſign ficatione, effectus tñ capiendi de manu alterius repugnat ſignificationi uerbi.

bi. Ex quibus apparet, quòd illa tria iura adducta pro communi nihil omnino probant. ¶ Contrariam opinio. quòd uerbum lego, adiectum uniuerſitati bonorum importet inſtitutionem, tenent multi docto. relati per Crotum hic colum. iii. Inter alios allegat Abbb. in c. Raynaldus. de teſta. Sed certè Abb. ibi col. v. in fi. ſuper glo. in uer. legauit. tenet contrarium, quòd uerbum lego, adiectum uniuerſitati non importet inſtitutionem propriè, ſed impropriè. Et licèt Abb. in d. c. Raynaldus. in tertio nota. ſimpliciter inducat illum tex. quòd uerbum lego, importet inſtitutionē: tamen ſe remittit ad dicēda per eum ſuper glo. prædicta. Rurſus allegat Crotus Alex. in d. l. j. infrà eo. ubi Alex. mouetur per tex. in d. c. Raynaldus. ubi legatum factum uni ex patruis & eius filiis de medietate certorum bonorum & reliquorum bonorum paternorum trahitur ad inſti

65 tutionem. Sed ad illum tex. † reſpondet Crotus hic, quòd ibi uerbum lego, non fuit appoſitum uniuerſitati bonorū, ſed ſolùm ad bona paterna. ergo cùm non comprehendantur omnia bona teſtatoris, ſed ſolùm bona paterna ad eū peruenta, dicitur diſpoſitio particularis, non uniuerſalis. l. cogi. §. ſed ſi miles. uerſ. & quamuis. ff. ad Trebel. no. Bar. in l. cùm filius. §. Lucio Titio. ff. de leg. ii. addo. Aret. in cōſil. 154. Periculoſum. colum. vii. uerſi. ex præmiſsis apparet. Socin. in l. j. in princ. colum. vii. circa med. uerſic. præterea, ſi pater relinqueret. ff. de uulgar. conſequenter uult Crotus, quòd ex quo illa diſpoſitio erat particularis inſtitutio, non poteſt importari per uerbum legauit, quòd autem ibi inducatur inſtitutio, illud fit ex alio, ut Crotus dicit. Sed iſta impugnatio Croti nullo modo uidetur procedere nam cùm text. dicat illum patruū fuiſſe hæredem: ergo neceſſario præſupponitur eū inſtitutum in uniuerſum. nec obſtat quòd ſolùm fiat mētio de bonis paternis: quia præſupponitur quòd filius teſtator non haberet alia bona quam paterna, & qui uult dicere alia bona habuiſſe, tenetur probare. glo. in l. cùm de lege. ff. de proba. de qua ſæpius memini conſulendo. & text. ibi præſupponit, quòd ille patruus inſolidum haberet bona omnia teſtatoris. maximè ponderando dictionem reliqua. Rurſus uult Crotus impugnare

impugnare inductionem illius text.per diuinationem diuinando quod teſtator ibi haberet alia bona. Aduertendũ eſt etiam ad intellectum nouum Croti hic ad dict.c.Raynaldus.ad probandum quomodò uerbum lego, ibi importet inſtitutionem præſupponendo quòd non ſit adiectum uniuerſitati bonorum.nam dicit Crotus, quòd ibi colligitur inſtitutio propter duo ſimul iuncta licèt unumquodque per ſe non ſufficeret. Primo enim concurrit ipſum legatum.Secundo,impoſitio pœnæ de qua ibi.pro hoc in ſimili adducit not.per Barto. & docto. in l. centurio. ff. de uulga. ubi licèt filii poſiti in conditione non dicantur uocati.Tamen quando concurrit aliud: quia expreſsè grauãtur,cenſentur uocati,quòd dictum latiùs ſequi ſoleo conſulendo. Et ſic ex duobus ſimul iunctis inducitur uocatio filiorum,quæ ex uno non inducitur Ad idem adducit text. in l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de legat. ii. ubi, quòd ex duobus ſimul iunctis inducitur ſubſtitutio reciproca inter duos uocatos,id eſt, quando ſit ſubſtitutio in omnibus bonis & ultimo morienti, quæ tamen ſubſtitutio reciproca non inducitur ex uno illorum tantum. de quo late habetur in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebellianum. & in l.penul.C.de impub. Sed aduerte quia iſte nouus intellectus Croti,hic nullo modo poteſt procedere. nam Crotus faretur,quòd ex ſolo legato aut ex ſola impoſitione pœnæ non inducitur inſtitutio: ſed quòd inducatur ex ambobus

65 ſimul iũctis. ſed iſtud fieri non poteſt. quia † ubi ſunt duo imperfecta,quorum unumquodque per ſe operari non poteſt in genere ſuo, id de quo agitur, ipſa ambo ſimul iuncta non operantur.l.ſpadonem.§. qui iura multa. ff. de excuſatio.tutor.l.j.cum gloſſ.C. qui numero tutel.Baldus in l.ſi quis ex argentariis.§.j.ff. de edẽdo. Iaſon in repitio. l. admonendi.colum.89.ff.de iureiurand. & in l. quæ dotis. col.vii.ff.ſoluto matrimo.& alibi ſæpè.Nec obſtant adducta in contrarium.quia in illis cauſatur effectus de neceſſi

66 tate facti. Nam filii poſiti † in conditione grauari non poſſunt,niſi tacitè cenſeantur uocati.l. ab eo. C. de fideicom. Ideo mirum non eſt, ſi ex illis duobus ſimul iũctis inducitur uocatio filiorum: quia paria uidentur uerbis aut facto uocare

uo care.l.Paulus reſpondet non tantùm uerbis.ff.rem ratã haberi.& fortiori uerbis ſunt facta.l.ſi tamen. §. ei qui. ff. de edil.ædict.Similiter quando concurrunt illa duo, quod fiat ſubſtitutio poſt mortem plurium in tota hæreditate, & ultimo morienti,neceſſario inducitur ſubſtitutio fideicommiſſaria reciproca inter ipſos hæredes, poſt quorum mortem fit ſubſtitutio.quia niſi inuicem dicantur grauati, impoſſibile eſt quòd ultimo moriens reſtituat hæreditatẽ totam ſubſtituto. Itaque quòd inducatur illud fideicommiſſum reciprocum non eſt ex coniunctione duorum ſimpliciter.ſed quia factum coniunctum eſt tale, quòd ex eo neceſſario inducitur fideicommiſſum reciprocum. ſed in caſu d.c.Raynaldus.illa duo ſimul iuncta, id eſt, legatum & impoſitio pœnæ neceſſario non inducunt inſtitutionẽ. quia poteſt ſtare legatum & pœna priuationis ipſius legati abſque eo quòd legatarius dicatur inſtitutus. Prætereà Crotus in iſto ſuo intellectu uult unum abſurdisſimum. nam dicit,quòd uerbum lego, ibi erat adiectum rei particulari,& uult, quòd propter pœnam illud legatum trahatur ad inſtitutionem,& ſic uult,quòd pœna trahatur ad id quod relictum non eſt,& quòd priuatio excedat habitum. Secundo uult Crotus aliud abſurdiſsimum, quòd priuatio inducat habitum, & quòd ex pœna priuationis relicti inducatur ampliatio relicti quod eſt impoſſibile: cum duo contraria ſimul ſtare non poſſint eodem tempore.l.ubi repugnantia. ff. de regul. iuris. Tertio contra iſtum intelle-
67 ctum Croti facit regula iuris, † quòd inducta ad unum effectum non debent contrarium effectum operari.l. legata inutiliter.ff.de legat.j. Ideo ipſemet Crotus iſtum intellectum poſt ea reprobat per l.hæreditas ad Statium. ſuprà de hæredib. inſtit. ubi ex impoſitione oneris uel pœnæ nõ inducitur inſtitutio. Et profecto miror de Croto hic quomodo inſtitutionem colligere potuerit ex factis tàm diuerſis. Ideo Crotus dubitans de iſto ſuo intellectu nouo, confugit ad alium intellectum,& dicit,quòd in dict.c.Raynaldus.uerbum lego, neceſſario importat inſtitutionem. quia textus dicit teſtamentum ualere:ergo neceſſario præſupponitur inſtitutio.& ſi dicatur, lego uerbum, non fuit

adiectum

adiectum uniuerſitati bonorum,ſed rei particulari.reſpondet Crotus,quod imo dicitur adiectum uniuerſitati bonorum iuris interpretatione: quia cum nullus alius fuerit inſtitutus hæres, inſtitutio illa particularis trahit ad ſe uniuerſalem l.j.§. ſi ex fundo .ff. de hæredibus inſtituẽdis. ¶ Ex iſto intellectu Croti habetur una magna ampliatio ad dictam l.j.§.ſi ex fundo. ut procedat non ſolùm quando quis inſtituitur in aliqua re particulari, ſed etiam quando alicui legatur aliqua res particulnris, ut tunc dicatur hæ res in totum, & ſic quòd legatum certæ rei importet inſti
68 tutionem nullo alio dato cohærede. Sed certè † iſte intellectus Croti uidetur peior priore, quòd legatum certæ rei inſtitutionem etiam nullo dato cohærede,nam ex hoc ſequeretur quòd ſemper teſtamentum,in quo non eſſet hę redis inſtitutio,ſed legata tantum, ſemper ualeret ut teſtamentum.quia legata traherentur ad inſtitutionem contra textum in §. ante hæredis.inſtitu. de legatis. Et in terminis, quòd uerbum obliquum adiectum certæ rei non trahatur, ad uniuerſum etiam nullo alio dato cohærede, uouit Angelus in conſilio 148. Dominus Quiricus. colu.ſi. Alexander in l.humanitatis. colum.j.in fine. C. de impulber.in conſil.70.columm.iii.libr.ii.Socinus in conſil. 117. column.iii. in fine. libro quarto. ¶ Infertur ex præmiſsis quòd in caſu dict.cap. Raynaldus. duorum alterum eſt neceſſarium,uel quòd ibi uerbum lego,fuerit adiectum uniuerſitati bonorum,uel quòd ſtet impropriè,ſecũdum gloſ. & Abbatem. Sed meliùs & tutiùs uidetur, quòd ibi.adiectum fuerit uerbum lego,uniuerſitati bonorum.Sed tamẽ tenendo communem licèt adiectum fuerit uniuerſitati bonorum,oportet neceſſario dicere, quòd ſtet impropriè reſpectu inſtitutionis. ¶ Tertio contra communem opinio
69 nem † quòd uerbum lego, adiectum uniuerſitati importet inſtitutionem adducitur per Alexandrum & Crotum, textus in §. diſponat.in authenti. de nuptiis. ubi diſponat teſtator, & erit lex. & referuntur uerba l.duodecim tabularum.Vti legaſſet quiſque ſuæ rei, ita ius eſto. ergo quibuſcunque uerbis diſponat teſtator etiam per uerbũ lego, erit lex.quem textum allegat Angel. ſecundum Alexand. & Cro-

& Crotum in conſi. 164 Dictus libellus.ſed Crotus allegat ſub nu.160. Viſis libellis. quod conſilium inuenire nō potui. Sed ille textus non uidetur probare : quia aut inducitur in illis uerbis, diſponat teſtator & erit lex, & non probat : quia fateor quòd diſpoſitio teſtatoris erit lex iuxta modum & formā ipſius diſpoſitionis. Itaque ſi diſponat inſtituendo obſeruabitur inſtitutio inſtar legis : ſi uero diſponat per uiam legati, obſeruabitur legatum, non ſecus atque lex non autem uult ille text. quòd ſi diſponat teſtator per uiam legati, quod ſeruetur diſpoſitio per modum inſtitutionis, uel econtrà: aliàs ſequeretur, quòd titulus inſtitutionis eſſet hodie ſublatus, ſi ille text. ita generaliter intelligatur. Aut inducitur ille text. in illis uerbis, uti quiſque legaſſet, ſuæ rei, ita ius eſto. & illa uerba alio non facto non important quòd uerbum lego, referatur ad inſtitutionem, niſi iſtud ſuppleatur ex interpretatione Iuriſconſultorum, de qua in dict. l. uerbis legis. ff. de uerborum ſignificatione. qui text. melius probat, ut ſuprà uidimus. ¶ Aliàm reſpōſionem ad illum text. in dict. §. diſponat. tradit Crotus hic, quòd ibi text. refert ius antiquum. 12. tabula. quod tamen eſt correctum, non ut approbet ius correctum, ſed ad oſtendendum quanto fauore proſequi debeamus uoluntates morientium. ſimile uidemus in c. nouit. iuncta gloſſ. de iudic. ubi ſummus pontifex allegat conſtitutionem correctam, ut oſtendat quantum fauorem præſtaret Imperator clericis. Sed iſta reſponſio Croti ad illū textum non uidetur procedere: quia reſponſio Croti, ſolū tollit poteſtatem diſponendi, non autem tollit poteſtatē ſignificationis uerbi. nam lex antiqua. 12. tabula. eſt correcta in hoc, quòd non poteſt teſtator ita ex arbitrio diſponere ſicut olim. quia olim diſpoſitio teſtatoris non patiebatur aliquam diminutionem circa detractionem trebellianicæ, & falcidiæ ſicut hodie : ſed non reperitur correcta ſignificatio uerbi lego, quominus poſsit importare inſtitu-
70 tionem, ſicut olim. Correctio † autem reſtringitur ad terminos in quibus fit. l. ſancimus. C. de teſtamen. l. præcipimus. in fi. C. de appella. nec extenditur diſpoſitio correctiua. Imo ſolum comprehendit caſum expreſsè diſpoſitum,

glo.

mente teſtatoris,ex numero ſeptem teſtium,quòd uoluerit teſtari. Imo in dicto Bald. & Paul de Caſtr. apparebat clariſsimè de mente teſtatoris, quòd uolebat teſtari. quia appellauerat diſpoſitionem ſuam teſtamentum.Et tamen hoc non ſufficit niſi hæredem inſtituat. Ideo coniectura non ſufficit, niſi uerba inſtitutionem importent. Solutio defendendo Crotum,dici poteſt, quòd imo in dicto Bald. & Paul.de Caſtr.non conſtabat de mente: uerba enim & poteſtat omnino repugnabant, quia nullus erāt hæres expreſsè inſtitutus, neque æquipollenter: quia ſolum relicta erant legata particularia.Ideo ex modo procedendi omittendo inſtitutionem arguitur uoluntas diſponentis, quòd noluerit teſtari. hic autem factum eſt legatum per uerba importantia uniuerſalitatem apta comprehendere inſtitutionem. ¶ Secundo mouetur Crotus per textum in l. j. in fin.ff.de hæredibus inſtituen.ubi ſi teſtator dicit, Titio hæreditatem meam. inducitur inſtitutio. ergo ſi apponatur

72 † uerbum lego, uitiari non debet inſtitutio per regulam l.unic.in princ.C.de rei uxo. actio. Sed iſtud fundamentū non uidetur bonum: quia reg. d. l. unic. procedit quando aliquid non requiritur in aliquo actu expreſsè nec tacitè, aut præſumptiue, ſed lex ipſa citra aliquam præſumptionem fingit illud factum. Ideo licèt illud adhibeatur & inepte actus non uitiatur: quia contra fictionem iuris non poteſt admitti probatio per ineptā expreſsionem.d. l. unic. in princ.C.de rei uxo.actio.qui text.ad hoc conſueuit allegari.Et tradit gl.in l.ſi duo.in gloſ.fin.ff.de acquiren.hęre. & in l.ſiue poſsidetis. C. de probatio. Sed hic requiritur uerbum expreſſum, uel tacitum: ergo ſi inepte exprimatur,actus uitiatur.l.expreſſa.ff.de reg.iuris.clemen. conſtitutionem.ubi gloſſ.& Doct. de elect. Ideo licèt iudex non teneatur exprimere cauſam in ſentētia.c.ſicut.de re iudic. Tamen ſi cauſam exprimit & ineptam, uitiatur ſententia Inno.in c.in præſentia.de renuntia.Dec.in rubr.C.unde liberi,circa fin.in c.ad noſtram.in fin.de appellat. & in cōſ. 37.col.iii.poſt medium.ratio eſt:quia licèt in ſententia nō requiratur cauſa,expreſsè,ſeu cauſæ expreſsio: tamen requiritur præſumptiuè.nam lex præſumit pro iudice, quòd iudida

judicauerit non ſine cauſa legitima aut cauſa non cognita, licèt noluerit eum grauare ad expreſsionem cauſæ, quæ præſumptio ceſſat in caſu claro, quando cauſa inepta exprimitur. Et iſtam declarationem ad hanc materiam brocardicam, & malè per alios declaratam, ſenſit Dec. in d. rubr. C. unde liberi, circa fi. & in d. conſi. 37. col. iii. poſt medium. In propoſito noſtro quando teſtator dicit Titio, hæreditatem meam, ualet inſtitutio, & dicitur Titius inſtitutus, quia præſumit lex, quòd teſtator ſubaudierit uerbum
72 aptum ad inſtituendű, ideſt relinquo,† quia uerbű adiectum uniuerſitati bonorum importat inſtitutionem. gloſſ. & Doctor. in l. his uerbis. in prin. ff. de hæred. inſti. ſed quando teſtator exprimit uerbum lego, quod eſt magis obliquum, ceſſat præſumptio iuris: quia in claris ceſſant coniecturę. l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerborum oblig. l. ille, aut ille. §. cùm in uerbis. ff. de legat. iii. Infideliter tamen refert Crotus. d. l. j. in fin. ff. de hæredib. inſtit. quæ ad eum modű non loquitur. ¶ Tertio mouetur Crotus, quia uerbum le-
73 go,† uidetur æquipollere uerbo relinquo. §. j. inſtit. de legat. Vbi, quòd legatum dicitur, donatio quædam à defuncto relicta. Sed ille text. non uidetur hoc probare: quia non ſequitur legatum eſt donatio à defuncto relicta: ergo uerbum lego, tantum importat quantum relinquo. Nam relinquo, uerbum eſt generale conueniens etiam hæreditati, quando dicitur relicta hæreditas. capit. Raynaldus. de teſtamen. ergo lego, quod eſt uerbum ſpeciale, tantundem ſignificat quantum generale relinquo. Et in terminis quod uerbum lego, non ſit ita amplum & latum, prout uerbum relinquo, adduco Socin. in conſil. 33. colum. v. in ſe-
74 cunda queſtion. libr. j. ubi,† uerbum relinquo, dicitur uerbum commune, aptum importare hæredis inſtitutionem, per text. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. in §. j. in authentic. de trien. & ſemiſ. allegat etiam Bartol. in authen. unde ſi parens. C. de inofficio. teſtamen. ubi ſi reliquitur aliquid filio, pro ſua legitima, intelligitur iure inſtitutionis. Idem uoluit Alexand. in conſil. 17. colum. final. lib. iii. & in conſil. 105. colum. penul. circa medium. lib. iiii. latius idem Alexand. in l. humanitatis. col. j. & ij. C. de impuberű

& alijs

& aliis ſubſtitutio.ubi dicit, quod iſta eſt communis opinio.Idem dicit ipſe Alexand.in conſil.50. circa finem lib. vii.Paul.de Caſtr.in conſil.323. Super primo puncto quo quæritur,an teſtamentum.colum.iiij.in fin.libr.j.Corn.in conſilio 298.colum.j.in fi.lib.j.Dec. in dicta l.humanitatis.in ſecundo notabili.C.de impuber. quod ſaltem uidetur procedere de æquitate canonica per quam uerbum relinquo,relatum ad filium etiam in re particulari, importat inſtitutionem.capitul.Raynutius.ubi Abb.de teſta. Capra,in conſil.75.colum.penulti.poſt medium. Alexand.in dicto conſil.17.colum.fin.libr.iii.& in dicto conſil. 105.colum.penul.in fin.lib.iiii.& quod uerbum relinquo,dicatur uerbum commune,tradit Corn.in conſil.161. in princip. lib.j.allegat Bald.& Imolam in l.his uerbis.ff.de hæredib. inſtituend.Et pondero,quod Corn.in dicto conſil. 161.dicit,non eſſe expeditum,quod idem ſit in uerbo lego,quod in uer.relinquo.Idem quod uerbum relinquo,dicatur uerbum commune, uoluit Alex.in conſilio centeſimouigeſimoquinto.colum.ii.circa medium.libr.vi. Vbi propterea, quod relictum pro dote,intelligitur titulo inſtitutionis,tã quam adiectum uniuerſitati. cùm dos dicatur quid uniuerſale.Ideo iſtud argumentum Croti, non uidetur bonum: quia arguit Crotus, de uerbo communi ad uerbum merè

75 obliquum.¶ Quarto mouetur Crotus, quia † ubi conſtat, quod teſtator uoluit teſtari,non refert quibus uerbis utatur l.quoniam indignum.C.de teſtament. Idem tradit Socin.in dicto conſilio 33. columna quinta circa medium libro primo.Vbi,quod heredis inſtitutio, non habet certã formulam uerborum,merito poteſt fieri quibuſcunque uerbis hoc ſignificantibus.d.l.quoniam indignum. §. is ergo. inſtitu.de teſtament.milit.ſimilis tex.in l.diuus. ff. eo. tit. quæ iura prius allegauit Salic.in l.fin.colum.fin.C. famil. erciſcun.Ad idem tex. in l.his uerbis. in prin. ff. de hære. inſtit.Conſtat autem,quod teſtator uoluit teſtari, ex quo adhibuit ſeptem teſtes.Sed iſtud fundamentum non uidetur tutum:quia non ſequitur teſtator adhibuit ſeptẽ teſtes, ergo uoluit teſtari. ſicut non ſequitur in donatione, ſunt quinque teſtes,ergo eſt donatio cauſa mortis,niſi ex-

preſsè actum ſit, quod ſit inter uiuos.nam ex numero teſtium declaratur uoluntas diſponentis,quando illa eſt dubia·ſecus quando eſſet clara: quia in claris ceſſant coniecturæ.l.continuus.§.cum ita.ff.de uerb.obligat.l.ille, aut ille.§.cum in uerbis.ff.de leg.iij.Sed ubi eſt uerbum lego, res uidetur clara: quia illud eſt obliquum. Secundo licèt conſtet,quòd quis uoluerit teſtari,tamen oportet,quò uerbis utatur aptis ad inſtitutionem. Nec obſt. d. l. quoniam indignum.quia ſolum tollit formulam uerborum iuris antiqui: quia de iure antiquo neceſſarium erat, quòd uerba apta ad inſtitutionem proferrentur certo modo directè non inflexè: puta Titius hæres eſto, ſine aliqua inflexione ita quòd non ſatis erat dicere Titium hæredem facio.ſimiliter erat facienda inſtitutio uerbis directis, ideſt præceptiuis,iubeo,quòd Titius ſit hæres,uel Titius hæres eſto, nec ſufficiebant uerba inflexa,ideſt deprecatiua, aut execratiua,quæ directo non operantur,ſed per medium uoluntatis eius, qui rogatur aut monetur, non autem uult ille tex. quòd fieri poſsit inſtitutio uerbis obliquis, aliàs ſequeretur,quòd titulus inſtitutionis eſſet ſublatus. Sed tamen ſuſtinendo Crotum,dici poteſt, quòd imo diſpoſitio teſtatoris dicatur clara,quòd uoluit inſtituere ex quo fecit mentionem de tota hæreditate legando hæreditatem. & tanto magis redditur clara,quia adhibuit ſolennitatem neceſſariam,ad ipſam inſtitutionem.nam etiam uerbũ obliquum trahitur ad ſubſtitutionem directam, quando conſtat de intentione teſtatoris.l.quærebatur. ubi Bar.declarat.ff.de teſta.militis,Socin.in l.j.in princ.col.vj.in fi.uerſic.& probatur iſta concluſio.ff.de uulga.¶ Quinto mouetur Crotus,per text.in d.l.uerbis legis.ff. de uerborum ſignificatio.qui text.melius uidetur probare.in quo fundamento aduertẽdum ad contrarietatem Croti, dum in col. præceden. reſpondit ad text.in §. diſponat.in authent. de nup allegatum per Ange. in dicto conſ. quod inuenire nõ potui. Ex quibus infertur circa hunc primum caſum concluſiõnem in eo firmatam, ueram eſſe, licèt fundamenta Croti non omnia de iure procedant. Et confirmatur iſta concluſio, ultra Crotum,quia ubi poteſt apparere de uoluntate

luntate teſtatoris,quòd uoluit teſtari, non uidetur curandum de uerbis,quæ impropriantur ut ſatisfiat uoluntati teſtatoris.l.non aliter.ff.de legat.iii. Ideo uerba precaria & obliqua uidentur trahenda, ad inſtitutionem directam quando ita apparet de uoluntate diſponentis.l.quæ rebatur.ubi Bart.& Bald.ff.de teſtamen.milit. Et hanc concluſionem, quòd uerbum lego, adiectum uniuerſitati bonorum, importet inſtitutionem, tenet Dec.in rubric. C. de impub.G liaula,in l.Centurio.col.63.ff. de uulg. ¶ Secun-
76 dus caſus † eſt quando uerbum lego adiicitur quotæ hæreditatis alio uniuerſaliter inſtituto,ſeu quando alius inſolidum expreſſè fuit inſtitutus,aut ſimpliciter: quo caſu perinde eſt,ac ſi inſolidum eſſet inſtitutus. l. ſi defenſor. §. j. de interrogat.actio. Et iſto caſu uerbum lego, non importat inſtitutionem,ſed legatū.d.l.mulier.§. final.ff.ad Trebellianum.Et quòd ibi alius eſſet hæres inſtitutus,probatur.quia pars hæreditatis erat reſtituenda per ſenatuſconſultum Trebellianum:ergo neceſſario præſupponitur in-
77 ſtitutio hæredis, † quia ſine hæredis inſtitutione fideicōmiſſum non ualet.inſti.de fideicom.hæredi.§.j.licèt Crotus hic ſatis obſcure declaret.Secundo probatur,quòd ibi alius erat hæres inſtitutus,quia ibi dicitur, quòd talis legatarius partis hæreditatis non detrahit Trebellianicam: ergo ipſe non eſt hæres, ſed alius. nam ſi ipſe legatarius eſſet hæres,detraheret Trebellianicam l.j. §. denique. ff. ad Trebellianum.& dicitur in prin.d.§.fin.Sed hic dubitatur circa tex.d.l.mulier.§.fi.an ille cui relicta erat pars hęreditatis diceretur fideicommiſſarius uniuerſalis aut lega
78 tarius. Effectus † non breuis reſultat, quia in legatarium aut fideicommiſſarium uniuerſalem tranſeunt iura actiuo & paſſiuè,ex Trebelliano.l.ſi quis ſeruum.§.finali.ff.de legat.ii.gloſſ.& Docto.in l.mulier.§.final. ff. ad Tribellian. Paul.de Caſtr.in l.cùm ex filio.in fi.princ.ff.de uulga. Alexand.in l.j.colum.viij.in fi.ff.de legat.j.ſecus in legatariū, partucularem.l.cùm autem.ff.de legat.ii. & Docto. in locis, proximè allegatis.ſimiliter legatarius aut fideicomſſarius uniuerſalis,poteſt cogere hæredem ut reſtituat hæreditatem periculo ipſius fideicommiſſarii.Sed legatarius

aut fideicommiſſarius particularis non.l. ſi quis omiſſa.ff. ſi quis omiſſa cau. teſta. Crotus hic dicit quòd eſt legatarius particularis,ex quo ibi dicitur , & non eſt locus Trebelliano.nam ſi eſſet fideicommiſſarius,uniuerſalis, Trebelliano locus eſſet.Idem tradit ipſe Crotus,in l.j.nu. 19. infrà eod.ubi ſicut talis legatarius quartum non trahit,ita nec iura hæreditaria in eum paſſiue tranſire debent . Sed iſte intellectus non placet. nã ſi fuit relicta pars hæreditatis, ergo ius uniuerſale : ideo hæres inſtitutus in quota dicitur hæres uniuerſalis.ut expreſsè & in diuiduo eſt text. in dicta l.ſi quis ſeruum.§. finali.ff.de legatis ſecundo.Vbi Bartol. ut mirandum quomodo potuerit Crotus ita ſcriptum relinquere , contra caſum l. Idem uolunt gloſſa & Doctores.in dicta l.mulier.§. finali. ff. ad Trebellianum. Ad idem textus in l.lex Falcidia.§.nunquam.ff. ad legem Ealcidiam.not.Bart.in l.j.columna finali uerſiculo Secundo caſu.infrà eodem.Idem habetur in l.quotiens.C.de hęredibus inſtituendis.not.Aretin.in capitulo in præſentia. de probationibus.Socin.in l.placet. columna ſecunda in ſecundo notabili.ff.de liberis & poſthumis. Nec obſtat , dũ textus in dicta l.mulier.§.finali. dicit , quòd Trebelliano locus non eſt, quia textus ſeipſum declarat ſcilicèt reſpectu detractionis quartæ Trebellianicæ,quam non detrahit fideicommiſſarius etiam uniuerſalis , & etiam non eſt locus Trebelliano reſpectu alterius effectus ipſius Trebelliani,ut talis legatarius cogi poſſit,ad agnoſcendum legatum ipſum uniuetſale,Non obſtat , alia inductio Croti, quòd ſicut talis legatarius quotæ hæreditatis non detrahit quartum , ita ut tranſire debent , in eum iura paſſiuè: quia etiam fideicommiſſarius uniuerſalis grauatus alii reſtituere quartum non detrahit.l.i.§.denique.ff.ad Trebellianum . & tameu non ob id deſinit eſſe fideicommiſſarius uniuerſalis & quo minus tranſeant in eum iura actiuè & & paſſiuè facta reſtitutione.l.reſtituta.ff. ad Trebellianũ.

79 Infertur † ex hoc ſecundo caſu , quòd ſi teſtator non inſtituit aliquem hæredem uniuerſalem, ſed uni legat dimidiam partem hæreditatis,& alii aliam dimidiam, ambo dicuntur hæredes uniuerſales. nam iſto caſu tota & uniuerſa

ſa hæreditas relicta eſt per uerbum lego,licèt duabus per ſonis.pro quo optimè facit,quod ſcribit Bartol.in l. ſi quis ſeruum.§.finali.ff. de legatis ſecundo. Vbi ſi teſtator legat partem bonorum uni & aliam partem alii, perinde eſt, ac ſi omnia bona uni legaſſet. Ideo tunc appellatione bonorum, ueniunt iura & actiones: licet ſecus ubi legatur pars tãtùm bonorum uni perſonæ. refert,& ſequitur Socinus in conſilio octuageſimoſecundo columna prima poſt medium libr.iiij.Quid autem ſi uni tantum legatur quota hæreditatis, an tale legatum trahi poſsit ad inſtitutionẽ, dico infra poſt ultimum caſum Croti. ¶ Tertius caſus
80 † Croti eſt quando teſtator inſtituit aliquem hæredem inſolidum & purè, deinde legat partem hæreditatis alii ſub conditione,tunc uerbum lego, importat directam hæredis inſtitutionem, & ſic iſte tertius caſus differt à ſecundo caſu Croti,in hoc quia in ſecundo caſu pars hæreditatis legatur pure,ſed in hoc tertio caſu ſub conditiones.Ratio diuerſitatis eſt ſecũdum Crotum: quia ubi pars hæreditatis legatur ſub conditione,illa adimitur hæredi uniuerſali ſub illa conditione: ergo ſub contraria conditione cenſetur data.l.aliquando.ff.de conditio.& demon.Bart.in leg. paterfamiliàs.ff.de hæred.inſtit.¶ Hic eſt aduertendum ad duo, contra Crotum, in iſta ratione diuerſitatis. Primo Crotus uult, quòd ubi pars hæreditatis adimitur hæredi ſub conditione,illa cenſeatur data ipſi hæredi ſub contraria conditione,ſed iſtud non uidetur uerum,quòd deficiente conditione cenſeatur data hæredi de nouo, imo cenſetur nõ adempta.quia ubi conditio deficit, perinde eſt ac ſi
81 actus conditionis nunquam eſſet factus, & quando † aliquid relinquitur ſub cõditione,non dicitur relictum conditione deficiente.l.j.in princi.ff.de regu. Catoniana. Similiter quando deficit conditio contractus,perinde eſt ac ſi contractus nunquam eſſet celebratus.l.pecuniam in uerſic.perinde eſt enim.ubi Pau.de Caſt.& doct.ff. ſi cer. pet. l.neceſſario.ff.de peri.& commo.rei uend.Iaſ. in conſ. 48. col.j.libr. iii. Itaque ſi illud legatum conditionale, parte hæreditatis nunquam eſſet factum, clarum eſt quòd hæres uniuerſalis haberet illam partem ex ſuo titulo inſtitu:

tionis: ergo idem conditione legati defecta. Solutio, intel ligi debet Crot. quòd legatum ademptum ſub conditione cenſetur datum ſub contraria conditione, ideſt, quod ab ip ſo initio inſtitutionis cenſetur datum hæredi, ſub illa con ditione contraria: quia licèt ſit inſtitutus purè, tamen in parte hæreditatis relicta alii ſub conditione cenſetur inſtitutus ſub contraria conditione. Sed tamen ex iſta decla ratione Croti, non infertur ad aliquam rationem diuerſita tis inter ſecundum & tertium caſum.¶ Secundo eſt aduertendum, quia Crotus, dum allegat d.l.cùm ex filio. ff. de uulgar. ad probationem huius tertii caſus neceſſario præſupponit, quòd uerbum lego, importet inſtitutionem, in perſona hæredis inſtituti, dum dicit quòd legatum ademptum hæredi ſub conditione cenſetur illi datum ſub contraria conditione. ſed iſtud ſtare non poteſt. quia quòd hęres habeat rem legatam, titulo inſtitutionis illud eſt, quia eius inſtitutio fuit uniuerſalis etiam quò ad legatum. & li cèt fuerit ademptum legatum ſub conditione: tamen ea deficiente inſtitutio firma manet quò ad omnia. & ſic uerbum lego nullo modo referri poteſt ad perſonam hæredis, etiam conditione deficiente. nec obſtat dict. l. aliquando. quia fateor, quòd ſub contraria conditione cenſe tur datum, non tamen ex nouo titulo, ita quòd mouetur ti tulus præcedens, quia eſſet abſurdum, quòd defectus conditionis importaret nouam diſpoſitionem. Et quòd iſtud ſit uerum probatur. Pone quòd alicui non ſit datum legatum: ſed quòd teſtator nulla præcedente datione adimat legatum ſub conditione: nunquid ea defecta inducatur da tio? certè non. quia inducta ad tollendum, operarentur dationem. l. cùm tale. §. final. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. l. legata inutiliter. ff. de legatis. ij. Et ſic non mediocriter equiuocauit Crotus, dum conſiderauit nouitatem tituli & ſenſus illius. l. aliquando, eſt quòd relictum quod erat purum efficitur conditionale: ſecundum gloſſ. ibi, non etiam quòd omnino deficiet ille titulus, alias ſequeretur unum impoſſibile & abſurdum, quòd defectus conditionis in ademptione tolleret dationem iam factã. Si autem uelis dicere, quòd Crotus intelligit illum textũ

impleta

impleta conditione, ut tunc habeatur pars hæreditatis titulo inſtitutionis:Dico quòd ita intelligendo, Crotus eſſet ſibiipſi contrarius : quia in ſecundo caſu uoluit, quòd ubi inſtituitur quis hæres inſolidùm & alii legatur pars hæreditatis,uerbum lego,non importat inſtitutionem : & tamen ſecundum talem intellectum importaret.nec dicatur quòd in iſto tertio caſu loquitur Crotus quando fit legatum ſub conditione : quia abſurdum eſſet, quòd legatum conditionale fortius operaretur quàm legatum purum. Ideo neſcio uidere quomodo Crotus uelit inducere ex præmiſſis illum textum, quòd uerbum lego, ibi importet inſtitutionem. ¶ Præterea ſecundo modo inducit Crotus dictam l.cùm ex filio. ad probandum, quòd ibi uerbũ lego,importat inſtitutionem: quia ibi dimidia hæreditatis adimitur hæredi inſtituto purè, & inſolidum, & transfertur in alium ſub conditione,cum uenerit ad ſuam tutelam: ergo cenſetur tranſlata cum iure hæreditario, cum quo erat penes hæredem inſolidum inſtitutum, cum fiat tranſlatio cum ſua qualitate.l.iii.in princip.ff.de fundo inſtructo.l.Gaio in princip.ubi Barto.ff.de adimen.lega. Et iſtam dicit Crotus eſſe nouam declarationem ad illũ tex. Sed aduerte, quia iſta ſecunda inductio aut declaratio uidetur peior priore. Etenim non ualet conſequentia transfertur res iure hæreditario : ergo directo & titulo inſtitutionis. nam in fideicommiſſarium transfertur res iure hæreditario,& tamen non iure directo.inſtitut.de fideicõmiſſar. hæreditab. per totum & ff. & C. ad Trebellian.

82 Nec obſtat † fundamentum Croti, quòd tranſlatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.quia illud uerum quando fit tranſlatio eodem iure, aut titulo quo erat apud alium.nam tunc cenſetur eſſe eodem iure,aut titulo, apud eum in quem fit tranſlatio : ſecus quando fit diuerſo iure aut diuerſo titulo.Ita in ſpecie declarat Pau. de Caſtro in conſil.137. Primum teſtamentum.in tertio dubio, libr. j. ſed in d. l. cum ex filio. fit tranſlatio partis hæreditatis in alium titulo legati,& ſic titulo diuerſo: ergo argui non poteſt,quòd uerbũ lego, in dicta l. importet inſtitutionem. Confirmatur iſta reſponſio ex alia regula & concluſione

83 quæ habet, † quòd tranſlatio legati, de uno in alium non cenſetur facta, cum ſuo onere, aut cum ſua qualitate, quando in ipſa tranſlatione adiicitur nouum aut ſpeciale onus, l.licèt Imperator.uerſicul.quid enim ſi aliam rem.ff. de lega.j.ubi Iaſon col.penult.in princip.& l.alumnæ.in princ. ff.de adimen.lega.Paul.de Caſtr.in conſi.140.Viſa reformatione.colum j.in fin.& in conſil.326.de primo quæſito in ſecundo dubio.lib.j.Sed in dict.l.cum ex filio.in traſlatione illius partis hæreditatis apponitur noua, & ſpecialis qualitas:quia facta eſt tranſlatio per uerbum lego. Prima autem datio per uerbum inſtituo, ergo &c. Ex quibus uidetis quæ nõ raro conentur moder.ſubtiles agere cõtra communes intellectus, ad inania reſpicientes. Ideo concludo contra Crotum, hic in hoc tertio caſu tenendo intellectum communem ad textum in dict. l. cum ex filio, quòd ibi uerbum lego, non importet inſtitutionem.¶ Circa quartum caſum Croti hic puto, quòd Crotus malè loquatur. Nam uult Crotus duo in hoc quarto caſu. Primum quòd in ca.Raynaldus. de teſtamen.legatum eſſet particulare.ſed contrarium ſuprà oſtendimus, quòd imo uerbum lego, ibi ſit adiectum uniuerſitati bonorum. quod patet: quia ſi imponitur pœna priuationis hæreditatis: ergo neceſſario præſupponitur, quod hæreditas eſſet relicta: cum priuatio præſupponat habitum.l.manumisſiones. ff.de iuſti.& iure.l.decem.ff.de uerborum obligatio.cum ſimilib. Secundo uult Crotus, quòd ex actu priuationis hæreditatis arguatur inſtitutio, ſed hoc non uidetur de iure, cum etiam legatarius partis hæreditatis priuari poſſit, & idem in fideicommiſſario, ut ſuprà oſtendimus circa intellectũ dicti capit.Raynaldus.& ipſemet Crotus ſuprà reprobat iſtum intellectum per l.hæreditas ad Statium.ff. de hæredib.inſtituen.Nec obſtat textus in l.illud.§.tractari. ff. de iure codicillorum. quia ille textus retorquetur cõtra Crotum. Nam textus ibi dubitat, an ex illis uerbis, Titium hæredem eſſe.uolo, adiectis in codicillis appareat de uoluntate teſtatoris, quòd uoluerit teſtari, non codicillari. & textus dicit, quòd non: quia poteſt dici relicta à Titio hæreditas per fideicommiſſum. Et uult textus, quòd tunc dicatur

catur teſtator uoluiſſe teſtari quando ulterius proceſsit legando à Titio & ei ſubſtituendo: quia ſi intentio ſua fuiſſet codicillari, non reliquiſſet legata à Titio, ſed ab hærede legitimo. ſimiliter non ſubſtituiſſet ipſi Titio, ſed hæredi legitimo. Quãto minus dicetur apparere de mente teſtatoris, quod noluerit inſtituere quandò utitur uerbo merè obliquo, ideſt, uerbo lego, adiecto bonis particularibus, licèt pœnam imponat priuationis hæreditatis. Præterea & planius reſpondeo ad textum in dict. §. tractari. Nam ibi colligitur mens diſponentis, quod uoluerit teſtari non codicillari ex duobus quæ neceſſario inferunt talem mentẽ teſtandi. nam qui codicillatur intendit, quod legata præſtentur ab hærede legitimo: ſed ibi uoluit præſtari ab hærede ſcripto. ſecundo in dicto §. tractari. datus eſt ſubſtitutus uulgaris, ex qua ſubſtitutione colligitur neceſſario animus teſtantis, quod noluit locum eſſe ſucceſſioni legitimè. ſed in caſu Croti nihil proponitur ex quo teſtandi animus arguatur. Rurſus quomodo poteſt teſtator pœnã priuationis hæreditatis imponere, ſi non hæreditatem, ſed bona particularia reliquit? Ex præmiſſis concludo contra Crotum circa contenta in hoc quarto caſu in omnibus & per omnia. Ideſt quod iſte quartus caſus de iure non procedat. Secundo, quod intellectus Croti ad dictum cap. Raynaldus. non ſit uerus. Tertio quod text. in dict. l. illud. §. tractari. ff. de iure codicillorum. non probet id ad quod allegatur per Crotum. ¶ Quintus caſus Crot. uidetur eluſorius & de indubitabili. nam cui dubium quod uerbum lego, in codicillis etiam adiectum uniuerſitati bonorum nõ importat inſtitutionem, cum idem ſit, ſi teſtator expreſsè inſtituat hæredem in codicillis, ex quo hæreditas in codicillis, directo dari non poteſt. l. ii. C. de iure codicillorum. cum ſimilib. ¶ Sed reſtat alius caſus non tactus per Crotũ, quando in teſtamento habente ſua ſolennia alicui legatur quota aut certa pars hereditatis, an in tali legatario habeat locum textus in l. prima. §. ſi ex fundo. ff. de hæredibus inſtituendis. ut ſit locus iure accreſcendi alio hærede non dato. Ego credo quod Crotus habuerit hunc caſum pro indubitato, quod uerbum lego, non trahatur ad inſtitutionem

tionem maximè attenta opinione Bartoli & ſequacium, quod non trahitur ad inſtitutionem, licet adiiciatur uniuerſitati bonorum.ſed ex alio uidetur non trahi ad inſtitutionem: quia tunc trahitur quando ita apparet de uoluntate diſponentis, quòd uoluerit teſtari ita quòd his cui legat, habeat totam hæreditatem. De qua uoluntate non uidetur poſſe apparere quando non relinquitur tota hæreditas. quia in eo quod non relinquitur, uidetur habita ratio ſucceſsionis ab inteſtato.pro hoc quod ſcribit Rippa in l. Centurio. numero centeſimoquinquageſimoſexto, ff. de uulgari.ubi,quòd ſubſtitutus in certa quota per uerba cõmunia non admittitur ad totum. quia ex quo ſolum fuit ſubſtitutus in parte,apparet quod noluit teſtator eum eſſe hæredem, ſed potius legatarium aut fideicommiſſarium. Si autem poſſet apparere de uoluntate teſtatoris, quòd uoluerit talem legatarium in quota eſſe hæredem: tunc inſolidum eſſet hæres. cum non poſſit eſſe hæres pro parte tãtum alio cohærede non dato.dicta l.j. §. ſi ex fundo. ff. de hæredibus inſtituendis. Sed dicet aliquis quomodo poterit apparere, quòd uoluerit talem legatarium eſſe hæredẽ non aſſignata ei tota hæreditate? Reſpondeo,quòd poterit apparere,ſi dixerit, quòd uoluit eius diſpoſitionem ualere in uim teſtamenti, & habeat ſolennia teſtamenti: ut in l.quærebatur.ff.de teſtamento militis.Nam quando cõſtat de mente diſponentis,uerba improprientur.l.non aliter.ff.de legatis iii.l. quoniam indignum. C. de teſtamentis.l.ii.C.communia de legatis.l.Proculus.ff.de uſufructu. l.non dubium.C.de lega.l. librorum. §. quod tamen Caſſius.ff.de legat. tertio. Intellige tamen prædicta, ut ſuprà numero quinquageſimoquarto.¶ Circa queſtionem Croti hic in qua dicit ſe conſuluiſſe in partibus Germanię quãdo teſtator inſtituit duos propinquos in certis rebus, uxori autem legauit omnia bona ſua mobilia & immobilia,ad quos pertineat ius patronatus, quòd ſolum tranſit cum uniuerſitate.d.c.ex literis.de iur.patro.& concludit,quod ſpectat ad propinquos inſtitutos in certis rebus: quia eorum inſtitutio trahitur ad uniuerſum, ex quo nullus alius reperitur hæres uniuerſaliter inſtitutus. nec poteſt dici

quod

quod uxor fuerit inſtituta hæres. quia uerbum lego, non fuit adiectum uniuerſitati bonorum. ſed ſolum bonis mobilibus & immobilibus & ſic bonis particularibus. In hac q. aduertendum eſt ad plura Et primo Crotus uult, quod ſi uxor fuiſſet inſtituta hæres uniuerſalis, ius patronatus ad eam pertineret excluſis propinquis teſtatoris particula
85 riter inſtitutis. † quia ius patronatus tranſit cum uniuerſitate ad hæredes extraneos. Sed iſtud dictum Croti ita ſimpliciter præſuppoſitum non eſt uerum. quia ius patronatus tunc tranſit ad hæredes extraneos, quando deficiunt poſteri aut illi de ſanguine teſtatoris. c. filiis ac nepotibus c. conſiderandum & c. ſi plures hæredes. 16. q. 7. c. j. & ij. de iure patron. clemen. ii. eodem tit. Geminia. in conſ. 32. col. j. poſt med. Ideo quando ſunt plures qui uocantur de iure ad ius patronatus, non poteſt teſtator uni ex eis ſolum adiudicare ipſum ius patronatus. Archidia. in c. præſens. in princ. 20. q. iii. Deci. in conſil. 149. col. j. circa med. Quod
86 tamen † dicit Geminianus poſteros per prius admitti ad ius patronatus, intelligo dummodo ſint hæredes patroni. quia licèt aliquid competat filiis, intelligitur dummodo filii ſint hæredes in his quæ ſunt tranſitoria ad hæredes extraneos. Bart. & Alex. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. & in l. Gallus. §. j. ff. de liber. & poſthu. Deci. in d. conſi. 149. col. j. Add. Bal. in conſ. 112. Queritur qui intelligantur. colum. j. & in conſi. 337. Imprimis uidendum eſt. in ſi. lib. j. Alex. in conſi. 129. lib. v. ¶ Sed hic quæritus tu dicis quod in iu-
87 re patronatus filius non admittitur † niſi ſit hæres, licèt fuerit quæſitum pro ſe & filiis, ex quo eſt tranſitorium ad hæredes extraneos: quid ſi filius ſit inſtitutus in re certa aut minima, an admittetur? Barto. in conſi. 55. Dominus amatus. decidit, quod ſic per text. in l. & ſi ex modica. ff. de oper. libert. Et idem Bar. in conſil. 60. Quæſtio iſta col. ii. Alex. in cõſi. 128. col. fin. libr. iii. conſil. 8. col. j. lib. iii. Curti. ſenior in conſil. penu. col. v. circa fin. Et in iure patronatus tradit Frederic. de ſenis, in conſil. 225. Si opinio.
88 ¶ Quæro etiam † ad maiorem declarationem quando ſunt plures filii inequaliter inſtituti, an admittentur ad ius patronatus pro portionibus hæreditatis aut æqualiter,

Salicet.

Salicet. in l. liberti liberteque. C. de operis libertor. uult quod ubi filius non admittitur niſi ſit hæres, admittatur pro portionibus hæreditariis. Idem uidetur uelle Bald. ibi puta in emphyteuſi quam pater ſtipulatus eſt pro ſe & filiis. Sequitur Corn. in conſilio. 131. columna fina.lib.ij.latius idem Corneus in conſil.13.columna. iiij. libr.iij.ubi allegat Bald.in dict.l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pactis.Angel. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liberis & poſthum. Sed contrarium uidetur de iure uerius quod imò ueniant filij æqualiter: ut uoluit Bartolus in l.ut iuſiurandi. §.ſi liberi.ff.de operis liberto.& in dict.conſ.55.Dominus Amatus.Imol. in cap. potuit extra locati. Sequitur Corne. ſibi contrarius in conſi.219.column.viij.uerſicu. nec etiam ob ſtat.lib.ij.Addo Bartolum in conſil. 60. Quæſtio iſta.col. ij.Alexander in conſi.viij.col.j.lib.iij.Eandem opinionem tenet idem Corneus in conſil.263.lib.j.dummodo ſit facta menio etiam de filijs hæredibus,non de hæredibus tantū. quæ tamen diſtinctio Cornei mihi non placet. ¶ Sed aduertendum circa iſtas duas quæſtiones & quidem circa primam,quod ubi aliquid competit filio ut hæredi, quod admittitur filius, licèt ſit hæres particularis aut in re certa.
89 nam quando † ſumus in materia tranſitoria ad hæredes extraneos iſtud non uidetur procedere. quia tunc uerbū hæres. intelligitur propriè pro hærede uniuerſali, non pro hærede particulari, qui propriè dicitur hęres & habetur ut legatarius.ita declarat Alexander in dict.conſi.128. colu.fin.lib.j. Sed ius patronatus eſt trāſitoriū ad hæredes extraneos,ut ſuprà dictum eſt.ergo non uidetur competere inſtituto in re certa. Solutio argumentum procederet quando aliquid ſimpliciter & abſolutè eſt tranſitorium ad hæredes extraneos. Sed ius patronatus non uidetur eiuſmodi niſi in defectum hæredum ſanguinis, ut ſuprà dictum eſt allegando Geminianum in dict.conſil. 32. colum. j. poſt medium. ¶Secundò eſt aduertendum circa primam quæſtionem: quia etiam in materia non tranſitoria ad hęredes extraneos, prout eſt feudum, uerbum hæres, uidetur intelligendum de hęrede uniuerſali non particulari:ut per Alexandrum ſibi cōtrarium in l.quædam.§.nihil.ff.de edendo.

edendo.ubi loquitur in emphyteuſi eccleſiaſtica,quæ ſecũ dum eum non tranſit ad hæredes extraneos. Et idem tradit Alexander in conſi.124.colum.ij. circa fi. libr. v. addo Baldum in conſil.455.Primo conſiderandum.libr. iij. Ancharanus in conſil.319. Themate præſuppoſito. Eandem opinionem tenet Iaſon in conſi.157. colum. iiij. in fin.lib. iiij.ubi ſequitur Alexan. in dict. conſil. 124. & dicit Iaſon quòd opinio Bartol.contraria in dict.l. ut iuriſiurandi.§.ſi liberi.magis communiter damnatur. Sed non uidetur recedendum à prima opinione,quæ uidetur communis.Et quã tenet Dec.in conſil.208.circa finem.Addo Calderin.in cõſil.13. in titu. de locat. dum ſe remittit ad Spec.in titu.de loca.§. nunc aliqua. ¶ Similiter aduertendum eſt circa ſecundam quæſtionem dum dictum eſt, quod ubi aliquid acquiritur filijs ut hæredibus, licèt oporteat filios eſſe hæredes: tamen ueniunt æqualiter non proportionibus hæreditarijs. nam iſtud non uidetur procedere in materia tranſitoria ad hæredes ſimpliciter & abſolutè,& in hoc non eſt dubium.Sed dubium uidetur in materia non tranſitoria ad hæredes extraneos,ut in feudo. In qua opinione teneo opinionem Bartol.in dict.§.ſi liberi.& in dict.conſil. 55.& 60.

90 ¶ Secundò principaliter † colligitur ex dictis Croti hic in dicta quæſtione quòd bona acquiſita à teſtatore poſt teſtamentum ueniunt in inſtitutione,per l. ſancimus. C. de teſtament.ubi Paulus de Caſtr.reputat illum textum ſingul. ad hoc.Qui text.optimè probat, dum dicitur, quòd teſtamentum non mutatur ex ſolo curſu temporis, licèt teſtator ſuperuixerit multo tempore: ergo trahitur ad omnia bona etiam quæſita poſt teſtamentum. quia aliàs non ualeret ut teſtamentum, cùm nemo decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. l. ius noſtrum.ff. de regulis iu-

91 ris. † Ampliatur iſta concluſio ut procedat non ſolùm in inſtituuione. Sed etiam in ſubſtitutione. ita Bald.in conſ. 196.Super eo quod quæritur.columnn.finà.lib. iiij. mouetur Baldi ratione. quia in diſpoſitione uniuerſali ueniunt

92 futura.l.Lucius.ff.de fundo inſtruct.¶ Ampliatur † ſecundò iſta concluſio ut procedat non ſolùm in inſtitutione & ſubſtitutione ſed etiam in legato uniuerſali in quo ueniũt futura

futura.ita probat textus in dict.l.penult.ubi gloſ. ff.de fun do inſtruct.qui textus loquitur quando legatur fundus uti inſtructus eſt, & ſic cum omnibus ipſius fundi iuribus aut inſtrumentis.Et glo. in dict.l.penulti.ad hoc citat Iaſon in l.cùm quid col.penult.poſt medium.ff.ſi certum pet. ubi, quòd in legatis uniuerſalibus inſpicitur tempus mortis te ſtatoris, in particularibus autem inſpicitur tempus teſtamenti. Sed ultra Iaſonem addo text. cum gloſſ. in l. quotiens.§.fin.ff.de uſufru.ubi quando legatur uſusfructus om nium bonorum,debetur etiam uſusfructus bonorum futurorum. Ad idem textus in l.nam quod.§.fin.cum duabus legibus ſequentib.ff.ad Trebellianum. ubi, quod paria ſunt an quis grauetur reſtituere hæreditatem uel peculium,pecuniam,patrimonium uel uniuerſam rem ſuam, uel omnia bona ſua. quia ſemper dicitur fideicommiſſum uniuerſale. ergo ſicut hæreditas comprehendit futura, ita etiam ſi aliàs uniuerſaliter quis diſponat de bonis ſuis. quæ iura ad hoc citat Bartolus in l.ſi ita,colum.penulti.ff.de auro & argent.lega. Sed contra dictá in ampliatione uidetur text.in l.final.§.j. ff. de lega.ij.ubi fideicommiſſum factum uerbis uniuerſalibus non comprehendit ius de futuro. quem textum ad hoc citat Crotus hic.colum.v. & in quæſtione prædicta. Ad illum textum reſpondet Socinus in l.j.in principio.ff.de legat j.quòd ibi dictio uniuerſalis, reſpicit res legatus aut conceſſas. quæ ſolucio uidetur ridicula.quia doctores quando quærunt an legatum factum uerbis uniuer ſalibus comprehendat futura, clarè loquuntur quando di ctio uniuerſalis reſpicit ipſas res. Ob id Crotus in l. j.co lum.j.infrà eodem.dicit, quod Socinus loquitur in hoc ſine lege,& quod de opinione Soc. curandum non eſt. Ideo

93 † uera ſolutio datur ad dict.l.final.§. j. quod ibi dictio uni uerſalis erat reſtricta ad tempus præſens,ut patet in uerbo communes,ſunt. Et ita ibi declarat gloſſ. in uerſic. communes. Bartolus in dict.l.ſi ita.colum.penulti. ff. de auro & argen.lega.Capra in conſil.45.columnn.j.in fin. & columnn.ij. in fin. ¶ Tertio principaliter aduertendum eſt circa dicta Croti.hic in memorata quæſtione,dum dicit.quod legatú factum uxori de omnibus bonis mobilibus & immobilibus

bus non comprehendit futura: nam iſtud uidetur contra proximè dicta, cùm factum ſit legatum per uerba uniuerſalia ſine aliqua reſtrictione aut limitatione ad tempus præſens. Conſiderabam ſi dici poſſet, quod tunc legatum factum uerbis uniuerſalibus trahitur ad futura quando uniuerſalitas reſpicit omnia bona: puta ſi relinquantur omnia bona uel hæreditas, patrimonium, res aut pecunia. Secus ubi adijcitur uniuerſalitas bonis particularibus prout in caſu Croti quando relinquuntur omnia bona mobilia & immobilia. Sed tamen iſta conſideratio uidetur contra textum in dict.l.penultim.ff. de fundo inſtruct. ubi textus loquitur in legato fundi inſtructi, & ſic rei particularis. Et tamen ueniunt inſtrumenta futura, niſi dicas quod in dict. l. penultim. inſtrumenta futura ueniunt per modum acceſ-
94 ſionis ad ipſum fundum. † nam diſpoſitio facta per uerba præſentis temporis trahitur ad futura, quæ acceſſoriè ueniunt. l. Aurelius. §. legatum. & l. final. §. finali. ff. de liberatione legata. Paulus de Caſtro in l. damni infecti ſtipulatio. §. ſi is qui uicinas. in fine. per illum textum. ff. de damno infecto. Curtius ſenior in conſilio quinquageſimoſeptimo. colum. vj. in fin. Ad idem adduco rotam deciſione 872. In eccleſia. in antiquis. ubi ius patronatus competens prælato in eccleſia, extenditur ad capellanias poſteà fundatas in ipſa eccleſia tanquam acceſſorias. Ideo ſicut præſentatio eccleſiæ pertinet ad prælatum. Ita & pręſentatio capel-
95 laniarum. ¶ Ex præmiſsis † concluditur ſecundum Crotum hic, quod ubi dictio uniuerſalis adijcitur bonis particularibus, non ueniunt futura, quod etiam uoluit Bartolus in dict. l. ſi ita. colum. penult. ff. de auro & argen. legat. Et hoc modo poſſet ſaluari quod dicit Socinus in dict. l. j. in princip. ff. de leg. j. quod ubi dictio uniuerſalis reſpicit res legatas, non ueniunt futuræ ut intellexerit Socin. quando adijcitur dictio uniuerſalis rebus legatis in ſpecie aut particulariter, non generaliter aut uniuerſaliter. Sed tamē ſaluari Socin. non poteſt generaliter: quia uoluit, quod ſi legentur res mobiles per omnia ueniant futuræ. quod uerum
96 de iure non uidetur. Iſtud † tamen non procederet in contractibus in quibus diſpoſitio uniuerſalis non refertur ad

futura.

futura.Ideo ſi quis donet omnia bona ſua,non ueniunt futura.Barto. & doctor. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de uerbo.obligatio.& in l.fina.C. de pact. Quod procedit licèt fiat donatio eccleſiæ.Panormita.in conſil. 102.colum. iij. circa princip. lib. ij. Ratio diuerſitatis inter contractus & ultimas uoluntates: eſt quia in contractibus ſtrictior fit interpretatio quàm in ultimis uoluntatibus.c.cum dilecti.in fin.de donatio. Alia etiam ratio diuerſitatis reddi poteſt. quia ſi inter uiuos uenirent futura, actus non ualeret. quia uidetur diſpoſitio contra bonos mores auferēs liberam facultatem teſtandi. dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta.ſecùs in ultima uolūtate, quæ ad libitum poteſt
97 reuocari. Ideò † ualet donatio cauſa mortis de omnibus præſentibus & futuris ſine reſeruatione, quia poteſt reuocari: ut habetur per doctores.in dict.l.fina.C. de pact.Baldus in conſil.354.Ad euidētiam præmittendum eſt, quòd primum teſtamentum.column.ij. lib.v. Ideò hæreditas donari poteſt cauſa mortis. Decius in l.licèt.column. penul. C.de pact.quod tamen Decij dictum non firmo.Tertia & planior ratio diuerſitatis oſtenditur. quia in contractibus agitur de maiori præiudicio cùm reuocari non poſſint. l.ſicut. C. de actionib. & obligatio. Sed ultima uoluntas poteſt ad libitum reuocari. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff.de lega.iij.toto titu.ff.de adimen.leg.¶ Quartò principaliter aduertēdum circa dicta Croti in hac quæſtione,quod ſufficit quem eſſe hæredem uniuerſalem habitu, licèt non actu. Et ſic uult Crotus quòd licèt hæredi inſtitutio in re certa nihil poſſit accreſcere de tempore teſtamenti: quia alia bona ſint diſtributa: ſatis tamen eſt,quòd habitu poſſit accreſcere. uult igitur quòd actu non dicatur ita inſtitutus hæres uniuerſalis.Sed cōſidero contra Crotum quòd imò etiam actu dicitur hæres uniuerſalis. nam licèt teſtator faciat multa legata, ex hoc non fit quominùs dicatur inſtitutus hæres uniuerſalis.quia hæreditas refertur ad intellectum iuris non ad corpora hereditaria.l.hæreditas.ff. de petitio.hæredita.finge,quòd teſtator ſolùm habeat unū fundum in hæreditate,& inſtituat plures hæredes uniuerſales,ex hoc quòd aliud non accreſcat ipſis hæredibus,non minus

minùs dicuntur eſſe hæredes uniuerſales. ¶ Quintò uult Crotus in hac quæſtione, quòd mulier cui teſtator reliquit bona mobilia & immobilia, dicitur legataria non hæres uniuerſalis. quia uerbũ relinquo, aut uerbũ lego, fuit adiectum rebus particularibus non uniuerſitati bonorum quia
98 appellatione † bonorum mobilium & immobilium non ueniunt nomina debitorum, iura aut actiones. l. Caius. in princip. ff. de lega. ij. l. ſi mihi Mæuia. §. final. ff. de lega. iij. Addo tex. in l. quam Tuberonis. §. penulti. ff. de pecul. & in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ubi Iaſon in quartò notab. ff. de re iudic. Incorporalia enim prout ſunt iura & actiones, non dicuntur propriè mobilia nec immobilia. Baldus in c. fin. de cognitio. feudi, Lappus allega. 91. in fine. Alexand. in conſil. 52. colum. ij. poſt medium. libro j. Ampliatur præmiſſa concluſio ut procedat non ſolùm quando uerbum relinquo, aut lego, adijcitur bonis mobilibus & immobilibus ut importet relictum particulare: ſed etiam ſi adijciatur uerbum merè directum: ut quia inſtituatur quis in bonis mobilimus & immobilibus. nam talis inſtitutus habetur loco legatarij tanquàm inſtitutus in bonis particulari bus, aut in re certa, non in parte aut quia hæreditatis. Alexander. in conſil. 45. colum. iiij. ante medium. lib. j. Idẽ ni ſubſtituto in bonis mobilibus & immobilibus. nam dici tur ſubſtitutus in re certa. Ideò talis ſubſtitutio facta per uerba communia non trahitur ad directam. Bartol. in l. Cẽ turio. in tertia quæſtione principali. ff. de uulga. ſequitur Alexand. in l. j. in princip. col. iij. circa medium. ff. de uulga. Iaſon in dict. l. à diuo Pio. §. in uenditione. in quarto notab. ff. de re iudic. Et generaliter uerum eſt, quòd diſpoſitio facta de bonis mobilibus & immobilibus non dicitur facta de uniuerſo. quia non comprehendit iura & actio-
99 nes. Alexander in conſi. ix. col. fi. lib j. ¶ Vtilitas, † an diſpoſitio facta de bonis mobilibus & immobilibus dicatur particularis uel uniuerſalis multiplex colligitur. Prima habetur ex dictis Croti in hac quæſtione: quia uerbum relinquo, aut uerbum lego, adiectum talibus bonis non importat inſtitutionem: ſimiliter uerbum ſubſtituo, aut aliud uerbum commune adiectum bonis mobilibus & immobi-

libus non importat ſubſtitutionem directam,ubi alias importaret: ſed legatum ſignificat aut fideicommiſſum par-
100 ticulare.¶ Secunda utilitas: † quia ubi donat quis aut aliter alienat bona mobilia & immobilia uel medietatem bonorum mobilium & immobilium de talibus bonis non detrahitur æs alienum.Vbi aliàs detraheretur.l.ſubſignatum. §.bona.ff.de uerb.ſigni.ita Alexan.in conſi.45. colum.iiij. poſt princip.lib.j.& clarius in conſil.12.colum. iiij.libr.ij. Capra in conſil. 132. Ratio eſt: quia æs alienum reſpicit uniuerſum patrimonium,non res certas aût particulares.l. tractatum.ff.de iudi.l.ex facto la grand.ff.de hæred.inſti.l. fin.ubi Barto.ff.de uſufruct. legat.ita Alexand. in dicto cõ
101 ſil.12. colum. ij. lib. ij. ¶ Tertia utilitas, † nam donatio omnium bonorum præſentium & futurorũ non ualet,quia aufert liberam facultatem teſtandi.l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obligatio. Et tamen ualebit donatio omnium bonorum mobilium & immobilium præſentium & futurorum: quia non dicitur facta de omnibus bonis cũ nõ comprehẽdat iura & actiones.ita Iaſ.in d.l.à diuo Pio. §.in uenditione. in quarto notab. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.Guid.Papæ q.291. Dec.in conſi. 237.Cir
102 ca principium. Præmiſſa concluſio, † quod diſpoſitio facta de bonis mobilibus & immobilibus non dicitur facta de uniuerſo nec comprehendit iura & actiones non procedit quando ſolum eſſet facta diſpoſitio de bonis mobilibus & immobilibus ita, quod neceſſe eſſet applicare iura & actiones aut bonis mobilibus aut immobilibus: puta in terminis l quotiens.§.ſi duo.ff. de hæredib.inſti. Si teſtator inſtituit unum in bonis mobilibus, alterum in immobilibus non dato cohærede uniuerſali. nam iſta inſtitutio particularis trahitur ad uniuerſum, & ſic etiam ad iura & actiones. Sed punctus eſt uidere quibus bonis æquiparentur iura & actiones.Dicendum eſt, quod applicabuntur bonis mobilibus aut immobilibus,prout ſunt res contentæ in ipſis iuribus nam ſi actio competit ad rem mobilem iudicabitur ut res mobilis, ſi ad rem immobilem iudicabitur vt immobilis. Ideo inſtitutus in bonis mobilibus habebit actiones competentes ad res mobiles. Inſtitutus uerò in bonis

bonis immobilimus conſequetur actiones competẽtes ad res immobiles. ita Guliel. de Cuneo in l. hinc quæritur. §.poteſt.ff.de pecul.ſequitur Alexan.in conſ.111. column. penulti. libr. iiij. Vbi loquuntur quando ſtatutum dicit, quod proximiores ex parte patris ſuccedant in bonis immobilibus: proximiores autem ex parte matris in bonis mobilibus.Similiter lex aut ſtatutum dicit, quod bona minoris non posſint alienari ſine certa ſolennitate: de nominibus autem debitorum nihil dicit, nunquid minor poterit cedere actiones ſine illa ſolennitate? Nam iſto caſu neceſſe eſt applicare iura & actiones aut bonis mobilibus aut immobilibus. Dic, quod ſi actio competit ad rem immobilem,neceſſaria erit ſolennitas,aliàs ſecus. ita gloſſ. & Docto.in l.i.C.ſi aduerſus trãſactionem.Bartol.in l.poteſt. ff.de authoritate tutorum.& in l.mouentium.ff. de uerborum ſignificatione.Bald. in conſilio quatercenteſimouigeſimotertio.Andreas libro tertio. Alexand. in conſilio decimoſexto ante finem libro primo.in conſilio quadrageſimo
103 nono circa princip.liib. iii. ¶ Sexto uult † Crotus in hac quæſtione, quod ad hoc ut diſpoſitio dicatur uniuerſalis ſeu facta de uniuerſo,non ſufficit, quod ſit uniuerſalis quo ad uerba, ſed oportet ut ſit uniuerſalis quo ad rem. quia ſiat diſpoſitio de tali re, quæ ſignificet uniuerſitatem: puta de peculio, patrimonio, hæreditate, caſtro aut uilla. allegat Innocen. in capitulo ex literis. de iure patro. Sed aduertendum quia iſta concluſio ita ruditer intellecta in errorem adduceret.nam imò uidetur ſufficere,quod diſpoſitio ſit uniuerſalis quo ad uerba, licèt non exprimatur res quæ ſola abſque alia expresſione uerborum ſignificet uniuerſitatem: puta quando ſit inſtitutio in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus præſentibus & futuris.nam hic nulla exprimitur res,quæ ſola uniuerſitatem ſignificet.Et tamen nemini dubium, quòd facta dicitur diſpoſitio de uniuerſo: ut in terminis declarat Corn.in conſil.289.colum.iij. in fin.uerſicu.nec ratio ſuadet lib.iiij.Iam genus dicitur quid uniuerſale comprehendens ſuas ſpecies ſine alia expresſione. Et tamen expresſio omnium ſpecierum non impedit quominus ipſum uniuer-

ſum dicatur expreſſum. Itaque quod dicit Crotus neceſſe eſſe rem exprimi, quæ ſine ſi alia expresſione uniuerſitatem ſignificet, ut habita dicatur diſpoſitio de uniuerſitate bonorum: ſanè uidetur intelligendum habito reſpectu ad expresſionem bonorum particularium. Secus ſi omnia bona ſingulariter & in ſpecie exprimantur, quæ ſub ipſa re cõtinebantur. Ita quod expresſio ipſius rei ſimpliciter & abſolute non uidetur neceſſaria. ¶ Succesſiue hic quæri-
104 tur † de diffinitione legati unam ponit text. in l. legatum.iij.in prin.ff. de leg.j.Et dum gloſſ.laborat in expoſitione illius uerbi deliberato, melior uidetur expoſitio ut capiatur uerbum deliberatio, pro diſtributione ſeu collatione, à quo uerbo Galli uulgare illud uidentur mutuati *deliurer, il a deliurè une grant ſomme dargent*. Sed aliqui libri habent delibatio non deliberatio, & quidem melius. quia ſtante uerbo deliberatio, ſequeretur, quod per legata tota hæreditas exhauſta fieret: nec per legata delibera tur aut expeditur hæreditas, ſed eius ualor diminuitur. Secundam diffinitionem ponit tex.in l.legatum eſt.ff.de leg. ii.quod legatum eſt donatio quædam teſtamento relicta quam eandem diffinitionem poſuit Imperator in §. i. inſtitu.de legatis. Tertia diffinitio ponitur inſtitu. de lega.§.i. quod eſt donatio quædam à defuncto relicta ab hærede. præſtanda, ſuper quibus deſcriptionibus non inſiſto ¶ Iuxi
105 ta quam diffinitionem quæritur † an legatum aut fideicommiſſum dicatur propriè donatio. Vtilitas huius quæſtionis multiplex proponitur. Prima ſi in aliqua diſpoſitione fiat mentio de donatione ſimpliciter, an ueniat legatum: puta in ſtatuto requirente certam ſolennitatem in donatione, uel quod de donatione ſoluatur gabella. Secunda conſecutiua præcedentis, nam ſi uenit legatum, illa erit reuocabilis: ſecus ſi intelligatur de donatione ſolùm inter uiuos, quæ dicitur irreuocabilis. ¶ Tertia utilitas ſi appellatione donationis uenit legatum illa non uitiabitur pro-
106 pter abſentiam donatarij: † quia in ultima uoluntate acquiritur abſenti.l.cùm pater, §.ſurdo.ff.de legat.ii.Secus ſi ſolum ueniat donatio inter uiuos, quæ abſenti facta nõ ualet, non interueniente nuntio.uel epiſtola.l. abſenti. ff. de dona.

dona. l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. uel niſi interueniat traditio.l.nec ambigi.C. de donat. Quod procedit etiam in donatione cauſa mortis, quæ abſenti fieri non poteſt. l. inter mortis.ff.de donat.cauſ.mort.glo. in l. illud C. de ſacroſanct.eccle.& in l.j.C.de donatio.cauſ.mort.Roman.in conſi.171.Pro deciſione.colum.iij.& in conſil. 513. Ratio diuerſitatis inter ultimam uoluntatem & contractum.quia ultima uoluntas habet uim legis, & fortiùs agit. §. diſponat.in authentic.de nupt. ideò in ultima uoluntatē abſen-
107 ti acquiritur. † Sicut etiam ex diſpoſitione legis acquiritur abſenti. commoda enim quæ acquiruntur ex diſpoſitione legis,non requirunt partis præſentiam. Angel.in cõſil.81.colum.j.poſt medium.uerſic.tertio,ex natura diſpoſitionis.Anchara.in conſilio 97.colum.j. poſt medium.Cõtractus autem non habet uim legis, nimirùm ſi ex contra-
108 ctu abſenti non quæritur. ¶ In hac quæſtione † datur concluſio,quòd appellatione donationis propriè & ſtrictè non uenit legatum aut fideicommiſſum.Probatur concluſio primo per tex.in l.j.in prin. ff. de donat. Vbi, quòd hæc propriè donatio appellatur, quando dat quis ea mente ut ſtatim uelit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti. & ꝓpter nullam aliam cauſam facit, quàm ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Sed legatum non eſt eiuſmodi, quia non datur ut ſtatim fiat legatarij, ſed demùm teſtatore mortuo,cùm fiat ab hærede præſtatio legati: ut probatur ex uerbis diffinitionis ab hærede præſtanda.Rurſus nõ fit legatum ex cauſa merè liberalitatis ita, quòd non moueatur teſtator ad legandum ob aliam cauſam, quàm liberalitatis. Imò cauſa potiſſima legãdi eſt cogitatio mortis. qua ceſſante ceſſaret & legatum.Et donat teſtator quæ retinere non poteſt. ¶ Secundo, quòd legatum non dicatur
109 donatio propriè probatur. † nam appellatione donationis non uenit donatio cauſa mortis.l.filiusfamiliàs. §.pen. ff.de donatio.ubi ſi cui permittitur donare, non poterit donare cauſa mortis, niſi in ſpecie iddicatur. Et quod per illum tex.dicit Bald.in c.j.colum. vj.uerſi. quid ſi uaſallo.de prohi.alien.feud.per Frederic. Vbi ſi dominus directus cõcedit uaſallo poteſtatem donandi feudum, non uenit dona

tio cauſa mortis, niſi in ſpecie dictum ſit. Sequitur Socin. in conſil. 19. column. v. libr. j. Similiter quando filius donat cauſa mortis, non ſufficit, quòd pater conſentiat ut filius donet, ſed oportet præſtari conſenſum in ſpecie, ut donet cauſa mortis. Roman. in conſil. 512. in princip. Guido Papæ quæſtion. 213. Socin. in l. j. §. fuit quæſitum column. iiij. in fine uerſic. & tamen uidemus, quòd per generalem. ff. ad Trebellianum. Et quòd appellatione donationis non ueniat donatio cauſa mortis, patet ex diuerſitate titulorum. nam materia donationis cauſa mortis tractatur ſeparatim à titulo de donationibus: ergo arguitur diuerſas eſſe donationem ſimpliciter & donationem cauſa mortis, ex quo ponuntur in titulis ſeparatis. Et ita arguit Corn. in conſil. 107. columna ſecunda libro quarto. Idem quòd donatio cauſa mortis non ueniat appellatione donationis tradit Decius in l. ſi tibi pecuniam. in ſecundo notabil. ff. ſi cert. pet. Si appellatione donationis non uenit donatio cauſa mortis, multò minus ueniet legatum, quod nomen proprium donationis non habet ſicut donatio cauſa mortis.

¶ Tertiò, quòd appellatione donationis legatum propriè
110 non ueniet probatur, legatum † in effectu donatio dicitur cauſa mortis. l. illud. in prin. ff. de donation. cauſ. mort. l. i. ff. ſi quid in fraud. patro. l. fin. C. de donatio. cauſ. mort. in quibus iuribus dicitur, quòd legatum æquiparatur donationi cauſa mortis. non tamen intelligo, quòd æquiparentur per omnia, cùm ſint multæ differentiæ: ut habetur in l. ii. ff. de legat. i. Sed æquiparantur quoad reuocationem & reſpectu effectus collati poſt mortem, & reſpectu poteſtatis ſubſtituendi: ut habetur in l. vt hæredibus. ff. de leg. ii. ſed donatio cauſa mortis, non uenit appellatione donationis propriè & ſimpliciter, ergo nec legatũ. ¶ Quarto, quod legatum non dicatur donatio propriè adduco, quod ſcribit Angel. in conſilio trecenteſimooctuageſimotertio. Statu-
111 to Piſtorienſi. in fine. Vbi, † quod etiam donatio inter uiuos quæ fit ob cauſam mortis, non dicitur donatio propriè quia propria donatio dicitur, quæ fit ob cauſam ſolius liberalitatis. Ideò licèt fiat donatio inter uiuos & irreuocabilis. Tamen cùm non fiat ob ſolam liberalitatem ſed pro

pter

pter cauſam mortis,non dicitur donatio propriè. Ideò ſtatutum loquens de donatione ſimpliciter,non habebit locũ in tali donatione ĩter uiuos q̃ fit ob cãm mortis ſcd̃m Angel.Sed dubium uidetur iſtud dictum Angel.quia eo attento ſequeretur,quod nulla quodammodo donatio dici poſſet inter uiuos propriè. nam ad exercendum liberalitatem ſemper mouetur quis ex aliqua cauſa:puta uel propter coniunctionem ſanguinis, uel ratione agnationis,uel propter affectionem in donatarium.Ideo ſemper dici poſſet ſola liberalitas non fuit in cauſa donandi: ergo non dicitur donatio propriè,quod abſurdum uidetur. Ideo dummodo donatio fiat inter uiuos ſimpliciter ſine aliquo modo aut onere & irreuocabiliter, nihil obſtant cauſæ ex quibus mouetur donans ad ita donandum. Pro hoc contra Angelum adduco,

112 † quod ſcribit Oldradus in conſilio quinto.Titius. ubi quando quis donat ſpõtè ex certa ſcientia purè liberè ſimpliciter & inter uiuos,non dicitur donatio ob cauſam, licèt dicat ſe donare ob grata ſeruitia & ex cauſa remunerationis: quia non curamus de cauſa impulſiua, ideſt,ex qua cauſa motus quis aut impulſus fuerit ad donãdum ſimpliciter & inter uiuos,modò ita donauerit. quod Oldradi dictum ſequitur Alexander in conſilio decimoquarto col. j.libr.j.Socin.in conſil.quinquageſimotertio col.ij.lib.j.Eodem modo ſatis eſt, quòd donet quis ſimpliciter & inter uiuos, licèt ad ita donandum impellatur cogitatione mortis. Nam ſatis eſt, quòd contineat donatio meram liberalitatem, quòd ſit irreuocabilis etiam ante mortem.Rurſus contra Ang. adduco quòd ſcribit Corn.in conſil.45.columη.iij.lib.iiij.Vbi, quòd non omnis cauſa appoſita in donatione facit, quòd dicatur donatio ob cauſam: ſed oportet quòd ſi talis cauſa,quæ faciat ceſſare liberalitatem. per tex.in l.fin.in princip. C. de iure dotium. ubi ſi extraneus dat mulieri pecuniam ut det marito pro dote, uel dat dotem marito pro muliere, licèt fiat datio ob cauſam dotis non tamen deſinit eſſe propria donatio.Et iſtud tene menti:quia ornamento & commodo futurum eſt uſu iudiciorũ.

113 ¶ Quintò,† quòd legatum non dicatur donatio propriè, probatur ex diuerſitate titulorum in quibus tractantur

tur materiæ donationum & legatorum. nam data identitate non diuerſis tractatibus ponerentur. argum. l. ſi idem. C. de codicillis. & quod ſcribit Corn. in d. conſil. 107. columna ſecunda libro quarto. Et quòd ex diuerſitatem titulorum arguatur diuerſitas effectus, tradit Oldrad. in conſil. 210. Regularis. columna prima. Vbi quod crimina hæreſis & ſortilegij dicuntur diuerſa: quia ponuntur in titulis diuerſis & ſeparatis. Idem tradit Abb. in conſil. 57. columna. tertia. uerſicul. tertio principaliter. libro primo. Iaſon. in conſil. 171. columna quarta libro quarto. Vbi Abb. & Iaſ. ita arguunt diuerſitatem effectus à diuerſitate titulorum. pro hoc text. in l. j. §. j. ff. de ſorte. & in l. ſecunda §. quintus. C. de uet. iure enucle. ¶ Sed in contrarium quòd appellatione donationis uenire debeat legatum propriè & ſtrictè

114 arguitur ſic, in diffinitionibus uerba † propriè accipiuntur. ut not. in l. prima ff. de teſtamen. Vbi diffinitio teſtamẽti non competit codicillis. & tamen largo modo dicuntur teſtamentum. gloſſ. in l. ſecunda. C. communia de leg. tot. inſtitu. de teſtamen. in princip. Sed in diffinitione legati dicitur, quòd legatum eſt donatio: ergo uidentur intelligenda uerba diffinitionis propriè, ita quòd ſit donatio propriè & ſtrictè. Id iſtud argumentum reſpondeo multis modis. Primo, quod illud procedit in uerbis diffinitionis ſimpliciter prolatis: puta ſi diceretur legatum eſt donatio. ſed hic non præfertur uerbum donatio ſimpliciter,

115 ſed cum illa dictione † quædam, quaſi dicat legatum non eſt propriè & ſimpliciter donatio: ſed donatio quædam, quæ dictio nota uidetur improprietatis: ſicut dicitur in dictione quòdammodò. dict. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. & ita reſpondet Iacob. de Nigris hic. colum(n). 11. num. 22. in ſin. columna. Nam tale propriè non dicitur, quòd non eſt tale ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Bartol. in l. maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulte. Bald. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius uocand. & l. ſi non ſpeciali. columm. penultim. C. de teſtamen. Alexander. in conſilio 178. columna prima. in fin. libro ſecundo.

116 ¶ Secũdò reſpõdeo † ꝙ omnis bona diffinitio debet con

ſtare ex genere & differentiis. Barto.& Docto.in l.j. ff. de teſtam.& in l.j.in princ.ff.de acqui.poſſe. Iaſ.in l.j.in prin. col.iii.circa med.ff.de uulga.Ideo uerbum donatio,in diffinitione legati ponitur tanquàm genus, & ſic tanquàm donatio in genere non tanquàm donatio in ſpecie prout eſt donatio inter uiuo ſimplex & irreuocabilis,quæ fit ex ſola liberalitate,& que ſol propriè & ſtrictè donatio dicitur ut ſuprà dictum eſt. ¶ Tertio reſpondeo, quòd argumentum procedit in eo quod diffinitur. Vnde ſi teſtamentum diffinitur,propriè teſtamentum accipitur. Similiter quando diffinitur legatum, propriè legatum accipitur. non ſic uidetur in aliis uerbis,quæ incidēte in diffinitionibus pro
117 feruntur. quia † uerba impropriantur ut deſeruiant intētioni.cap.intelligentia.de uerbor.ſignifica capit.conſtitutus.de religio.domib can.is autem.22.q. ii. pro qui bonus textus inſtit.de action.in princip. in uerbo debetur. nam in diffinitione actionis etiam actio realis includitur, ut probatur ex diſtinctione,quam ibi facit Imperator in §. j. dum poſt diffinitionem actionis dicit duo eſſe actionum genera realium & perſonalium. Et tamen uerbum debetur, actionibus realibus propriè non conuenit. quia actio realis non præſupponit obligationem. ut dicitur in dict. §. j.ergo neceſſe eſt dicere,quòd uerbum debetur,in diffinitione actionis accipiatur largè & in propriè. Et ita illum textum ad hoc ponderat Deci.in rubr.extra de proba. col. iii.in princ.uerſi.prædicta ſaluatio.Sed ille textus nihil uidetur probare tenēdo opinionem multorum, quòd in illo textu ſolum diffiniatur actio perſonalis non realis. Idem quòd uerba diffinitionis poſſint capi impropriè no. Crotus in l.j.colum.vi.ante medium,infrà eod.per duo iura de quibus per eum ibi.¶ Secundo principaliter,quod appellatione donationis uenit legatum aut fideicōmiſſum probari uidetur in l.miles ad ſororem.in prin.& in l.cum pater.§.donationis.ff.de legat. ii. in quibus iuribus teſtator fecit mentionem de donatione.Et tamen dicitur ibi,quòd ualet diſpoſitio in uim fideicommiſſi. Solutio ideo uerbū donatio, in dictis iuribus reſoluitur in fideicommiſſum: quia diſpoſitio ualere non poterat in uim fideicommiſſi

propter

propter abſentiam donatarii: quia donatio requirit præſentiam partis,nec abſenti conferri poteſt.l.abſenti.ff. de
118 dona.l.conſenſu.ff. de actio. & oblig. Nec obſtat † quòd in dictus iuribus teſtator donauerit per epiſtolā quæ ſemper loquitur.Ideo perinde habetur ac ſi præſenti facta eſſet donatio. & receptio epiſtolæ in qua continetur donatio,uim habet acceptionis.Bartol.in l. cum tabernam. §. idem quæſiit.in fin.ff.de pigno.Aret.in conſi.51. Videtur dicendum.in princi.Soci.in conſi.64.in fin.lib.iij.Quia reſpondetur argumentum procedere ſi epiſtola miſſa eſſet ad donatarium in uita teſtatoris, ita quòd donatarius epiſtolam & donationem in ea cōtentam acceptare potuiſſet: ſed uetuit teſtator epiſtolam aperiri ante eius mortē conſequenter donatio acceptari non potuit. Itaque cum in uim donationis ualere non potuerit, non eſt mirum ſi uerbum dono,prolatum in ultima uoluntate reſoluitur in fideicommiſſum,quia aliàs donatio non ualeret. Ideo ut ualeat diſpoſitio uerbum donatio,impropriatur, & accipitur pro fideicommiſſo. nam toleratur impropriatio uerborum ut actus ualeat.l.ſi uno.in princi.ff.locati.l. ſi ſtipulatus.ff.de uſur.l.inſulam.ff.de præſcriptis uerbis.& ſuprà ſępè dictum eſt.Et ita dicta iura,ideſt,l.miles ad ſororem.& l.cum pater.§.donatione. declarat Corne. in conſil. 254. colum.fin.lib.iii.Sed aduerte contra Corneum.nam præſupponit quod ſi epiſtola fuiſſet tranſmiſſa ad donatariū, ualuiſſet donatio. Sed iſtud non uidetur uerum quia olim neceſſaria erat ſtipulatio in donatione.l.ſi quis argentum. §.ſinautem.C.de donatio.gloſſ.in l.nec ambigi.eod. titulo.ſtipulatio autem requirit præſentiam partium nec ſufficit epiſtola.l.j.in princip.ff.de uebor.obligati.Ideo declaratio Cornei,non uidetur procedere inſpecto iure digeſtorum.Non omitto quod dicit Alber.in dict.l.cum pater. §. donationis. ubi uoluit donationem cauſa mortis abſenti fieri poſſe in teſtamento, per illum text.ſed errat Alber. Imo ille textus probat oppoſitum.quia ſi fieri poſſet abſenti non ualeret in uim fideicommiſſi, ſed donationis. ¶ Ex
119 dictis † iuribus, ideſt, ex dict.l.miles ad ſororem. & ex d.l.cum pater.§.donationis.ff. de legat. ii. eliciuntur duæ

regulæ,

regulæ. Prima eſt, quod non refert ſeu non inſpicitur cum quo quis loquatur: ſed cuius cōtemplatione loquatur. nā ibi teſtator directo locutus non fuit cum perſona grauata ad quam ſpectat onus fideicommiſsi, ſed ad honoratum relatus eſt ſermo. Et tamen quia effectus grauaminis conferebatur in perſonam grauati, inducitur fideicommiſſum in fauorem illius cuius contemplatione uerba fiebant. facit text. in l. filio familias. & in l. Titio. §. ſi Titio. ff. de conditio. & demonſtratio. Vbi ſi quid relinquitur pro cibariis ſeruorum: licèt uerba dirigantur ad ſeruos: ad dominum tamen relictum pertinet, & pro eo dominus agit. quia cenſetur factum contemplatione domini. quæ duo iura ad hoc citat Calderin. in conſi. 14. in titu. de teſtamen. Ad idem textus in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de uulga. in l. iſti quidem. §. fina. ff. quod metus cauſ. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de legat. ii. l. j. §. nunc de effectu. & l. ſi quis reum. §. j. ff. de liberatione legata in l. ſi cui. l. ı. j. §. ſi Titio. ubi Ia

120 ſon in ſecundo nota. ff. de leg. j. ¶ Secunda regula † colligitur ex dictis iuribus, ideſt ex dict. l. ſi miles ad ſororem. & dict. l. cum pater. §. donationis. ff. de lega. ii. quòd uerba impropriantur ut actus ualeat. nam ibi uerbum donatio, accipitur pro fideicommiſſo: quia aliàs ut donatio ualere non poteſt. Et tamen fideicommiſſum donatio propriè dici non poteſt, ut ſuprà dictum eſt. Super quia regula muta quidem & plurima dici poſſent: ſed tempus alienum ſit, unde iſtis dicamus ad præſens. & quòd admitttatur impropriatico uerborum ut actus ualeat dictum eſt ſuprà num.

121 iii. & nu. 38. ¶ Tertio colligit ex dicta l. miles. † quòd per epiſtolam impropriè quis loqui dicitur ponderando uerbum ac ſi, & ita ponderat Iaſon in l. j. in princip. colu. iii. in fin. ff. de uerbo. obligationibus. ſed contra facit textus in dict. l. cum pater. §. donationis. ubi ſimpliciter dicit loquatur, & tamen locutio erat per literas ad æditum. ¶ Vidimus quòd appellatione donationis non uenit legatum.

122 aut fideicommiſſum propriè. Sed quid † ſi teſtator in teſtamēto dicat dono fundum Titio, qui ſit præſens & acceptetur an erit donatio inter uiuos aut legatum. Iſta quæſtio formatur per Crotum hic poſt Ioannem Fabrum in §. j. in-

j.inſtitut.de legatis. ubi Ioannes Faber tenet quòd iſta donatio ualet in uim legati.nec obſtat uerbum dono:quia illud intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam. dicta l.ſi uno.in princip.ff.locati.l.inſulam.ff.de præſcriptis uerbis.Sed cum uerbum dono,proferatur in ultima uoluntate, uidetur intelligendum ſecundum naturam ipſius ultimæ uoluntatis, ideſt, ut ſit actus reuocabilis & ſic in uim legati,non in uim donationis,quæ eſt irreuocabilis.Contrarium tenet Crotus hic poſt Angelum in dicto §.j. inſti
123 tut.de legatis,per octo fundamenta.Primo † etiam in teſtamento contractus fieri poteſt.gloſſ.& doctor.in l.hæredes palam.§.fina.ff. de teſtament. pro quo allegatur textus in l.j.§.aſſignare.ff.de aſſignand.liber.& in l.ex ſententia.ff. de teſtamenta. tutel. tradit Iaſon in l.iii.in princip. in quinto notab.ff.de liberis & poſthum.& in l. cum antiquitas.in ſecundo notab. C. de teſtament. Sed dicta iura non uidentur probare: quia nos loquimur an in teſtamento poſſit fieri contractus propriè ultro citrorue obligatorius.l.Labeo.ii.§.contractum.ff.de uerborum ſignificatio. ſed in dictis iuribus aſſignatio liberti & illa aſcriptio tutelæ in teſtamento non eſt ultro citroque obligatoria, cum poſſit teſtator actum reuocare. nam illa aſſignatio liberti dicitur legatum iuris patronatur. Similiter prouiſio tutoris reſpectu patris eſt actus ultimæ uoluntatis:quia uiuente teſtatore tutor quis eſſe non poteſt.pro hoc textus in l. uerbis legis ff.de uerbor.ſignificatio.ubi uerbum lego, ad tutelas pertinet.Secundum ex alio iſtud fundamentum nō uidetur bonum.quia fateor,quòd donatio & contractus in teſtamento fieri poteſt.nam ſi fieri non poſſet, fatua eſſet quæſtio an talis diſpoſitio ualeat in uim donationis propriè:quia eſſet diſputare ſuper impoſſibili. Sed non ſequitur teſtator donare poteſt in teſtamento : ergo ita diſponendo donauit.nam cum teſtetur, uerbum dono, uidetur impropriandum,ut intelligatur ſecundum naturam teſta-
124 mēti,ideſt,ut actus donationis ſit reuocabilis. quia † impropriantur uerba ut intelligantur ſecundum naturam actus.l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi certum petatur.l.in lege.& l.ſi uno.in princip.ff.locat.not.in l.ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi

rerum.

rerum.ff.de iureiurand.Tradit Roman.in conſi.509.colu. ii.circa princip.ad idem textus in dict.l.ſi ſtipulatus. ff. de uſur.& in l.eas cauſas.ff.de conditio.& demonſtra. Quod procedit etiam in materia ſtricti iuris: puta in ſententia, in qua uerba impropriantur,ut intelligatur ſententia ſecũ dum naturam iudicii & actionis intentatæ.Bald.in l.ſi.C. commu.diuidun.argumen.glo.in l. & puto. ff. famil. erciſcun.ſequitur Soci.in conſi. 242.colu. fin. uerſicul. quarto quia.lib.ii. Addo Paul.de Caſtr.in conſi.376.Licèt iudex. lib.j.Vbi, ſi uniuerſitas intentnuit petitorium reſpectu paſcui,dicendo illud pertinere ad ipſam uniuerſitatem:ſi iudex pronunciat uſum paſcui ad uniuerſitatem pertinere, intelligitur pronunciaſſe reſpectu proprietatis, ſecundum naturam iudicij intentati,ut ſi ſententia conformis libello.Nec obſtat d.l.j.§. asſignare. quia aſſignatio liberti ita fieri poteſt & æquæ propriè per uiam legati ac per actum inter uiuos.nam uerbum asſigno, non repugnat legato ſi-
125 cut uerbum dono. ¶ Secundo monetur † Crotus. quia uerba prolata à teſtatore in dubio debent intelligi ſimpliciter non ſecundum quid.l.hoc legatum.ff.de legat.iii.ſed legatum non eſt donatio ſimpliciter & abſolutè. Imo effectu dicitur donatio cauſa mortis.d.l. illud in princip. ff. de donatio.cau.mor.[& d.l.j.§.j.ff.ſi quid in frau. patrona. & ſuprà latius eſt dictum. Sed ad iſtud poteſt reſponderi, quod imo intelliguntur,uerba etiam ſecundum quid quando in eo quod uenit ſecundum quid, eſt eadem uel maior ratio.l.ſi quis ſeruos.ff.de lega.iij.& declarat Pau. de Caſtr.in l.ſerui electione.§.j. infrà eo. Sed eadem imo maior uidetur ratio intelligendi diſpoſitionem teſtatoris in uim legati,quã in uim donationis, nec teſtator fiat obligatus. Secundo reſpondeo,quod licèt legatum propriè & ſimpliciter non dicatur donatio, tamen impropriè intelligatur uerbum dono, ut intelligatur ſecundum ſubiectam materiam & naturã ultimæ uoluntatis, ut ſupradictum eſt. pro quo bonus tex.in l.Imperator. ff. de in diem adiectio.qui tex.allegatur quod lex debet intelligi ſecundum materiã tituli ſub qua poſita eſt,& quod uerba debeant impropriari,ut intelligantur ſecundum ſubiectam materiam; tradit

Rota

Rota deciſ.868.Factum tale eſt, Teſtator.col.iiii. uer. & hanc opinio.in antiquis.Alex.in conſ. v. Puto de iure.lib. iiij.Deci. in conſ.388. col. ij. Imo potius tolleratur ꝙ diſpoſitio nihil operatur quàm ut non intelligantur uerba ſecundum ſubiectam mariam. l. ſi legati ſerui. ff.de leg.j. ubi ſi legatarius ſerui ſtipuletur ab hærede ſeruum legatum fugitiuum non eſſe, illa ſtipulatio intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, nec amplius tenetur hæres ob eam ſtipulationem quàm ſi interpoſita non fuiſſet.quia ſolùm tenetur hæres præſtare ſeruum qualis legatus eſt. Amplius etiam uerba uniuerſalia reſtringuntur ut intelligantur ſecundum ſubiectam materiam ſeu ſecũdum naturam ſubiectæ materiæ.gl.in c.j. in uer. ab omnibus. de conſti. gloſſ.in c.dilecto.in uerbo uim.de ſen.excom.li.vj. Gemi. in conſ.29.circa fin. Deci.in l.j.col.vij. circa medi. C. qui admitti.Ideò ubi fit mentio de cautione ſufficienti, intelligitur cum fideiuſſore,propter uerbum ſufficienti.l.ſi mandato Titij.§.fi. cum ibi no. ff. mand. Tamen iſtud fallit in materia in qua non eſſet neceſſaria cautio cum fideiuſſoribus.quia intelligitur ſine fideiuſſoribus, propter rationẽ ſubiectæ materiæ. Anto.de Butr. in c.ſi. de reſtitutio.ſpolia.Sequitur Alexan.in conſi.35 colum.iiij. uerſ. circa tertiam. lib. iiij. ſi uerba uniuerſalia quorum uis ampliſsima eſt ut omnia comprehendant.l.Iulianus.ff.de legat.iij.l.à procuratore.C.manda. reſtringuntur tamen ratione ſubiectæ materiæ,quid dicemus in ſimplici uerbo dono. ¶Tertiò mouetur Crotus. quia uerba in dubio intelligi debent ut comprehendant donationem irreuocabilem quàm reuocabilem.l.Seia.§.fin.ff.de donatione cauſa mortis.ergo in dubio teſtator donans cenſebitur donare irreuocabiliter,non legare:quia legatum reuocatur ad arbitrium. l. quod ſi iterum.ff.de adimen.lega. Addo gloſſam inſtit. de donatio.§.j.in uerſi.ſi quid humanitus. ubi quòd donatio non præſumitur cauſa mortis,niſi exprimatur. & ſic in dubio iudicatur donatio inter uiuos. Idem tradit Bald. in conſi.107.Anno Domini.col.ij.lib. ij. Sed reſpondetur ad iſtud fundamentum, quòd non uidetur procedere in materia reuocabili, prout eſt ultima uoluntas. quia uoluntas

126 luntas † hominis declaratur ſecundum ſubiectam materiam: ut ſuprà dictum eſt. Rurſus declaratur animus & uoluntas diſponentis ex qualitate & modo procedendi. Ideo quando princeps mandat aliquem citari, arguitur quòd intendit uti poteſtate ordinaria, non abſoluta ſeu plenitudine poteſtatis. Romanus in conſil. 369. colum. ii. Similiter an partes litigauerint coram aliquo tanquam coram arbitro aut arbitratore, cognoſcitur ex modo procedendi. Bartolus in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. colum. iiii. ff. pro ſocio. Alexander in conſil. 55. colum. ii. in fin. lib. v. & dixi ſuprà numer. 27. Eadem ratione ex modo procedendi & teſtandi argui uidetur uolũtas teſtatoris, quod uoluerit legare non donare irreuocabiliter. ¶ Quarto mouetur
127 Crotus † per textum in l. ſi auia. C. de iure deliberan. ubi Baldus in ſecundo notabi. Vbi in teſtamento aditur hæreditas, & aditio facta in teſtamento reuocari non poteſt. Sed reſpondeo duobus modis. Primo quod etiam in caſu iſto ſi appareret de uera & ſimplici donatione, illa reuocari non poſſet. Sed de hoc non quæritur, ſed illud quæritur, ſed illud quæritur an dicatur facta donatio uel factũ legatum. Secundo reſpondeo, quòd in caſu dict. l. ſi auia. aditio neceſſario inducitur ex illo actu, qui fieri non poteſt citra ius & nomen hæredis. l. pro hærede. §. Papinianus. in fin. de acquiren. hæredit. ſed in caſu noſtro non ita neceſſario inducitur donatio irreuocabilis, cum poſſit ualere actus in uim legati. ¶ Quinto adducit Crotus textum in l. ex ſententia. ff. de teſtament. tutela. & in l. uxori. §. j. ff. de falſis. quæ iura nihil faciũt. quia illa aſcriptio notarij aſcribentis ſe tutorem in teſtamento, non inducit actum inter uiuos irreuocabilem reſpectu ipſius teſtatoris quominus teſtator poſſit reuocare talem aſcriptionem, & quominus reuocato teſtamento cenſeatur reuocata talis aſcriptio illa præiudicet ipſi aſcribenti, ut excuſari à tutela non poſſit. Simile uidemus in eo qui conſentit legato rei in qua ius habet. nam præiudicat talis conſenſus ipſi conſentienti ut reuocare non poſſit. l. ſicut. §. uenditionis. ff. quibus modis pignus uel hypotheca ſoluatur. cap. j. in prin. de prohibet. alienatio. feud. per Frederi. tradit Iaſon in l. cũ proponas.

ponas.j.colum.final.C.de pactis.in. conſil. 13. in princip. in conſil.57.colum.iiii.circa medium. & in conſil. 89. In ſexto dubio.lib.j.Et tamen nemo dixerit per talem conſenſum tertii fieri legatum irreuocabile reſpectu ipſius te ſtatoris.& ſic ex tali conſenſu non inducitur actus inter ui uos reſpectu teſtatoris.Secundo reſpondeo ad illa iura,po ſito & non conceſſo per talem aſcriptionem notarii indu ceretur actus irreuocabilis etiam reſpectu teſtatoris (quod ipſum tamen minimè conceditur) adhuc nihil facerent. quia reſpectu aſcribentis non poteſt dici actus ultimæ uoluntatis, cùm aſcribens teſtamentum non faciat, neque codicillos. ſed nos loquimur in teſtatore faciente actum ultimæ uoluntatis.Ex dictis tamen iuribus in dict.l.ex ſen tentia.ff.de teſtament.tutel.& in dict.l.uxori.§.j.ff.de fal ſis.colligitur notabilis ampliatio ad regulam, quòd conſenſus ſemel præſtitus reuocari non poteſt, ut procedat etiam ſi præſtetur conſenſus in actu de ſui natura reuocabili prout in teſtamento,nam adhuc conſentiens irreuoca biliter ſibi præiudicat quo ad ſe, licèt non reſpectu ipſius
128 teſtatoris.Si tamen teſtator † reuocet legata aut illa repudientur,conſenſus non præiudicat. quia ſublato principali corruit acceſſorium. ita probat in terminis textus in dict.l.ſicut.§.uenditionis. ff. quibus modis pignus uel hypotheca ſoluatur.in l.iiii. §. fina. in l. ſi debitor. §. quæritur. eodem titu.& in l.debitum.C.de remiſ.pign.¶ Sexto
129 arguis † Crotus,quando uerba teſtatoris poſſunt induce re duplicem diſpoſitionem quarum una ſit plenior altera, in dubio comprehendunt diſpoſitionem pleniorem. cap. ſi pater.de teſtament.libr. vj. Vbi ſubſtitutio in dubio iudicatur directa.quia illa eſt plenior obliqua.Ad idem adducit textum in l.ſi ita ſcriptum. la ij. & in l.ſi Titius. uoluit allegare l.ſi te ſolum.§.j.ff.de hæredibus inſtituendis. ſed donatio eſt plenior legato, quia donatio non reuocatur,ſecus in legato.Sed ad textum in dict. cap. ſi pater re-
130 ſpondeo, † quòd ideo ſubſtitutio in dubio iudicatur directa.non quia plenior aut plenius prouideat. Sed quia fa uorabilior pupillo,ut teſtatus decedat, & per eam grauamen non inducitur.Subſtitutio autem obliqua aut fideicō
miſſaria

miſſaria dicitur odioſa: quia continet onus.l. cohæredi.§. cùm filiæ.ff.de uulgar.not.in l.ex tribus.C.de inofficio.teſtamen.& in l.precibus.C.de impuber.Ideò tanquã odioſa ſubſtitutio fideicommiſſaria in dubio induci nõ debet. quia teſtator in dubio cenſetur minus grauare hæredem quàm ſit poſſibile.l.unum ex familia.§.ſi rem.ff. de legat. ij. Et in fideicommiſſo quòd in dubio induci non debeat tradit Decius in conſi.336.in fine.& in conſil. 465.colum. iij.circa principium.Socinus in conſil. 113. colum. penult. poſt medium.uerſicu.unde ex præmiſſis. libr. j. ubi Socin. quod in dubio ſit interpretatio pro hærede contra fideicõmiſſarium per textum in l.apud Iulianum.§.Seio.ff. de leg. primo & in l.Titia cum teſtamento.§.qui inuita.ff.de lega. ſecundo. Non obſtat textus in dict.l.ſi ita ſcriptum.& in dicta.l. ſi ita ſolùm.§. primo. ff. de hæredibus. inſtituend. nam ideò in dictis iuribus præualet inſtitutio plenior.quia niſi præualeret, poterat deficere teſtamentum deficiente conditione inſtitutionis.Ideò præualet inſtitutio pura, ne teſtator decedat inteſtatus. Et quod iſta ratio ſit uera ad dicta iura probatur. Quia ſi in conditionali inſtitutione datus eſſet ſubſtitutus caſu quod deficeret conditio, præualeret ultima inſtitutio conditionalis ceſſante metu,ne decedat teſtator inteſtatus,per gloſſ.in dict.l. ſi te ſolum. & in l.ſi quis ita ſcripſerit. in gloſſ. ij. ff. de hæredib.inſtituend. Probatur etiam iſta ratio.quia dictæ l.ſi te ſolum. & l.ſi ita ſcriptum.non procedunt in legatis. Si quod purè legatum ſit legetur ſub conditione. nam legatum ultimum præualet, modo non incontinenti ita legetur. l. non ad ea. ff. de conditionib.& demonſtrationibus.tradit gloſſ. in dict. l.ſi te ſolum.§.j.ratio diuerſitatis inter inſtitutionem & legata eſt: quia in legatis ceſſat ratione corruat teſtamentum, & decedat quis inteſtatus. ¶ Septimò argumentatur Cro-
131 tus † illud uerbum dono, in genere prolatum in teſtamẽto eſt equiuocũ.nam poteſt referri ad donationem inter uiuos & ad legatum: ergo in dubio debet interpretari contra teſtatorem proferentem.l.ueteribus.ff.de pactis.l.Labeo.ff.de contrahenda emptione. Sed retorqueo fundamẽ
132 tum contra Crotum. † Quia uerba debent interpretari

contra eum qui ſe fundat in uerbis,& qui ex eis vult utilitatem percipere. Albericus de Roſate in dic.l.ueteribus. per dictam.l.per l.ſi in emptione.ff.de cōtrahenda emptione.& l.cùm quæritur.ff.de rebus dubijs. Sequitur Iaſon.in conſilio trigeſimonono colum.ij.libr. i. Addo Imolam in conſi.uigeſimo primo in principio. Sed legatarius eſt ille qui ſe fundat in uerbis, & ex eis commodum uult percipere: ergo contra eum fieri debet interpretatio. Ad idem adduco Calca.in conſi.17.colum.v.circa medium & in conſi. 25.col.12.circa med. ubi quod uerba quitationis dubia debent interpretari in fauorem quitantis contra eum cui fit quitatio, & ſic qui utilitatem percipit ex quitatione: quia uerba debent intelligi ſecundum intentionem loquētis. l. nepos Proculo.ff.de uerborum ſignificatio. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. niſi dicas aliud eſſe in contractibus, aliud in teſtamento: quia in teſtamento ſoli teſtatori poteſt imputari cur apertiùs locutus non ſit, cùm dependeat diſpoſitio ab eo ſolum,& ſolus ipſe loquatur, ſecus in contractu in quo ambo contrahentes loquuntur, & quod uerba teſtatoris interpretentur contra eum: adduco textum. in l.planè.la j.§.j. ubi Paulus de Caſtro. columna. ij. ante medium.ff.de legatis. i. Vbi, quod non ſtatur diſpoſitioni teſtatoris mandantis legatum ſpeciei multiplicari. quia talis multiplicatio eſt impoſſibilis. nec obſtat. quòd multiplicatio fieri poſſit in æſtimatione: quia imputatur teſtatori cur con expreſſerit de æſtimatione. Secundo reſpondeo, quod regula dic.l.ueteribus. quod uerba debent interpretari contra eum, qui ea protulit aut pactum appoſuit non procedit quando qualitas aut natura actus aliud ſuaderet.gloſſ.in l.in lege.in gloſſ.fina.in fin.per illum textum.ff.locati. Sed qualitas actus,id eſt,ultimæ uoluntatis in qua fit donatio, ſuadet ut fiat interpretatio pro teſtatore,& quod intelligantur uerba de donatione reuocabili ſecundum naturam ipſius ultimæ uoluntatis ¶ Octauo mo-
133 uetur † Crotus per textum in l. filiusfamilias. §. penult. ff.de donatio. ubi mandatum de donando reſtringitur ad donationem inter uiuos, nec habet locum in donatione cauſa mortis. Sed reſpondetur ad illum text. quod proce-

dit

dit in actibus inter uiuos in quibus præſumitur quis ſentire de donatione inter uiuos,non cauſa mortis. Secus in teſtamento aut alia ultima uoluntate: quia tunc intelliguntur uerba ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundũ naturam ipſius ultimæ uoluntatis, ut ſuprà ſæpè eſt dictum.

¶ Ex præmiſſis confutata apparent omnia fundaméta Croti in hac quæſtione,ut de facili inclinari quis poſſit in opinio contrariam. Placet tamen in iuuicando & conſulendo Croti ſententia ſecundum modificationes tamen infrà ſcriptas. Pro qua adduco Imolam in dict.l.miles ad ſororem. ff.de legatis.ii. ubi, quòd uerbuш dono,ideò reſoluitur in fideicommiſſum: quia ualere non poterat in uim donationis, propter abſentiam donatarii. uult ergo Imola, quod ubi ualere poſſet in uim donationis, non reſoluatur in fideicommiſſum aut legatum.Sequitur Corn.in dict.conſil. 254.column.fina. libr. iii. Probatur iſta concluſio efficaci fundamento.quia ut ſuprà dictum eſt, appellatione donationis,propriè uenit donatio inter uiuos pura & ſimplex, & illa ſola uere & proprie dicitur donatio.dict.l.i.in princ. & dict.l.filiusfamiliàs. ff. de donatio. ergo de illa intelligi debent uerba teſtatoris.quia etiam in diſpoſitione teſtatoris uerba propriè debent intelligi.l.non aliter. ff. de legat. iii.ubi quod non receditur à proprietate uerborum teſta-
114 toris,niſi alter conſtet de eius uoluntate. Nam † ubi conſtat de uoluntate teſtatoris. non curamus de proprietate uerborum. l.Proculus.ff.de uſufruct l.non dubium. C. de lega.l.quoniam indignum.C.de teſtamen.l. ii. C. commu. de legat.Sed uoluntas teſtatoris probatur ex uerbis ſecundum eorum proprietatem: quia in coniecturando uoluntatem diſponentis non eſt recedendum à proprietate uerborum. dict.l. non aliter. l.i. §.ſi is qui nauem.ff. de exercitor. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppellect. lega. cap. ad noſtram, iii. de iureiurand. Ideò uidemus, quod ſubſtitutio facta uerbis directis non trahitur ad fideicommiſſum: quia natura & proprietas uerborum repugnat. l. uerbis ciuilib. ff. de uulga. Alibi ſcribit Paul. de Caſt.in conſil. 185. Supraſcriptus egregius dominus conſultor.column.fina.poſt medium.lib.ij. quod proprio ſigni

ficatiui uerborum teſtatoris ſtandum eſt, ſi aliter de ſua intentione non conſtat ex aliis uerbis per eum prolatis uel aliter. d. ſt.l.non aliter.ff.de legat. iij. etiam ſi re uera alia fuerit eius intentio.l.ſi alij.ff.de uſufructu.lega.Subdit Paulus de Caſtr. quod arguere uoluntatem teſtatoris contra proprietatem uerborum, eſt potius dicere, quòd teſtator aliter diſponere debuit quàm fecerit, quàm id quod fecerit, quàm id quod fecerit, infringant. ¶ Amplius ſcribit idem Paul.de Caſtr.in conſil.32. Viſis & ponderatis. col. j.in fin.libr.j. quod uoluntas teſtatoris debet intelligi ſecundum proprietatem uerborum etiam contra piam cauſam. quia proprietas uerborum communis eſt, tum piæ cauſæ, quàm non piæ.dict.l.non aliter.& l.qui concubinā. in princip.ff.de legat. iij. Ideò dicit Baldus in l.ſi cum dotem. §.ſi pater. ff. ſoluto matrimo. quod uerba teſtamenti cautè ſunt reſpicienda. Alibi ſcribit idem Bald. in conſil. 122. Verba teſtamenti.in.fi.libr. j. quod ponderanda ſunt uerba teſtamentorum, quæ pondus in ſe magnum habent ad cognoſcendum quid eſt, quæ Bald. dicta refert Iaſ.in l.
136 ſi ancilla. in ſecundo notab.ff.de leg.j.Ideò dicendum † eſt, quod denominatio iſtius diſpoſitionis fiat ſecundum proprietatem uerborum, quod ipſum uoluit Curt. ſenior in conſil. 53. in princ. Et talis iudicari debet actus qualis à partibus denominatur quando effectus non repugnat uerbis.l.ad probationem.j.C.de proba.l.ſancimus.C.de fideiuſ.Bald.in rubri.C.de iure emphy.& in l.ij. C.commoda. tradit Socin.in conſi.167.poſt princip. libr. ij. ¶ Tenendo hanc opi. Croti ita comprobatam reſtat ut reſpondeamus
137 ad ea quæ in contrarium adducuntur uidelicet, † quod uerbum dono prolatum in ultima uoluntate uidetur intelligendum ſecundum ſubiectam materiam & ſecundum naturam ipſius ultimæ uoluntatis in donatione impropria & irreuocabili, & ſic in uim legati: quia iura quæ adducuntur ad hoc, procedunt & loquuntur quando ſecundum propriam ſignificationem intelligi non poſſunt: nam tunc trahuntur ad impropriam neceſſariò ſecundum ſubiectam materiam: ut patet in l.ſi uno.in princip.ff.locat.Vbi locator donauerat penſionem ſibi debitam propter ſterilitatem

tem. nam intelligi non poteſt donatio propriè cùm tenere tur locator ad remittendum propter ſterilitatem. Ideò accipitur donatio pro remiſſione aut tranſactione. Idem probatur in l.inſulam.ff.de præſcript.uerbis. nam ibi uerbum uendidi, ideò impropriatur & exponitur pro tradidi: quia proprie ſtare non poteſt in uim uēditionis ſine aliquo precio. Similiter in l.ſi olei.C.locat.uerbum locaſti, ideò impropriatur & exponitur, ideſt uſui aut ad uſum conceſſiſti: quia pro locatione propriè ſtare non poteſt nulla interueniente mercede: ut ibi declarat gl. Similiter in l.ſi tam anguſti.ff.de ſeruitu.uerbum uia, impropriatur & exponitur & exponitur pro itinere. quia actus ualere non poterat in uim conceſſionis uiæ. Similiter in c. conſtitutus.de religio.dom.uerbum penſio, ſæpius repetitum exponitur pro cenſu: quia ut penſio propriè ſtare non poteſt, cum agatur ibi de contractu cenſuali in quo non cadit penſio ſed cenſus. Et idem inuenietur in alijs iuribus in quibus impropriantur uerba, quòd illud fit, quia in propria ſignificatione capi non poſſunt. Et pro hac ſolutione adduco tex. in l.quibus diebus.§.j.ff.de conditionib. & demonſtra.ubi, ſi dominus ſeruo, cui libertatem dedit, legatur quod ipſi ſeruo debebat, ualet legatum. & exponitur uerbum debet, impropriè; id eſt naturaliter tantum: quia ciuiliter teneri dominus non poterat. & hoc quia intelligendo de debito propriè & ciuiliter iuxta l. is cui. §. Flauius Hermes. ff.de ſolutionibus. legatum uerificari non poteſt. ſed nullam redditur. & notat Socinus ibidem in quarto notabili. Ad idem quod ſcribit Socinus in dicta l.quibus diebus.§.primo, poſt Cumanum, & Paulum de Caſtro ibidem. Vbi licèt appellatione impenſæ non ueniat pretium rei, ut in textu dicitur. Tamen iſtud non procedit quando nulla eſſet facta impenſa. nam tunc impropriatur uerbum impenſa, & intelligitur de pretio rei, ut legatum uerificetur. Ex quibus apparet improprìationem uerborum tunc admitti quādo aliàs in proprio ſignificatu accipi uerba non poſſunt. Sed ſecus eſt quando uerba propriè accipi poſſunt: quia tunc impropriè intelligi non debent, ſed uerbum dono, in caſu de quo agitur propriè intelligi poteſt, & ualebit

diſpoſitio:ergo ad improprium ſignificatum trahi non debet, licèt materia ſubiecta aut natura actus aliud ſuadere uideatur. Sed magis in terminis pro hac ſolutione, quòd propter ſubiectam materiam uerba non improprientur: quando aliàs actus ualere poteſt, adduco text. in l. j. C. ſi plures una ſententia fuerint condemnati. iuncta l. & puto. §.primo.ubi gloſſ.ff. famil. erciſcund. nam in dicta. l.j. ſi plures inſolidùm obligati, ſimpliciter condemnantur non inſolidùm, intelliguntur condemnati utiliter non inſolidùm ſecundum proprietatem uerborum. de qua in l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. non autem intelliguntur uerba ſententiæ ſecundum ſubiectam materiã & ſecundum naturam obligationis. & tamen hoc modo ſententia redditur iniuſta: ſed toleratur iniuſtitia ſententiæ potius, quàm improprientur uerba, dummodò ſentẽtia ualeat, licèt materia ſubiecta ſuaderet quemlibet inſolidùm cenſeri condemnatum iuxta formam obligationis. Secus eſt ubi propriè intelligendo uerba ſententiæ, illa nihil ualeret: ut in dicta l. & puto.§.j.vbi gl.ff.familiæ erciſcundæ. & ita arguit Socinus in l.ſi mihi & tibi.§.primo, circa finem. ff. de legatis primo. Nec obſtat textus in dicta l.ſi legati ſerui.ff. de legatis primo. ubi, quòd potiùs toleratur ut ne uerba operentur, quàm ut non intelligantur ſecundum ſubiectam materiam: quia ille textus hoc non probat. nam habet duplicem intellectum. Secundum primum illa cautio fuit interpoſita per errorem, cùm non teneretur hæres cauere, nimirùm ſi redditur nulla propter errorem. Secundus intellectus eſt, quòd ibi intelligatur ſtipulatio ſecundum naturam actus ſcilicet legati, ut præſtetur legatus ſeruus qualis erat. Tamen non redditur cautio inutilis, imò ualida reſpectu perſonæ ipſius hæredis, ſi eius culpa factus ſit ſeruus fugitiuus. Aliter etiam declarat illum text. Iaſo. ibi, quòd illa ſtipulatio ſeruum fugitiuum non eſſe, uenit acceſſoriè ad obligationem hæredis. ideò tanquàm acceſſoria non poteſt plus operari, quàm ipſa principalis obligatio facit, licèt Iaſo. non dicat. Quia fideiuſſor nõ poteſt amplius teneri, quàm

principalis:

principalis : cùm amplius eſſe non poſſit in acceſſorio, quàm in principali re. §. fideiuſſores. inſtit. de fideiuſ. Sed attenta ratione Iaſ. ſequeretur, quòd ubi ſtipulatur quis de euictione pro re donata uel legata, non ualeret ſtipulatio contra l. Ariſto. ff. de dona. l. paciſci. ff. de pact. l. ij. C. de euictio. ideò Alber. de Roſate in d. l. ſi legati ſerui. ſequitur intellectum gloſſ. & Dyn. quòd ibi illa ſtipulatio interpoſita fuit per errorem. ¶ Non obſtat aliud fundamentum
138 factum contra Crotum, † quòd ex modo procedendi arguitur intentio diſponentis, ob id quod in dubio iudicari debeat legatum non donatio ſimplex, cùm fiat in teſtamento, quod eſt reuocabile. Nam reſpondeo retorquendo fundamentum : quia legatum non conſueuit fieri præſenti & acceptanti, cùm præſentia & acceptatio legatarij non ſit neceſſaria. d. l. cùm pater. §. ſurdo. ff. de lega. ij. Ideò adhibendo præſentiam & acceptationem partis arguitur, quod uoluerit donare, non legare. Confirmatur iſta re-
139 ſponſio. † nam facto nõ minus declaratur uoluntas diſponentis atque uerbis. l. de quibus. ubi Iaſ. in quarto notab. ff. de legibus. l. fin. ff. de diuer. l. Paulus reſpondet non tantùm uerbis. ff. rem ratam haber. Imò fortiora ſunt facta uerbis ad declarandum uoluntatem diſponentis. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de edil. edict. c. dilecti. ij. ubi Moder. de appella. Ergo adhibendo præſentiam & acceptationem partis, dicendum eſt, quòd uoluerit donare non legare. ¶ Secundò reſpondeo ad argumentum, quòd in legato præſentia & acceptatio non erat neceſſaria, ſed tantùm in donatione.
140 † Ergo præſentia & acceptatio cenſetur adhibita ob cauſam neceſſariam potiùs, quàm uoluntariam. l. fi. C. de ali. pup. prꝺſtan. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. iij. l. rem legatam. ff. de adim. leg. gl. in l. ſed ſi uir. ff. de dona. inter uir. & uxo. Barto. in l. ij. ff. de condi. & demonſt. in l. cùm ſeruus. & in l. triticum. ff. de uerbo. oblig. Tradit Abb. in conſil. 116. in fin. lib. ij. Paul. de Caſt. in conſil. 133. Iſte Martinus. colum. ij. & in conſ. 410. Viſo & examinato puncto ſupraſcripto ac etiam uiſa ſententia. columna prima, circa medium. lib. ij. Roman. in conſil. 247. Primò dici poteſt. colum. ij. uer. eſt igitur uidendum. & quod ſcribit Bal.

in conſil.351.Ioan. & Fredericus.col. iij.li.v.vbi, quòd cō promiſſum ſimpliciter factum præſumit factū uirtute ſtatuti cogentis ad cōpromittendū.Similiter Dec.in conſi.viij. col.iij.uerſic.non obſtat ſucceſſiuè.dicit, quod poteſtas eligens aſſeſſorem uidetur eligere prout à ſtatuto tenebatur, quicquid dixerit Iaſ.in conſil.12.colum.iij.lib.j.ubi,quòd compromiſſum non cenſetur factum ex neceſsitate ſtatuti.Sed magis in terminis adduco Bald.in conſi.35.Pater filio.colum.ij. libr.ij. & in conſi.113.colum.j.poſt medium. libr.v. vbi, quod teſtator in dubio cenſetur prouidere in caſu magis neceſſario.per no. in l. Gallus. §.uidendum. ff. de libe.& poſthu.Itaque dicendum eſt,quòd adhibita fuerit præſentia & acceptatio donatarij ex cauſa neceſſaria, & ſic ut fieret donatio non ex cauſa uoluntaria, ideſt legati,in quo talis præſentia & acceptatio neceſſaria non erat

141 ¶ Tertiò reſpondeo, † quod in teſtamento nihil præſumi debet dictum aut factum ſine cauſa & ſine miniſterio alicuius efficaciæ aut operationis.l.ſi quando.in princip.ff. de legat.j.Imò uerba teſtatoris impropriantur quādo alias nihil operarentur.d.l.quibus diebus.§. dominus. ubi Bart. & alij.ff.de condi.& dem. Ideò ne illa adhibitio præſentiæ & acceptationis donatarij ſuperfluò dicatur facta, dicendum eſt,quòd uoluerit teſtator donare nō legare, & ſic fit impropriatio, ut fugiatur ſuperfluitas: quantò magis uerbum dono, intelligendum erit propriè, ne illud factum præſentiæ & acceptationis reddatur ſuperfluum. quod unicum fundamentum uidetur efficaciſsimum. Ex quibus apparet latè & efficaciſsimè comprobatam opinio. Croti, licèt per alia media. Iſta tamen opi.uidetur temperanda, niſi ex præcedentibus aut ſequentibus aliter appareret de uoluntate teſtatoris,quòd uoluerit legare non donare.puta ſi in aliqua parte teſtamenti fecerit mentionem de legato aut relicto facto tali: nam tunc uerbum dono, uidetur accipiendum pro lego aut relinquo. l. ſi ſeruus plurium.§. ſi.infrà eo.& quod ſcribit Bart.in l. Centurio. columnn.ix. in princip.uerſ.uel quid ſi præcedentibus.ff. de uulgar.ubi quòd uerbum commune poſitum directo in aliqua parte teſtamenti, etiam in alia parte cenſetur directò poſitum.

tum. Secundo uoluntas teſtatoris poſſet colligi ex uerbis prolatis extra teſtamentum ante uel poſt ſi, dixerit, quòd uolebat legare aut relinquere Titio per ea quæ ſcribit Iaſo.in conſi. 64. colu.iii. libr. j. Tertio uidetur declaranda uoluntas teſtatoris ex qualitate pſonarũ legatarij & notarij, ſi ſint perſonæ uafræ & callidæ de quibus poſſit dubitari, quòd curauerint apponi uerbum dono, pro lego cum illa præſentia & acceptatione. Quarto ex quantitate rei donatæ quam ueriſimiliter nõ donaſſet teſtator ante eius mortem. Quinto, ſi teſtator ſuperuixit teſtamento poſſidẽdo ſemper talia donata. nam ex actu poſſeſſionis ſubſecutæ arguitur eius uoluntas, quod non intenderit donare. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. ff. de legib. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedonianum. ¶ Sed alia cõnectitur 1
142 † quæſtio, quid ſi teſtator promiſcuè aut mixtim legat & donat fundum Titio præſenti & acceptanti, an erit donatio uel legatum. Crotus dicit poſſe attentari, quòd ſit donatio inter uiuos & irreuocabilis, per text. in l. non ſolùm. §. fin. ff. de uſucapio. ubi quando in diſpoſitione ponuntur duo uerba diuerſæ naturæ, tunc uerbum importans cõtractum efficaciorem præualet, & trahit ad ſe uerbum importans contractum minoris efficaciæ, & ſic denominatur cõtractus à uerbo efficaciori. quem text. ad hoc citat Romã. in conſilio. 509. columna ſecunda uerſiculo tertio probatur. poſt Bartol. in l. ſi quis ante. ff. de acquirenda poſſeſſione. Ad idem allegat text. in l. ſi te ſolum. §. j. & in dicta l. ſi ita ſcriptum. la ſecũda. ff. de hæredib. inſtituendis. Sed uerbum dono, eſt efficacius uerbo lego, ergo &c. Sed text. in dicta l. non ſolùm. §. fi. non uidetur facere. Nam ibi ideo præualet conductio, quia precarium adhibitum fuit, non ut rogans poſſideat, ſed ut tanquàm conductor retinere liceat: ut expreſsè dicit text. & ſic unum fiebat propter alterum: ideo illud attenditur cuius contemplatione fit l. ſi ita fuero ſtipulatus. & l. ſequent. ff. de nouat. Secundo reſpondeo retorquendo illum textum. nam ibi præualet conductio, quia per eam poſſeſsio non transfertur, ſeu conductor non poſsidet, ſed ſolum detinet. l. non ſolum. §. quod uulgo. ff. de uſucapionibus. ſed per precarium trãsfertur poſ-

ſeſsio naturalis in rogantem. l. & habet. §. eum qui. ff. de precar.ita declarat Bartol.in l.ſi quis ante.ff.de acquirenda poſſeſsione . & ſic præualet,quod eſt minus.& nota.idē Bartolus in l.interdum.ff.eodem titulo de acquirenda poſſeſsione Alexand.in conſilio centeſimovigeſimoprimo.libro quinto. Tertio contra Crotum in hac quæſtione arguo ſic,uerbum dono, uidetur generale & equiuocum ſeu dubium aptum comprehendere multas ſpecies donationum.gloſſ.inſtitut. de donatio.in princip. & ſuprà dictum eſt: legatum autem dicitur una ſpecies donationis.d.l. le-
143 gatum.ff.de legat.ij. Et ſic nos ſumus † in illa difficultate,quando copula ponitur inter genus & ſpeciem, an ſpecies deroget generi,& reſtringatur genus per ſpeciem.de qua materia habetur per Dynum in regul.generi.lib.vi.& per Barto.in l.quæſitum.§. penulti. ff. de fundo inſtructo. Ita in copula poſita inter genus & ſpeciem.dicit Bart.in l. ſi is qui ducenta.§.utrum.colum.penultim.ff. de rebus dubijs.Soci.in conſil.223.colum.penultim.poſt medium, libr.ij.Videndum eſt igitur quando teſtator dicit lego,& dono,an uerbum dono,reſtringatur per uerbum lego, uel econtrà. Et ad hunc modum reducendo difficultatem nihil obſtant adducta per Crot.uidelicèt text.in d.l.non ſolum. §.ſi.ff.de uſuca. quia uerba de quibus ibi, erant ſpecialia, non etiam poſita erat copula inter genus & ſpeciem. Sed tamen conſiderandum quia neceſſario uidetur dicendum, quòd uerbum dono,capiatur in ſpecie,aliàs ſequeretur abſurdum, quòd teſtator uoluerit ſentire de pluribus donationibus aut ſpeciebus donationum.Et tunc uerba intelliguntur in genere, quando ſunt uerba generalia plura bona ut plures res comprehendentia: & conſtat de uolutate diſponentis,quòd de pluribus rebus uoluit diſponere.Secus in uerbo generali quod ad res non refertur, ſed ad modos ſignificandi.Nam ſi in genere capiatur,diſpoſitio redditur incerta & obſcura: quia genus parit obſcuritatem.l. in tradendis.ff.communia prædiorum.l.ita fidei.ff.de iure fiſci.quæ incertitudo non conſideratur in eo genere quod bonorum aut rerum pluralitatem comprehendit: imo tūc diſpoſitio dicitur certa.ad omnia pertinens,quæ continen
tur

tur ſub genere. Ideo quando teſtator dicit, dono, ſi quæritur de rebus donatis, donatio dicitur certa, ſi de ſpecie donationis capiendo uerbum dono, in genere, donatio erit incerta, an ſit inter uiuos aut cauſa mortis uel alia. Facit
144 etiam, quia uerba † in dubio debent intelligi in ſpecie non in genere. l. hoc legatum. ubi Bart. ff. de legat. iij. Bar. in l j. in fi. prin. ff. de edendo. Curti. Senior in conſil. 40. colum. vj. in fi. Dicendum eſt igitur neceſſario, quòd teſtator intellexerit de donatione in ſpecie. Et quærimus de qua ſpecie donationis intellexerit. Et hoc modo conſiderando procedit argumētum aut fundamentū Croti, quod in dubio uidetur intelligendum illud uerbum de donatione inter uiuos irreuocabili. Et quod illud uerbum tanquā plenius & efficacius uincat uerbum lego, multo debilius, & ſic iudicetur donatio inter uiuos. Sed ultra Crotum confirmo iſtud dictum ex illa communi doctorum concluſio-
145 ne, quòd ubi contractus † pluribus modis iudicari poteſt in dubio ſit denominatio ab eo, de quo magis participat. Bartolus in l. Ariſto. ff. de donationibus. per textum in c. ad quæſtiones. de rerum permutatione. ubi quando ſit permutatio, licèt ex altera parte detur aliqua pecunia ꝓpter maiorem ualorem eius partis, tamen dicitur permutatio, quando res ipſa excedit pecuniam: ſecus ſi pecunia excederet rem: quia tunc diceretur uenditio. tradunt Alexand. & doctores in l. ij. in princip. column. iiij. ff. ſi certum petatur. Sed quando teſtator legat & donat alicui præſenti & acceptanti, actus magis participat pe donatione inter uiuos, quàm de legato. Patet, quia duo concurrunt in donatione inter uiuos. Primo donatio, ſecundo præſentia & acceptio donatarii. Ideo uerbum dono, uallatum præſentia & acceptatione donatarij debet plus poſſe quàm ſimplex uerbum lego. argument. auth. itaque. C. com. de ſucceſſio.
146 ¶ Secundo confirmatur iſtud dictum. nam † denominatio actus ſumitur ex accidentibus & circunſtantijs. Accidentia enim & circubſtantiæ maximè conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt: ſecundum Ariſtotelem primo de anima. quem refert Baldus in rubrica. ff. de rerū diuiſion. colum. penultim. poſt med. Socinus. in conſi. vj. colum. ij.

circa

circa princip.lib. j. ergo illa adhibitio præſentiæ & acceptationis donatarij arguit quòd teſtator uoluerit donare,
147 non tantum legare.¶ Tertio confirmatur. † Nam quando hinc inde concurrunt qualitates, quòd actus poſſit iudicari ſecundum unam qualitatem uel aliam, denominatio debet fieri ſecundum illam qualitatem, quæ eſt fortior. Aretinus in conſi.55.ante finem uerſicu.Secundo reſpondemus.facit textus in l.cum quæritur. ff.de ſtatu hominũ. ſed fortior eſt qualitas donationis, quàm legati ergo &c.
148 ¶ Quarto in dubio † cenſetur quis actũ facere eo modo quo efficacius poteſt. Ideo in dubio cenſetur quis pronunciare ut arbiter, non ut arbitrator. quia ſententia arbitri dicitur efficacior. Alexand.in l.ſi ſeruus.§. ſi numerus. colum.ij.in fine, ff.de legat.j.Sed efficacior eſt actus dona
149 tionis, quàm legati: ergo &c. ¶ Quinto quando † dubitatur de nomine actus, denominatio fit à potentiori. Ideo in nobilitate filij an dicatur nobilis uel non, inſpicitur perſona patris non matris. quia pater dicitur cauſa formalis mater autem materialis, ſeu mater dicitur materia in quã
150 forma agit: † ſed forma dicitur potentior materia. Ita Bald.in l.fin. C. de ſeruis fugitiu. ſequitur Iaſon in l. ſ. in princip.colum.v.circa medium, ſuper gloſſ.j.ff.de uerbor. obligatio. Modo donatio eſt potentior legato. ergo ubi concurrunt circa idem uerbum dono, & uerbum lego, præualeret debet uerbum dono, tanquàm potentius. ¶ Sexto adduco quod ſcribit Geminia. in capit. ſi duo. per illum.
151 textum de offic.delegat.libro vj.† Vbi quãdo permiſcentur duo, quorum unum eſt potentius altero, potentius trahit ad ſe naturam minus potentis, etiam ſi minus potens excedat in numero, quod potentius eſt. ſequitur Iaſon in conſi.74.colum.ij.poſt medium, libro.iii. Itaque dicendũ uidetur in iſta mixtura uerbi dono, & lego, quòd uerbum dono, tanquàm potentius trahat ad ſe naturam uerbi lego, minus potentis. Stringo fortius argumentum: quia hic uerbum dono, quod eſt potentius, excedit uerbum lego, in numero, ideſt in alia qualitate. quia adhibita eſt præ-
152 ſentia & acceptatio donatarij.¶ Septimo † quando in caſu mixto eſt aliqua qualitas præponderans: illa attenditur.

tur.l.cum quæritur.ff.de ſtatu homin.Ange.in conſi. 348. column.fin.Deci.in conſ.352.colum.iii.circa medium. ſed uerbum dono, præponderat uerbo lego: ergo &c.
¶ Ex præmiſsis infertur,quòd ſiue donet ſimpliciter teſtator alicui præſenti & acceptanti, ſiue leget & donet alicui etiam præſenti & acceptanti ualet diſpoſitio ut donatio inter uiuos & irreuocabilis: licèt fiat in teſtamento, aut in
153 alia ultima uoluntate. Sed idem † uidetur ſi fiat donatio eiuſmodi abſenti, quando notarius ſtipulatur & acceptat pro abſente: quia ſtipulatio & acceptatio notarij ualidat donationem factam abſenti.Bart.in l. ii. ff. rem pupil. ſal. fore.Barto.in l.per diuerſas.q.14.C.mandat.cum ſimil.ut per Alex.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. colum. iij. ff. de uerb.obligat.Deci.in conſil.293. colum.ii.in fin. Nam notarius dicitur ſeruus publicus.§.cum autem.inſtitu.de adoptio.d.l.ii.ff.rem pupilli ſaluam fore.c.ſi. de fide inſtrumẽtor.Ideo tanquàm perſona publica cuilibet poteſt ſtipulari & acquirere.Sed tamen in iſto ſecundo caſu quando teſtator legat & donat alicui præſenti & acceptanti, Tutius putarem,quòd dicatur legatum non donatio: quia ubi in diſpoſitione concurrunt duo uerba inuicem non repugnãtia quorum unum ineſt alteri ſeu ineſſe poteſt,tunc iudicatur ut unus actus tantum,& unus reſoluitur in alterum.puta ſi fiat commisſio alicui prout arbitratus fuerit & uoluerit, licèt iſta uerba uideantur diuerſæ naturæ: quia uerbũ arbitratus,ſignificet arbitrium boni uiri,& uerbum uoluerit,liberam uoluntatem.Tamen ex quo unum ineſt alteri, quia in arbitrio ineſt uoluntas, nec reperitur arbitrium ſine uoluntate:ideo reſoluuntur illa uerba ſi arbitratus fuerit & uoluerit,ideſt,ſi uoluntariè arbitratus fuerit. Barto. in extrauagan.ad reprimendum.in uerbo,uidebitur: ante finem uerſi.ſed quid ſi apponuntur. Modo in legato ineſt donatio:ergo illa uerba lego & dono,exponi debent ideſt legando dono. ita iſtam declarationem aut limitationem ad d.l.non ſolum.§.fina.tradit Nata in repetition.clemẽt, ſæpè.in princip.colum.iiii.de uerbor.ſignific. Et per iſtam limitationẽ ita contra Crotum tenet Iaco.de Nigris hic, coluim.12.nume.24.& ex hac limitatione apparet reſpon-

ſio

ſio ad omnia cõtraria in quibus unum nõ ineſt alteri, nec
154 ſunt ſimilis naturæ.¶ Caueant tamen † notarii & alii cal lidiores teſtatoribus aſſiſtentes ne omiſſo uerbo lego,præ ter uoluntatem teſtatoris & eo ignor ante uirtutem uerbo rum ſcribant teſtatorem donare alicui præſenti & acceptã ti:cum intentio teſtatoris non eſſet, ut donaret irreuocabiliter: ſed ſolum legaret aut donaret cauſa mortis.Et qui talibus uafriciis aut cautelis utuntur, ad gehennam ædificant.Proinde diligenter interrogandus eſt teſtator de uoluntate ſua an donare intendat omnino & irreuocabiliter, aut legare tantũ,uel donare cauſa mortis & reuocabiliter.
155¶ Sed quid † ſi teſtator promittit ſoluere legatum legatario præſenti & acceptanti, an poterit legatum reuocari non obſtante tali promiſſione acceptata. Paul.de Caſtro in conſil.185.Super primo puncto in quo maior eſt uis libr.j.tenet quòd ſic.allegat Barto.in l.legatum eſt.circa ſi. ff.de lega.ii.ſequitur Boeri.in deciſio. Burdeg. q. 204. co-
156 lum.viii.circa med. ¶ Præmiſſa concluſio, † quod ubi teſtator donat ſimpliciter uel legat & donat alicui præſenti & acceptanti,dicitur donatio inter uiuos nõ legatum aut donatio cauſa mortis,non procedit quando ut inter uiuos ualere non poteſt:puta ſi excedit quingentos aureos.l.ſancimus.C.de donatio.nam tunc iudicabitur ut donatio cauſa mortis uel ut legatum ad hoc ut ualeat. Ita Crotus hic per regulam generalem:quia non præſumitur teſtator elegiſſe uiam ad impugnandum iudicium ſuum.l.iii. ff. de teſtamen.milit.¶ Secundo magis in ſpecie mouetur per textum in l.apud Celſum.§.j. ff. de excepti. dol. ubi donatio facta ab infirmo ad commodum uxoris, ualet ut donatio cauſa mortis,licèt de morte non ſit facta mentio. quia ualere non potuit ut donatio inter uiuos.toto titu.ff.& C.de dona.inter uirum & uxor.& ſic limitatur text.in dict.l. Se ia. §. fin. ff. de dona.cau.mort. ¶ Tertio mouetur Crotus authoritate adducendo Pau.de Caſtr.in conſil.75. Notandum eſt, quòd præfatum ſtatutum. libr. ii. ſecundum impreſſionem nouiſſimam.Socin.conſi.130.columnn.penult. libr.j. ubi ſi quis donet cauſa mortis omnia bona præſentia & futura cum iuramento & pacto de non reuocando,li

cèt

cèt illud pactum de non reuocando faciat eam ualere ut inter uiuos.maximè cum iuramento. l. ubi ita donatur. ff. de dona. cauſa mortis. Tamen quia ualere non poteſt ut inter uiuos,cum auferat liberam facultatem teſtandi.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerbor. obligati. & not. in l.fin.C.de pactis.ualebit ut donatio cauſa mortis.Addo ultra Crotum,quòd idem tenet Socin.in conſil.137. colu. ii.lib.j. Idem tenet deciſio Neapolit.deciſi.338. colu. iii. Addo etiam Bald.in conſil.108. Domina Ioanna. colum. fin.lib.iii.ubi,quòd donatio adulti quæ ualere non poteſt ut donatio inter uiuos ob non ſeruatam formam ſtatuti in contractibus minorum, ualet ut donatio cauſa mortis, in qua ſolennitas ſtatuti non requiritur. Ad idem adduco Corneum in conſil.259.colum.iii.lib.iiii.ubi, quòd donatio iudicatur inter uiuos uel cauſa mortis prout melius ualere poteſt. quia ſi interpretando cauſa mortis non ualeret,interpretabitur ut inter uiuos & econtrà. Idem econ
157 trà † quòd ubi donatio ſecundum uerba eſſet cauſa mortis.Tamen ſi ut cauſa mortis ualere non poteſt:ut quia coram teſtium numero non legitimo facta: iudicatur ut donatio inter uiuos, quando ut inter uiuos ualere poteſt. Petrus & Cynus.in l.licèt inter priuatos.C.de pactis.Alexand. in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbor.obliga.& in l.quæ dotis,ubi Iaſon columm.ix. in ſeptima limitatione.ff.ſolut.matrim.Socin. in dict.conſil. 137. colum.j.poſt medium,libr.j.Corne.in conſil.124. colum. j.circa medium.& in dict.conſil.259.colum.iiii.uerſic.ad-
158 uertendum tamen eſt lib. iiii. Fortius dico, † quòd ubi fieret donatio cauſa mortis alicui abſenti in teſtamnto, licèt ut donatio ualere non poſſit propter abſentiam: ualebit tamen ut fideicommiſſum, ſi adſit numerus teſtium legitimus ad fideicommiſſum.l.ſi donatio.C. de donatio. ubi,donatio quæ non ualebat,ſi teſtamento confirmata ſit debetur ut fideicommiſſum.not. Barto. in l. j. in fin. ff. de dona.cau.mortis.Roma.in conſil.171. Pro deciſione. colum.iii.Corn.in conſil.254. libr.iii.Dec.in conſil. 184. colum.iii. poſt medium & in conſil.196. colum.ii.in fin. Sed quid ſi fiat donatio cauſa mortis extra teſtamentum ab-
ſenti

ſenti an ualebit in uim fideicommiſsi, ut hæres legitimus aut teſtamentarius dicatur grauatus de reſtituendo donatario bona donata cauſa mortis,puto quòd ſic.nam eadem uidetur ratio ac ſi fieret in teſtamento. & pro hoc uidetur text.in dict.l.miles ad ſororem.& in dict.l.cum pater. §.donationis.ff.de legat. ii. in quibus iuribus nihil dicitur de teſtamento facto.Imo in dict.§.donationis. expreſsè dicitur, quòd mater donatrix deceſsit ab inteſtato relictis pluribus filiis hæredibus. Et tamen donatio ibi ualet in uim fideicommiſsi. Idem tradit Roma.in conſil. 513.ubi non apparet de aliquo teſtamento,& tamen ualet donatio cauſa mortis in uim fideicommiſsi, cum iure donationis ualere non poſſet propter abſentiam donatarii. Præmiſſa
159 tamen concluſio, † quòd donatio quæ ualere non poteſt ut inter uiuos,ualet ut cauſa mortis & econtrà, non uidetur procedere quando conſtaret de mente diſponentis limitata ad unam ſpeciem donationis inter uiuos uel cauſa mortis: quia tunc ſi non ualet donatio ut agitur,non ualet ut ualere poteſt non codicillum C. de teſta.& ſuprà dictum eſt. ¶ Dictum.eſt ſupra, quòd licèt legatum dicatur donatio. Tamen appellatione donationis propriè & ſtri-
160 ctè nõ uenit legatum. Sed quid † ſi fiat legatum adiecta clauſula, quòd reuocari non poſsit, an tunc erit donatio propriè, & ſic donatio inter uiuos. Iſtam. quæſt. format Crotus hic column. penul. circa fin. In qua arguit pro & contra,nec uidetur firmare. Primo igitur arguit, quòd ſit donatio inter uiuos: per text.in l.ubi ita donatur.ff.de dona.cau. mortis. per quem tex.ita dicit conſuluiſſe Roma. in conſil.293.ubi etiam Roma.conſiderat, quòd donatio poteſt fieri in teſtamento.gloſſ. & Doct. in l. hæredes palam.§.fin.ff.de teſta.& ſuprà abundè dictum eſt. Secundo conſiderat, quòd per talem donationem non aufertur libera facultas teſtandi, ſed ſolum reſtringitur in re legata: per text.in l. cum ita legatur. ff. de condi. & demonſt. Vbi libertas matrimonii licèt in totum tollli non poſsit, reſtringi tamen poteſt.Addo ultra Crotũ quod idẽ tenent Roma.& Alex.in l.ſtipulatio hoc mod › cõcepta.ff.de uer. obliga.Alexand.in conſ.83.col.pen.in fi.uerſic.nec etiam

prædictis

prædictis obſtat.lib.2.Soci.in conſi.72.colum.2.poſt med. uerſic.ad idem lib.3.dum allegat Bald.in l.ſancimus. C.de teſtamen.Idem tenet Deci.in conſi.293.column. pen.Sed contra iſtud dictum Rom.arguit Crotus per reg.l.cum pre
161 cario. ubi † quod non ualet pactum contra ſubſtantiam actus. ideò cùm legatum ſit reuocabile ad arbitrium,non debet ualere clauſula, quòd reuocari non poſſit.Nec obſtat ſecundum Crotum. textus allegatus per Romanum in dict.l.ubi ita donatur.ff.de donatione cauſa mortis. ubi ualet pactum contra ſubſtantiam donationis cauſa mortis,& facit illam ualere in uim donationis inter uiuos. quia reſponde dicit Crotus.ut per Bartolum in dict.l.ubi ita donatur.Bartolus uult, quod pactum contra ſubſtãtiam actus non ualet.dict.l.cum precario. Sed iſtud non procedit quãdo ex tali pacto actus poſſet tranſire in alium actum ſeu in nomen alterius actus, & natura aut ſignificatio uerborum pateretur talem tranſitum: puta de donatione cauſa mortis in donationem inter uiuos.Nam uerborum ſignificatio iſtud patitur: quia poteſt intelligi quod propter mortem aut mortis cauſam donare uoluerim inter uiuos, ita quod mortis cogitatio fuerit cauſa impulſiua ita donandi: ſecus ubi ſignificatio uerborum talem tranſitum non patitur. quia tunc pactum uitiatur, & non uitiat actum. Et ſic uult Bartolus,quod donatio cauſa mortis non poſſet tranſire in aliud nomen contractus ſecundum ſignificationem uerborum pactum de non reuocando adiectum donationi cauſa mortis uitiaretur, non etiam uitiaret ipſam donationem. Sed ſignificatio uerbi lego, non patitur tranſitum de legato in donationem inter uiuos, cùm iſta ſint penitus diuerſa legare, & donare inter uiuos: ergo uidetur talem clauſulam donationis legato appoſitam non ualere.Sed hic aduertendum contra Crotum. nam imo uidetur, quod uerbum lego, patiatur iſtum tranſitum in donationem inter
162 uiuos. quia † legatum dicitur donatio, & æquiparatur donationi cauſa mortis.l.fi.C. de donatione cauſa mortis. l.illud.in principio.ff.eodem titu.l.j. §.j. ff. ſi quid in fraudem patrona.¶ Secundo conſidero,quod aliud uidetur dicere an poſſit relinqui legatum cum clauſula de non reuo

Xx cando:

cando: aliud cum clauſula, & ſi contingat me reuocare legatum, ex nunc illud dono. quia quando teſtator expreſse donat in caſum reuocationis; non agitur de tranſitu habendo de uno actu in alium non nominatum, ſed de faciendo alium actum expreſsè prouiſum per diſponētem.¶ Ter-
163 tio conſidero † contra Crotum poſito, quod legatum nō dicatur propriè donatio ut ſuprà uiſum eſt: tamen dicitur donatio largè & impropriè. dict.l. legatum. ff. de legat.ij. ſed ut actus ualeat, uerba impropriantur. dict. l. ſi uno.in principio.ff.locati.l.inſulam.ff.de præſcript. uerb.l. damni infecti quidam.in princip. ff. de damno infect. & ſuprà latius dictum eſt nume.iij. ergo ut illa clauſula, quod reuocari legatum non poſsit, ualeat & non uitietur dicendum eſt quod legatum accipiatur pro donatione. Et hoc notandum eſt ualdè pro declaratione doctri. Bart. in dicta l. ubi ita donatur. ff.de donation.cauſa mortis.ut procedat etiā quando unns actus poteſt tranſire in nomen alterius actus ſaltem largè & impropriè. Quod tamen ſanè eſt intelligēdum, quando fieret legatum præſenti & acceptanti, uel abſenti notario tamen pro eo ſtipulante. quia aliàs clarum eſt, quod legatum non ualeret in uim donationis, quia etiam ſi expreſsè fieret donatio, illa non ualeret propter abſentiam. dicta l.abſenti.ff. de donationib. gloſſ. in dict.l.j.C.de donatione cauſa mortis. Et ſi dicatur tu uis, quod improprietur uerbum lego, & capiatur pro dono, ut clauſula ualeat de non reuocando, non etiam uitietur, ſed hoc modo ut ſuſtineatur illa clauſula, uitiatur legatum. Reſpondeo, quod imo non uitiatur actus legandi ex, quo ualet in uim donationis: & ſic non modo non irritatur actus, imo fit fortior & efficacior. Nec obſtat quod non ualet ut legatum: quia iſtud fit propter uoluntatem diſponentis conſeruandam, quæ dirigitur ad actum irreuocabi-
164 lem donationis. Et ubi † conſtat de uoluntate teſtatoris, non curamus de proprietate uerborū.l.Proculus.ff.de uſufruct.l.non dubiū.C. de leg. quæ duo iura ad hoc citat Alexan.in conſi.52.colum.j.lib.quarto Ad idem textum l.quoniam indignum.C.de teſtament.& in l.ij.C.commu. de lega.quæ duo iura ad hoc citat Iaſon in l.Lucius. colum. xj.

circa

circa med.ff. de uulga.¶ Quarto conſidero ultra Crotum, quod contra Romanum in dict. conſi. 293. uidetur tenere idem Romanus in conſi.171.columm. ij.Paulus de Caſtro. in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerborum obligationib.& in conſi.420.Viſo & examinato dicto caſu. colũ. j.poſt medium.in ſecundo dubio. lib. ſecundo. Alexander in conſilio 156.colum.ij.circa medium.lib.vij.Curtius iunior in conſilio 56.columm. iij. in fine. in quibus locis uolunt memorati patres,quod ſi teſtator donet res legatas in caſum quo contingat legatum reuocari, non ualet donatio ſed maneat legatum reuocabile ſecundum naturam ſuam: quia talis donatio in caſum mutationis aut reuocationis legati uidetur auferre liberam facultatem teſtandi. nam metu donationis factæ, ſi contingat teſtamentũ mu-
165 tari, abſtinebit teſtator ab alio teſtamento. † quia condendo aliud teſtamentum, legata in priori teſtamento cenſentur reuocata: non autem repetita in ſecundo teſtamento, niſi expreſsè dicatur.l.ſi iure.ff.de lega.iij.l.niſi.§.item ſi ipſe.ff.ſi cui plus quàm per legem Falcidiam. Paulus de Caſtr.in dict.conſilio.420.in ſecundo dubio.lib.ij. Et ſi dicatur quare abſtinebit teſtator à ſecundo teſtamento metu donationis, ſi omninò fiat legatum irreuocabile,etiam non mutato teſtamento? Reſpondeo, quod licèt fiat irreuocabile quò ad teſtatorem: tamen fieri poteſt nullum, ſeu quaſi caducum ſi legatarius præmoriatur teſtatori. quia legatum non tranſmittitur ad hæredes mortuo legatario ante teſtatorem .l.unic.§.pro ſecundo.C. de caducis tollen.Rurſus teſtator dum uiuit,percipit commoda legatorum: & tamen ſi mutaret teſtamentum aut reuocaret legatum, & illud tranſiret in donationem, ſtatim perciperet donatarius commodum donationis. Quid tenendum
166 † in iſta difficultate, diſtinguendi ſunt tres caſus.Primus caſus eſt quando teſtator donat alicui præſenti & acceptanti cum clauſula,quod reuocari non poſſit, & iſte caſu eſt ſine dubio,cũ fieri poſsit donatio in teſtamento. Secundus caſus eſt, quando teſtator ſimpliciter donat alicui præſenti & acceptanti ſine clauſula, quod reuocari non poſsit. & iſt ſecundus caſus plus habet dubitationis: tamen ſuprà cõ

cluſum eſt, quòd ualeat donatio inter uiuos cum quinque tamen modificationibus. Vnam tamen dubitationem mouet non mediocrem uidelicèt de textu in l. iij. in principio ff. de liber. lega. ubi, ſi teſtator dederit chirographum debitori ſuo, talis donatio uim habet fideicommiſſis. eſt uerum quòd Bartolus in l. legatum eſt. ff. de legatis ij. intelligit illum textum, quando traditur chirographum expreſſa cauſa legati, & ſic ex cauſa legati non ſimpliciter. Aliter etiã reſpondet Bartolus in dicta l. iij. quòd ibi fuit datum chirographũ expreſſa cauſa mortis, & ſic uult Bartolus, quod ſit donatio cauſa mortis, uim fideicommiſſi habens. Tertius caſus eſt, quando legatur alicui præſenti & acceptanti cum pacto, quòd reuocari non poſſit, & ualet legatum in uim donationis, propter clauſulam de non reuocando, & tranſit legatum in donationem inter uiuos: quia iſto caſu non dicitur auferri libera facultas teſtandi. nã poſtquã donatio perfecta eſt, nihil eſt quòd detereat donantẽ à teſtando, non magis atque ſi donaſſet inter uiuos & extra teſtamentum. & ita procedat quod dicunt Roma. & Alexan. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & idem Roman. in d. conſil. 292. Albe. de Roſa. in rubr. C. de dona. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. quotiens. column. iiij. poſt medium uerſicu. limitat tamen. C. de rei uendic. addo Abbatem in conſil. 95. in princip. lib. ij. Quartus caſus eſt, quando fit donatio in defectum aut in pœnam mutationis teſtamenti uel legati caſu quo contingat mutari teſtamentum aut legatum reuocari, & non ualeat: quia tunc uidetur tolli per indirectum libera facultas teſtandi. & ita procedant quæ ſcribit Roma. in dict. cõſ. 171. Paulus de Caſtr. in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta. Alexand. in dict. cõſ. 156. lib. vij. Curtius iunior iu dict. conſ. 56. colum. iij. quam diſtinctionem ſentit Iaſon in conſil. 169. colum. v. lib. iiij. Et ſi dicatur iſta diſtinctio uidetur uerbalis potiùs quàm realis. Nam quando fit legatum cum clauſula, quòd reuocari non poſſit, etiam tollitur facultas teſtandi quò ad legata irreuocabiliter. Reſpondeo, quòd facultas teſtandi hic conſideratur reſpectu bonorum, quæ ſunt in dominio teſtatoris, ſed legata irreuocabiliter non ſunt ampliùs in domi-

nio: quia cedunt in cauſam donationis, aliàs ſequeretur, quòd in teſtamento donare quis non poſſet irreuocabiliter. Secùs quando non fit legatum ſimpliciter irreuocabile, ſed ſolùm fit donatio in caſum quo contingat reuocari. quia dominium remanet penes teſtatorem, nec illud amitti pót in pœnam reuocationis legati aut mutationis teſtamenti. Sed iterum opponitur, ſi legatum fieri poteſt cum clauſula, quòd reuocari non poſſit, ut ſtatim ſit donatio, quare non debet ualere cum illa clauſula, quòd ſi contingat illud reuocari, uim habeat donationis. quia quod purè legari poteſt, id etiam ſub conditione legari poteſt, niſi ſit turpis aut impoſsibilis.tot.titul.ff. de conditionib.& demonſtratio.& de conditio. inſtit. Reſpondetur quòd imò iſta conditio eſt turpis & impoſsibilis de iure: quia per eã tollitur libera facultas teſtandi. Sed tertiò opponitur, quòd imò non uidetur iſta conditio turpis, nec aufert facultatem teſtandi: imo poterit teſtari reſpectu aliorum bonorum, licet legata tranſeant in donationem. nam etiã ſi non teſtatus aliter eſſet, ualuiſſent. Reſpondeo quòd ualuiſſent ex uoluntate ipſius teſtatoris non reuocantis, quãdo non uult reuocare: ſed quando non reuocat metu dona
167 tionis ualerent cõtra uoluntatem.¶ Quærit etiam† Crotus hic ſi teſtator tradit rem legatam legatario, an poſsit legatum iam traditum reuocari? In qua quæſtione refert opiniones contrarias nec determinat. In hac quæſtione una fuit opinio Bald. in l. ij. columm. ij. uerſicu. Sed iuxta prædicta quæro.C.de iure dotium.ubi, quòd talis præſtatio legati in uita teſtatoris, habet tacitam relationem ad legatum, in quo mors teſtatoris requiritur: unde potiùs uidetur teſtator præuenire in præſtatione legati præcedẽtis, quàm inter uiuos donare. Idem tradit Baldus in l. prima column.iij.poſt medium.C.ſi quis omiſſa cauſ. teſta.ubi quòd traditio rei legatæ facta in uita teſtatoris, aſſumit naturam donationis cauſa mortis, conſequenter quòd poteſt reuocari: per l.Lucius.la j. ff. de lega.ij.Idem in effectu uoluit Baldus in l. filia legatorum. in princip.C. de lega. ubi legatum dotis factum filiæ ſi præſtatur in uita patris, non confertur. quia talis præſtatio uenit ad execu-
 tionem

tionem aut implementum legati, & ſumit naturam ipſius legati. Certè ſi diceretur data dos inter uiuos non ex cauſa legati, eſſet locus collationi ſi talis præſtatio in uita teſtatoris retinet naturam legati: ergo non ſit irreuocabile. Altera fuit opinio Bartoli in l.legatum eſt.ff. de leg.ij.ubi Bartolus diſtinguit, quod aut ſit præſtatio legati in uita teſtatoris ex cauſa ipſius legati expreſsè, & tunc retineat naturam legati, & poſsit reuocari. l.cùm quis decedens.§. j.ff.de legat.iij.in princ.ff.de liberatio.legata. Aut ſit præſtatio legati in uita teſtatoris ſimpliciter non expreſſa cauſa,& tunc tranſit legatum in donationem inter uiuos, nec poteſt reuocari: per gloſſ. in dict. l. legatum. dum allegat dictam l.Lucius.ff.de lega.ij. & iſta doctrinam Bart.ſequitur Iaſon in l.filiæ.colum.ij.poſt medium.C.de collationi. In quo tamen aduerte: quia Iaſon pro eadem opinione allegat Baldum in locis ſuprà allegatis,in quibus Baldus tenet totum contrarium, & ſic infidelis eſt Iaſon recitator, quod ipſum & alijs in locis non unquàm admitti. Addo quòd doctrinam Bartol.in dict.l.legatum.ff.de legat.ij.ſequitur Paul.de Caſtr.in conſil.393. Subſtitutio.colum.j.in fin.lib.j.Et ubi traditur legatum in uita teſtatoris. licèt nõ tranſeat in donationem: quia expreſſa ſit cauſa legati,non requiritur aditio hæreditatis ad eius ualiditatem cùm nullus ſit hæres qui reuocet.Iaſon in l. eam quam.columm. xj. uerſicu.ultra Bart.adde ſextum caſum.C. de fideicommiſſ. & licèt hæres legitimus poſſet euincere: tamen aſſumit naturam donationis cauſa mortis, in qua aditio non requiritur:ut ibi per Iaſonem poſt Bald.in dict.l j.C.ſi quis omiſſa cauſa teſta. ¶ Sed aduertendum circa iſtam doctrinam Bartol. dum diſtinguit, an traditio legati fiat ſimpliciter, aut expreſſa cauſa legati. nam uidetur quod traditio ſimpliciter facta per ſe nihil operetur, niſi intelligatur facta ex cauſa legati præcedentis. Etenim traditio ſimplex & nuda à cauſa nihil operatur.l.nunquàm nuda.ff. de acqui.rerum domi. ergo niſi dicamus factam cenſeri traditionem ex cauſa legati, remanebit traditio nuda & nullius effectus: quia per eam non transfertur dominium, niſi procedat cauſa habilis ad transferendum: conſequenter reuocari

cari poterit talis traditio.l.nunquā nuda.ff. de acquirend. rerum domin.Secundò conſidero contra Bartol.quòd ſi uelimus dicere traditionem rei legatæ ſimpliciter factam, in dubio cenſeri factam ex cauſa legati: ergo poterit præſtatio aut traditio reuocari. ¶ Sed ſubtilius uidetur conſiderādum pro defenſione doctri. Bar.quod ubi traditur res legata ex cauſa ipſius legati expreſsè, clarè uidetur apparere de mente tradentis, quod noluit recedere à cauſa legati, & ſic retinet traditio naturam legati. Sed ubi traditur res legata ſimpliciter: quia talis traditio repugnat naturæ legati, quæ eſt ut mors teſtatoris expectetur, non cenſetur facta ſecundum naturam ipſius legati, ſed potius animo donandi inter uiuos. nam ſicut donatio cauſa mortis transfertur in donationem inter uiuos propter pactum de non reuocando contrarium & repugnans ipſi donationi cauſa mortis.d.l.ubi ita donatur.ff.de donatio.cau.mor. Ita uidetur, quod propter factum traditionis legati in uita teſtatoris ſimpliciter factæ, & quod factum apertè repugnat naturæ legati, trāsferatur legatum in donationem
168 inter uiuos, cuius naturæ traditio illa conuenit. Quia † facto non minùs uoluntas hominis declaratur, quàm uerbis.l. de quibus. ubi Iaſ.in quarto not. ff. de legibus. l.fi.ff. de diuor.l.gerit.ff.de acqui.hæredi.l. Paulus reſpondet nō tantum uerbis.ff.rem ratam habe.l.reprehendenda. C. de inſti.& ſubſti.c.cùm ſuper. de offic.deleg. c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori par.cap.Imò fortius eſt factum ad declarandum uoluntatem,quàm uerba.l.ſi tamen.§.ei qui.ff. de ædil.ædict.c.dilecti.ij.de appel.facit tex.in l.ij.in fi. C. commu.de leg. vbi, quòd leges rebus impoſitæ ſunt,non uerbis. Ideò filiatio fortiùs probatur ex facto & ex tractatu,quando quis tractatur vt filius, quàm ex uerbali nominatione. Bal.in l.non ignorat.colum.j. C.qui accuſar.non poſ.Dec.in conſil.54. Itaque ex facto iſto traditionis rei legatæ,quod legati naturæ minimè conuenit,nō obſcurè arguitur uoluntas teſtatoris, quod uoluerit rem legatam irreuocabiliter donare.Et hoc modo conſiderando non obſtat dicta l.nuquam nuda.quia porcedit quando nulla præcedit cauſa habilis ad transferendum dominium, ut ibi

dicitur. ſed hic ante traditionem præcedit cauſa legati habilis ad tranſlationem dominij mortuo teſtatore. Et ubi fit traditio in uita teſtatoris, præſumit lex quòd uoluerit teſtator transferre legatum in donationem, ex quo facit actum contrarium naturæ legati. Et iſta nota, quia ſubtilisſima nec alibi ita declarata. ¶ Præmiſſa doctri. Bartol.
169 quòd ubi † teſtator ſimpliciter tradit rem legatam, tranſit legatum in donationem inter uiuos, nec poteſt reuocari: limitatur ut non procedat, quando ex tali tranſitu teſtamentum fieret nullum: nam tunc traditio cenſetur facta ex cauſa ipſius legati, & retinet naturam eiuſdem legati: puta pater in teſtamento reliquit aliquid filiæ pro dotibus titulo inſtitutionis: deindè uiuens filiam dotauit tradendo legatum in uita, ſi legatum dotis tranſeat in donationem inter uiuos, filia reperitur præterita: quia inſtituta in ſola dote data inter uiuos. gloſſ. in l. iij. §. ſed utrum. ff. de minoribus. ubi gloſſ. quòd non ſufficit filiam habere dotem inter uiuos, niſi fuerit in aliquo inſtituta: ergo ut teſtamentum ſuſtineatur dicendum eſt, quòd traditio dotis relictæ in teſtamento cenſeatur facta ex cauſa ipſius relicti, non etiam ex cauſa donationis. Ita declarat & limitat Pau. de Caſtr. in dicto conſilio trecenteſimo nonoageſimotertio. Subſtitutio. columna ſecunda libro primo. Sed contrarium tenet idem Paul. de Caſtr. in conſilio octuageſimoſexto. Dubitatio, columna prima poſt medium uerſicul. Secundò autem. dict. libro primo. Vbi, quòd uiuente patre filia habet ut inter uiuos, ſed patre mortuo ex titulo particularis inſtitutionis. Asſignat rationem: quia aliàs ſequeretur abſurdum, quòd liberalitas patris præuenientis ſolutionem aut præſtationem legati, patri ipſi noceret, ſi teſtamentum eius infirmaretur, non enim præuenit ut teſtamentum infirmaret, ſed ut celerius exequeretur: ideò hoc ipſi teſtatori prodeſſe debet argumentum lege, ſed addes. §. ſi quis. ibi, ſed ut ſibi in cauſa conductionis proſpiceret. Digeſtis, loca. Secunda ratio asſignatur per Paul. in dicto conſilio octuageſimoſexto.
170 Quia mortuo teſtatore † mutatur cauſa poſſesſionis rei traditæ. nam uiuo teſtatore posſidebatur ex do-

natione inter uiuos: quia ex titulo legati poſſideri non poterat. ſed mortuo teſtatore incepit poſſideri ex titulo inſtitutionis aut legati. argument.l. ſeruus alienus.§. qui fideicommiſſariam.ff.de hæredibus inſtituendis.l. penultima.ff.de collatione bonorum.l.fundo.ff.ad legem Falcidiam. Tertiam rationem aſsignat Paul. quia licet legatum aut inſtitutio mutet conditionem quando præſtatur in uita teſtatoris, quia tranſit in donationem: tamen fauore teſtamenti, ut illud ſuſtineatur, remanet titulus inſtitutionis. Sed iſtud, quod dicit Paul. uidetur impoſsibile, quod donatio inter uiuos tranſeat in legatum, cum ſint diuerſæ & contrariæ naturæ. iuxta doctri. Barto. in dicta lege ubi ita donatur.ff. de donatione cauſa mortis. Ex quibus rationibus Paulus de Caſtro, in dicto conſilio octuageſimoſexto, apertat reſultat contrarietas eiuſdem Pau. circa dicta per eum in dicto conſilio. 393. colum. ſecũda libr.j.ubi declarat doctri.Bart.in d.l.legatum eſt.nõ procedere quando per tranſitum legati in donationem, inter uiuos reſultaret nullitas teſtamenti. Et uult Pau. quòd tunc cenſeatur traditum legatum dotis ex cauſa legati & teſtamenti, non ex cauſa donationis inter uiuos, & conſequenter, quòd tale legatum poſſit reuocari. Sed in d.conſil.86. uoluit, quòd durante uita teſtatoris cenſeatur filia habere legatum ſibi traditum ex donatione inter uiuos, ſed mortuo patre mutetur cauſa poſſidẽdi, & incipiat habere ex titulo inſtitutionis, quod tamen uidetur impoſſibile ut ſupra eſt dictum. ¶ Secũdo conſidero, quòd Paul. de Caſt. malè uidetur loqui in dict. conſil. 393. dum dicit,
171 † quòd filia inſtituta in ſola dote dicitur præterita: per glo.in d.l.iii.§.ſed utrum.in fin.in uer.patrimonium.ff. de mino.nam illa glo.dicit totum contrarium, quòd imo inſtitui poteſt filia in ſola dote, licet ad cautelam conſulat, quòd fiat inſtitutio in alio aliquo modico: puta in duodecim imperialibus. Et quòd ſufficiat inſtitui filiam in ſola dote: tenet Alexan.in conſil.177.colu. iiij. poſt medium. lib.ii.Iaſ.in conſi.25.in fin.lib.j.quod procedit licèt pater dotem non dederit, ſed alius contemplatione patris. Alexan.in conſil.179. colum. penultim. circa medium lib. v.

Ideo

Ideo uidetur, quòd ſolida ſtet doctri.Bart.in dict. l. legatum eſt.de lega.ii.quòd ſi traditur dos legata filiæ ſimpliciter, quòd operetur traditio donationem, nec ob id dica
172 tur filia præterita. ¶ limitatur † ſecundo doctri. Barto. in d.l.legatum eſt. ut non procedat quatenus tranſlatio tituli legati aut inſtitutionis in titulum donationis inter uiuos,eſſet allatura damnum filiæ in dote inſtitutæ. nam licèt ſoluatur dos filiæ in uita patris,non tamen tollitur effectus tituli inſtitutionis ad commodum ipſius filiæ: puta pater inſtituit filiam in centum pro dotibus,filium autem uniuerſaliter inſtituit.filius repudiat, filia uult ſuccedere in totum per ius accreſcendi,iuxta l.j.§. ſi ex fundo. ff. de hæredibus inſtituendis. opponitur cõtra eam, quòd non poteſt: quia ex quo dos in qua fuit inſtituta fuit ſoluta in uita patris, illa inſtitutio conuerſa eſt in donationem inter uiuos.Certè talis ſolutio facta in uita patris ad commodum ipſius filiæ,non debet retorqueri in eius odium,ut excludatur à iure à iure accreſcendi. Ita pulchre declarat Pau.de Caſt.in d.conſi.86.Dubitatio.col. j. poſt medium
173 lib. j. ¶ Ex præmiſsis ita declaratis infertur † ad declarationem ſeu limitationem unius regulæ iuris,quæ habet quòd legatum aut donatio ſimpliciter facta, non cenſetur facta animo compenſandi cum debito uoluntario præcedenti.l.creditorem.ff.de leg.ii. l. unic. §. ſciendum. C. de rei uxo.actio.latè Doct.in authen. prætereà. C. unde uir & uxor.Nam iſtud non procedit in teſtatore donante aut ſimpliciter tradente rem legatam: quia cenſetur tradidiſſe animo compenſandi cum ipſo legato: ideo mortuo teſtatore legatum amplius peti non poterit. de quo eſt tex. in d.l.Lucius la j.ff.de legat.ii.ubi Pau.de Caſtr.colum.ii. in fi.Tradit Corn.in conſil.230.in prin.lib.iiii. Et ſi dicatur legatum præcedens,cum ſit merè uoluntarium, quare præſtatio rei legatæ dicitur facta animo compenſandi, & cur diuerſum in præſtatione rei legatæ,quàm in alio debito uoluntario?Reſpondeo,quòd ratio diuerſitatis eſt:quia legatum ante eius executionem & ante mortem teſtatoris, non poteſt dici debitum, cum poſſit reuocari. Ideo quando fit ſolutio aut præſtatio rei legatæ, illa uidetur fa

cta

cta in executionem ipſius legati, nec tunc tractatur de cō penſatione facienda, cum nullum præcederet debitum in quod fieret compenſatio. ¶ Nouiſsimo loco tractat Cro-
174 tus in hac rubr. quomodò diſcernatur legatum † à fidei-commiſſo & econtrà. & licèt Crotus non dicat, iſta quæſtio uidetur conuenire rubricæ potius quàm textui l.j.hóc eod.tit.ubi Paul.de Caſtr. & Doct. de ea tractant. nam in rubric. dicitur de leg. & fideicommiſ. j. ergo legata & fideicommiſſa uidentur diuerſa ponderando copulam, &, cuius natura eſt ut ponatur inter diuerſa gloſſ.in rubric.ff. de iuris & facti ignorant. quæ etiam diuerſitas arguitur ex diuerſitate nominum.l. ſi idem. C. de codicil. Paul. de Caſt.in d.l.j.colum.ii.poſt medium.fatetur, quòd iſta differentia ſeu diuerſitas nominum inter legata & fideicommiſſa uidetur uerbalis,quantum ad uſum & modum loquēdi potius, quàm ſubſtantialis quoad effectum iuris nulla uidetur inter ea differentia, cum ſint inuicem exequata ad omnia,nec plus iuris eſt in uno quàm in altero: ut dicitur in d.l.j.& in l.ii.C. commu. de legat. & declarat Paul. in d.l.j.colum.ii.infrà eodem. Et tamen Paul.non obſtante iſta exæquatione declarat differentiam aut diuerſitatē uerbalem iſtorum nominum legatorum & fideicommiſſorum, ut legatum dicatur quando uerba diriguntur ad legatarium aut honoratum: puta lego Titio fundum,uel uolo, quòd Titius habeat fundum.fideicommiſſum autem dicitur quando uerba diriguntur ad grauatum: puta,grauo hęredem,quòd det Titio fundum, uel uolo, rogo, mando, opto,quòd hæres det Titio fundum. Alexan. autem in d. l.j.colum.iii.poſt medium dicit,quòd cognitio iſtius differentiæ nominum inter legata & fideicommiſſa, non dicitur uerbalis: imo utilis duplici reſpectu. Primo propter intelligentiam iurium antiquorum, in quibus fit mentio legatorum & fideicommiſſorum, antequam illa inuicem eſſent adæquata. Secundo utilis eſt cognitio iſtorum nominum propter ſtatuta in quibus fieret mentio de legatis uel fideicommiſsis, in quibus ſtatutis uerba ſunt propriè & ſtrictè intelligenda.l.j.§.hæc uerba.ff.de nego.geſt. l. j. §.ſi is qui nauem.ff. de exercitor.l.conſtitutionibus. ff. ad Muni-

Municipal.Bartol.& Doct.in l.omnes populi.colu. 22.in quarta.q.ff.de iuſti.& iur.¶ Sed aduertendum circa primã utilitatem.Alex. quia oporteret habere ius antiquum ante factam adæquationem legatorum & fideicommiſſorum quod ipſum non habemus niſi relatiuè ſeu per relationem Iuriſconſultorum quatenus memoriam habent ut faciunt de tali iure antiquo.Similiter aduertendum circa ſecundã utilitatem. quia Alex. præſupponit unam concluſionem,
175 † quòd ſtatutum loquens de legato non habeat locum in fideicommiſſo & econtrà,ſtatutum loquens in fideicõmiſſo non habeat locum in legato. Sed contra iſtam concluſionẽ fortiter facit. Nam legata & fideicommiſſa æquiparantur per ius commune.dicta.l.j.infrà eodem.& dicta l.ii.C.communia de legatis.ergo uidetur, quòd ſtatutum loquens in uno ex æquiparatis trahatur ad alterum in materia odioſa & correctoria.gloſſa in l.quod uero. ff. de legibus.& gloſſa in l.ſi quis ſeruo.in gloſſa finali.C.de furtis ubi Bartolus & Doctores in l.ſecunda.ff.de legatis primo. Bartolus & Doctores in l. Marcellus . in principio. ff. ad Trebellianum. Idem Bartol. in authentica ſed cum teſtator.columna ſecunda.C.ad legem Falcidiam.Iaſ.in l. tranſigere.columna quinta circa medium. C. de tranſactionibus.Quod ſine dubio uidetur procedere, quando ſit æquiparatio plurium per uiam regulæ ſeu generaliter aut uniuerſaliter,quo ad omnia uel ſaltem in caſu de quo agitur. nam tunc lex noua correctoria diſponens ſuper uno ex æquiparatis per legem antiquam cenſetur diſponere etiam ſuper alio.Secus ſi æquiparatio non fieret per uiam regulę & generaliter,ſed tantum in aliqua materia:quia lex noua correctoria diſponens ſuper uno ex illis parificatis in alia materia non trahitur ad alterum.l.final.iuncta authentica quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.Matheſil. in tractat. extenſio.colum.vj.Roman.in conſil.179. Ampliſſime Doctor.colum.iii.poſt medium,uerſicul.Tertio reſpondetur. Iaſon in l.ii.column.penultim.ff.de iureiurando. & in authent.nouiſſima.C.de inofficio.teſtam. ſed legata & fideicommiſſa æquiparantur per uiã regulæ uniuerſaliter quò ad omnia.l. j. infrà eod. ergo uidetur quòd ſtatutũ loquẽs

in uno

in uno procedat & in alio &. Secundo hodie legata & fidei commiſſa ſunt facta ſynonima, & nomen unius conuenit alteri.l.ii.C.communia de legat.ergo uidetur quòd etiam in ſtatutis appelatione unius ueniet alterum. Et ita in terminis ſtatuti dicit Paulus de Caſtro in dict. l. ii. colum. j. uerſic. Tertio & ultimo. Idem in materia renunciationis, ut ſi quis renunciet legato cenſeatur renunciare fideicommiſſo,& econtrà.Bald.in conſil.46.Verba inſtitutionis.ante finem,& in conſi.ſequ.47.etiam ante finem libr.ii.Ideo iſta utilitas conſiderata per Alexand.non uidetur. de iure procedere.Proinde Crotus hic tenet, quòd iure iſto digeſtorum non ſit aliqua differentia inter legata & fideicommiſſa,ſicut nec de iure codicis.dict.l.ii.C.commun. de lega.ob id quòd ex illis uerbis, ex quibus inducitur fideicõmiſſum,inducitur & legatum per text.in l.generali.§. j. ff. de uſufract. legat. ubi textus appellat legatum quod relictum fuit per uerbum uolo.

176 Et tamen † uerbum uolo,eſt aptum ad fideicommiſſum,ſicut uerbum rogo.§.fin. inſtit. de ſingulis rebus per fideicom.relict.addo textũ in l.& eo modo.infrà eodem. Ad idem allegat Crotus text.in l. uxorem.§.j.ff.de uſufruct.legat. Vbi teſtator reliquerat domũ cum orto applicito libertis omnibus per uerbum uolo. Et tamen textus illud relictum legatum appellat.Et ſi dicatur in dictis iuribus legatum accipitur pro fideicõmiſſo. Quia

177 † legati appelllatione fideicommiſſum continetur.l.& fideicommiſſum.ff.de lega.tertio.reſpondet Crotus quòd illud procedit capiendo uerbum legatum. in genere, ſed capiendo in ſpecie aliud eſt legatum, aliud fideicommiſſum.l.ſi idem. C. de codicillis. ſed uerba in dubio debent intelligi in ſpecie. Bartol.in l.hoc legatum.ff. de legat. iii. per illum textum. Tradit idem Bartol. in l. j. in fin. princip.ff.de edendo.Curt.Senior in conſil. 40. columm. vj. in fin. Sed conſidera contra Crotum. nam ſi uerbum uolo, importat fideicommiſſum de ſui natura, dict. l. & eo modo.ff. de legat.j.§.fina. inſtitut. de ſingulis rebus per fideicommiſſ.relict. & in dict. l. uxorem. §. j. ff. de legat. iii. & in dict.l.generali.§.j.ff.de uſufruct.legat.nominatur legatum, quod relictum eſt per uerbum uolo: ergo neceſſa-

rio oportet dicere, quòd legatum capiatur in genere, ex quo prolatum in ſpecie importat fideicõmiſſum. Et quòd
178 † uerbum uolo propriè & in ſpecie importet fideicommiſſum. arguitur. Quia iſtud uerbum eſt explicatiuum uoluntatis & deſiderii. ut ſi dicas, uolo hanc rē, deſidero hãc rem. ſed uerba ſignificatiua deſiderii teſtatori ſignificant & important fideicommiſſum l. etiam hoc modo. & l. & eo modo. ff. de lega. j. ¶ Secundo quod uerba de ſui natura importantia fideicommiſſum inducant etiam legatum, adducit Crotus text. in dict. l. generali. in princip. ff. de uſufruct. legat. Vbi ex uerbis ibi relatis ideo non inducitur legatum proprietatis, quia relata erant ad honoratum: ergo ſi relata fuiſſent ad hæredem, uult textus quòd legata di-
179 ceretur proprietas. Et tamen teſtator ibi uſus † fuerat uerbo puto, apto ad fideicommiſſum. d. l. etiam hoc modo. de lega. j. ubi loquitur textus in uerbo credo, quod idem ſonat. Sed ad illum text. reſpõdeo dupliciter. Primo quòd utitur uerbo legata, negatiuè: quia uerba relata erant ad honoratum, qui prætendebat legatum deberi, & legatum eſſe, cum eſſent uerba directa ad eum. Et dicit text. legatam proprietatem non eſſe, licet uerba ad eum relata ſint: quia ſunt uerba blanda aut adulatoria. ſed ex hoc non ſequitur, quòd ſi uerba relata eſſent ad hæredem, & diſponerent, quòd illa diſpoſitio eſſet legatum. Secundo reſpõdeo, quòd ibi uerbum legata, neceſſario capitur tanquàm genus pro relicta, ex quo legatum propriè & ſtrictè importari nõ poteſt illa uerba. ¶ Tertio quòd nõ ſit differētia inter legata & fideicommiſſa circa modū deducendi, & circa uerba quibus quid relinquitur, ſed quòd uerba apta ad fideicõmiſſum adaptētur ad legatū & econtrà, adducit Crotus textum in dict. l. & fideicommiſſum. ff. de legat. iii. ubi quòd legati appellatione fideicommiſſum continetur. ergo uerba legati conueniunt fideicommiſſo, ſicut & uerba fideicomiſſi conueniunt legato: ut ſuprà dictum eſt. Sed reſpondetur ad illum textum prout proximè reſponſum eſt ſecundum ipſum Crot. quòd ibi legatum conſideratur in genere non in ſpecie, prout diſcernitur à fideicommiſſo. ¶ Quarto, quòd nulla ſit differentia inter legata & fideicõ

miſſa

miſſa non ſolum quoad effectum iuris, ſed etiam nec in ipſo deducendi modo, arguit Crotus. quia ſi aliqua foret differentia, Iuriſconſultus in l. j. infrà eod. dum æquiparat inuicem legata & fideicommiſſa, non ita ſimpliciter & abſolutè adęquaſſet: ſed uſus eſſet dictione ferè, ut fecit Imperator inſtitu. de donatio. §. j. dum dicit, quòd donationes cauſa mortis legatis fere connumerantur, propter aliquas inter ea differentias. Sed reſpondeo ad iſtud argumentũ, quod Iuriſconſultus ſimpliciter adæquauit legata & fideicommiſſa quad effectum iuris poſtquàm ſunt in eſſe dedu
180 cta non in modo deducendi ad eſſe quia † differentia circa modum deducendi in eſſe non uidetur conſiderabilis, poſtquàm effectualiter non differunt. nam de modo non curamus dummodo habeamus effectum. l. iii. C. de inſtituti. & ſubſtit. ſub condit. fact. Et ea quæ conueniunt in effectu, dicuntur ſimpliciter conuenire. l. ex ea. §. inſulã. ff. de uerb. oblig. l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cleric. quæ iura ad hoc citat Iaco. Butri. in conſil. Freder. de Senis in conſi. 276. Titius colum. final. Et ſic uerũ ſemper eſt, quòd per omnia adæquata ſunt legata fideicommiſsis, ex quo conueniunt in effectu, licèt circa modum uideantur differre. Addo textum meliorem in §. fina inſtitu. de iure perſona. ubi, quòd in ſeruorum conditione nulla eſt differẽtia: & tamen gloſſ. ibi enumerat multas differentias, & reſpondet gloſſ. quòd illæ differentiæ non habentur in conſideratione, ex quo omnes ſunt ſerui, nec unus in ſubſtantia eſt plus ſeruus quàm alter, licèt ſit differentia quoad actus & accidentia: quia aliqui habeant militiam aliqui non, aliqui ſint nouicij alij ueterani, alij ordinarij aliqui uicarij: Idem tradit gloſ. in l. final. §. quotiens. ff. de publica. Iaſon in l. iij. §. ex contrario. colum. ij. ff. de acquir. poſſeſ. Et ſic ea quæ conueniunt in ſubſtantia & in effectu, ſimpliciter dicuntur conuenire, licèt differant in accidentibus aut in modo. Eodem modo non ideo minus dicentur legata & fideicommiſſa adæquata inte ſe quoad effectum iuris, licet differant in modo deducendi in eſſe. Nec obſtat textus in dict. §. j. inſti. de dona. Vbi Imperator utitur dictione ferè, propter aliquas differentias inter donationem cauſa mortis

tis & legata: quia illæ differentię conſiſtunt circa ſubſtan tiã & effectũ,nedũ circa modũ deducendi in eſſe, aut circa accidentia:ut habetur in l.ii.infra.eo.¶ Quinto,quòd non ſit differentia inter legata & fideicommiſſa etiã circa uer ba quibus in eſſe deducuntur,adducit Crotus text.in l.ſę-pè.ff.de legat. iii. ubi, quod reſtituitur fideicommiſſario, appellatur legatum.ſed ille textus nihil facit : quia loqui tur text. quando legatarius erat grauatus reſtituere fidei-commiſſario . & ſic appellatur legatum reſpectu legatarii grauati. & quod loquatur in legatario grauato, probatur: quia loquitur textus de augmento accedente rei legatæ per alluuionem ante diem reſtitutionis fideicommiſſi. nã ſi loqueretur in legato alicui purè relicto ab hærede, fru-ſtrà quæreretur an illa acceſsio debeatur legatario ex quo ſtatim debetur à morte teſtatoris & adita hæreditate.Pręterea ex quo textus loquitur de legato reſtituendo fidei-commiſſario,in neceſſarium antecedens oportet præſup-ponere, quòd legatarius eſſet grauatus ad reſtitutionem legati. & hoc modo intelligendo prout intelligi neceſſe eſt.ille textus retorquetur contra Crotum.¶ Sexto Crot. adducit tex.in l.fideicommiſſa.§. ſi quis dec. ff. de legat. iii.ubi textus relicta per fideicommiſſum legata appellat. ſed certè non obſcure apparet in illo textu, quòd uerbum legata,capitur in genere ꝓ relictis.patet quia in ſpecie lo quẽdo ſẽper uſus fuerit Iuriſconſ.uerbo fideicõmiſ.¶ Præ terea aliud uidet,ꝙ fideicõmiſ. legatũ poſſit appellari, a-liud an inducatur in eſſe ꝑ illa uerba quibus legatũ deduci tur. nã legatũ dicitur donatio cauſa mortis : & tamẽ circa deductionẽ in eſſe aliter unũ inducit & aliter aliud. ¶ Ter
181 tio,† reſpõdeo, ꝙ differẽtia inter legata & fideicõmiſſa fuit ſublata etiã quo ad nomẽ : ideo hodie dicũtur ſinoni-ma: ſecundũ Paul.de Caſt.hic,& ſic nomẽ unius eſt attri-butũ alteri uiciſſim & mutuo , & ſic iſto reſpectu dici po-teſt,ꝙ ſint adæquata,etiã circa modũ deducẽdi in eſſe eſſe ctualiter: tamẽ nõ reſtat quin uerbaliter aut nominaliter diuerſa ſit deductio in eſſe. Ideo dicit Paulus ꝙ iſta differẽ tia uidetur potius uerbalis.Pro dicto Pau.de Caſt.ꝙ lega-tum & fideicommiſſum dicantur ſinonima:adduco Bald.
in conſi.

in conſil.46.Verba inſtitutionis.ante finem,& in conſil.ſequen.etiam ante finem,libr. j. ubi propterea quòd renunciatio facta de hæreditate exceptis legatis ,includit fideicommiſſum , ut etiam fideicommiſſum cenſeatur reſeruatum & ſimiliter renuncians legato dicitur renunciare fidei commiſſo,ſi aliter de mente non conſtet . quia iſta dicuntur ſinonima.Ex quibus uides quòd Crot.totus in hoc fuit ut oſtenderet hanc differentiam legatorum & fideicommiſſorum circa modum deducendi in eſſe omninò inutilẽ fore,& quod nulla omninò ſit differentia inter ea etiã quo ad modum deducendi. & hoc fecit Crotus uidens uarietates Doctor. circa iſtam differentiam quo ad modum deducendi in eſſe, ſed uides confutata Croti argumenta. Præterea ſi idem eſſet modus deducendi in eſſe in utriſque, quare Iuriſconſulti in locis tam multis dicerent relinquit per fideicommiſſum , uel legauit: nam iſta diuerſitas uerborum arguit quod non ſint eadem.dict. l. ſi idem C.de co

182 dicillis. ¶ Sed dicet aliquis † quorſum attinet tractare an differant legata & fideicommiſſa quo ad modum deducendi in eſſe ſi ubi ſunt in eſſe deducta nihil differunt , ſed per omnia adæquantur in tantum quod uirtute talis adæquationis ſtatutum aut lex noua loquens in uno locum haberet & in altero : ut ſuprà eſt dictum. Dico quod utilitas cõſiderari poteſt circa inueſtigationem eiuſmodi,ſi ſtatutum loqueretur de legatis aut fideicommiſsis taxatiuè :puta de legatis tantum uel de fideicommiſsis tantum : quia tunc ſtatutum loquens in uno ex æquiparatis non traheretur ad alterum. Bald. poſt Guglielm. de Cune. & Cynum in authentic.quas actiones.columm.ij. C. de ſacroſanct.eccle.ſequitur Alexand.in cõſil.171.columm.ij,circa med. lib.vij. Sed iſta utilitas uidetur periculoſa & contra textũ in authen.in ſucceſsione.in uerb.ſola, iuncta glo.ibi C. de ſuis & legiti.ubi adoptiui includuntur non obſtante taxatiua . quia æquiparantur naturalibus . niſi dicas quod illa taxatiua non ponitur ad excluſionem aliquorum , inio ad incluſionem . ut includat etiam fœminas & emancipatos. Ideo non debet operari contrarium effectum excluſionis. l.ea lege.ff.locati.¶ Secunda etiam utilitas poſita per dictum

ctum Alex.uidetur conſiderabilis.Nam quando fit mentio de iure antiquo diſponente ſuper legatis non poſſet haberi notitia ipſius iuris antiqui relati, niſi ſciatur in quo differant legata à fideicommiſſis circa modum deducendi in
783 eſſe. ¶ Itaque uidendum eſt † quando dicatur legari & quando fideicommitti. in hac difficultate tres feruntur opiniones.una Imol.quam reprobat Alex. tanquam de re clara.altera Paul. de Caſtr. quod legatum dicitur quando uerba diriguntur ad legatarium aut honoratum: puta Titio lego fundum, uel uolo quod Titius habeat fundum.fideicommiſſum autem dicitur quando uerba diriguntur ad grauatum: puta grauo hæredem addandum Titio fundum uel uolo quod hæres det Titio fundum. pro Paul. opinione Alex.allegat tex.in §.pen.& fin. inſtitu. de ſingu. rebus per fideicomm.relict.& inſtit.de fideicom.hęredit.in prin. Sed contra Pau.de Caſtr.arguit Alex.in dict. l. j. col. iij.infrà eodē. Primo de regula illa generali, quod non attenditur ad quem uerba referantur, ſed ad quem dirigatur effectus.l.miles ad ſororem.in prin.& l. cum pater. §. donationis.ff. de leg. ij. Ideo conſiderato effectu, qui dirigitur ad commodum honorati, uideretur quòd ſemper dicatur legatum non fideicommiſſum. Sed ad iſtud argumentum reſpondetur, quod procedit reſpectu ipſius effectus, id eſt, ut ſciatur cui acquiratur commodum ſeu ad quem pertineat effectus diſpoſitionis, ſed non reſpectu denominationis actus, quæ denominatio fit à proprietate uerborum quando effectus non repugnat uerbis, ut ſupra dixi nu.109.facit text.in l.non aliter.ff.de lega. iij. Secundo contra Pau.de Caſt.adducit Alex. tex.in l. Titia cum teſtamento.§.j.ff.de leg. ij. ubi uerba non precaria diriguntur ad honoratum, & tamen dicitur fideicommiſſum. Nā ibi teſtator uoluit quòd filius & filia hæredes ſcripti acciperent à ſeipſis certa prædia cū ſuis impoſitionibus, quod uerbum impoſitionibus declaratur in l. ij. §. j. ff.de fundo iſtruct. deciditur quod utrique competit integrum prædium relictum, nec tenetur fideicommiſſarius ſoluere partem pretij cohæredi, & ſic tex.appellat fideicōmiſſarium honoratum, ad quem uerba directa fuerunt. Stringo fortuis

tius illum tex. ultra Alex. nam ibi data erat facultas honorato capiendi relictum propria authoritate, ob id non poterat dici grauatus cohæres de aliquid præſtando, & tamen honoratus fideicommiſſarius nuncupatur. Sed reſpondeo ad illum text. quòd ibi teſtator uſus fuit uerbo uolo, quod fideicommiſſo aptius conuenit, ut ſupra dictum eſt per l. & eo modo. ff. de leg. j. §. fi. inſti. de ſingular. reb. per fideico. relict. deò inſpecta natura ipſius uerbi non perſona ad quã refertur, fideicommiſſum appellatur. pro hoc quod ſcribit Deci. in l. quotiens idem ſermo. colum. j. ff. de reg. iu-
184 ris. ubi † quod uerba debent intelligi potius ſecundum naturam actus, quàm ſecundum qualitatem perſonæ facientis. & dicit hoc colligi ex dictis Ant. de Butr. in ca. ſ. pro debilitate. ubi Barba. colum. iiij. de offic. delega. ſimiliter denominatio actus fit ſecundum naturam ipſius actus. quia cui conuenit natura actus, conuenit & eius ſpecies. Ideò quia de natura emptionis eſt, quod perfecto contractu periculum rei tranſeat ad emptorem, ſi fiat pactum quod periculum pertineat ad accipientem, dicitur contractus emptionis habita denominatione à natura ipſius actus. Bald. in l. cum dotem. per illam text. C. de iure dotium. Soc. autem hic dicit ſe dupliciter reſpondere ad illum text. & tamen unicam tantum reſponſionem uidetur dare, quòd in dict. l. Titia cum teſtamento. §. j. fideicommiſſum capiatur largo modo pro legato. l. & legatum. ff. de legatis iij. qui textus non uidetur facere. nam dicit, quod appellatione legati contineatur fideicommiſſum & donatio cauſa mortis ratio: quia ſignificatio uerbi lego, ualde eſt generalis. l. uerbis legis. ff. de uerborum ſignificatio. ſed non dicit ille textus, quòd appellatione fideicommiſſi ueniat legatum propriè nec impropriè aut largè. Secundam autem ſolutionem ad illum textum ponit Socinus in fin. rubric. de qua infrà dico, nu. 159. uerſi. Ideò alio modo. ubi illum impugno. ¶ Tertiò contra Paul. de Caſtr. arguit Alexand. dicendo, quod iura æquiuocè utuntur iſtis uerbis legata & fideicommiſſa: ut in dict. l. Titia cum teſta. §. j. ff. de lega. ſecundo. l. ſi cui legetur. §. fina. cum gloſſ. infra eodem. l. & fideicommiſſum. ff. de legat. iij. ſed certè idem dixit ipſe

Paulus dum uoluit ſublatam eſſe differentiam legatorum & fideicommiſſorum etiam quò ad nomina & quòd ſinomina facta ſunt per adæquationem, ob id quod iſta differentia uidetur uerbalis. ſed ut dixi ſuprà licet unum contineatur ſub altero nõ reſtat quominus ſint diuerſa nomina, & quominus differant uerbaliter. nam quòd unum cõtineatur ſub altero, non eſt ex proprietate uerbi, ſed propter adæquationem factam. ¶ Quarto loco Alexander in hac uerbali differentia inter legata & fideicommiſſa tandem amplectitur opinionem Pauli de Caſtr. quod dicantur legata quando diriguntur uerba ad honoratum, fideicommiſſa autem quando diriguntur uerba ad grauatum. & pro opinione Pauli adducit Alexand. text. in §. pen. & fina. inſtitu. de ſingu. reb. per fideicommiſſ. relic. ubi fit differentia an uerba donationis libertatis referantur ad ſeruum uel ad hæredem. quia ſi ſeruo immediatè libertas relinquitur, ita quod ab alio manumitti eum non rogat, illam conſequitur à ſe ipſo, nec efficitur libertus hæredis: ſecus ſi referatur datio libertatis ad hæredem. quia tunc competit libertas per fideicommiſſum, & efficitur ſeruus libertus hæredis, & ſic uult ille textus. quod tunc dicatur fideicommiſſaria libertas, quando alius rogatur manumittere, ubi autem alius non rogatur, manumittere non dicatur fideicommiſſaria libertas, ſed legata aut directa. ¶ Sed aduerte circa illam textum: quia non uidetur probare quod ex ſola relatione aut directione uerborum arguatur diuerſitas inter legatum & fideicommiſſum, ſed conſiderato effectu. quia ſi honoratus conſequitur relictum de manu alterius, erit fideicommiſſum: ſi uero à ſeipſo, erit legatum, & tñ legatum regulariter capitur de manu hæredis. dict. l. Titia cum teſtamento. §. j. ff. de lega. ij. l. non dubium. C. de lega. Ergo ſemper legatum dicetur fideicommiſſum, licèt dirigantur uerba ad legatarium ex quo ab hærede præſtandum eſt. §. j. inſtitu. de lega. Præterea quid refert dirigantur uerba ad legatarium aut ad grauatum, ſi ſemper capiẽdum ſit legatum de manu hæredis? Vel aliter reſpondeo ad illum textum, quòd loquitur in legato libertatis, quod etiam hodie differt à fideicommiſſo libertatis: ut infrà uidebimus

debimus, propter ius patronatus. ſed in alijs caſibus in quibus ceſſat differentia inter legata & fideicommiſſa, nõ uidetur attendendum ad quem uerba referantur. & ſic iſta differentia conſiderata per Alex. uidetur particularis quo ad unum effectum, ut ſciatur an legatarius poſſit capere rẽ legatam ſine facto hæredis, ſed ubi factum hæredis neceſſarium ſit, quomodo tunc dignoſcatur legatum à fideicommiſſo, hoc opus hic labor eſt. ¶ Secundo pro opinione Paul. de Caſt. adducit Alexan. quod in ſimili dicitur ad
185 ſciendum an uerba † ſubſtitutionis dicantur directa uel obliqua. nam inſpicitur perſona ad quam referuntur. quia ſi referuntur ad honoratum, ut poſſit capere à ſeipſo non de manu alterius, dicuntur directa: ſi autem referantur ad grauatum, de cuius manu oporteat accipere, dicuntur obliqua. l. eam quam. cum gloſſ. in uerb. directis. C. de fidei commiſ. Bart. poſt gloſſ. in l. ij. in princip. C. commu. de lega. plenè idem Bartolus in l. centurio. in ultima quæſtio. ff. de uulga. addo Bart. in dict. l. Titia cum teſtamento. §. Lucius. ff. de lega. ij. bonus textus in dict. §. penult. inſtitu. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. Seu iſtud fundamentũ Alexan. non placet. quia ut ſuprà dictum eſt, ſequeretur, quòd ubi legatum pręſtandum eſt ab hærede, legatum dici non poſſet, ſed tantum fideicommiſſum. & tamen legati natura eſt, quod præſtetur ab hærede: ut patet ex eius diffinitione dict. §. j. inſtitu. de lega. ij. ſequeretur quòd ubi diriguntur uerba ad legatarium, capi poſſet legatum propria authoritate & à ſeipſo: quia aliàs iſta directio uerborum ad legatarium nihil operatur: ut ſuprà proximè dictũ eſt. ¶ Ex præmiſſis uides opinionem Paul. de Caſt. comprobatam per Alexand. in tuto non eſſe. Eandem Paul. opinionem reprobat Cumanus per textum in l. ſi ita ſcriptũ fuerit. in princip. ff. de manumiſſ. teſtament. ubi uerba dirigũtur ad hæredem. & grauatur hæres de præſtando relictum & tamen appellatur legatum. idem probatur in l. damnas in princip. ff. de uſufruct. lega. ſed iſta iura Cuma. poteſt reſponderi quod ſignificatio legati eſt latiſſima comprehendens etiam inſtitutiones nedum fideicommiſſa. l. uerbis le

 gis.

gis.ff. dę uerborum ſignificatio nimirum ſi quod fideicom miſſum eſt,legatum appellatur.quia in legato utique fidei commiſſum continetur,capiendo uerbum lego, in genere & in lata ſignificatione. Ad idem contra Paulum adducit Socin.text. in §. j. inſtitu.de legat.ubi referuntur quatuor modi legandi, quibus antiquitas utebatur: & tamen in duobus modis uerba diriguntur ad hæredem uidelicet,per damnationem & ſinendi modum ſed ad iſtud quod dicitur deſinendi modo reſpondeo, quòd uerba non ſonant in grauamen hæredis ut det.imò potius referuntur ad honoratũ ut ipſe percipiat, ad hæredem autem dirigitur ſermo in eo quod tacitè inorat ut permittat aut legatariũ patiatur rem legatam habere,aut eam percipere, & ſic potius dari uidetur poteſtas legatario capiendi legatum propria authoritate prohibendo hæredi ne idipſum impediat, magis autem urget textus,dum appellat legatum quod fit per damnationem,ſed poteſt dici quod dicatur legatum ſecũdum latam eius ſignificationem. de qua in dict.l. uerbis legis.ff.de uerborum ſignificatione. ſicut etiam largè uidetur capi in dict.l.damnas.ff.de uſufruct.leg. Sed contra doctrinam & diſtinctionem Paul.de Caſtr. uidetur gloſſ.in l. ij.in princip.in gloſſ j.C.commu. de legat. ubi gloſſ. uult
186 totum contrarium, † quod uerba directa legati dicuntur quæ referuntur ad hæredem: obliqua autem aut non directa quę referuntur ad honoratũ.per l. miles ad ſororem.in principio.& l.eũm pater.§.donationis.ff.de legat.ij.ubi dicitur fideicommiſſum. quia uerba non ſunt directa ad hæredem: cum hæres inſtitutus non eſſet. Paulus tamen de Caſtr.in dict.l.ij.in princip.intelligit gloſſ. quod uerba directa dicuntur relata ad grauatum. quando ſunt præceptiua ut iubeo, ſed nimium reſtringitur gloſſ. ¶ Ex præmiſſis infertur opinio Paul. de Caſtr. undique impugnari. Ideo ſecunda fuit opinio Cuma.circa differentiam legatorum & fideicommiſſorum.nam Cumanus tradit aliam doctrinam dicens,quòd aut uerba relata ad hæredem ſunt deprecatiua, & erit fideicommiſſum: aut ſunt præceptiua uel imperatiua, ut mando & iubeo,& erit legatum. ubi uerò referuntur uerba ad honoratum, dicatur legatum,ſiue uerba

uerba ſint præceptiua ſiue deprecatiua. ex quo fidei hære-
187 dis nihil committitur. quæ doctrina † uidetur probari
in l. etiam hoc modo. & in l. & hoc modo. infrà eod. & in §.
fina. inſtitu. de ſing. reb. per ſideicommiſ. relict. in quibus
legibus ponuntur uerba inductiua fideicommiſſi, quæ ip-
ſa omnia ſunt deprecatiua cupio, opto, exigo, deſidero, uo-
lo, credo, ſcio. Probatur etiam in l. ij. in uerſi. iubeo. iun-
cto gloſſ. C. commu. de leg. in l. damnas eſto. in princip. ff.
de uſufruct. lega. inſtitu. de lega. §. j. in uerbo ſinendi mo-
do. ubi inter modos legandi ponitur modus præceptiuus
relatus ad hæredem grauatum. Idem probatur in §. ſed &
tale. inſtituta eodem titu. & inſtitu. de fideicommiſſ. hære-
dit. in princip. ubi, quòd fideicommiſſa committebantur
fidei hæredis, nec teſtator præcipiebat: ergo quando te-
ſtator præcipiebat non erat fideicommiſſum ſed legatum,
quæ iura ad hoc citat Socin. hic. ¶ Sed contra Cumanum
tenet Alexand. in dict. l. j. infrà eodem. ubi contra Cuma-
188 num adducit † textum cum gloſſ. in l. peto. in princip. ff.
de lega. ij. & in §. fin. inſtitu. de ſingu. reb. per fideicommiſſ.
relict. ubi uerbum peto, inducit fideicommiſſum: & tamen
uerbum peto, dicitur præceptiuum aut imperatiuum: ſecun
dum gloſſ. magnam in dict. l. peto. in princip. Sed Soc. hic
dicit, quòd imò uerbum peto, dicitur deprecatiuum: per
textum in dict. §. final. inſtitut. de ſingul. reb. per fidei-
commiſſ. relict. ubi, quòd fideicommiſſum inducitur ex il-
lis uerbis peto, uolo, rogo, &c. & quòd tantùm ſignificat
unum ex illis uerbis, quantum omnia ſimul congeſta. Sed
uerb. rogo, opto, dicitur deprecatiuum. ergo etiam uerbum
peto. Sed iſta inductio Socin. non uidetur obſtare. quia nõ
ſequitur tantùm ſignificant ſingula illa uerba quantùm om
nia ſimul collecta: ergo uerbũ peto, dicitur deprecatiuum.
quia uerum eſt, quòd ſingula illa uerba per ſe poſſunt ſigni
ficare aut importare fideicommiſſum: & tamen non om-
nia ſint deprecatiua: & ſi uerba deprecatiua poſſunt im-
portare fideicommiſſum: à fortiori uidetur quòd idem pr
ſtare aut efficere poſſint uerba præceptiua, & ſic bene fa-
teor, quòd ſingula illa uerba ſunt eiuſdem potentiæ quò
ad effectum fideicommiſſi: ſed per hoc non infertur, quòd

omnia ſint deprecatiua. Nam ſenſus illius textus uidetur, quòd licèt geminatio uerborum ſoleat operari. l. baliſta. ff.ad Trebellianum.tamen iſtud non procedit quando inculcantur aut geminantur uerba ad eundem ſenſum. quia textus in hoc addendus uidetur ad gloſſ.& doctor. in l.certi condictio. in princip. ff. ſi cert. petatur. dum meminit de inculcatione uerborum. Rurſus contra iſtam reſponſionem Socin.adduco textum in dict.l.ij.C. commu.de lega.ubi textus promiſcuè ponit uerba præceptiua & deprecatiua dicendo ex eis induci legatum uel fideicommiſſum: ergo uidetur uelle, quòd etiam ex uerbis præceptiuis relatis ad hæredem inducatur fideicommiſſum. Prætereà Socinus in ſua reſponſione ſolùm impugnat gloſſ.in dict.l.peto.quòd imò uerbum peto,non ſit præceptiuum, & tamen non reſpondet Socinus ad l.generali.in princip. ff. de uſufruct. lega. per quam legem mota fuit gloſſ. ad dicendum, quod uerbum peto,ſit præceptiuum.quia ſi deprecatiuum, ex eo non uidetur induci fideicommiſſum quando refertur ad honoratum: ut dicta l.generali.Ideò alio modo reſpondet Socinus ad dictam l.peto. quod licèt uerba ibi uideantur relata ad honoratum quo ad ſuperficiem. Tamen uirtualiter & effectualiter dicuntur directa ad grauatum, & uirtualiter important,quod centum aurei relicti petantur ab hærede. nimirùm ſi inducitur fideicommiſſum. Sed iſta reſponſio Socin. ad illum textum nihil facit.quia ea attenta ſequeretur, quod ſemper eſſet fideicommiſſum non legatum. quia uerba grauaminis uirtualiter & effectualiter ſemper referuntur ad hæredem, qui ipſe cenſetur grauatus.dicta l.ſi ſeruus legatus.§.qui margaritam. infrà eodem. & ſic contra doctrinam Cuman.uidetur obſtare tex. dict.l.peto.allegatus per Alexand. Proindè ultrà Socin.dico quod imo uerbum peto,dicitur deprecatiuum.nam hoc apparet etiam ex ipſo communi uſu loquendi. nam etiam inferior à principe quid petit cui tamen præcipere non poteſt. Similiter actor petit in iudicio, qui tamen iudicibus non imperare poteſt. & dictum illud euangelij, Petite, & dabitur uobis.petite, id eſt, rogate. nec obſtat text.in dict.l.generali.quia ibi non erant uerba deprecatiua,

ua,ſed blanda aut adulatoria , ex quibus non inducitur fideicommiſſum,quando diriguntur ad honoratum¶ Secundo contra Cumanum adducit Alexand.text.in dict.l. Titia cum teſtamento.§.j.ff. de lega.ii.ubi uerba erant diſpoſitiua non precaria,&,quod amplius eſt,relata ad honoratum: & tamen inducitur fideicommiſſum. Ad illum textũ reſpondet Socinus hic duobus modis.Primo quòd fideicõmiſſum capitur ibi largè & impropriè:quia propriè dicitur legatum.ſed quia à proprietate uerborum in dubio nõ eſt recedendum:ideo Socinus dat alteram ſolutionem, quòd ibi uerba in effectu dicuntur directa ad grauatum. quia teſtator uoluit,quòd filia inſtituta acciperet legatum à ſeipſa:ſed ipſa erat hæres : ergo quòd acciperet ab hærede , & ſic per uiam obliquam.Non poſſum non admodùm mirari quomodo potuerit tantus uir dicere contra uerba text. expreſſa . ſi enim uoluit teſtator,quòd acciperet filia legatũ à ſeipſa:ergo non ab alio,& uia obliqua , ſed directa . Nec obſtat,quòd ipſa filia erat hæres: quia dico,quòd erat hæres pro parte tantùm , & pro illa legatum non ualet. Sed quæſtio eſt reſpectu portionis cohæredis in qua filia hęres non dicitur ſed merè legataria reſpectu fundi legati pro parte cohæredis,& tamen accipit filia legatum à ſeipſa nõ de manu cohæredis etiam pro parte ipſius cohæredis , & tamen illud dicitur fideicommiſſum. Præterea Socin.facit iſtam conſequẽtiam filia poteſt fideicommiſſum accipere à ſeipſa:ergo grauatur dare ſibi ipſi.& in effectu uerba referuntur ad hęredem grauatum.nam iſtud eſt impoſsibile, quòd hæres cenſeatur grauatus,aut quòd grauari poſsit erga ſeipſum:quia hoc modo idem eſſet creditor & debitor ſui ipſius contra l. Vranius.ff.de fideiuſ.Ideo text.in dict.l. Titia. §. j. fortiter urgere uidetur contra Cuma. dum uoluit,quòd ubi uerba diriguntur ad honoratum , nunquã dicatur fideicommiſſum,licè uerba precaria ſint , ex quo fidei hæredis nihil committitur.& ſic,quòd ubi uerba diriguntur ad honoratum , nulla differentia ſit an uerba ſint præceptiua uel deprecatiua,ſed differẽtia inter uerba præceptiua & deprecatiua ſiat quotiens diriguntur uerba ad grauatum . quam etiam Cuma . Doctr. ſequitur Ripa hic,

col.

col.fi.& Iaſ.in l.j.col.ij.infrà eod. ¶ Quid tenendum aut dicendum in hoc ſubtili & difficili articulo.puto conſiderãdos tres caſus. Primus caſus eſt,quando uerba deprecatiua referũtur ad grauatum & ſine dubio dicatur fideicommiſſum:quia hæredi non præcipitur quoad uerba, ut aliquid det,ſed rogatur.& ſic fidei eius committitur. & iſte caſus poſitus uidetur extra omnem dubitationem. ¶ Secundus caſus eſt quando uerba deprecatiua diriguntur ad honoratum & iſto caſu ſecundum Cuma.Soci.& Ripam uidetur,legatum non fideicommiſſum: quia fidei hæredis nihil committitur.Sed mihi uidetur,quòd ſit fideicommiſſum: quia licèt expreſsè teſtator non committat fidei hæredis: ut relictum præſtet honorato, tacitè tamen & uirtualiter committit. & ſicut relictum ſit honorato deprecatiuis uerbis, ita uerbis deprecatiuis cenſeatur commiſſum hæredi legatum,ut præſtet, ne ſubaudiatur tacitum grauamen potentius expreſſo relicto, quod hæres cenſeatur iuſſus præſtare.l.cum quid.ff.ſi certum petatur.l.qui ad certum.ff.locati.& ita in hoc ſecundo caſu teneo contra Cuma.Socin.&
189 Ripam, † quòd ubi uerba ſunt rogatiua inducatur fideicommiſſum ad quęcunque illa dirigantur, ſiue ad grauatũ ſiue ad honoratum. Et iſte ſecundus caſus ultra rationem prædictam uidetur probari in d. l. Titia cùm teſtamento. §.j.ff.de leg.ii.nam ibi relictum fuit per uerbum uolo,dirꝹctum ad honoratum.quod uidetur deprecatiuum ut ſuprà dictum eſt,& appellatur fideicommiſſum,licèt Iaſo.in d.l. j.col.iii.circa fin.infrà eod.poſt Alexand.ibi teneat, quòd uerbum uolo,non ſit precarium. ſed de Iaſ.curandum non eſt.quia contrarium,quòd imo uerbum uolo,dicatur precarium uoluit idem Iaſ.in l.quoniam indignum.col.ii.circa medium.C.de teſt.pro quo etiam adducit tex. in argu. in l.quidam Hiberus.ff.de ſerui. urba. præd. Idem uidetur probari in d.l.peto.in prin.eo.tit. tenendo, quòd uerbum
190 peto,dicatur deprecatiuum,quod uerius uidetur. † nam ſi uerbum mando,dicitur deprecatiuum non præceptiuum l.ii. in prin.ubi.Iaſ.in primo not.C.commu.de leg. Alexã. in d.l.j.colum.iii.circa medium. uerſic. dicetis illud uidetur infrà eod. quanto magis dicendum erit deprecatiuum

uerbum

uerbum peto, quicquid aliter dixerit gloſ. in in d.l. peto. & Alexan. in d.l. j. colum. iii. nam pauper audebit pecuniam petere à diuite nomine eleemoſinæ, ſed non mandabit diuiti ut largiatur. & ſic uerbum mando, magis ſonat in præceptum, quàm uerbũ in peto. & ſi mando uerbum, præceptum non ſignificat, multo minus uerbum peto, de quo etiàm latius ante diximus. ¶ Tertius caſus eſt quando ſit relictum uerbis præceptiuis, & iſto caſu dicitur legatum non fideicommiſſum, licèt dirigantur uerba ad grauatum: quia fidei grauati nihil committitur: imo illi præcisè iubetur, & præcipitur. Nam fideicommiſſum dicitur quando citra præceptum teſtator de hærede confiſus fidei eius mandat eum rogando. Et iſte tertius caſus probari uidetur in d.l. ii. in uer. iubeò. iuncta gl. C. commu. de leg. in l. damnas ff. de uſufruct. leg. & in aliis iuribus adductis per Socin. hic. & iſtum tertium caſum tenent Soc. Cuma. & Ripa hic. Sed contrarium tenent. Pau. de Caſtr. & Alex. in d.l. j. infrà eo. dum uolunt induci fideicommiſſum, quando uerba etiam præceptiua diriguntur ad grauatum. Sed malè uidẽtur ſentire. Nam qui præcipit, non ſimpliciter fidei alterius committit. & ſimilis uidetur præcipiens creditori, qui fidẽ debitoris non ſecutus eum per inſtrumentum publicum obligari noluit, ne poſſet à fide recedere, & iſta ſunt notanda: quia non ita alibi declarata. Finis hujus rubricæ erit in quæſtione, quam hic tractat Iaco. Nigri. col. x. num. 20. &

191 ſeq. † an appellatione legati ueniat inſtitutio, ſeu an prohibitio legandi extendatur ad inſtitutionem: puta ſtat ſtatutum, quòd maritus habens filios nõ poſſit aliquid uxori legare, an poſſit uxor hæres inſti tui? Corn. in conſi. 185. li. j. tenet non fieri extenſionem ad inſtitutionem. per rationes de quibus per eum ibi. ¶ Cõtrarium tenet Nigri: quia tale ſtatutum dicitur fauorabili, editum fauore liberorum. Ideo materia fauorabili uerbum lego, comprehendit inſtitutionem. l. filium. §. ſed ſi portio. iuncta. l. j. ff. de leg. præſt. ubi contra tabulato teſtamento per emancipatum conſeruantur legata. Et tamen in d. §. ſed ſi portio. dicitur, quòd conſeruatur etiam inſtitutio facta coniunctis perſonis, de quibus ibi. Et ſic legatum trahitur ad inſtitutionem, ſaltem

tem per extenſionem in materia fauorabili. Sed iſtud fundamentum Nigri nō uidetur bonum.quia in d.§.ſed ſi portio.materia eſt fauorabilis:quia agitur de conſeruando uoluntatem teſtatoris.ſed in caſu Corn.materia dicitur odioſa, in qua agitur de contraueniendo uoluntati teſtatoris. Et licèt ſtatutum dicatur fauorabile ex parte liberorum: eſt tamen odioſum ex parte prohibiti. Sicut dicitur in ſtatuto excludente fœminas propter maſculos agnatos. Nam licèt dicatur fauorabile ex parte maſculorum editum principaliter in fauorem agnationis, ut familiæ conſeruentur non in odium fœminarum,quæ nihil admiſerunt,cur odio dignæ uideantur. Tamen quia ipſis fœminis eſt odioſum, ſtrictè in eo proceditur,ob id non extenditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.Bart.& Doct.in l.j.col.13. in fine ſextæ q. C.de ſumma trini.& fide catol.Alex.in cōſil.16.in conſ.128.in prin.lib.j.in conſil.vij.col.ij. poſt medium.uer.pro hoc etiam facit,quia dictum ſtatutum. in cōſil.115.col.ii.poſt medium.uerſic.& prædicta maximè procedere debēt.lib.ii.Dec.in l. ſi quis nec cauſam in iii.not. ff.ſi cert.pet.& alibi ſæpiſſimè Doct.¶ Sed ex alio non pla
192 cet † opinio Corn. quia niſi ſtatutum trahatur ad inſtitutionem, ſequeretur abſurdum, quòd maritus prohibitus relinquere partem uxòri, legando poſſet totum relinquere per uiam inſtitutionis.nam legata reſecantur per Falcidiam:ſecus in inſtitutione.Proinde ne ſequatur abſurdum fieri debet extenſio etiam in materia odioſa correctoria, imo & pœnali. Ideo ſtatutum prohibens ire de nocte cum limine,multo fortius cenſetur prohibere ſine lumine.Rurſus ſi prohibet portari bladum extra comitatum cum aſinis,multo fortius cum bobus.quia alias contineret ſtatutū abſurditatem.Bald.in conſil.365.Statutorum ſcripta. lib. iiii.Tradit Alexan.in conſil.216.col.pe.in fin.uerſic.item reſpondeo,quòd etiam ubi.libr.ii.latè Corn.in conſi.188. lib.ii. ubi, quòd ſtatutum excludens matrem propter fratres patrueles uel conſobrinos, à fortiori cenſetur excludere propter patruum proximiorem.Et quòd fiat extenſio in materia correctoria ratione uitandæ abſurditatis, tradit Iaſ.in auten. quas actiones.colum.vii.in fin.uerſic.quin

to &

to & ultimo fallit. C. de ſacroſanct. eccle. ¶ Secundo cōtra Corn. facit: quia niſi trahatur ſtatutum ad inſtitutionem, de facili fiet eluſorium. Nam mariti uidentes ſe non poſſe legare inſtituent aut uniuerſaliter aut particulariter: ſed ne ſtatutum fiat eluſorium fieri debet extenſio, etiam in pœnalibus. l. j. §. pecuniam. ff. de calumnia. c. ſi ciuitas. de ſent. excom. lib. vj. cum ſimil. de quibus ſuprà nume. 39.

Impoſitus eſt finis huic rubricæ in ſtudio magnifico Ferrariæ ſub feſtum ſanctæ Luciæ. 148.

REPETITIONIS RVBRICAE
De lega. primo, Authore Aymone
Crauetta,

FINIS.

INDEX RERVM,
VERBORVM
ET SENTENTIARVM
Singularium in Aymonis Crauettæ Tractat. de Antiquitatibus Temporum:

Quæſtio. ſuper ſtatuto Ferrarienſi de Indemnitatibus mulierum, & Repetit. Rub. de Lega. primo.

De litera A.

ABBREVIATuræ ſolennia, præſumuntur, in antiquis licèt de eis non appareat. Et ob id fidem facit. parte iij. ſectione, uidimus in genere. nume. 39. fo. 295.
Abſenti acquiritur in ultima uoluntate. nu. 106. fo. 677
Abſenti ex legis diſpoſitione quæritur. nu. 107. fol. eod.
Abſens tertius, an pendente iudicio, in quo ſcriptura minus ſolénis ꝓducta eſt, poterit ſe iuuare in alio iudicio, inſtrumento producto contra producentem. parte j. ſectione, uiſo de uerbis. nu. 57. fol. 104
Abſentia an non impediat fidem ſcripturæ: & noceat confesſioni, quę fit per ſcripturam. parte j ſectione, quarto limitatur. num. 53. fol. 167
Actiones an computentur inter mobilia uel immobilia eo caſu quo neceſſe eſt illa applicare aut bonis mobilibus aut immobilibus. nume. 102. fo. 675

Acta

Acta an probent ſententię ſolennitatem nõ interueniſſe.parte, ij. in princip. nu. 54.fo. 259
Acta producenti ſufficit negare, quòd ſint alia acta. Quòd ſi aduerſarius plura adſeueret, tenetur probare.nu.55. 260
Actorum pluralitas non præſumitur.parte ij.in princi. nu.56.fol. 236
Actus tacitus ã difficilius extendatur, quàm expreſſus. par.iiij. ſectione, materia iſta.nu.103.fol. 507
Actus ſuper quo quid minus requiſitũ, adfertur inepte & non ſolenniter, an uitietur.parte iiij.ſectione, abſolutis differentijs.nu. 61. diſtin.nu.62. fol. 187
Actus à potẽtiori denominatur.num.149.fo. 671
Actus denominatio ex accidẽtibus &.circunſtãtiis definitur.nu.145.fo. 670
Actus denominatur à pleniori & efficaciori uerbo. nu. 142.fo. 293
Actus in dubio meliori modo & forma fieri cenſetur. nu.148.fol. 672
Actus præſumitur factus in cauſam neceſſariam. num. 146.fo. 669
Actus ut ualeat,uerba ſunt ĩpropriãda.nu.120.fo. 683
In actu mixto ꝙ potẽtius eſt attẽditur.nu.151.fo. 673
Actus ubi de ſui natura eſt illicitus,ex actu nullo pœna imponitur.part.iiij.ſectio. uideamus modo.num. 14. fol. 384
Acceſſoriũ nõ uitiatur principali uitiato,diuerſa ãnullationis ratione in acceſſorio militãte.nu.18.fo.607
Acceſſoria reuocãtur reuocato princincipali ſuper q. ſtatuti ferrar. nu. 91 3. 19. & 47.fol.558.561.579.
Ex acceſſorio infertur neceſſario ad probationẽ principalis.par.j.ſectione,quarto limitatur.nu.74.fo.175
Adminiſtratorẽ oportet eſſe famæ integræ, ut eius lib. rationũ ſtetur. parte j. ſectione ; quarto limitatur. nu.32.fo. 161
Adminiſtrator culpa uacat,ſi ĩ cauſa pupilli uel adulti ſe geſſit ꝑ conſuetudinem alio rũ, oĩa referẽdo ĩ lib.rationũ,parte j.ſectione.quarto limitatur.nu.28.fo. 159
Adminiſtrator obligãs bona ꝓpria in cõtractu, excedit limites offi.ſui: ideo tenetur noĩe proprio.Idẽ, quando adminiſtrator ꝓmittit ꝓ ſe & hæredibus ſuis: quia officiũ adminiſtratoris nõ trãſit ad heredes.ſuꝑ quæſtio.

ſtio.ſtat.ferra.nu.39.f.247
Adminiſtratoris libro rationũ,adhibito iuraméto, fides datur,quãdo expẽſa ueriſimilis eſt ex operis euidẽtia.par.j.ſectiõe, quarto limitatur.nu.29.fo. 160
Adminiſtratoris libro rationũ ſtatur,quãdo nõ poteſt aliũdè,niſi cũ magna difficultate,peti ꝓbatio. par.j. ſectione,quarto limitatur. nu.34.fo.161. 162
Aes alienũ de bonorũ mobiliũ & immmobiliũ alienatione non detrahitur. nu. 100. f. 283
Agi an poſſit pro iure annuo de præſentiunt cogatur debitor ſoluere ſuo tẽpore. parte.iiij. ſectione, materia iſta.nu.35.f. 475
Alienare ꝓhibitus ꝑ teſtamẽtũ, an codicillis alienare poterit.nu.48.fo. 619
Amoris uis.parte j. ſectione, ꝓpoſitũ noſtrũ.n.46.f. 54
Antiquũ quãdo quid dicatur ĩ materia probationis. parte j.in princ.nu.2.fo. 6
Antiquũ quãdo dicatur ĩ materit probationis, pendet ex iudicis arbitrio.num.3. fol. 7
Antiquũ ut quid dicatur, an requiratur tẽpus centũ annorũ.num.4.fo. eod.
Antiquum quid dicatur in cõſuetudine ſeu præſcriptione tẽporis,cuius initij memoria nõ extat ĩ cõtrariũ. parte iiij.ſectione,abſolutis differẽtijs.nu.4.fo. 269
Antiquũ dicitur ĩ materia ꝓbationis,quod excedit cẽtũ annos.parte j. ſectione, uiſo de fama.nu.14.fo.222
Antiquũ quid dicatur in materia præſumendæ ſolennitatis extrinſecæ in extraiudicialibus.parte iij.num. j.fol. 267
Antiquum quando quid præſumatur in ſentẽtia, ut omnia præſumantur ſollenniter acta. parte ii.in princ. nu.1.fo. 237
Appellatione partis ꝓducẽs, quatenus facit ꝓ producẽte, nõ tenetur recipere cõtra ſe uerba narratiua partis aut notarii par.j. ſectione,uiſo de uerb.n.81.f.113
Apocha daẽ creditori à debitore: & remanet penes creditorẽ.par.j.ſectiõe,quæritur etiã.nu.66.fo. 139
Approbatio inducit ex facto aliquo:nõ ex nõ facto.par. j. ſectione, uiſo de uerbis. num.21.fol. 92
Approbationis actus,unde dẽpẽdeat.par.j. ſectiõe, uiſo de uerbis.nu.44.fo. 10
Arbitrator, an nõ poſſit dare fidẽ uni teſti ẽt idon. par te

te j.ſectione, octaua datur limitatio. num.4. fol. 20.
Arbitrator habens poteſtatem procedendi de facto, ſecundum ueritatem, & ſola facti ueritate inſpecta, poteſt ſecundum ſuam conſcientiam procedere, ſine alia probatione, modo ipſe ueritatem norit. Et quid ſi ignoret eam. parte.j.ſectione, octaua datur limitatio.nu.6.& 7. fol.ibidem
Arbitrator non debet dare uni,& auferrealteri,niſi ex æquo, ſi ueriſimiliter ita ſibi uideatur faciendum. & ibi.nu. 8. fo. eo.
Arbitrator poteſt admittere probationes perſuaſiuas.nu. 9.fo. ibidem.
Archiui publici ſcriptura priuata an probet. Et quot quæue debeant eo concurrere.parte.ſectione, quarto limitatur. nu.j. fo.150.
Archiui ſcriptura, an probet extra territorium ipſius archiui.part.j. ſectione,quarto limita.num. 11.fo. 153.
Argumentum à communiter accidentibus an ualeat,ubi etiam agitur de crimine ciuiliter.parte. iiij.ſectione, materia iſta.nu.121. f.515.
Argumentum de minori ad maius,negatiuè, non ualet part.j.ſectione, propoſitũ noſtrum núm. 41. fol. 53.
Iuramentum tertij, non prodeſt neque nocet alij tertio: ſed quando ipſum iurãtem prodeſt & nocet in præiudicium ipſius iurantis.parte j.ſectione,propoſitum noſtrum.num. 42.folio. 52.
Argumentum ubi eſt odium rationabile, maſculinũ cõcipit fœmininum, ergo ẽt ſit extẽſio etiam ad aliam perſonã, aut alium caſum, non ualet.part.iiij.in prin. nu.16. fo. 375.
Argumentum à cõtrario ſenſu, & ad correctionem iuris communis,an ſumatur, quando aliàs in ſenſu directo nihil operetur. parte iiij. in princip. num. 114. fol. 352.
Argumentum à ſimili, ut procedat, ſufficit ſimilitudinẽ eſſe in caſu, de quo agitur. nec illa requiritur, quò ad omnia.par. iiij.in prin.nu. 102. fo. 346.
Aſſertioni cuiuſlibet ſtatur in his,quæ dependent à poteſtate noſtra, ſine tertij præiudicio. parte j.ſectione, propoſitum noſtrum. num.5. fol. 43.

De litera B.

Bona principis, an & quãto tẽpore præſcribi poſſint. parte. iiij.ſect.abſolutis differentijs. num.33.& 35.fo. 421. & 422.
Bona feudalia poſſidens, an præſcribat contra dominũ ignorantem bona ea poſſideri per tertium, qui uendidit illa tanquàm libera. parte iiij. ſecti abſolutis differentijs. nu. 31.f. 420.
Bona fides præſumitur ex tẽporis diuturnitate. Et an ea prȩſumptio recipiat probationem in contrarium part.iiij.ſectione, materia, iſta.nu. 21. fol. 470.
Bona fides præſumitur ex lapſu longisſimi tẽporis:poſt cuius lapſum mala non poteſt allegari. parte iiij. ſectione, materia iſta. num. 17. fol. 465.
Bona quæſita poſt teſtamentum, quod in inſtitutione ueniant: item in ſubſtitutione.nu.90. & 91.fo.669.
Bona quæſita poſt legatum uniuerſale an ueniant in legato.nu. 92.fol. eod.
Bona futura non ueniunt in diſpoſitione uniuerſali ad tempus præſens relicta.nu. 93.fol. 670.
Bonor. poſſeſ. ſecundum tab. petita.infrà annum præſumitur.par.iij.ſect. uidimus genere.nu.42.fo. 296.
Bonorum mobilium & immobilium appellatione an debitorum nomina, iura aut actiones ueniant. num.98. & 102.fo. 677.

De litera C.

Caput ubi ſuſpectum eſt, illi etiam qui caput ſequuntur, ueriſimiliter ſuſpecti ſunt.Et idem utrorumque eſt iudicium parte j.ſectione,quarto limitatur.num.80. fol. 177.
Caſus diuerſificare nõ ſat eſt niſi reddatur ratio diuerſitatis,parte j.in prin.nu.37. fol. 16.
Cauſa quando præſumatur in his, quæ princeps ſine cauſa facere nõ poteſt. parte j.in prin. nu. 27.fo.13.
Cauſa nõ præſumitur in principe,in his de quibus ex arbitrio diſponere non poteſt.ibi.nu.32.fol. 15.
In cauſa pari potior eſt cauſa tractantis de damno. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar. num.34. fol. 571.
Cauſæ, in quibus non præſumantur in principe,niſi expreſſȩ.parte j. in princ.nu. 25. 26. 28. & 29. fol. 15.

&

& 16.
Citatio partis requiritur,ubi agitnr de interpretatione alicuius actus. parte j. in princip.num.21. fol. 6.
Citatio eo inſtituta, quod ſola cauſæ expreſſio non ſufficeret.ibid.nu.31. fo. 15.
Clauſula de plenitudine poteſtatis. quomodo accipiēda.part.j.ſectione,nō omitto.n.5.f. 28.
Clauſula de plenitudine poteſtatis. quomodo accipienda.part.j.ſectio.non omitto.nu. 5. fol. 28.
Clauſula de plenitudine poteſtatis, dicitur odioſa.parte.j.ſectione, non omitto. nu.8. fo. ibidem
Clem.j.de probat.non habet locum quando conſtat de contrario eius, quod princeps expreſsit.par.j. ſectione, propoſitū noſtrum.nu. 11.fo. 44.
Clem.j.q.iij. de priuileg.puniens religioſos num habeat locū in religioſis de facto.parte iiij.ſectione,uidemus modo.nu.13.f.384.
Clem.primæ, de probat.curſublata ſit diſpoſitio. part. j. ſectio. propoſitū noſtrū. nu. 7. fol. 43.
Clem.primæ,de prob.diſpoſitio, reſtringenda eſt ad expreſſa: non extendenda ad omiſſa. num. 8.fo. ibidē
Clemen. primæ, de proba. habet locum ubi narratur factum alienum, & agitur de graui præiudicio. nu.9. fol. 43.
Clemen.prima,de probatio. non procedit contra nō ſubditum Papæ aut principi ſic aſſerenti.numer.10.fol. ibidem.
Clemen.prima. de probatio. nō procedit in uerbis enūtiatiuis Papæ, in bulla executoria. parte j.ſectio propoſitum noſtrum.num.13. fo. ibidem.
Clemen.prima.de probatio. procedit, quādo ſuper narratis Papę aut principis eius fundatur intentio. nu. 15. 45.
Clemen.prima. de probatio. ubi,qnando, & in quibus, locum habeat. parte j.ſectione, propoſitum noſtrū nu.1.2.& 4. fo. 42.
Clericatus ſola poſſeſsio aut quaſi, an ſufficiat ut quis gaudeat beneficio clericali reſpectu fori.parte.iii.ſectione, uidimus in genere num.34.fo. 294.
Clericus concubinæ donare an poſsit parte j.ſectione. propoſitum noſtrum.num. 65.fo. 60
Codicilli an dicantnr acceſ-

ſorij ad teſtamentum, aut æquè principaliter noua declaratio cōtra Iaſon.nu. 36 fo.608.& n.38.fo. 610.
Codicilli largè teſtamentum dicuntur.num.39.fo. 600
Codicillorū probatio requirit teſtes præſentes in conſpectu teſtatoris, ſicut teſtamenti probatio contra Matheſil.nume.4. fol.611.
Codicilli in genere acceſſorij ad teſtamentum non dicuntur nu.41.fo. 612.
Codicilli in ſpecie ſumpti ualere poſſunt, teſtamento etiam deficiente. num.42. fo. 612
Codicilli quando propriè teſtamentum dicantur.num. 10. fo. 596
Codicilli teſtamēti ſolennia habentes, ualent ut teſtamētum, ſi in eis hæreditas directo relinquatur.nu.45. fo. 617
Coloniæ perpetuæ ius ex tēporis diuturnitate præſumi poteſt. Et à primordio tituli poſterior formatur euētus.parte.iiij. ſectione, materia iſta nu.108. f.509.
Coloni recognitio quo ad tēporalitatē in relocatione ad tempus, impeditpræſcriptionem parte iiij. ſectione, materia iſta num. 105. fo. 508
Colonum expellere an licitū ſit domino, quādocūq; uoluerit, poſt ſingulos annos finitos. parte. iiij. ſectione materia iſta.nu.106.folio. eodem.
Colonus an poſſit & quando præſcribere ius perpetuæ coloniæ.part.iiij.ſectione, materia iſta.nu.100.f.506.
Colonus an remoueri poſſit à domino, finito tempore coloniæ expreſſo uel tacito.parte iiij.ſectione, materia iſta nu.110. fo. 510
Colonus ſeu cōductor an nō præſcribat contra dominū niſi interuertat poſſeſsionem domini: dicendo ſe tenere ſuo ipſius proprio nomine, non domini. part.4. ſectione, materia iſta. nu. 124. fo. 516
Comitis palatini aſſertioni ſtatur in his, in quibus poteſtatem habet. Et idem iudicium in habente iura imperij in ſuo territorio.parte.j. ſectione, propoſitum noſtrum.num. 6:fol. 43.
Commodo proprio licet unicuique inuigilare: modò id fiat circa cuiuſquam iniuriam.parte.iiij.ſectione, circa præmiſſa. num.12.folio. 525
Conditio turpis, non dicitur poteſtatiua. part.j. ſectione,

ne,non omitto.num. 7.folio. 29
Conditio tacita, intelligitur in quolibet actu, ſi actus de iure teneat. ſuper quæſtione ſtatuti ferrar.num. 6.folio. 522
Conditio omniũ, ęqualis eſſe debet.parte.iiij. ſectione, circa præmiſſa.n.24. f.530
Confesſio expreſſa teſtamentum eſſe minus ſolenniter factum, non præiudicat cõfitẽti. & idem iudicium de ignorante defectum ſolennitatis in caſibus, in quibus tolerat error iuris parte.j.ſectione, quartò limit. num.19. fol. 155.
Cõfesſio reſultãs ex productione,non nocet, quominus posſit producens falſum dicere. parte.j. ſectione,uiſo de uerbis.num.80. fol. 113
Confesſio authoris poſt ceſſionem,prędiucare poteſt cesſionario in duobus caſibus.parte.j. ſectione, ampliatur nunc.nu. 25. fo.72.
Confesſio non attẽditur,quãdo nõ eſt uериſimilis. par.j. ſectione,quartò lib.nu.39. folio. 80
Confesſio tanta reſultans ex productione inſtrumenti, an posſit reuocari parte. j. ſectione,uiſo de uerbis. n. 63.& 64. fol. 60
Confesſio expreſſa uel tacita, nondum reprobata ab aduerſario,pendente iudicio producenti an noceat, an confitenti potius. part.j.ſectione,uiſo de uerb.nu.55. fo. 108.
Confesſio contentorum in inſtrumento producto, directè reuocari an & quando posſit.nu.56.fol. eodem
Confesſio, quæ fit per epiſtolam principaliter propter ſe,non habetur pro confeſſione facta abſente parte: ſed habetur perinde de ac ſi facta eſſet parte præſente.part.j.ſectione, uidimus & abundè.nu.40. fol. 204.
Cõfesſio abſente parte facta, quando tantùm ſemiplenè probet.parte j. ſectione,uiſo de uerbis. numero. 45. fol. 104
Cõfesſio erronea non reſcindit contractum, niſi probetur cauſa erroris.part.j.ſectione,propoſitum noſtrũ. nu.47. fo. 54.
Confesſio appellati,non ſufficit, quòd fuerit appellatum,niſi probetur fuiſſe appellatum infrà decem dies & per habentem poteſtatem interponendi app. parte. j. ſectione, ampliatur nunc.nu.27.fo. 73.

Cōfeſſioni inter pſonas prohibitas ſtatur, ſi uerisimilis fuerit, aut habeat aliquam iuris præſcriptionē pro ſe: etiam in tertij præiudicium. part. j. ſectione, propoſi. noſ. nu. 69. & 70. fol. 61 & 62

Cōfeſſioni mariti de recepta dote quando ſtatur. part. j. ſectione, propoſitum noſtrum. nu. 71. fo. ibidem

Confeſſioni perſonæ prohibitæ & ſuſpectæ, quando ſtetur. part. j. ſectione, propoſitum noſtrum. n. 75. fo. 63

Confeſſioni inter pſonas prohibitas non ſtatur, niſi aliter probetur ueritas. parte j. ſectione, propoſitum noſtrum. num. 64. 67. & 68. fol. 61. 62.

Confeſſionem erroneam allegans tenetur illam probare. parte. j. ſectione, propoſitum noſtrum. num. 56. fol. 57

Conſanguinitas ut probetur per teſtes de audito, duodecim ſunt requiſita. part. j. ſectiene, uiſo de fama. nu. 6. fol. 220

Conſenſus requiſitus ex forma ſtatuti, an poſſit præſtari per procuratorē aut nuntium ſuper quæſtio. ſtatuti ferrar. nu, 1. fo. 554

Conſenſus præſentis ex neceſſitate aut forma ſtatuti non præiudicat. ibi. nu. 2. 36. 38. & 39. fol. 272. 273. 274.

Conſenſus præſtitur ſup actu nullo, non præiudicat. nu. 3. & 40. fol. 273. 274.

Conſenſus aduocati in officio ſuo aduocationis, an ſibi præiudicet Et ibidem, quòd in notario conficiente inſtrumentum ſuper re, in qua prætēdit ius, contra Cor. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrarien. nu. 38. fo. 573

Conſenſus tacitus reſtringitur ad actus præteritos, in quibus quis conſenſit: ex preſſus autem, etiam ad futuros. parte iiij. in princip. nu. 77. fol. 334

Conſentiens non obligatur ex actu. conſenſit. ſuper q. ſtatuti Ferrarienſ. nu. 4. & 41. folio. 555. 575.

Conſentiens actui, cenſetur ēt executioni ipſius actus. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrarienſ. nu. 43. fol. 576

Conſentiens alienationi rei, in qua ius habet, ſibi præiudicat. ſuper quæſtione ſtatuti Ferra. nu. 12. f. 554.

Conſtitutio pœnalis non extenditur per identitatē rationis, quando aliquid de facto fit. part. iiij. in princ. num. 161. fo. 375

Conſtitutio, quæ aliàs exten ditur ex idẽtitate rationis, nunquam extẽditur reſpe ctu pœnę. Tum quòd teſta toris diſpoſitio, non trahi tur de caſu ad caſum. part. iiij.in princip.nume. 156. fol.161. Negatiuam pete. nu.151. fol. 370 & 371

Conſtitutum non probatur, ni probetur quòd conſti-tuens rem teneret tempo-re conſtituti.part.j.ſectio-ne,uiſo de fama. num.20. folio 224

Continuatio à remotis an quandoque fieri poſsit.nu. 6.fol. 594

Continuationem fieri ad pro xima regulare.nu.1.f.592

Continuare uerbum quid.ib.

Continuatio à remotis tole-ratur quando tituli inter-medij pertinentes ſunt. n. 14.fo. 599

Coniunctio extremorum me dio pertinenti non impe-ditur.nu.15.folio eodem

Contractus in teſtamẽto fie ri poſſunt.nu.123.fol.667

Contractus quando uariè iu dicari poteſt, ab ea parte qua plus participiat, deno minatur.nu.145. fol. 672

Contractum reuocandũ non eſſe in dubi. iudicãdum eſt ſuper quæſtione ſtatuti fer rat.nu.35. folio 572

Contrahens cũm pupillo ſi ne iuris ſolennitate,præſu mitur in mala fide. Et quid de contrahente cum præ lato. Et quid in contractu an requiratur ſuperioris authoritas, uel iudicis de cretum parte.iiij.ſectione materia iſta.nu.5. fol. 61.

Conſuetudo aut lex pœnalis extenditur,quando in alio caſu non reperitur certa pœna à iure ſtatuta. part. iiij.ſectione uideamus mo dò.nu.35.fol. 394

Conſuetudo aut lex pœnalis extenditur in acceſſorijs, nu.36.folio 395

Cõſuetudo introducta ad ob uiandum fraudibus,exten ditur.parte iiij.in princip. nu.136.fo. 362

Conſuetudo extenditur, ubi aliàs reſultaret abſurdum. nu.137.fo. 363

Cõſuetudo diſponẽs ſup uno extendit ad aliud, quod in eius locũ ſubrogatur. Idẽ iudiciũ de caſu ad casũ: & de re ad rẽ.n.138.fol. 363

Conſuetudo diſponẽs ſuper uno, extenditur ad aliud, quando illa effectum aliàs habere non poſſet.ibid.n. 139. 364

Conſuetudo ſeu ſtatutum ex tenditur, quãdo caſus per quo diſponitur, non eſt di

uerſus ĩ ſubſtãtia: ſed ĩ ali quibus accidentibus tantũ nu.140. fo. ibidem
Conſuetudo, quando quadra ginta annos non requirat. parte iiij.in princip. num. 8.folio 307
Conſuetudo inducitur decen nio cõtra populũ, qui ſem per præſens dicitur num. 9.folio ibidem
Conſuetudo decennio ſuper eo induci nõ poteſt, ſuper quo populus expreſsè ſta tuere non poſſet.ſed requi ritur tempus ſufficiens ad præſcribendum. numero. 10.fol. 308
Conſuetudo non inducitur decẽnio, ubi agitur de præ ſcribendo reſeruata princi pi. & quantum tempus ad id requiratur.nu.11.f. 308
Conſuetudo præſcripta ubi requiritur, an ſemper re quirantur quadraginta an ni.Et quid ſi agatur contra ius canonicum num. 12.fo lio ibidem
Conſuetudo diuidendi feudũ de iure indiuiſibile, requi rit ſcientiam ſuperioris. Quid in cõſuetudine tem poris antiquisſimi& imme morati. parte iiij.ſectione abſolutis differentijs.num. 19.fo. 413
Conſuetudo & præſcriptio, an comparentur, quo ad materiam extenſionis: ut utraq; reſtringatur ad ſuos actus,parte.iiij.in princip. nu.47.fol. 322
Conſuetudo fauorabilis rei publicæ, extendenda,etiã in pœnalibus: modo non agit de graui alterius pre- iudicio.nu.48.folio 322 & 323
Conſuetudo extenditur, ubi agitur de interpretatione, aut declaratione alicuius actus. Et quando uoluntas ſecũdum ius commune de claranda ſit potius, quàm ſecundum conſuetudinem nu.49.fo. 323
Conſuetudo extendenda,ubi agitur de dominio & ditio ne unius perſonæ in pluri bus,modò non ſit iuri con traria. ibidem numer. 50. folio ibidem
Conſuetudo circa procurato ris debitum,eſt conformis iuri diuino.nu. 51. fo.324
Conſuetudo romanæ eccle ſiæ, non extẽditur ad aliàs eccleſias, niſi expreſsè mã detur ſeruari exceptis his, quæ ad fidem pertinent.n. 52.folio ibidem
Conſuetudo non ualet, per q̃ ligãt manus ſuperioris. Eiuſq; edictũ eſt potẽtius cõſuetudine part. j.in prin cip.

cip.nu.41.fol. 18
Conſuetudo potentior ne ſta tuto. ibidem.nu. 42. ibidẽ
Cõſuetudo potentior priuile gio.ibidem. num. 43.limi. num. 100
Cõſuetudinẽ an inducere nõ poſſit, qui legem condere non poteſt: & econtra: ita ut illa non poſſit induci p populum non habentem iuriſdictionem.part.iiij. in princ.nu.13.fol. 309
Conſuetudo aut lex pœnalis extenditur,ſi alio iure præ ſtetur occaſio delinquendi, propter modicitatem pœnæ. part. iiij. ſectione, uidemus modo. numer. 6. fol. 380
Cõſuetudo uel diſpoſitio cor rectoria iuris communis, diſponens ſuper uno ex ę quiparatis, non extẽditur ad alterum, quando noua correctio fieret per idem ius,quod æquiparatur. par te.iiij. in princ. num. 134. fol. 361
Cõſuetudo an ſit potẽtior iu re ciuili.Et an ea princeps ligetur part.iiij.in princip. num.40. fo. 319
Conſuetudo an ſit fauorabilis,& extendatur: præſcriptio uero odioſa,& reſtrin genda.numer.41. fol. 320
Conſuetud: quatenus exten déda.nu.41.44.& 46.f.322
Conſuetudo contra legem, an ualeat.nu.43.fo. 321
Conſuetudo aut præſcriptio temporis, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, per quam acquiruntur regalia & principi reſeruata,an procedat,ſi one roſa foret eccleſię.par.iiij. ſectione, materia iſta. nu. 22.fo. 213
Conſuetudo contra honeſtatem,non ualet: nec poteſt à principe approbari. par. iiij.ſectione,uideamus modo.nu.42.fol. 397
Conſuetudo ſeu ſtatutũ etiã exorbitans,an trahatur ad caſum præſumptum. num. 43.fo. 398
Conſuetudo antiquiſſima, & negatiua, cuius initij memoria non extat in contrarium,an poſſit probari per ſcripturam.part.iiij.ſectio ne, materia iſta.num. 41. folio 397
Conſuetudo aut ſtatutum cõ tra ius,recipit interpretationem paſſiuam à iure cõ muni.part.iiij.ſectione, ui deamus modo. num. 49. fol. 400
Conſuetudo, etiam cõtra ius an requirat ſcientiã princi pis, ſicut præſcriptio num. 50.fol. 401

Conſuetudo ſeu alia diſpſitio etiam correctoria, extēditur, ubi ſunt duo quorum unum commenſuratur ad alterum.part.iiij.in princ. nu.145.fol. 367

Conſuetudo extenditur, quādo caſus, ad quē fit extēſio cōprehēditur ſub caſu expreſſo ſaltē ex lata uocabuli ſignificatione. part. iiij. in princip.nu.81.fol 336

Conſuetudo & præſcriptio, quid differant.part. iiij. in princ.nu.1.2. & 5.fo. 305. 306

Conſuetudo extenditur, quādo duo æquiparantur à lege antiqua. Et quid in penalib. & correctorijs par. iiij. in princ. num. 98. 99. & 100 fol. 344. 345

Conſuetudo extenditur,quādo unus caſus cōprehēditur ſub alio,ſecundum cōmunem uſum loquēdi par. iiij.in princ.nu.80. fo. 336

Conſuetudo ſeu lex pœnalis extēditur ob id identitatē rationis, ubi cauſa eſt fauorabilis,& cōducens reipublicæ.part.iiij. ſectione, uideamus modo.nu.1. f. 378

Conſuetudo, quæ dat robur ſcripturæ,aliàs minus ſolēni an extendatur extra territoriū,& probationem adferat ſcriptura. parte j. ſectione, quarto limitatur. nu.5.6.8.& 10.f. 152. 153

Conſuetudo,per quā datur fides libris mercatorum,an extendatur extra territoriū.part.j.ſectione,quarto limitatur.nu.9.fol. 153

Conſuetudo exorbitās, à iure cōmuni,extēditur:quādo materia eſt fauorabilis, part.iiij.in princ.num.78. fol. 335

Conſuetudo aut lex pœnalis in quibus nō extēdatur ad grauiora delicta, argum. à maiori.parte iiij. ſectione, uideamus modo.num. 26. fol. 389

Cōſuetudo aut ſtatutū,quòd credatur libro mercatoris intelligitur de his quæ pertinent ad cauſam mercantiæ.part.j.ſectiōe,uidimus & abundè.nu.8.fol. 195

Cōſuetudo an det robur ſcripturæ priuatæ repertę in archiuo, an potius ipſum archiuum.part.j. ſectione, quarto limitat. n.1. f.150

Conſuetudo extēditur ad locum unitū modo id fit per modū acceſſorij:nō autem æquè principalis.pa.iiij.in princ.nu.55.fol. 325

Conſuetudo,ſeu lex pœnalis diſponens ſuper uno, extēditur ad alterū quādo duo ſunt æquiparata per legē anti-

antiquam.parte.iiij.ſectione,uideamus modo. nu. 9. fol. 381
Conſuetudo, quòd credatur ſcripturæ omnino priuatæ non ualet.part.j. ſectione, quarto limitatur.numero. fol. 154
Conſuetudo aut præſcriptio iuris uniuerſalis, extendit ad alios actus, qui tamen ſint de eadem ſpecie actuũ quos quis exercuit part.4. in prin.nu.60.fol.327.328
Conſuetudo an induci poſſit in præiudicium unius ſingularis perſonæ.par.iiij. in principio num.14.fo. 309
Conſuetudo quando aſſumat naturam præſcriptionis.num.15.fol. 309
Conſuetudo an requirat titulum & bonam fidem, ſicut præſcriptio.nu.16.diſting. nu.17.fol. 310
Conſuetudo quòd credatur libro mercatoris,in eius fauoré,eſt odioſa.parte j.ſectione, uiſo de uerbis.nu. 33.fol. 97
Conſuetudo collectandi forẽſes,num ſit cõtenta & præſcripta decennio.part.iiij. ſectione, materia iſta nu. 33.fo. 475
Conſuetudo & præſcriptio procedit in his, quæ ſunt merè facultatis & uoluntatis,quando nata eſſet & cõpeteret actio.pa.iiij.ſectione, circa præmiſſa nu. 35. fol. 535
Conſuetudo ſeu lex pœnalis, extẽditur, quãdo illa aliàs fieret eluſoria : & plagam ſuſtineret.part.iiij. ſectione uideamus modo. nu. 8. fol. 381
Conſuetudo iudicialis induci debet:licet in contradictorio iudicio nihil fuerit pronuntiatum aut obtentũ.part.iiij.in prin.nu. 35. fo. 317
Conſuetudo extenditur, quãdo duo inuicem gradatim ſe habent.part.iiij. ſectione,uideamus modo.nu.38. fo. 395
Conſuetudo facit ius publicũ quoad omnes, quos tangit negotium. Et quid de præſcriptione,quæ inducit ius contra priuatum inter prę ſcribentem,& eum,contra quem præſcribitur. part. iiij.in prin.nu.21. fol. 312
Conſuetudo an ſit,an prę́ſcriptio, ſi una uniuerſitas acquirat ius contra aliã uniuerſitatẽ.part.iiij. in prin. nu.28.fol. 315
Conſuetudo eſt generalis, reſpectu rerum & perſonarũ præſcriptio uero particularis.nu.29. fol 315 eod.

Conſetudo

Cõſuetudo uniuerſalis totius territorij, extẽditur ad loca eiuſdẽ territorij, in quibus nunquã fuit obſeruata. Et quid de exercente unũ actum iuriſdictionalẽ, animo acquirendi uniuerſalem iuriſdictionẽ in loco part.iiij. in prin. num. 57 & 58.fo. 327

Conſuetudo notoria probatur ex inſpectione pluriũ inſtrumentorum.part.j. ſectionem, ampliatur nunc. nu.16.fo. 70

Conſuetudo collectãdi forẽſes, an requirat tempus, cuius initij memoria nõ extet in contrariũ.par.iiij.ſectione, materia iſta nu.31. fo. 471

Conſuetudo aut lex ſtricti iuris, extenditur de caſu proprio ad improprium, propter cauſam honeſtatis ſeruandæ. part. iiij. ſectione, uideamus modo nume.39. fo. 396

Conſuetudo ſiue præſcriptio trahitur ad acceſſoria.par. iiij.in prin.nu.67. fo. 330. 331

Conſuetudo extẽditur in his quæ ueniunt per modum antecedentis neceſſarij. Et qualis iuris ſit diſpenſatio: & an extendatur.part. iiij. in princ.nu.63.fol. 329

Conſuetudo, quòd ſcripturæ priuatæ ſtetur, an ualeat part. j. ſectione, uiſo de uerbis.nu.27. fol. 94

In conſuetudine ſeu præſcriptione tẽporis, cuius initii memomia non extat in cõtrariũ, an ſit neceſſe quærere de actibus, à quibus originem habuit talis conſuetudo.parte.iiii.ſectiõe, materia iſta.nu.23.fo.470

Conſuetudinem an probare debeat, qui illa nititur in ſcriptura priuata, reperta in archiuo publico. part.j. ſectione, quarto limitatur nu.4.fo. 51

Per conſuetudinem etiã agitur de derogando iuri alterius parte iiii. in prin. nu. 4.fo. 306

Contumax fictus an poſſit appellare à ſententia. Et infra quantum tempus. Et an habeatur pro abſente. Et an cõtra eum præſumatur ſolennitas ex antiquitate temporis decem aut uiginti annorum.par.ii.in prin. nu.3.fo. 237

Conuenire poteſt quis de ſtãdo dicto ſui aduerſari i.parte j.ſectione, octaua datur limitatio. nu.10 fo. 210

Copula ſi inter genus & ſpeciẽ ponatur, an generi per ſpeciẽ derogetur. nu. 143. fo.

fo. 671
Corneus ad conſulendum cõtra formã inſtrumẽti, procliuis. Ibidem conſulentiũ & patronorum munus De q̃ue iurisprotelatione. parte j. ſectione, dicto de fama. nu. 42. fo. 232
Corporalibus præſcribẽdis, quibus caſibus non ſit neceſſaria ſcientia & patientia eius, contra quem præſcribitur. part. iiii. ſectione abſolutis differentiis. nu. 21. fo. 414
Correctio iuris & legũ, induci non debet, niſi expreſsè dicatur part. iiii. ſectione, abſolutis differentiis. nu. 42. fo. 427
Correctio reſtringitur ad terminos in quibus fit, nec extẽditur. nu. 70. fo. 274
In correſpectiuis unum non poteſt eſſe ſine altero ſuper qõne ſtatuti Ferra. nu. 24. & 44. fo. 556. & 577
Crediti incertitudo non uitiat, ex quo poteſt certificari per iuramentum creditoris. part. j. ſectione, uidimus & abundè. num. 14. fo. 196
Creditor licet probet mutua niſi probet quantitatem dicitur incertũ part. j. ſectione, uidimus & abundè. nu. 11. fo. 195
Creditor probãs debitorẽ à ſe centũ mutuo petiiſſe, nõ eo probat quantitatẽ. par. j. ſectione, uidimus & abũdè. nu. 10. fo. 195
Creditoris iuramẽto ſtari debet, concurrẽtibus aliis cõiecturis, ubi alicundè conſtat de ueritate debiti, licèt nõ probetur certa quãtitas part. j. ſectione, uidemus & abundè. nu. 10. fol. eod. 195
Crimẽ non probatur ex ſcriptura minus ſolẽni licèt reperta in archiuo publico. part. j. ſectiones, quarto limitatur. nu. 13. fo. 153
Ex culpa ſua quis lucrari non debet. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar. nu. 54. fol. 582
Curatoris contractus, nõ ſeruata forma iuris, non dicitur nullus, fauore ipſius curatoris ſuper qõne ſtatuti Fer. n. 13. 19. 20. 21. &. 28 fol. 558. 561. & 562. 567.

De litera D.

DEBITVM an probetur per plures teſtes deponãtes de confeſſionibus pluribus, factis diuerſis loco & tempore. part. iiij. ſectione, ſed eũ nu. 15. 16. & 18. fo. 460
Debitum an probetur per teſtes ſingulares deponẽtes de

de diuerſis confesſionibus factis diuerſis loco & tempore.part.iiij.ſectione,ſed enim.nu.9.fo. 165
Debitum ſatis plenè probatur ex confesſione debitoris recognoſcẽtis ſuã ſcripturã.part.j.ſectione, quæritur etiam nu.82.fol.146
Falſitas allegari nõ poteſt cõtra propriam confesſionẽ. part. j. ſectione, quæritur etiam nu.83.fo. 146
Deceptis ſub aliorum confidẽtia ſubueniri debet, ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar.nu.32.fo. 671
Decreti ſolennitas præſumitur propter temporis antiquitatẽ.interueniente ſciẽtia ſuperioris, cuius decretum in actu erat neceſſariũ part.iii.ſectione, uidimus in quẽ nu.35.fol.294
Pro decreto iudicis, quando præſumptio.pa.ii. in prin. nu.7.fo. 240
De delicti pœna fruſtra quæritur, niſi prius conſtiterit de delicto par. iiii. ſectione, uideamus modo nu. 4. fol. 379
Delictorũ qualitas uariatur ſecundum locorum diuerſitatẽ.part.iiii.ſectione, uideamus modo numer. 23. fol. 388
Delictorũ qualitas, ineſt ab ipſa natura quam lex mutare, augere uel minuere nõ poteſt part.iiii.ſectione,uideamus modo nu.28.f.390
Delictum an nõ ſit probatũ, non probata eius qualitate: nẽpè die, quáuis nõ ſit de ſubſtantia.part. iiii. ſectione materia iſta. nu. 1. fo. 458
Delphinatus, & ceteræ prouinciæ unitæ regno Franciæ nomen antiquum retinent æquè principaliter: & reguntur iure conſuetudinario,prout ipſa Frãcia. part.iiii.in princip. nume. 56.fo. 327
Denominatio ſit à fortiori, qualitate, ſi plures qualitates concurrent. nu.147. fo. 673
Denominatio ſit ab effectu non à uerbis, quando uerbis effectus repugnat. nu. 46. fo. 618
Dictio taxatiua impedit extẽſionẽ ubi aliter apparet de morte diſponentis par. iiii.in prin.nu.122.fo.355
Dictio taxatiua non impedit extenſionẽ eorũ, quæ ſunt magni præiudicii. n. 123. fol. ibidem
Dictio taxatiua non impedit excusſionẽ in his, quæ eſſent maiora expreſsis.nu. 124. fol. 355

Dictio

Dictio taxatiua non excludit id, id quod cenſetur unum & idẽ per repreſentationẽ. nu.125.fo. 355
Dictio taxatiua nõ excludit ea,quæ æquipollenter idẽ importãt part.iiii.in prin. nu.128.fol. 357
Dictio taxatiua nõ excludit, id, quod expreſsè excludi prohiberi ue non poterat. nu.129.fo. eodem
Dictio taxatiua an ius accreſcendi tacite uel expreſsè prohibere poſſit in inſtitutione.num.30. diſting.nu. 132.& 133.fo. 360
Dictio taxatiua non impedit extenſionem, in his, quæ ſunt de natura actus, quæ nunquam cenſentur excluſa.part.iiii.in prin. n. 117. fo. 353
Dictio taxatiua non impedit extẽſionẽ, quando inde reſultaret abſonus intellectus nu.118.fo. 353
Dictio taxatiua non tollit ea quæ ſunt de conſuetudine nu.119.fol. 154
Dictio taxatiua non impedit extẽſionem ad ſimilia, ex identitate rationis,in fauorabilibus nu.120.fol. 154
Dictio taxatiua non excludit ea,quę ſunt de acceſſoriis, ſeu appendiciis.num.121. fo. 154
Dictio taxatiua oppoſita circa id,quod aliàs erat diſpoſitũ,nihil operatur.nec impedit extenſionẽ.part.iiii. in prin.nu.112.fo. 350
Dictio taxatiua non impedit extenſionẽ, quando aliàs induceretur correctio iuris nu.113.fol 351
Dictio uniuerſalis, bonis particularibus adiecta ad futura nõ trahit.n.95.f. 672
Dictum a dicti ratione regulatur.nu.7.fo. 594
Differentia modi in eſſe deducẽdi nõ conſiderabilis, modo in effectu non diſſideant.nu.180.fol. 303
Diffinitio genere & differentiis cõſtare debet.nu.116. fol. 286
Diffinitionis uerba propriè accipienda.nu.114.fo. 680
Diſpẽſatio an pręſumatur ex temporis antiquitate. Aut quando, quibus ue concurrentibus.part. iii.in princ. numer.20.& 21.fol. 276
Diſponens non cenſetur uelle ilud, quod fieri conſiſtum non eſt. Et in materia præſumptionum & coniecturarum ualidum eſt argumentum à communiter accidẽtibus.par.iiii.ſectione,mã iſta n.119. f. 514
Diſpoſitio concernens publicam utilitatẽ, quãdo agitur

tur de prçiudicio tertij an ualeat.par.iiii.ſectione,circa pmiſſa.n.26. f. 530. 531

Diſpoſitio omnis præſupponit ſubſtãtiam actus par. j. ſectione, uiſo de uerbis. nu.4.fo. 87

Diſpoſitio expreſſa à iure cõmuni exorbitans,an extẽdatur ex identitate rationis. Et quid de conſuetudine, quæ dicitur ius tacitũ. part. iiii. in prin. num.76. fol. 334

Diſpoſitio generalis generaliter debet intelligi,quatenus uerborum proprietas patitur, in materia pœnali & odioſa quãdo uaſallus, id. quod iuſtũ eſt, domino nõ præſtat ex forma fidelitatis part. iiii. in princip. nu.156.fo. 373

Diſpoſitio collecta ex uerbis enuntiatiuis prolatis per modum cauſæ, an dicatur expreſſa uel tacita, ut dominium rei legatæ tranſeat in legatarium part. j. ſectione, ampliatur nunc. nu.37.fo. 75

Diſpoſitio taxatiua extenditur ad alterum ex purificatis, in materia non correctoria part.iiii. in princip. nu.116.fo. 352

Diſpoſitio correctoria & pœnalis ſimul, non extenditur ad caſum, qui de larga ſignificatione uocabuli,cõprehẽdi poſſet ſub expreſſo,etiam ex idẽtitate rationis part.iiii. in princip.nu. 85.f. 339

Diſpoſitio facta de bonis mobilibus & immobilibus,an dicatur particularis uel uniuerſalis, & quæ utilitas nu.99.fo. 677

Diſpoſitio facta p uerba præſentis tẽporis trahitur ad futura,quæ ueniunt acceſſoriè.nu.94.fo. 671

Diſpoſitio uniuerſalis in contractibus ad futura non refertur nu.96.fo. 672

Diſpoſitio uniuerſalis, ut dicatur,an ſufficiat eſſe uniuerſalẽ, quoad uerba, aut oporteat, quòd ſit uniuerſalis quoad rem,ita quòd ſi talis res quæ ſignificet uniuerſitatem.nu.103.fo. 674

Diſpoſitionis denominatio, fit ſecundum proprieta tẽ. nu.136.fo. 692

Diſponẽti intẽtio ex prçcedẽti mõ arguiť nu. 138.f. 695

Diſponentis uoluntas ex procedendi modo colligitur. nu.47.fo. 619

Diſpoſitio dicitur fauorabilis,faciens obſeruationem iuramenti : Per contrarium odioſa dicitur diſpoſitio,contraria ipſi iuramento.

mento.ſuper quæſtione ſtatuti Ferra.num. 49. 580
Diſpoſitio authen.quas actiones correctoria,loquens in eccleſia,an trahatur ad ciuitatem. Et illius authen. intellectus.par.iiij. in princip.numer.103. & 106.folio 347 & 348
Diſpoſitio.l. fi.C.de iure emphy. quæ punit emphyteotam alienantem ſine domini conſenſu, ut cadat à iure ſuo: habet etiam locum in conductore ad longum tempus.part. iiij. in princ. nu.147. 367
Diſpoſitio pœnalis extenditur ad illud, de quo loquitur ratione frequentioris uſus par.iiij.ſectione,uideamus modò.num.37. 395
Diſpenſatio & quando extendatur. Et quid de concernẽtibus fauorem publicum aut utilitatem. part. iiij.in prin. nu.79. 335
Diſpoſitio an extendatur in correlatiuis, quãdo ſumus in diuerſis actibus,& unum ſtare poteſt ſine altero.diſting.part.iiij. ſectione,uideamus modò. num. 131. folio 357
Diſpoſitio hominis, difficiliùs extẽditur quàm legis. ibi.nu.33. 358
Diſpoſitio quælibet debet intelligi,ut aliquid operetur quod pulchrè exornatur ſ... per quæſtione ſtatuti Ferra.num. 29. 569
Diſpoſitio correctoria ſuper uno ex æquiparatis, extenditur ad aliud ſolum, quando æquiparantur duo per legẽ antiquã per modũ regulæ & generaliter quò ad omnia parte iiii. in princip. nu.135. 362
Diſpoſitio loquens in caſu uero an trahatur ad fictum. parte iiii. ſectione, abſolutis differentiis. nu.11. folio 408
Doctores legendo, magis innituntur ueritati, quàm conſulendo. Et quid ita, parte i. ſectio. propoſitũ noſtrũ nu.48 54
Doctores æris potius, quàm ueritatis ſtudio ſępè ducuntur, in conſulendo parte iiii. ſectione materia iſta num.48 482
Dolus an arguatur contra eũ qui contrahit contra prohibitionem ſtatuti ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar. nu.11. & 53. folio 557. & 582
Dolus arguitur in eo, qui uenit contra fidem datam: & efficitur infamis. Et incidit ĩ crimẽ ſtellionatus. ſuper quæſt. ſtatut. Ferrar. num.

30. 570
Dolus præſumitur contra eũ qui non utitur remedijs oportunis ad actum. parte j.ſectione, uidimus & abundè.nu.5. 194
Dolus arguitur ex mendatio & ad torturam indicium facit, parte i.ſectio. uidimus & abundè.nu.16.& 18.fol. 197.& 198
Dolus aut fraus conſiderari non poteſt in re permiſſa parte iiii. ſectione, circa præmiſſa nu.19. 528
Domini, cui acquiritur, animus, continuè poſsidet ciuiliter: licèt quod acquiritur cauſam habeat diſcontinuam.parte iiii.in princ. nu.24. 313
Domini non poſſunt grauare ſubditos ultrà, quàm tenea tur ex pacto, aut præſcriptione. Item nec princeps poteſt eos grauare ſine licentia ſuperioris.part.iiii. in princip. nu. 26. 314
Dominii antiq probatio per famam, an ſufficiat ad probandum dominium de præſenti, parte i. ſectione, uiſo in hac prima.num.4. 215
Dominium rei tacitè legatæ, an transferatur ipſo iure in legatariũ, ſine traditione ſicut rei legatæ expreſſè partè i. ſectio. ampliatur nunc.nu.35.& 36 74
Dominus & inferior à principe, an poſsit ſtatuere contra ius commune, ratione reipublicæ, Et quam grauis ſit publicæ utilitatis cauſa parte iiii. ſectione circa præmiſſa nu.6.f. 522
Dominus ſi per cẽtum annos non impoſuit aliqua ſeruitia uaſallo, uel non petiit homagium, an ob hoc uaſallus libertatem præſcribat parte iiii. ſectio. circa præmiſſa.nu. 38. 533
Dominus an poſsit cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis. part.iii.ſectione, circa præmiſſa.nu.1.& 4. 520 & 521
Donatio abſenti epiſtola fieri poteſt, epiſtolęq; receptio, uim acceptionis habet.nu.118. 681
Donatio abſenti facta ſtipulatione & acceptilatione notarii ualiditur nu. 153. fo. 704
Donatio cauſa mortis abſenti facta quod ualeat in uim fideicommiſsi. ſi ut donatio ualere non poteſt, modo teſtium numerus adſit. etiam ſi extra teſtamentum facta ſit numer.158 folio 706
Donatio cauſa mortis de omnibus

nibus bonis ualida eſt & reuocabilis numer. 97. 672
Donatio in dubio iudicatur inter uiuos. numer. 133. & 134. 700
Donatio iudicatur inter uiuos uel cauſa mortis prout melius ualere poteſt num. 156. 706 & nu. 157. & 159 folio 707
Donatio ob cauſam facta nõ dicitur, ubi quis ſponte, ex certa ſcientia, pure libere, ſimpliciter & inter uiuos donat, licèt ob ſeruitia remunerationis cauſa ſe donare dicat. nu. 112. folio 679
Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum inualida. Item donatio omnium bonorum mobilium & immobilium præſentiũ & futurorum ualida. num. 101. 674
Donatio quæ fit inter uiuos ne, an cauſa mortis ex teſtium numero arguitur. n. 71. fo. 655
Donationis appellatione donationẽ inter uiuos & ob mortis cauſam non uenire propriè. num. 111. 679.
Donationis appellatione proprie neque legatum neque fideicommiſſum uenire. n. 108. 676
Donationis appellatione nõ uenit donatio cauſa mortis. n. 189. 717
Dono uerbum æquiuocum. n. 131. 695
Dono uerbum in ultima uolunctate prolatũ quomodo accipiendum. nu. 137. fol. 692
Dotis numeratio unde præſumatur. parte 1. ſectione, propoſitum noſtrum. num. 72. 62

De litera E.

Eccleſia nihil d̄ebet aliud quærere, quam neceſſaria ad uictum, ſecundũ honeſtatem: reliqua autẽ tenetur conuertere in alimoniam pauperis, & fabricam ipſius eccleſię. parte. iiii. ſectione, circa præmiſſa. nu. 11. 525
Eccleſia Romana num ſit ſuperior & potior in prẹſcriptione aut reſtitutione, quam inferior eccleſia, aut alius priuatus. parte iiii. ſectione, materia iſta. nu. 65. 488
Eccleſia Romana an poſt cẽtum annorum decurſum, excludatur à peti. reſti. in inte. num. 66. 489
Eccleſia reſtituitur in integrum, aduerſus præſcriptionem quadragenariam.

 parc.

part.iiii.ſectione, materia iſta.nu.49. 482

Eccleſia habens molendina, ſi eſſet de eodem loco, pariter contra eccleſiam nõ ualeret ſtatutũ. parte iiii. ſectione, circa præmiſſa num.23. 529

Eccleſia & ciuitas,ſimiles sũt in præſcriptione: ſed alia atque alia ratione. parte iiii.in princ. num.40 .folio 347

Eccleſiæ non currit reſtitu.tẽpus,data etiam ſcientia ipſius læſionis,quando damnum eccleſiæ eſt grauiſſimum & eminentiſſimum. Et qualiter illud dijudicari debeat parte iiij. ſectione, materia iſta. num. 71. folio 92

Eccleſiæ facultates ubi creſcunt,& bona laicorum minuuntur, ne laici pauperiores ſuſtineant omnia onera, posſint facere ſua prædia tributaria, uel ea hypothecare & obligare pro ſoluendis oneribus.& eo modo tranſibunt in eccleſiam prædia, cùm ſuo onere reali.parte iiij.ſectione, circa præmiſſa.num. 9. 524

Emancipationis filij præſumptio, an inducat titulũ contra patrem.part.iij. in principip.num.24.fo. 278

Epiſtola probat contra ſcribentem,non ſolùm pro eo àd quem directa eſt: ſed etiam pro tertio. parte.j. ſectio. uidimus & abundè. num.41. 204

Epiſtola commendatitia, nõ obligat ſcribentem. n. 42. fo. eodem

Epiſtola exhortatiua inducit conſenſum ſcribentis, ſibi præiudicialem. Et in quo id maximè procedat.num. 43.& 44. 208

Epiſtola à parte ad partem tranſmiſſa, fidem ſibi facit per ſolam comparationẽ part.j.ſectio.quæritur etiã nu.68. 141

Epiſtola loqui dicimur, ſed impropriè.nu. 121. 184

Epiſcopi conſenſus an præſumatur ob antiquitatem interueniſſe in reſeruatione facta patrono eccleſiæ uel capellæ. parte iij ſectione, uidimus in genere. nu. 30. fol. 293

Error iuris, an inducat malã fidem. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar. num.53. 638

Error ſentẽtiæ inualidæ,quæ putabatur ualida, excuſat à damno.parte iiij. ſectione materia iſta.nu. 10.fol. 464

Aetas an probetur ex libro patris in quo deſcribitur natiuitas

nativitas filiorum. Et quid ſi ſit mortuus pater, part. j. ſectione, uidimus & abundè. num. 34. & 36. 202
Euentum rerum inſpicere debemus, quando uerisimile eſt quid tale euenturũ parte j. ſectione, uiſo de uerbis. nu. 39. 105
Euictio non debetur emptori ſciẽter ementi rem alienam, etiam reſpectu pretij, niſi aliud actum ſit. ſuper quæſtione ſtatuti ferrar. num. 23. 565
Exactor collectarum examinatus in teſtẽ pro ipſa uniuerſitate, an poſſit eſſe teſtis contra ipſam uniuerſitatem. par. j. ſectione, quarto limitatur. num. 78. 176
Exceptio datur, licèt actio non competat. ſuper quæſtione ſtatuti ferrar. n. 20. fol. 563
Executoris aſſertioni & librationum an credatur in eius fauorem in magnis ſummis, non confecto inſtrumento. diſting. parte j. ſectione, quartò limitatur. nu. 30. 100
Exceptio, quam Epiſcopus concedere non poteſt, ſine confirmatione Papæ, præſumitur ex temporis antiquitate. part. iij. ſect. uidimus in genere. nume. 27. fol. 292
Ex æquipollẽtibus quid fiat, non laborandum in his, in quibus effectus conſideratur. part. j. ſecti. quarto limitatur. nu. 86. 178
Expreſſum id dicitur, in quo uiget eadem ratio. par. iiij. ſectione, materia iſta. nu. 53. 483
Reſtitutio an competat contra præſcriptionem 30. anno. parte iiij. ſect. materia iſta. num. 55. 484
Expreſſum dicitur, quod ex uerbis infertur & colligitur parte j. ſect. ampliatur nunc. nu. 56 105. f. 47
Expreſſum & certum quid etiam dicitur, per relationem ad aliud. part. j. ſectio quæritur etiam. nu. 22 124
Extenſio ut fiat in correctorijs, de uno ad aliũ caſum, quæ, & quot ſint neceſſaria. parte iiij. in princ. nu. 82. 337
Extenſio fit in materia pœnali ne aliàs diſpoſitio pœnalis reddatur eluſoria parte iiij. ſectione, abſolutis differentijs. num. 53. 431
Extenſio an & quando fiat in correlatiuis, etiam in materia pœnali parte iiij. ſecti. uideamus modo. n. 29. & 32. 391 393
Extenſio non fit ratione correlationis,

relationis, in diuerſis actibus.num. 30. 392

Extenſio non fit in correctorijs & odioſis, licèt ratio ſit expreſſa, quando diſpoſitio taxatiuè loquitur.parte iiij.in princ. num. 97.folio 344

Extenſio an fiat in correctorijs & pœnalibus: ex identitate rationis: & quando. part.iiij.ſectione.uidemus modò.nu.22. 388

Extenſio fit de caſu ad caſum in pœnalibus. ex identitate rationis.par.iiij. in princip.nu.146. 367

Extenſio in pœnalibus per identitatem rationis, non fit, maximè quando conſtitutio pœnalis contineret odium irrationabile parte iiij. in princ. nu.157. 373

Extenſio in pœnalibus fit per identitatem rationis, quãdo odium eſt rationabile. nu.158. 374

Extenſio fit in pœnalibus & odioſis, quando agitur de ſalute animæ.& quò fuerit introducta diſpoſitio.c.cũ ex eo.de electio.lib. vi.parte iiij. ſectio.uideamus modò.nu.10. 381

Extẽſio fit in pœnalibus, quã do aliàs abſurdum reſultaret, ibid.num.11.& 15.fol. 408 410 382 383

Extenſio non fit in correctorijs, ex maioritate rationis & an auth. quas actiones. corrigens in eccleſia extẽdatur ad ciuitatem. parte iiij.ſectione, abſolutis differentiis. nu. 38. 423

Extenſio fit etiam in conſuetudine aut lege noua correctoria, in his quæ per legẽ antiquam ſunt æquiparata de uno ad alterum: licèt lex & conſuetudo de altero tantum loquatur. parte iiii.in princ. num. 80.limi. num. 90. & 110.folio 336. 341 349

Extẽſio fit in materia etiam pœnali, quando unum uenit appellatione alterius, ſaltem lata uocabuli ſignificatione. parte iiii.ſectio. uideamus modò. numer. 30.fol. 342

Extenſio an dicatur fieri, quã do ratio eſt expreſſa in lege uel diſpoſitione. parte iiii.in prin.nu.92. fol. 390

Extenſio ut fiat in pœnalibus propter æquiparationem duorum caſuum, qualis illa debeat eſſe & æquiparatio.parte iiii. in princip. n. 101. fol. 346

Extenſio fit in pœnalibus & prohibitiuis. quãdo agitur de fauore reipublicæ, etiã in alia materia quam delictorum

ctorum puniendorum. parte iiii.ſectio.uideamus modò.num.7. 380

Extenſio quare in correctorijs licita eſt,quando ratio eſt expreſſa. parte iiij. in prin.nu.90. 241

Extenſio non fit ceſſante idẽtitate rationis ſuper quæſtio. ſtatuti Ferrar. nu. 52. folio 250

Extenſio non fit ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis.parte iiij. in princip. num.61. fol. 328

Extenſio fit in pœnalibus, ne delictum remaneat impunitum. ubi agitur de fauore publico. parte iiij. ſect. uideamus modò.numer.5. folio 379

Extenſio fit etiam in pœnalibus, ubi agitur de fauore piæ cauſæ.par.iiij.ſectio uideamus modò.num. 17. folio 385

Extenſio fit ad alios caſus in quibus uiget eadem ratio, quę expreſſa eſt in lege pœnali & quod diſpoſitio pœnalis extenditur ex mente diſponẽtis & unde illa colligatur. nu.18. eo.

Extenſio fit in materia priuationis feudi.num.19. 386

Extenſio an fieri poſſit, ſi in ſtatuto pœnali aſsignetur ratio, ut delicta puniãtur, ea autem non exprimatur quaſi alia adſignari nõ poſſit, ubi agitur de delictis puniendis.nu.20. 387

Extenſio fit in materia pœnali ex maioritate rationis, ubi maior eſſet ratio in caſu non expreſſo. & an procedat argumentum à maioritate rationis in pœnalibus.ibid.num. 21.& 23. folio 388

Extenſio fit in materia odioſa, quando agitur ut obuietur fraudibus. ſuper quæ. ſta.Fer. nu 9. 556

Extenſio non fit ad aliam perſonam in ſtatuto aliquam priuilegiante, quãdo ratio priuilegij aut fauoris in alio non militat, etiam ſi fiat actus nomine priuilegiati,quando ex tali extenſione commodum non uenit ad ipſum priuilegiatũ. ibid.nu.26. 566

Extenſioni in odioſis quando locus ſit.nu.52. 638

Extenſioni locus eſt in pœnalibus.nu. 51. 637 267

Extenſioni locus eſt in materia odioſa, correctoria & pœnali, & quare. nu. 192. folio 308

De liera F.

FACTA non præſumuntur niſi probentur. part. j. ſect.pro poſitum

poſitum noſtrum n. 75. folio 73

Facto proprio an controueniat maritus alienans fundum dotalem militis. ſuper quæ ſtat. Fer. num. 22. fol. 243

Feudum quis alicuius approbare poteſt, & qualitatem eius approbare. parte i. ſectione, uiſo de uerbis. nu. 19. 91

Factum quid eſſe in uim titu li allegati. probare difficile & quomodo probet quod factum eſſe ex cauſa. parte iiij. ſectione, abſolutis differentiis nu. 56. 432

Falcidiæ appellatione uenit trebellianica largè ſumpto uocabulo parte iiii. in principio nu. 87. 240

Fama plenè probat in antiquis. parte i. ſectione, ampliatur nunc nu. 8. 68

Fama plenè probet in antiquis, etiam ubi agitur de graui preiudicio. parte i. ſectione, uiſo de fama. nu. 22 fol 225

Fama an probat in antiquis, ubi agitur de graui præiudicio, & an ibi requirantur alia adminicula, & quæ. par e i. ſectione. uiſo in hac prima. numer. 2. & 3. 218 & 219

Famæ probatio, an ſufficiat coram arbitratore. parte i. ſectione, octaua datur limitatio num. 2. fol. 208

Fœmina eſt quid uarium & ſemper mutabile laborans contra commoda propria parte i ſectione, quæritur etiam. nu. 34. 127

Filiationem probat ſola nominatio, in antiquis parte i. ſectione, ampliatur nunc n. 13. 70

Fieri ubi quod non poteſt ſine aliqua cauſa, nō ſufficit probare ſimpliciter illud factum eſſe niſi in uim illius cauſæ factum ſit. parte iiii. ſectione, abſolutis differentiis. nu. 55. fol. 432

Feudalia bona de antiquo ꝓbātur per ſolam famam in antiquis, excedētem metā centum annorum. parte. v. in princ. nu. 9. 544

Feudi antiqui qualitas probatur ex uerbis enuntiatiuis inueſtituræ. par. v. in prin. nu. 10. ibidem

Feudi renouatio arguitur ex poſſesſione antiqua rei feudalis. num. 14. folio 545 546

Feudi poſſeſſor, quando præſtitit ſeruitia domino directo, per longiſſimum tempus triginta annorum præ

ſcribit

ſcribit ius utile : etiam in præiudicium domini directi : qui ignorantiam allegata non poteſt. parte iiii. ſectione, abſolutis differētiis. numer. 28. folio 418. 419

Feudo, probando uerbis enūtiatiuis non creditur eius, qui de feudo liberè diſponere non poteſt. parte. v. in princip.nume.19. f.547 548

Feudum efficitur nouum ex mutatione nouæ inueſtituræ. Quod qualiter accipiēdum.parte.v.in princ.234. fol. 549.

Feudum antiquum dicitur, quod ab anteceſſoribus fuit acquiſitum. parte v.in princip.nu.1. 541

Feudum antiquum, & feudū paternum quid differant. n. 2. ibid.

Feudū nouum, quod dicatur. nu.3. 542

Feudum in dubio an præſumatur antiquū, uel potius nouum ibid.nu.4.fo.ibidē

Feudum antiquum uel nouū alleganti & adſerēti, onus probandi incumbit. nu. 6. limit.nu.7.fol. 543.544

Feudum dignitatis aut aliàs collatum à principe, an debeat probari per ſcripturā nu.11.fo. eod.

Feudum ſi quo caſu requirat ſcripturā ad ſui probationē, an ſufficiat præſumptiuè ꝓbare. nu. 13. fol. 545

Feudum nouum quando cōceditur iure antiqui feudi, an adſumat naturā & qualitatem feudi antiqui. nu. 16.fol. 546

Feudum nouum licet concedatur iure antiqui feudi, ab eo qui liberè de feudo diſponere poteſt: non tamen tranſit feudum niſi ad comprehēſos in inueſtitura nu.20.fol. 548

Feudum antiquum ſi renouetur uaſallo an deſinat eſſe antiquum nū.21.22.25. & 26.fol. 548

Feudum nouum cōſideratur, reſpectu noui domini à primo cauſam non habentis nu.27.fol. 550

Fideicommiſſarius an & quādo loco hæredis habeatur nu.59.& 60.fol. 643

Fideicommiſſum ex uerbis explicationis inducitur nume.178.fol. 716

Fideicōmiſſum ex uerbis deſiderium denotantibus inducitur.nu.187.fol. 723

Fideicommisſi uerba deprecatiua ſunt,& quæ.n.187. & 188.folio 724

Fideicommiſſum inducitur ꝑ uerbum peto, quod an ſit præce-

præceptiuum,impetratiuũ aut deprecatiuum.nu.188. fo.724 & uide nu.190.725
Fideicommiſſum ex uerbis rogatiuis inducitur etiam ad quencunque dirigantur nume.189.folio 725
Fideicommiſſum ſine hæredis inſtitutione non ualet nu.77.fo. 659
Filia inſtituta in ſola dote p̃terita non dicitur contra Paul.de Caſt.n. 171.f.713
Filii poſiti in conditione non niſi tacitè uocentur, grauari poſſunt.nu.66.fol. 646
Forma potentior materia.nume.150.folio. 699
Franciæ, itẽ & Delphinatus conſuetudo & fauor in pręſcriptionibus part. iiii. ſectione,materia iſta.nu.37. fol. 476
Fratres nõ poſſunt portionẽ obuentã per cõdict.indeb. repetere ab eo qui facta diuiſione de bonis paternis communibus, ut poſſet cõtrahere matrimonium cũ aliqua puella negauit cum iuramento ſe eſſe filium illius cuius hæreditatem diuiſerat parte j.ſectiõe, pro poſitum noſtrum. numer. 44.fol. 53
Fratres prædicatores nõ poſſunt habere proprium, ut ſinguli. parte j. ſectione, quid in libro officialium. nu.21.fol. 189
Furca cum pœna, maior eſt pœna capitis,& quid ſi qui utraque fuerit condemnatus diuerſis ſententiis, nec conſtat de delicto,utra potius ſit plectendus. parte iiii.ſectione,uideamus modo nu.27.fol. 390

De litera G.

GABELLA pro acceſſorijs nõ debetur.num. 20.fol. 601
Gabella an debeatur de fructibus fundi uenditi ſtãte ſtatuto,quod de re uendita gabella ſoluatur.num.21.folio. 602
Gabella pro eadem rebis nõ ſoluenda nu.22.fol. 603
Gabellæ ſolutio pro contractu,an probet contractum contra tertium abſentem. parte j.ſectione quarto limita.nu.73.fol. 175
Generalia ſunt faciliora: particularia uero ueriora.par. iii.ſectione, uidimus in genere.nu.1.folio 283

De litera H.

HABILITAS præſumitur aliũde in eo,de quo diſputatẽ. part.j. in prin. nu.67.fol. 25

Hæres

Hæres nõ poteſt allegare turpitudinem ſuam : licet ueniat ex perſona defuncti. ſuper quęſtio. ſtatuti Ferrar.nu.28.folio 567.568.

Hæres in re certa an ueniat appellatiõe hæredis in his quæ ſunt tranſitoria ad hęredes extraneos, & quid i non tranſitoriis nume.89. fol. 668

Hæredis inſtitutio quibuſcũque uerbis fiat, ualet modo de teſtatoris uoluntate cõſtet, quòd teſtari uoluerit nu.75.fol. 657

Hæreditatis aditio in teſtamento fieri poteſt,& facta non reuocatur nu. 127. & 128.fol. 688

Hoſpitandi ius an præſcribi poſſit part.iiii.ſectione circa præmiſſa nu.42.fol.539

Hoſpitandi ius præſcriptionem admittit,ſi ex qualitate perſonarum,aut ex coniecturis appareat,quod ex debito & iure ſeruitutis, non ex mera gratia fieret hoſpitatio numero 43. folio ibidem

Hypotheca non cõſiſtit ſine obligatione perſonali. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar.nu.6.& 45.fo.556.578

Hypothecari poſſunt bona ꝓ obligatione alterius,ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar. nu.46.fol. 578.579

De litera I.

IASON ſibi diſſimilis circa poteſtatẽ principis, in quæſitis iure ciuili poſitiuo par. j. in princip. nu.50.fol. 20

Imperfecta duo ſimul iuncta nihil operantur, quando unumquodque per ſe & in genere ſuo operari nõ poteſt nu.65.fol. 650

Imperium & ſacerdotium,an æquiparentur quo ad præſcriptionẽ part. iiii. ſectione, abſolutis differen. nu. 43.fol. 427

Imperiũ an gaudeat præſcriptione cẽtenaria. par. iiii. ſectione,abſolutis differẽtiis nu.40.fol. 425

Impetrans non tenetur probare ea quę narratiue in reſcripto continentur nõ cõditionaliter part. j.nu. 65. fol. 25

Incũtinẽti fieri dicitur,quod fit ex interuallo ſi interuallo illud ad actum ſit neceſſarium nu. 15.fo. 599

Indictionis corruptæ uitio tẽporis,& antiquitatis iniuria appoſitio,an uitiet inſtrumentum par.j.ſectione uiſo de fama.nu.41 f. 231

Inducta ad unum effectũ non debe-

debent cõtrarium effectũ operari nu.67.fol. 650
Iniuriam non facit,qui beneficium non impedit part. iiii.ſectione, circa præmiſſa.numero 18.folio 527
Inſpicitur illud,cuius contẽplatione fit actus,non ipſe actus.ſuper quæſtione ſtatuti Ferrariẽ. numero 42. fol. 577
Inſtitutio hæredis in teſtamento omiſſa,quòd tacitè uocaſſe uenientes ab inteſtato cenſetur nu.34.f.605
Inſtitoris conſtitutio,cenſeri debet facta ſecundum diſpoſitionem iuris communis part.j.ſectione, quarto limitatur.nu.31.fol. 161
Inſtrumenta publica eccleſię probantia ſolutiones cenſus, an ex eis tantum ſolutionibus probatur ius cenſus,niſi finitum ſit tempus ad præſcriptionem ſufficiens. eodem
Inſtrumẽta duo ab omnibus recepta ſine contradictiõe ad probãdam quaſi poſſeſſionem notariatus, an ſufficiat. Et an ſufficiat fama. Quid de antiquitate temporis part.iii. ſectione, uidimus in genere.num.6.7. & 8. 285.286.
Inſtrumenti exemplatio in quibus caſibus prǽſumitur facta ob temporis antiquitatem, intelligitur quo ad omnia,ut omnia præſumãtur ſolenniter acta par. iii. ſectione, uidimus in genere nu.22.fol. 291
Imperfectum, & nihil, equiparãtur. ſectione, uidimus in genere.nu. 23.fol.eodẽ
Inſtrumenti productione facta tãtùm ad informandũ, iudicis animum non iure debet eius copia parti tradi.parte.j. ſectione, quæritur etiam num.12.fol. 121
Inſtrumenti regiſtratio facta in literis Papæ, an præſumatur facta parte citata, propter temporis antiquitatem, ita ut fidem faciat parte iii.ſectione,uidimus in genere num.13. fo. 288
Inſtrumenti exemplatio, ut dicatur facta de antiquo, quantum tempus requiratur nu.14.& 16.fol.eodem
Inſtrumenti exemplandi ſolennitas, quo tendat num. 13. ibidem
Inſtrumenti publici & ſolennis approbatio, an dependeat à poteſtate productis part.j.ſectione, uiſo de uerbis n.77.fol. 112
Inſtrumẽti productio, ſine proteſtatiõe, ſcriptura ſimpliciter & gñaliter approbata utrũ amplius poſſit reprobari

probari nu.78.fol. eodem
Inſtrumenti exemplatio, an præſumatur ſolenniter facta, ob temporis antiquitatem, non obſtãte, quòd pluribus defectibus laboret. par. iii. ſectione, uidimus in genere.nume.20. & 24. fol. 291
Inſtrumenti exemplatio ut præſumptionem pariat, an neceſſe ſit exprimi & enũtiari ipſas ſolennitates neceſſarias in tali exemplatione part.iii.ſectione, uidimus in genere num. 18. fol. 289
Inſtrumenti qualitas aut ſolennitas faciliùs præſumitur, quàm ſubſtantia par.j. ſectione, uiſo de fama nu. 24.fol. 226
Inſtrumento producto de antiquo, an ſit neceſſaria probatio notariatus. par. j. ſectione, uiſo de fama num. 23.fol. 225
Inſtrumentorum productioni termino dato, intra terminũ ſufficit fieri productionem uerbalem, realem poſt terminum parte j.ſectione, quæritur etiã nu.6.fol. 120
Inſtrumentorum appellatione. an ueniat confeſſio: ita ut conſtitutus ad recipiendum teſtes, & inſtrumẽta, poſſit & recipere cõfeſſionem partis part.j. ſectione quarto limitatur num. 87. fol. 179
Inſtrumentorum exemplandorum forma & conſuetudo in Delphinatu. par. iii. ſectione, uidimus in genere nu.19.fo. 294
Inſtrumentum allegans, aut illud narrans, an quibus caſibus teneatur illud edere. part. j. ſectione, quæritur etiam nu.5.fol. 120
Inſtrumentum publicũ quod dicatur. Et an eius appellatione, ueniat ſcriptura publica. Et quid ſcriptura publica part.j.ſectione, quarto limitatur nu. 84. & 85. fol. 178
Inſtrumẽtum productum cũ illa proteſtatione, non obſtãte cõtradictione aduerſarii, quando iuuet producentem: & quando nõ par. j.ſectione, uiſo de uerbis. nu.84.fol. 114
Inſtrumentũ non dicitur productũ in iudiciis realiter, niſi copia parti concedatur, à qua ſi denegetur, illud non probat. Et quid de mandato parte j. ſectione, quæritur etiam nu. 10. & 11.fol. 121
Inſtrumentum producẽs, nõ uidetur fateri contenta in

eo,

eo,eſſe uera: niſi quatenus ipſum inſtrumentum probat.part.j.ſectione,uiſo de uerbis.num.76.fol. 112
Inſtrumentum minus ſolenne, an probet in antiquis parte j.ſectione,octaua datur limitatio.nu.17. f. 212
Inſtrumentum minus ſolēne ſimpliciter reſpectu fidei probatoriæ, impugnatum ab aduerſario,an probabit contra producentem par. j. ſectione, uiſo de uerbis. nu.52.53.fol. 102.103
Inſtrumētum quomodo probet in fauorem aduerſarii impugnantis ſcripturā producentis nume.54.fo. 103
Inſtrumentum quando poſſit produci cum illa proteſtatione: non obſtante cōtradictione aduerſarii part. j. ſectiōe,uiſo de uerbis nu. 83.fol. 102
Inſtrumentum cuius originale non inuenitur ſed incertū reperitur in priuilegio principis, an fidem faciat. part.j. ſectione, octaua datur limitatio. n.19.fo.213
Inſtrumentum quid hic differat à ſcriptura priuata par.j.ſectione, uiſo de uerbis nu.76.fol. 102
Inſtrumentum minus ſolēne aut defectuoſum ſemiplenè ꝓbat notario mortuo. Et quid de libro rationū, mortuo ſcribente part. j. ſectione, quarto limi. nu. 49.fol. 166
Inſtrumentum recipere extra territorium creantis, inter ſubditos tamen par. j.ſectione, quarto limitatur nu.82.fol. 177
Inſtrumentum publicum nō probat niſi contineat ueri ſimilia part.j.ſectiōe,quarto limitatur nu.41.fo.164
Inſtrumētum nō dicitur productum quod in iudicio ſolum allegatur part.j.ſectione,quæritur etiam num.4. fol. 220
Intellectus.l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcript. xxx. uel quadraginta anno parte iiii. ſectione, materia iſta nu.56.fol. 485
Intellectus & declaratio ad l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. item ubi habeat illa locū. parte iiii.ſectione, abſolutis differētiis nu.47.f. 429
Intellectus ille, in dubio capiendus eſt qui conuenit rubricæ.ſuper quæſtiōe ſtatuti Ferrar.nu.15.fol. 560
Intellectus ille præualet, qui probari pōt ꝑ alias leges aut rationes,quādo lex habet uarios intellectus ibi. nu.17. 561
Intellectus ille præualet, in quo

quo maior eſt ratio dubitandi nu.18.folio 561
Intellectus l. illicitè. ff. de reb.eor.num. 19.26 & 29. fol.861.862.863.
Intellectus l.ſi is. C. de prædiis minor.n.19. & 26.fol. 561.566
Intellectus. l. ſi ſeruo. ff. qui & à quib.nu.24.fol. 565
Interpretatio ſtricta fit in cõtractu expreſſo: ſed ſtrictior in tacitis. parte iiii. ſectione, materia iſta. nu. 114.fol. 512
Interpretatio fit ſecundũ id, quod ueriſimilius eſt,in re dubia. parte iiii. ſectione, materia iſta nu.112.f. 511
Interpretatio in dubio fieri debet per quam ius coloniæ perpetuæ ceſſet. Et cõtra id odioſa fit interpretatio.parte iiii.ſectione, materia iſta nume. 125.f.516
Inueſtitura domini præſumitur, quando quis ſtetit longiſſimo tempore in poſſeſſione bonorum feudalium par. iii. ſectione, uidemus in genere.nu.36.fol. 294
Iudex duos ſales habere debet, ſapientiæ & conſcientiæ part. j. in prin. nu. 57. fo. 22
Iudex,item & partes nõ poſſunt renuntiare ſolennitatibus iudicij ſubſtantialib. parte ij.in princ.nume.14. fol. 243
Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, non autem ſola ueritate facti inſpecta. parte j. ſectione,octaua datur limitatio. nu.11.fo. 210
Iudex an dicatur cauſa cognita procedere, eo quòd partes ſunt præſentes,uel contumaciter abſentes: part. ij.in prin.num.27.diſting. nu.36.fo. 249.& 252
Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita, non creditur. Et ſuper quibus præterea illi non credatur. part. j.& in prin.nu.13. fol. 243
Iudici an credatur ſuper cauſa,ſine qua quis actũ facere non poteſt. Et quid de his, ſuper quib. poteſtatẽ non habet.part.ij. in prin. nu.21.fo. 247
Iudici conſtare debet de ueriſimilitudine rei, quæ pro banda uenit per librum rationum. Et id qualiter, & unde colligendum. part.j. ſectione, quartò limitatur nu.36.fo. 162
Iudicij ſolennitates, quæ potuerunt interuenire ſententiæ uel decreti iudicis tempore, præſumãtur ne interueniſſe.part.ij.in prin.nu. 29.

29.& 30.fo.250
Iudicij ſolennia poſſunt taci tè remittere partes præſen tes,& non contradicentes iudicis aſſertioni. part. ij. in prin.nu.26.fo.249
Iudicis arbitrio relinquendum, quando ſententia di catur antiqua, qui iudex uariè arbitrabitur ſecundum qualitates iudicum, qui pronuntiarint. part.ij. in prin.nu.38.fo.253
Iudicis aſſertioni ſuper ſolen nitatibus ſententiæ aut de creti, quando ſtetur. Et quid de actu notarij. part. ii.in prin.nu.11.fol.241
Iudicis aſſertioni ſuper ſolen nitatibus, quib. nec iudex nec partes potuerunt renunciare,non creditur.nu. 12.fo.161
Iudicis officium ubi poteſt implorari, illi regulariter præſcribitur ſaltem 40.an nis.Et an durante ignoran tia currat præſcriptio. part.iiii. ſectione,materia iſta.nu.64.fo.488
Iudicis arbitrio pauca & rarò relinquenda ſunt. par.j. ſectione, quis in libro offi cialium.nu.25. fol. 190
Iudicis aſſertioni creditur, quando eo concurrit ueriſimilitudo. Et quando illa ipſa ueriſimilitudo adſit. Et unde cauſetur. part.ii. in princ.nu. 22. & 23. fol. 247
Iura publica præſcribi poſſunt, ſpatio 40. anno. Et ibidem intellectus. l.uiam publicam.ff.de uia publica part.iiii.ſectione, materia iſta nu.79.fol. 479
Iura pro iudice magis præſumunt, quàm pro priuato: nec tanta in eum cadit ſuſpitio,quanta in priuatum part.ii.in princip.num.20. fol. 246
Iura realia habentia cauſam diſcontinuam: ut præſcribantur, requirunt tempus antiquiſſimum part.iiii.ſectione,materia iſta nu.32. fol. 473
Iura & acta an ſufficiāt ſimul & in genere produci:an uero ſint omnia ſpecificè producenda part. j. ſectione, quæritur etiam num. 16. 17.& 18.fo. 122.123
Iuramento fidelitatis an præſcribatur per tempus cuius initii memoria non extat in contrariū: ut acquiratur libertas non præſtandi part.iiii.ſectione, materia iſta nu.28.& 30.fo.471 & 472
Iuramentum non ſeruandū, niſi contineat ueriſimilia. part.j. ſectiōe,quarto quæritur

ritur.nu.42. 164
Iuramentum ſuppletiuum defertur etiam in cauſa magna,contra eum, qui in aliquo conuictus eſt de mendacio.part.j.ſectione,uidimus & abundè.nu. 17.197
Iuramentum ſupplet præſentiam partis,de iure canonico.ibid.nu.43. 204
Iuramentum de parendo mãdatis alicuius, intelligitur de honeſtis.part.iiij.ſectione,uideamus modò. nu.41 fol. 397
Iuramentum de parendo mãdatis, intelligitur de honeſtis. parte j.ſectione, non omitto.nu.11.fo. 29
Iuramentum adminiſtratoris monaſterij, an ſit neceſſarium: ut eius libro fides detur part.j.ſectione, quid in libro officialiũ.n. 5.183
Iurantem oportet eſſe omni exceptione maiorem, ut eius dicto ſtetur.parte j.ſectione, quartò limitatur. nu.33.fo. 161
Iure diuino nemini creditur in cauſa propria. part.prima ſectione, propoſitum noſtrum nu.2. 42
Iure auferendo, quæſito iure poſitiuo, ad ſupplicationẽ partis, cauſa conſtare debet.Et quid ita.Secus,ſi nõ opponatur de falſa aſſertione impetrantis. parte.j in princip.nu.63. & 64.fo. 24
Iuri canonico ſtandum eſt in materia malæ fidei: ubi admittitur probatio contra præſcribentem, ſi conſtat de eius mala fide.parte iiij. ſectione, materia iſta num. uigeſimo. 468
Iuris dicendi ſcopus. parte j. ſectione,uiſo de uerbis. numero 34. 97
Iuris naturalis & primæui, aut ſecundarij obſeruantia non cenſetur ſublata per conceſſionem ampliſſimã poteſtatem datam arbitris parte j.ſectione, octaua detur limitatio.num. 5. 208
Iuris præſumpti ut probandi onus transferat in alium, num plenè requiratur probatio.par.ij.in princ.num. 46. 256
Iuris præſumptio non ſufficit niſi allegetur parte.iiij.ſectiõe,abſolutis differẽtiis. nu. 50. 185
Iuris publici quæ ſunt,an præſcribantur etiam reſpectu dominij.part.iiij. ſectione, materia iſta. nu. 83. 418
Iura publica præſcribi non poſſunt ceſſante poſſeſſione.parte iiij.ſectione, materia iſta.num. 84. 499
Iuris declarãdi magna hodie eſt

eſt neceſſitas. Et rarò committendum eſt arbitrio iudicis, quod tempus dicatur de antiquo.par.iij. in prin. nu.14. 410

Iuris quæſiti per aditionem hæreditatis ex cauſa, ubi quæſtio agitur, non requiritur illam cauſam ſpectare utilitatem publicam . part.j.in prin.nu.58.22.Limit.ibid.nu.62. fo. 24

Iuris præſumptio, dicitur liquidisſima probatio. part. iiij.ſectione, uidemus modò.nu.45. 398

Iuribus annuis quomodò prę ſcribatur in præſcriptione breuioris temporis parte. iiij. ſectione, materia iſta. nu.36. 276

Iurium quando dicatur incerta productio.part.j. ſectione,quæritur etiam. nu. 20. 123

Ius uniuerſale, ut iuriſdictionis,uel decimarum,extenditur etiã ad rationes uniuerſitatis : quia agitur de iure reali, quòd ius ad omnes extenditur part. iiij.in prin.nu. 59. 365

Ius poſſeſſionis acquiri poteſt, in his etiam quæ ſunt iuris publici, & in uſu publico parte iiij. ſectione, materia iſta.num.80.folio 497

Ius patronatus eſt ttanſmiſſibile,ut quod cedi & uendi poſſit. nu. 61. 645

Ius patronatus eccleſiæ an tranſeat in fideicommiſſarium.nu.62. 646

Ius patronatus non, niſi deficientibus ſanguinis hæredibus ad extraneos hæredes tranſit.nu. 63. 646

Ius patronatus cum uniuerſitate tranſit.nu. 84. 666

Ius patronatus eccleſiæ ad heredes extraneos non, niſi deficientibus ſanguinis heredibus tranſit.nu.85. 667

Ius patronatus tranſit ad filios dummodo hæredes ſint.nu.86. 667

Quid ſi filij ſint inſtituti in re certa aut minima. num.87 eod.

Quid ſi filij inſtituti ſint inæqualiter, an admittantur ad ius patronatus æqualiter.nu,88. 668

Ius quæſitum conſuetudine, an ſit debilius quęſito præſcriptione.par.iiij.in prin. num.37.

Ius futurum an remitti poſſit ſuper quæſtione ſtatuti Ferrarien.nu. 55. 583

Ius publicum, uerſatur in religione. Et quiuis de populo ad cauſam piam poteſt agere.parte iiij.in princip. nu.105. 318

Ius

Ius nouum Authenticor. correctorium iuris Cod. quo ad præſcriptionem centenariam in eccleſia, quare extenſum fuit ad ciuitates habentes iura fiſcalia, & æquiparatas eccleſiæ. nu. 107. 348

Ius ſuperueniens non confirmat contractum rei aliene nullum, quādo ex tali actu quis non obligatur ſuper quæſtion. ſtatuti Ferrariē. ſub nu.4. & nu. 11. 13. 14. 24. & 28. 556. 557 558. 559

De litera L.

LEgo uerb.an idē īportet, quod re.inquo. n.37 656

Lego uerb. adiectum quotæ hęreditatis inſtitutionem. non importat alio uniderſaliter aut ſimpliciter inſtituto.nu.76.folio 658

Lego uerb.adiectum uniuerſitati bonorum, an inſtitutionem importet. Quid ſi bonorum parti adijciatur. nu.64.647.& nume.65.fo. 659

Lego uerb.uniuerſitati adiectum inſtitutionem importat.nu.69. 652

Lego uerbum quotis adiectum alio uniuerſaliter nō inſtituto, quod inſtitutionem importet nu.79. 660

Legari quādo dicatur, & quādo fideicommitti. nu. 183. 721

Legatum an reuocari poſſit, cum teſtator promittit illud ſoluere legatario præſenti & acceptanti.nu.155 703

Legatum aut donatio nō præſumitur fieri animo compēſandi cum pręcedenti debito.nu. 173. 714

Legatum aut fideicōmiſſum an propriè dicatur donatio.num.105. 676

Legatum donatio dicitur & donationi cauſa mortis æquiparatur.nu.162. & 163 706

Legatum effectū dicitur donatio cauſa mortis nu. 110 678

Legatum factum, quod reuocari non poſſit, an erit donatio inter uiuos. nu. 16. 296.& nu. 166. 708

Legatum partis hæreditatis ſub conditione alio purè & uniuerſaliter inſtituto an inſtitutionem importet nu.80. 661

Legatum traditum an reuocari poſſit.numer. 167 169. & 172.fol. 709 710 711

Legati appellatione an & qn̄ fideicommiſſum continea-

tur.nu.177. 701
Legati appellatione an inſtitutio ueniat, ut legare prohibitns, cenſeatur & inſtituere prohibitus. nu. 192. 724
Legati diffinitio.numer. 104 676
Legata an dicantur acceſſoria ad teſtamentum : ubi Iaſ.& Crot.mordentur. n. 17. 559
Legata an pars teſtamenti dicantur.nu. 25. 604
Legaia an pars prædicamentalis aut ſubiectiua teſtamenti dicantur.nu. 20.fol. 605
Legata an teſtamenti pars dicantur, & quæ utilitas inde reſultet nu. 19. 603
Legare integralempartem dici in nuo caſu Socinus & Crotus eſt. n. trigeſimono 606
Legata prioris teſtaměti per per poſterius reuocatur cēſetur, niſi expreſſe dicatur tur. numero centeſimono ſexageſimoquinto & centeſimoſexageſimoſexto fo 707 & 708
Legatorum & fideicommiſſorum differentiæ. numero centeſimoſeptuageſimoquarto,& centeſimoſeptuageſimoquinto fot. 706
In legatarium aut fideicommiſſarium uniuerſalem iura & actiuè & paſſiuè ex Trebelliano tranſeunt. n. 78 600
Legatorum & fideicommiſſorum differentia ſublata eſt & circa quæ. numero 181 720
Legare ſeipſum nemo præſumitur in dubio. parte quarta ſectione. materia iſta n. centeſimodeimotertio.fo. 352
Legato facto ob collationē benemeritorum, an neceſſaria ſit eorum probatio, ut illud ualeat. parte prima ſectione propoſitum noſtrum.nume. 74 & 76.f. 63 & 64
Legatum uel fideicommiſsū an inducatur ex uerbis teſtatoris commědatitijs remiſ. parte prima ſectione, uidimus & abundè. nu. 47. 206
ges duæ ubi concurrunt,
Leprima ſpecialisi,altera generalis, uunquàm ſecunda neralis tollit primam ſpecialem.parte quarta ſectione, abſolutis differentijs n.44. 428
Legis ratione correcta,cenſetnr correcta lex, quando ratio exprimitur in lege. ſuper quęſtione ſtatuti Ferra.nu.17. 572

L.opti

L.optimam.C. de contrahenda & committẽ. ſtipulatio. an de inſtrumento publico loquatur : an de priuato. parte prima,ſectione, uiſo de uerbis.numer.9.& 11.f. 88 & 89
L. comparationes.an ſit correcta ĩ epiſtola, & alijs ſcripturis priuatis. parte prima ſectione, quæritur etiã num.65.& 67. 240
L.cenſus.ff.de probationibus an intelligatur de publicis inſtrumentis, receptis manu notarij, fidem habentibus indubitatam.& de quibus ſcripturis intelligatur. parte prima ſectione, quis in libro officialium. nu. 3. fol. 182
Lex,dicitur omne,quòd in ratione conſiſtit.Et ratio lex eſt cõmunis ad omnes caſus.parte iiij.in prin. n.91. folio 390
Lex non debet uerbis imponi, tanquam, eluſoria ſed uerba legi.parte quarta ſectione, abſolutis differentijs, num. 52. 429
Libertas & exemptio poſſunt præſcribi. parte iiii. ſectione,materia iſta. num. 75.f. 494
Liber officialiũ publicè creatorum,non probant plenè contra tertium abſentem. Nec liber æſtimi probat dominium in præiudiciũ tertii.part,i.ſectione,quarto limitatum. nume. 71.f. 174
Liber officialis publicè inſtituti,in his tantum probat, quæ ad ſuum officium pertinent.ibid. nu.72. 174
Liber officialis publicè conſtituti, quando probet in. ciuilibus & criminalibus. parte i.ſectione, quartò limitatur.nume.75. 175
Liber rationum, debet carere miſtura rationum ipſius adminiſtratoris. parte i.ſectione quarto limitatur.n. 51 fol. 167
Liber rationum adminiſtratoris, an procedat in fauorem abſentis. num. 52. fo. eodem
Liber rationum, ſcriptus ab omnibus ſociis, modo ab hoc modo ab illo: prout locus & neceſſitas ferebat fidem facit. parte i. ſectione, quartò quæritur.num. 59. 169
Liber rationum ſociorum ut probet, an ea requirantur omnia,quæ neceſſaria ſunt in libro rationum unius adminiſtratoris. num. 60.folio 169
Liber ſociorũ, & adminiſtratorum, in quo differant. n 61.

61. eodem
Liber officialis publicè ſtatuti, an fidem faciat, licèt nõ ſit notarius. Quid de theſaurario. nu. 62. 170
Liber maſſarij, an fidẽ faciat diſting. nume. 63. & 65. fo. eodem
Liber monaſterij, in quo reperiuntur ſcripturæ diuerſorum religioſorũ, an plenè probet. parte j. ſectione quid in libro officialiũ. nu. 23. 189
Liber monaſterij continens ueritatem in aliqua particula, an fidem in cæteris faciat. nu. 24. 190
Liber rationum mercatoris, an & quando probet contra ſcribentem, in fauorem abſentis. parte j. ſectione, uidimus & abundè. num. 26. 208
Liber officialis unius monaſterij, aut collegij, an probet. parte j. ſectione, quid in libro officialium. nu. 1. fol. 181
Liber monaſterij continens ſolutionis penſionum & cẽſuum, an fidem faciat. n. 2. fol. eodem
Liber rationum tutoris, curatoris, & ſimilium, qui non ita immediatè approbantur à parte, an fidem faciat ſimpliciter, maximè in grauibus & magnis ſummis. Et ſi ille ſint uerisimiles. parte j. ſectione, quartò limitatur. num. 27. & 27. fol. 159
Liber ſociorum ſcriptus ab aliquo inſtitore, an probet inter ſocios, atque inter ipſum inſtitorem. Et quid ſi fuerit ſcriptus ab uno ſociorum. parte j. ſectione, quarto limitatur. num. 54. & 56. 168
Liber rationum, debet continere data & accepta. parte j. ſectione, quartò limitatur. nu. 44. 164
Liber rationum, debet continere diem & tempus: alias non probat. nu. 45. 165
Liber rationum cauſam debiti & crediti cõtinere debet nu. 46. eodem
Liber rationum, ut fidem faciat, adhibendum eſt iuramentum ſcribentis. nu. 47. fol. eod.
Liber rationum adminiſtratoris monaſterii, facit fidem contra ipſum monaſterium. parte prima ſectione, quid in libro official. nu. 6. 183
Liber eccleſiæ, continens ſolutiones annui cenſus, an probet plenè contra ſoluẽtẽ, quando lapſum eſt tempus ſufficiens ad inducẽdũ

prӕſcriptionem

præſcriptionem cõtra eũ. nu. 7. & 8. 184
Liber ſtatutorum unius uniuerſitatis minus ſolennis, an probet. Et quid de ſcriptura epiſtolæ. parte prima ſectio. uidimus & abunde.nu.37.& 38. 203
Liber ſociorum, ſcriptus ab aliquo inſtitore, an probet inter ſocios, atque inter ipſum inſtitorem. Et quid ſi fuerit ſcriptus ab uno ſociorum.num. 56. 168
Liber officialis publicè inſtituti, probat pro tertio, aut contra tertium non autem in fauorem ipſius ſcribentis. parte j. ſectione, quartò limitatur.nu. 66. 172
Liber officialis publicè decreti, probat pro tertiò & contra tertium, cum quo tamen res acta ſit. Et id an plenè, an ſemiplenè tantũ. parte i.ſectione, quartò limitatur.nu. 69. & 70. 173
Liber continens ueritatem in una parte, an in alia ẽt præſumatur idem. Et quid de confeſsione mariti de dote recepta parte prima ſectione, quid in libro officialium.nu.11.& 12. 155
Libris monaſterii plena fides daẽ qñ agiẽ de modico præiudicio. Quod qñ ſit ĩ arbitrio iudicis ẽ ſitũ.parte i.ſectione, quid in libro officialium.nu.4. 182
Libro officialis publicè inſtituti an credatur, ſi quid ſcribat pro ſe, pertinens tamen ad ſuum officium. parte i.ſectione, quartò limitatur.nu.68. 172
Libro rationum tutoris, procuratoris, ſeu negotiorum geſtoris, creditur cum iuramento ſcribentis, quando continet uerisimilia.parte j. ſectio. quartò limitatur. nu.24. 157
Libro officialis publicè inſtituti, an credatur cõtra non ſubditum.parte j.ſectione, quartò limitatur.nu. 76.& 81. 176 & 177
Libro mercatoris addita adminicula ad fidem faciẽdã ſimul iuncta: an quid operentur.part.j.ſectione, uidimus & abundè. num.25. fol. 200
Libro rationum, an eò fides minus adhibeatur, quòd ille, qui ſcripſit, cuiuſque iuramentum requirebatur, mortuus ſit.& part.j.ſectione quartò limitatur. num. 48.& 50. 116
Librum rationum acceptare in parte, & in parte non, iudicis etiam arbitrio integrum eſt.parte j. ſectione, uiſo de uerbis. nu.70. 109

Librum rationum aduerſarius acceptans in parte, tenetur in toto & acceptare part. j. ſectione, uiſo de uerbis. nu. 69. fo. eod.
Literarum comparatio in priuatis ſcripturis probat: excepta apocha. parte j. ſectione, q̃rit̃ ẽt n. 64. 140
Literarum ſola comparatio, an & quando plenè probet parte j. ſectione quæritur etiam. nu. 72. 142
Litis pendentia, idem operatur, quod ſententia. part. j. ſectione, uiſo de uerbis. n. 58. 105
Locus, in quo ſcriptura facta eſt, inſpicitur, quocunque illa inde producatur. part. j. ſection. quartò limitatur. nu. 7. 152

De litera M.

Mando, uerbum deprecatiuũ. n. 190. 724
Mandati ratificatio præſumitur ex antiquitate temporis, ubi agit̃ de modico præiudicio. part. ij. in princip. num. 65. 264
Mandati extrinſeca ſolẽnitas præſumitur, concurrentibus aliquibus indicijs aut coniecturis. part. ij. in princip. num. 69. 265
Mandatum de cuſtodiendo, præſumitur ex tẽporis antiquitate, & diuturnitate cuſtodiæ præcedentis. parte ij. in princip. nu. 66. 265
Mandatum præſumitur, concurrentibus quaſi poſſeſſione, & diuturna patientia. Et quid de mandato uicarij Epiſcopi. nu. 67. & 69. 265
Mandatum tacitè probatur ex ſcientia & patiẽtia partis, ex eo, quod quis agit ſciente & patiente domino. parte j. ſectione, quartò limitatur. nu. 57. 168
Mãdatum an præſumatur ex antiquitate temporis, in utranque acuta diſſertatio maximè affirmatiuam. parte ij. nu. 59. & 60. 260
Mandatum uidetur probari propter antiquitatem temporis, ubi in ſententia aut inſtrumẽto fit mentio de ipſo inſtrumento. ibid. nu. 61. 263
Mandatum præſumitur ex antiquitate, quando agitur de fauore & commodo allegantis mandatum. parte ij. in princi. nu. 70. 265
Maritus lucrans partẽ dotis ex forma ſtatuti, an lucretur partem dotis præſumptę. part. iiij. ſectione, uideamus modò. n. 44. & 46. fol. 399

Maſculinum

Maſculinum concipit fœminum in pœnalibus, quando odium eſt rationabile. part.iiii.in princip. nume. 159.fo. 374

Maſculinum nō concipit fœmininū quādoque de utroque expreſſa mentio habita eſt nu.12.fol. 558

Materia non præſcriptibilis, an efficiatur præſcriptibilis, quando quis nō fundat ſe principaliter ſuper præſcriptione aut tēpore: ſed ſuper titulo, quem allegat parte iiii.ſectione materia iſta nu.96.fol. 503

Matris an interſit, hæredes relinquere parte. iiii. in prin.nu.96.fol. 503

Matris an interſit, hæredes relinquere par.iiii.in prin. nu.142.fol 365

Filiis lucrum delatum ex priuilegio ſtatuti, an tranſmittatur ad hæredes filiorū. parte iiii. in princ. nume. 143.fol. 366

Matris teſtimonium, an admittatur ad probandam ætatem filii parte j.ſectione, uidimus & abunde, nu. 35.fol. 202

Medio in habili extrema cōiūgi impediri nu.8.fo.317

Mercator dicens ſe non illud ſcripſiſſe, quod contra ſe ſcriptumq; eſt in libro rationum, ſcriptumque contra ſuam uoluntatem, an audiatur parte j. ſectione, uidimus & abundè. nume. 28.fo. 200

Mercatoris ſcriptura, in magnis probat ſemiplenè, ꝑ tertio: & contra eū. parte. j. ſect. uidimus & abundè. nu.29.fo. 201

Mercatoris liber licèt per ſe ſolus non probet, facit tamen præſumptionem aliquam, ſupplēdam ex aliis adminiculis part. j. ſect.uidimus & abundè.nume.19 fol. 198

Mercatoris libro ſuper quantitate mercium traditarū cuiquam, an ſtandum ſaltē adhibito iuramento par.j. ſect.uidimus & abunde nume 9.fol. 195

Mercatoris ſcriptura, quādo probet pro tertio & cōtra tertium. Et id quomodo accipiendum parte j.ſecti. uidimus, & abunde. num. 31.& 32.fo.201. & 202

Mercatoris iuramentum generale ſuper ſua ſcriptura debet ab initio interuenire, non ſubſequi ſcripturā, cui uult fidem haberi. nu. 33.fol. 202

Mercatoris libro an credatur pro ſe, in magnis ſummis.diſt.par.j. ſectione uidimus

dimus & abundē nume. 3. fol. 193

Mercatoris ſcriptura,non ha bens formam libri, an ple nam fidem faciat contra ſcribentem,in fauorem ab ſentis.parte j ſect.uidimus & abunde.nu.27.fo. 197

Mercatorum duorũ ſcriptu ræ ſuper eodem facto, an plene probent.parte j. ſe ctio. uidimus & abũde nu. 30.fo. 201

Mercatorum libro an creda tur, nulla intercedente cõ ſuetudine part.j.ſect.uidi mus & abunde nu.2.f.193

Mors ſepultorum,an probe tur ex libris rectorum ec cleſiaſticorum. Et quid de excommunicatione par. j. ſectione uidimus & aliun de nu.1.fol. 193

Mulier omnia bona ſua ĩ do tem dare an præſumatur. quòd non in minore. Et quid ſi patiatur maritum ſuum poſſidere & admini ſtrari.par.iiii.ſectio. mate ria iſta nu.109.fo. 509

De litera N.

NEGATIO vi ac feruore a moris extorta. an ius faciat. part. j. ſectio. propoſitum noſtrum num. 45 fol. 53.

Negligentia imputari nõ po teſt domino directo,igno ranti alienationem factam per uaſallum.parte iiii.ſe ctione, abſolutis differen tiis.nu.32..fol. 421

Nocendi animo quid factum unde præſumatur & colli gatur parte iiii. ſectione, circa pręmiſſa nu.33.f.534

Notariatus qualitas ut præſu matur,non ſufficit tempus 30.annorum, ſed tẽpus an tiquiſſimum,ad minus cẽ tum annorum parte iii.ſe ctio.uidimus in genere nu. 10.fol. 287

Notariatus qualitas,pręſumi ter in antiquis. & proban di onus transfert in aduer ſarium & negantem. part. iii.ſectione, uidimus in ge nere num.2. negatiuam.ui de nu.3.fol. 284

Notariatus qualitas,facilius præſumitur ex antiquitate temporis,in ſcriptura,pu blica quàm priuata parte iii.ſecti.uidimus in genere nu.4.fol. 285

Notariatus an ꝓbetur in an tiq. quando producuntur plura inſtrumenta eiuſdẽ tãquam notarij nu.5. & 9. fol. 285 286

Noctarii ſcriptura, probat tã tum contra eum, non pro eo par.j.ſecti.quarto limi tatur

tatur nu.67.fol. 172

Notarij actorum atteſtatio uel ſubſcriptio ſcripturam priuatam fuiſſe repertam apud acta habet uim ſubſcriptionis teſtium.part.j. ſect.quarto limitatur . nu. 23. fo. 157

Notarij caueãt,ne aliqua uerba ſcribant,uirtus quorum a cõtrahentibus ignoretur nu.154.fol. 702

Notariorum aut priuatorum actus, non tantum habent præſumptionem , quantũ iudicis actus . Et an in eis ſufficiat ſolẽnitates in ſpecie enũtiari par. ii. in princip.nu.10.fo. 241

Notarius , item & partes poſſunt fateri factum in ſpecie : non in genere . parte ij.in princ.nu.34.fol. 251

Notarius ſolũ à principe cõſtitutus, poteſt ubique inſtrumenta recipere part.j. ſectio . quarto limitatur . nu.77.fol. 176

Notarius poteſt conficere inſtrumentum, & de eo atteſtari,quod geſtum eſt,modo rogatur à partibus. parte ii. in prin. nu.31.f.250

Nullitatem allegare non poteſt, qui cauſam nullitatis præbuit. ſuper quæſt. ſtat. Fer.nu.33.fol. 571

Nullum, & inutile æquiparã tur parte iiii. in princ. nu. 144.fol. 365

De litera O.

OBIICERE quis alteri nõ poteſt illud,cuius cauſam prębuit.ſuper quęſtione ſtatuti Ferra.nu.33. fol. 871

Obligatio licèt nõ contrahatũr per epiſtolam:cõtracta tamen probatur parte j. ſectione. uidimus & abundè nu.39.fol. 203

Obligatio cauſam continere debet parte j.ſectione , uidimus & abundè num. 23. fol. 199

Obligatio ad præſtationem indemnitatis , an inducatur ex his uerbis: ne dubites hoc facere : quia nolo, quòd inde aliquid damni ſubſtineas parte j.ſectione uidimus & aliundè nu. 45. fol. 205

Obligatio an arguatur ex his uerbis:ſum paratus recuperare talem rem parte j. ſectione, uidimus & abundè nu.46.fol. eodem

Opponi nihil poteſt contra mandatum factum in iudicio . Et quid qnantumque operetur color iudicii , in probatoriis parte j.ſectiõe quarto

quarto limitatur num. 21. fol. 156
Ordo circa titulos an attendatur nu.57.fol. 642
Ordo ſcripturæ non attendi tur in his quæ de ſe certa ſunt.nu 58.fol 643
Ordo ſeruandus in omnibus nu.2.fo. 593

De litera P.

PACTI nudi fidem fallere,uerecundia eſt ſuper quæſtione ſtatuti ferrar. nu.30.fol. 570
Pactum inter partes ſcribens priuatus, non eo fit notarius parte j. ſectione, uiſo de uerbis numer.31.fo. 95
Pactum & conuentio partiũ quod ex ſola literarum cõparatione, fides detur apochæ modo de tali conuentiõe legitimè appareat, an ualeat parte j.ſectione,quęritur etiam nu. 73. fo. 142
Pactum contra ſubſtantiam actus an ualeat nu.161. fo. 705
Pactum ſuper principalẽ, in diſpoſitione hominis,non extenditur ad acceſſoria. Et quid de conceſsis iure ſpeciali parte.iiii.in princ. nu.68.fol. 331
Papa an posſit p̄iudicare laicis in cõſequẽtia, ubi principaliter non poſſet parte iiii.ſectione,circa præmiſſa.num.16.fol. 526
Papa habet plenisſimam poteſtatem in beneficialibus parte j.ſectione non omitto.nu.29.& 37.fol. 30. 31
Papa non poteſt quid reſcribere contra ſtatutum uniuerſalem eccleſiæ. parte j. in princ.num.22 fol. 13
Papa an posſit quem priuare beneficio parte j.ſectione, non ommitto numer. 33. 34.35.& 36.fol. 34.& 35
Papam uti uoluiſſe plenitudine poteſtatis,planè conſtare debet parte j.ſectione,non omitto nu.39.f.36
Papæ aut ſuperioris confirmatio, ubi præſumitur ex temporis antiquitate, an neceſſaria ſit eorum ſcientia diſting.parte iii. ſectione, uidimus in genere numer.29.fol. 193
Papæ aſſertioni ſtandum eſt in beneficialibus, qualiter nempe gratiam collatam intellexerit, etiam ſi alia eius fuerit intentio part.j. ſectione,non ommitto.nu. 30.fol. 33
Papæ confirmatio ſuper collationis ſubreptitia, perinde ualet, ac ſi primum legitimè facta fuiſſet nume. 31. fol. 34

Papæ declarationi in præiudicium alterius, quãdo nõ ſtetur nu.32.fol. 34
Papæ licentia præſumitur interueniſſe in teſtamento Cardinalis,propter diuturnitatem temporis part.iii. ſectione,uidimus in genere nu.31.fol. 293
Papæ intentio, quando dicatur fundata ſuper narratis per eum part. j. ſectione, propoſitum noſtrum num. 16.fol. 46
Parochiagii ius in Delphinatu par. iiii. ſectione, circa præmiſſa nu.2.fol. 250
Parochiagii iure circunſcripto & banneretorum, quo caſu poſſit dominus cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis part.iiii. ſectione, circa p̃miſſa n. 3. folio 226
Pars an & quando contra ſententiam reclamare poſſit parte ii.in princ.n.24. 248
Partes in re propria plus poſſunt, quàm ſtatutum parte j. ſectione, uiſo de uerbis. nu.30.fol. 95
Pars alia integralis,alia prædicamentalis aut ſubiectiua, alia uero accidentalis aut qualificatiua num. 23. fol. 603
Partis prædicamentalis ab integrali differentia.num.4. fol. 260
Pars ſubſtantialis aut eſſentialis quæ nu.31.fol. 606
Pars accidentalis aut qualificatiua quæ nu.32. fol. 206
Partis de cuius præiudicio agitur, ſubſcriptio tantum ſufficit ĩ caſu l. ſcripturas. Limit.part.j.ſectione,quæritur etiam num.62.& 63. fol. 138
Partis præſentia, an & quando requiratur, ubi agatur de obligando part.j.ſectione,uiſo de uerbis num.48. fol. 101
De partium mente fuiſſe in dubio id præſumitur,quod utrique earum prodeſt, & neutri nocet part. iiii. ſectione, materia iſta num. 123.fol. 515
Partitio materiarum tres effectus operatur numer. 5. fol. 594
Pater ſi prohibet bona alienari extra familiam,cenſetur relictum fideicommiſſum inter eos de familia. part.j.ſectione, ampliatur nunc nu.33.fol. 74
Patiẽtia habẽs aliquod p̃ambulum ſeu diſpoſitionem præcedentem, præiudicat & diſponit, & fidem affert inſtrumento part j.ſectiõe quarto limitatur num. 18. fol.

fol. 155

Patris uoluntas legitimandi filium, unde colligatur eo mortuo parte j.in princip. nu.59.fol. 23

Patris uoluntas de legitimatione filii non præſumitur nu.60.limit.nu.61. fol. 54

Peccatum non poteſtas dicitur, ſed deficientia boni. par.j.ſectione,non omitto nu.3.fol. 28

Pœna priuationis, locum nõ habet,niſi lex expreſsè dicat parte iiii.in princ.148. fol. 368

In pœnalibus qualis fieri debeat interpretatio parte iiii. ſectione uideamus modo nu.2.fol. 378

Perſonæ probatio,non infert dicti aut facti approbationem parte j.ſectione, uiſo de uerbis nu.18.fol. 90

Poſſe dicimur,quod legitimè poſſumus part.j. ſectio. nõ omitto nu.6.& 10.fol. 30

Poſſesſio an probetur ex inſtrumento antiquo,in præiudicium tertii part. j. ſectione,uiſo de forma num. 21.fol. 224

Poſſesſio ſeu quaſi piſcandi, quę ſita ex prohibitione facta aliis, ne piſcarentur in certa parte fluminis,an ꝓſit contra omnes, etiã non prohibitos tãtum par. iiii. ſectione, materia iſta nu. 86.fol. 499

Poſſesſionem piſcandi an uideatur quis acquiſiuiſſe,eo ſolum,quòd ſolus piſcatus ſit in aliqua parte maris aut fluminis publici.Et quo modo aliàs acquiratur parte iiii.ſectiõe,materia iſta nu.81.& 82.fol. 498

Poſſesſionis præſcriptæ titulus, an etiam probari debeat uerbis enũtiatiuis cõtra tertiũ parte j. ſectiõe, ampliatur nunc num. 21. fol. 80

Poſſesſionis cauſa ex nouo in re mutatur nu.170.fo.712

Poſſesſionis cauſam mutare ſibi nemo poteſt,nulla extrinſecus ſuperueniẽte cauſa mutandi par.iiii.ſectiõe materia iſta nu.111.f.249

Præcarium qui rogauit ad tẽpus,& finito tempore rem adhuc teneat patiente domino,num reuocari posſit ſecundum naturam præcarii parte iiii.ſectione, materia iſta nume.107.f. 248

Prælatus eccleſiæ, qui nõ poteſt de nouo infeudare bona eccleſiæ,ſine iuris ſolẽnitatibus, non poteſt inueſtire đ nouo feudo iure antiqui feudi,ſecus, ſi inueſtitura ſit đ antiquo parte v. in principio nu. 17. & 18. fol.

fol. 547
Prgiudicium nullnm infertur ex actu uoluntario parte iiii.ſectione, materia iſta nume.101 folio 246
Prgiudicium amisſionis lucri non habetur in conſideratione parte iiii. ſectione, circa præmiſſa n.13.& 14. fol. 526
Præiudicium, quod uenit in conſequentia & ſecundario, non attenditur nume. 15.fol. 527
Prælegata ubi maiorem hæreditatis partem abſorbét idẽ de eis iudicatur atq; de hæreditariis portionibus, & ueniunt in reſtitutionem fideicommi num. 29.fol. 605
Præſentia partis,non neceſſario infertur ex citatione. parte ii.in principio numero 27.& 28. folio 249. & 25
Præſcribere nõ poteſt is, qui tenuit rem feudalem tanquàm liberam: malæ tamẽ fidei: quia nimirum illam ſciebat feudalem par. iiii. ſectione,abſolutis differẽtiis numero 30.folio 418
Præſcribere quid de futuro, & nondum in eſſe productum, an quis posſit parte iiii.in princ.nu.6.fol. 305
Præſcribentis mala fides an noceat in præſcriptione tẽporis, cuius initii memoria non extat in contrariũ parte iiii.ſectione,materia iſta num.16.& 18.fol.465. & 466
Præſcribentis bona fides requiritur, in præſcriptione iuris ſeruitutis in qua non agitur ut res ab alio auferatur: ſed ut tãtum ius ſeruitutis competat part.iiii. in princip.num.19.fo.311
Præſcribi non poſſunt, quç competunt, iure facultatis part.iiii.ſectione,materia iſta num.85.fol. 499
Prçſcribi an posſint,quç ſunt meræ facultatis parte iiii. ſectione,materia iſta num. 99.folio 505
Præſcribi an posſit cõtra obedientiam par.iiii.ſectione, materia iſta n.74.fol.495
Præſcribitur facultati,etiam quando ex uſu talis facultatis naſcitur ius deducibile in iudicium parte iiii. ſectione, circa premiſſa nu. 37.fol. 536
Præſcriptio currit in his, in quibus interuenit factum hominis & inde ſeruitus negatiua acquiritur. Et duplicitcr præſcribi poteſt ĩ his, quæ iure facultatis cõpetunt parte iiii.ſectione, circa præmiſſa numer. 39. & 40

& 40. 537

Præſcriptio num cadat in his quæ ſunt meræ facultatis. num.41. 538

Præſcriptio centenaria quo modo probabitur par.iiij. ſectione, materia iſta. nu. 42. 478

Præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quomodo probetur. parte iiij. ſectione materia iſta nu.38. 477

Præſcriptio longiſſimi temporis, an & quid differant parte iiij. ſectione, materia iſta nu.25. 470

Præſcriptio an recipiat extẽſionem perſonarum, uel actuum parte iiij. in princ. nu.45. 321

Præſcriptio triginta aut quadraginta annorum, dicitur merè odioſa, inducta in odium negligentis. parte iiij. ſectione, materia iſta. nu.117. 513

Præſcriptio dicitur, non cõſuetudo, ubi datur poſſeſſionis continuatio. parr. iiij. in princip. nu. 25. 313

Præſcriptio centenariam an ſit maior, temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, parte iiii. ſectione abſolutis differentiis. numer. 2. 3. 4. 6. & 7. 405. & 406

Præſcriptio non currit contra principem aut ſuperiorem, niſi concurrentibus eius ſcientia & patientia, in his, in quibus poſſeſſio ſeu quaſi, non quæritur ſine ſcientia & patientia partis. parte iiij. ſectione, abſolutis differentijs. num. 15. 410

Præſcriptio in caſu inſtituendi in beneficio, an extendatur ad caſum deſtituendi. part. iiij. in princip. nu.62. 328

Præſcriptio an currat contra minorem & eccleſiam. Et ſi currat, num debeant reſtitui. part. iij. in princip. n. 4. 306

Præſcriptio etiam centenaria, & quantumuis antiqua non procedit, ſi ſit peccati nutritiua. par. iiij. ſectione, materia iſta. num. 77. 496

Prǽſcriptio quamuis antiqua non procedit in his, quæ poſſideri non poſſunt. nu. 78. 496

Præſcriptio an proſit, in qua allegatur titulus uitioſus & inualidus. par. iiij. ſectione abſolutis differentijs. n. 59. 434

Præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur habere pro ſe præſcriptum eſt.

eſt. Conſuetudo uero, quando litigatur cum tertio part.iiii. in prin. num. 30.fol. 315
Dræſcriptio dicitur, quando uni acquiritur, & alteri aufertur: cõſuetudo autẽ uni acquirit, alteri tamẽ aufert nu.31.fol. 316
Prẹſcriptio an debeat eſſe obtenta in contradictorio iudicio. Et quid de conſuetudine negatiua num.32.33. limit.34.fol. 316
Præſcriptio quanta requiratur hodie de iure Authen. contra fiſcum romani imperii par.iiii.ſectiõe, abſolutis differẽtiis n.36.f.422
Præſcriptio quæ requiratur in ciuitate nu.37.fol. 423
Præſcriptio maius tempus requirit quàm conſuetudo, & quantum tempus cõſuetudo requirat: quãtum prẹſcriptio part. iiii. in prin. nu.7.fol. 306
Prẹſcriptio an admittatur cõtra ſupremã Imperatoris poteſtatem. Et quantũ tẽpus eo requirantur, & eo maximè cõcurrente mala fide parte iiii.ſectione, materia iſta nu.19.fol. 467
Præſcriptio dicatur ne an cõſuetudo potius, ſi unus particularis præſcribat contra unam uniuerſitatem ad exactionem aut præſtationẽ annuã Alexãdri lapſus par.iiii.in prin.n.23.f.313
Præſcriptio an cõtenta ſit tẽpore triginta annorum data ſcientia & patiẽtia principis, uel requirat cẽtũ annos par.iiii.ſectiõe, abſolutis differẽtiis nu.22.fo.413
Præſcriptio non procedit in his, quẹ nõ ſunt cõceſsibilia par.iiii.ſectione, materia iſta nu.97 fol. 501
Præſcriptio non procedit in his quæ ſunt merè uoluntaria, aut facultatis num.98. fol. 501
Præſcriptio currit contra dominum, amiſſa poſſeſsione ciuili, quæ præſcriptio debet eſſe triginta annorum. in eccleſia autem quadraginta part.iiii.ſectione, abſolutis differentiis. nu. 29. fol. 418
Præſcriptio non procedit in actu, quem ſuperior facit de plenitudine poteſtatis. part. iiii. ſectione materia iſta nu.87.fol. 560
Præſcriptio non procedit in pœnis ſperitualibus nu.88 fol. eodem
Præſcriptio an procedat in re affecta uitio reali.& quanto tempore num.89.& 92. fol. 501
Prẹſcriptio plus poteſt ad p̃iudi-

iudicandũ tertio, & domino rei, quã reſcriptum aut priuilegiũ principis.& nu. 91.& 90.fol. 501
Præſcriptio an procedat:quãdo præſcribens eſſet incapax iuris de cuius pręſcriptione agitur n.93.fo.502
Præſcriptio an detur cõtra ſupremam poteſtatẽ Papæ aut Cæſaris affirmatiuè. par.iiii.ſectione, materia iſta nu.72.& 73 fo. 493
Præſcriptio cum allegatione tituli, in ſtricta & non præſcriptibili materia ſufficit, quãdo expreſsè allegatur titulus priuilegii, ad cuius ꝓbationẽ daretur tẽpus,cuius innitii memoria nõ extat in contrariũ par. iiii.ſectione,abſolutis differẽtiis num.51.fol. 429
Præſcriptio datur etiã ĩ habẽtibus cauſam aut poſſesſionẽ diſcontinuam part. iiii. in princip.nu.2.fol. 505
Præſcriptio ſeu conſuetudo, cuius initii memoria non extat in contrariũ, habet uim tituli,& conceſsionis ſeu priuilegii par. iiii. ſectione, abſolutis differentiis nu.9.fol. 407
Præſcriptiõe uel conſuetudine ſublata, an cẽſeaĩ ſublata ea,cuius initii memoria non extat in contrarium. part.iiii.ſectione, materia iſta nu.43.fo. 479
Præſcriptione tãti temporis, cuius initii memoria non extãt in cõtrariũ,an ius aliquod fortius acquiratur, quã per præſcrſptionẽ breuioris tẽporis part. iiii.ſectione,materia iſta nu.24. fol. 469
Præſciptio an impediat iuris error.diſtinctione opus.& idem de contractu contra iura par.iiii.ſectione materia iſta num.9.fol. 463
Præſcriptionẽ impedit error iuris,quãdo ultra omiſſionem ſolẽnitatis, reperitur læſio in eccleſia uel minore:quia factũ uidetur clandeſtinũ, & doloſum part. iiii.ſectione, materia iſta. nu.11.fol. 464.
Præſcriptionẽ impedit error iuris omnino prohibitorii ex, quo reſultat reprobatio actus ſimplex & abſoluta numer.12.folio 464.
Præſcriptionem, cuius initii memoria non extat in contrariũ,probari ſufficit, neque centum anni aut ultra requiruntur, parte iiii. ſectione,abſolutis differẽtiis nu.8.fo. 407
Præſcriptionẽ impedit mala fides in fauorẽ uniuerſitatis,quàmdiu ſupereſt unus de

de uniuerſitate, habēs malam fidem,& ſcientiam rei alienæ par. iiii in prin. nu. 18.fo. 310
Præſcriptionē tollere poteſt princeps, de plenitudine poteſtatis par.iiii. in prin. nu.29.fo. 314
Præſcriptione centenaria, & illa cuius initii memoria nō extat in contrarium.an & quid differant part.iiii. ſectione, abſolutis differētiis nu.5.fo. 406
Præſcriptioni aut conſuetudini ubi neceſſaria eſt ſcientia ſuperioris:ſi ſint duo ſuperiores aut domini,an ſit neceſſaria ſcientia utriuſque par.iiii.ſectione, abſolutis differētiis n.27.f.417
Præſcriptionis tēporis cuius initii memoria non extat in cōtrarii, exceptioni obſtet agenti poſſeſſorio par. iiii.ſectione, materia iſta. nu.27.fo 471
Præſcriptionis memoriā non extare in contrariū an poſſit probari per inſtrumenta par.iiii.ſectiōe,materia iſta nu.39 fol. 377
Præſcriptionis uſus in parte conſeruat ius in totū part. iiii.ſectione, materia iſta. numer.29.fol. 472
Præſcriptionis intentatæ memoriam extare in contrarium quomodo probetur par.iiii. ſectione, materia iſta nu.40.fol. 477
Præſcriptionis ignorantia ꝓbabilis part. quarta,ſectione,materia iſta numer. 67 fo. 490
Præſcriptio an currat non ualenti agere de iure par.iiii. ſectione,materia iſta num. 68.fol. 490
Præſumere in dubio id debemus, ꝙ frequentius cōtingit parte quarta,ſectione, materia iſta nu.118.f. 513
Non præſumūtur ea, quæ nō apparēt: ſed rebus ſic ſtantibus iudicandum eſt parte quarta, ſectione, materia iſta nu.122.fol. 515
Præſumptio eſt contra partē quæ non produxit eos,qui facti ueritatem magis intelligat, ubi dicit multos præſētes fuiſſe par.j.ſectione, uiſo de fama 8. fo. 220
Præſumptio non eſt pro his quæ non fiunt coram iudice:ut pro mādato facto in abſentia iudicis part. ii. in prin.nu.58.fol. 113
Præſumptio inducitur ex cōmuni curſu parte quarta ſectiōe,materia iſta nu.120. fol. 514
Præſumptio in antiquis plus poteſt reſpectu transferendi onus probādi in aduerſa-

rium quàm ſemiplena pro batio part.j.ſectione, uiſo de fama numer. 26. & 28. fol.220. 227
Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio numer. 27. fol. 227
Præſumptionē iuris ubi quis habet ꝓ ſe, & alius ſemiplenè probat, an locus ſit iuramento ſuppletiuo parte j. ſectione, uiſo de fama nu. 29.fo. 227
Præſumptionem pro libro mercatoris, quæ adminicula adferant parte prima ſectione, uidimus & abundè. nu.20.fo. 198
Præſumptum à iure & ſubintellectum, pro expreſſo habetur parte prima ſectione, ampliatur nunc nu. 41 & 42.fo.77. 78
Pretium an præſumatur ob antiquitatē uerſum in eccleſiæ utilitatem, in eius alienatione parte tertia. ſectione, uidimus in genere nu.26.fo. 192
Princeps uerbum ambiguum declarare poteſt, etiam in præiudicium tertii limita. part.j.ſectione, nō omitto nu.28.fo. 33
Princeps tria debet habere maximè, tāquā Dei ſeruus par.j.ſectione, non omitto num.19.fol 31
Princeps non poteſt de plenitudine poteſtatis, priuare uaſallum feudo ſine cauſa. par.j.in prin.nu.17.fo. 11
Princeps nō poteſt procedere parte non citata, in his, quæ non dependent à libera poteſtate principis. ibi. num.30 .fo 15
Princeps iuri alteri' quæſito ex contractu uel aliter de iure gentium derogare nō poteſt num.33.fo. 16
Princeps poteſt derogare ſtatutis municipialibus num. 39.fo. 17
Princeps conſuetudinem tollere poteſt nu.40.fo. 17
Princeps rerum naturam mutat in his quæ ſunt iuris poſitiui, aut conſuetudinis, & de nihilo aliquid facit ibi. numero 44.fol. 18
Princeps licet poſſit auferre iura & defenſiones iuris ciuilis: poteſt is tamen cui auferuntur, implorare iudicis officium latum, & manu regia conſequi, quod primæuo iure ſibi competebat nu.48.fo. 19
Princeps ius quæſitū mediante iure ciuili poſitiuè ſine cauſa auferre non poteſt, ibidem. num.49.51.& 52. fo.20 21
Princeps poteſt reſtituere cōdennatum ad audientiam

cauſæ,non obſtante ſentẽtia, tam de iure, quàm de æquitate.nu.53.fol. 21
Princeps ius alii quæſitũ ex ſua conceſsione uel priuilegio,poteſt tollere:dummodo nõ tranſierit in contractum abſque iniuria, etiã ſine cauſa ibi.n. 54.55. Secus ſi tranſierit in cõtractum nu.56.fo. 22
Princeps uult actum ſuum carere omni malitia & diminutione.par.prima,ſectione,nõ ommitto n.13.f. 29
Princeps præſumitur iuſtitię plenus numero decimoquarto fol. 30
Princeps ſemper præſumitur reſcribere: ſalua iuſtitia aliorum. nec cenſetur confirmare ſtatuta iniuſta, aut peccandi anſam ferentia. numero decimoquinto folio 30
Princeps rationis & æquitatis author eſſe debet, tanquam membrorum caput. ibid.num.16.fol. 30
Princeps non poteſt tollere ius tertii ſine cauſa, in his quæ ſunt iuris poſitiui.parte j. ſectione, non omitto. nu.24.fo. 32
Princeps nõ põt tollere ius quæſitum mediãte iure ciuilli, ſine cauſa poteſt tamẽ tollere ius poſitiuũ, & quid de iure quęſito cõſuetudine par.iiii.in prin. nu. 88.fo. 319
Princeps nõ põt,quæ nõ decent part. j. ſectione, non omitto nu.9.fo. 29
Princeps an gaudeat pręſcriptione cẽtenaria,ſicut eccleſia Romana par. iiii. ſectiõe,abſolutis differẽtiis. nu.39.fo. 145
Princeps an & quãdo poſsit renouare conceſſionẽ à ſe factã,per uiã cõtractus,aut ſtipulationis parte prima, ſectione non omitto.num. 38.fol. 36
Princeps ad hoc ut utaṫ plenitudine poteſtatis, requiriṫ ut ſciat actũ,quẽ facit,non ualere de poteſtate ordinaria parte j. ſectione, non omitto nu.43.fo. 38
Princeps utens plenitudine poteſtatis, an uideatur, eo uoluiſſe iuri alterius inter uertere par.j.ſectiõe,nõ omitto.n. 40.& 41.f.36.37.
Principali deſtructo per uiã pręſcriptionis, cẽſetur deſtructũ & acceſſoriũ. parte iiii.in prin.nu.69.fo. 143
Principe potentior eſt ratio naturalis & ciuilis, eàq; ipſe ligatur par.j.in prin.nu. 46.& 47.fo. 19
Principẽ maximè decet fides par.j. ſectione, nõ omitto

nu.17.fo. 30
Principem maximè decet iu ſtitia parte prima.ſectione non omitto nu.20.fo. 31
Principem æmulare oportet Dei poteſtate, quoad eius pōt.fieri par.j.ſectione,nō omitto.nu.2.fo. 28
Principē an Papā uoluiſſe uti plenitudine poteſtatis, an ſufficiat:eo ꝙ ſine ea nō ua let actus par.j.ſectione,nō omitto n.42.fo. 37
Principis aſſertioni ſuper facto tertii in antiquis, quā do credatur part.j. in prin. nu.11.fo. 10
Principis aſſertiōi ſuper facto ſui genitoris, creditur in antiquis Idēq; iudiciū de facto aliorū predeceſſo rū nume.12.fol. 10
Principis aſſertioni ſuper facto alieno;etiā in nō antiquis,creditur,ubi agitur đ leui præiudicio n. 13. f. 11
Principis aſſertio de facto alieno, inducit pręſumptio nē nu.14.fo. 12
Principis aſſertio ſuper facto alieno, quādo ꝓbādi onus nō trans ferat in aduerſariū nu.15.fo. 11
Principis aſſertioni ſup facto ꝓprio, ex quo pēdet cuius intētio an credatur diſtingu.nu.16.fol. 11
Principis aſſertioni an creda tur,ſi uaſallū feudo priuet, cauſa expreſſa,ea quidē cō cernēte factum proprium principis nu.18.fo. 12
Principis aſſertiōi cōtra ius, uel ī p̄iudiciū iuris iā quęſiti,non ſtatur n.20.fo. 12
Principis aſſertioni ī his, de quibus liberè ſtatuere nō poteſt, an & quādo credatur.n.23.& 24.fol. 13
Principis aſſertioni an credēdū,quando in actu ſuo cau ſam mitti & exprimit ibi. nu.34.fol. 16
Principis poteſtas circa ius poſitiuū: ut facta etiā ab eo, pro infectis haberi poſ ſint,quoad omnem iuris ef fectum nu.38.fol. 17
Principis ſciētia, ī quibus ca ſibus eſt neceſſaria in p̄ſcri ptione aut conſuetudine, an ſufficiat ſciētia eius pro curatorū, ſeu officiariorū. Et an eorū ſcientia prīnci pi pręiudicet.Quid de pro curatore,etiā cū libera,an eius ſcientia domino præiudicet parte quarta ſectione, abſolutis differen tiis num.23.24. & 25.fol. 415
Principis uolūtas ad malū,di citur plenitudo tēpeſtatis, nō poteſtatis.par.j. ſectione non omitto nu.4 fo. 28
Principis aſſertioni non ſtandum,

dum,etiã in facto proprio quando agitur de præiudicio alterius in iure iã quæſito parte prima ſectione, non omitto numero. 22. fol. 31
Principis aſſertioni ſtatur in antiquis etiam in preiudicium tertii. Et quid in non antiquis parte prima ſectione, non omitto nu.25. fol. 32
In principis reſcripto motu proprio, præſumitur cauſa etiam non expreſſa parte prima ſectione, non omitto numero 23.fol. 32
Principis ſedes parte prima ſectione, non omitto nu. 18.fol. 31
Priuatorũ poteſtas in rebus ſuis parte prima ſectione, propoſitum noſtrum num. 40.fol. 32
Priuilegio reſtitutionis in integrũ, non cenſetur denegatũ per clauſulam derogatoriã generalem: ſed requiritur derogatio ſpecialis, parte quarta ſectione, materia iſta nu.59.fo.486
Priuilegio, quòd detur plena fides ſcripturis aut libris Hebræorum,an ualeat. Et quid itẽ de Iudæo.Quid de Chriſtiano cum Chriſtiano parte prima ſectione, uiſo de uerbis.n.28. & 29. fol.93.& 94
Priuilegium Papæ aut ſuprioris, an ſit ad tollendam incapacitatem perſonę,potẽtius cõſuetudine aut præſcriptione. Et quid ceſſante capacitate parte quarta ſectione, materia iſta nũ. 94.fo. 502
Priuilegium tacitum,quid inducitur ex tempore, cuius initii memoria nõ extat in contrarium, an ueniat appelatione priuilegii part. iiii.ſectione, abſolutis differentiis n.10.& 12.f. 408
Priuilegium aut beneficium competens uero matrimonio,nõ habet locum in putatiuo. parte quarta, ſectione,uideamus modo nume.15.fo. 385
Probandi contrarii disſimilis ratio parte prima,ſectione propoſitum noſtrum num. 34.fol. 50
Probatio admittitur contra præſumptionẽ iuris & de iure, propter qualitatẽ & honeſtatẽ perſonę parte j. ſectione,quid in libro officialium.nu.16.fol 187
Probatio adiuuatur ex numero teſtiũ nu.17.fo.eod.
Probatio cõiecturalis, ubi & quãdo repellatur par.j.ſectione,uiſo de fama n.36.f.229
Probatio præſumptiua, in

antiquis habetur ꝓ uerra ubi etiam requiritur ꝓbatio inſtrumentalis part. j.ſectione,uiſo de fama nu. 37 fo. 229

Probatio præſumptiua, dicitur euidens, quando præſumptiones ſunt à iure approbatæ. Et iuris præſumptio, habetur pro notorio nu.38.fo. 230

Probatio præſumptiua & adminicularis, item per indicia, ſufficit in antiquis. part.j.ſectione, uiſo de fama nu.3.fo. 219

Probatio præſumptiua & cōiecturalis in antiquis,non admittitur contra eum,de cuius poſſesſionis iuſtitia apparet. limita numero 32.diſtin.nu.33.fol. 228

Probatio in contrarium contra præſumptionē,antiquitatis, an admittatur part. iii.in prin.nu.28.fol. 279

Præſumptio ueritati cedit. par.iii.in prin.n.29.fo.279

Probatio in contrarium contra præſumptionē iuris & de iure, nō admittitur. Et ꝙ prǽſcriptio tāti tēporis, uim tituli habeat mō præſcribēs ſit in bona fide par. iiii.ſectione, materia iſta nu.13.fo. 465

Probatio erroris in facto ꝓprio quando agitur de dāno uitando,an admittatur. Et quomodo id accipiendum.part. j. ſectione, uiſo de uerbis.numer. 65.66.& 67. 107.108

Probatio per iuramentum in litem,admittitur ob ſolam probationem, delicti: licet non probetur ſubſtantia debiti. part.j. ſectione, uidimus & abundè. nume. 15. 197

Probatio potentior confundit minus potente.parte.j. ſectionem, propoſitum noſtrum.nu. 35. 50

Probatio plena contra confitentem,& enunciantē quid incidenter propter aliud an faciat præſumptionem & adminiculum.nu.36. 51

Probatio an admittatur contra principis aſſertionem. parte.j.ſectione,ptopoſitū noſtrum. nu.12. 45

Probatio uerisimilis ſufficit, ubi proceditur ſola ueritate facti inſpecta. part.j.ſectione, quartò quǽritur.n. 43. 131

Probatio in contrarium non admittitur contra fictionē iuris. Et quòd antiquitas ſit titulus legitimus. parte iiij. ſect. materia iſta nu.2. 459

Probatio in contrarium, per indirectum admittitur cōtra

tra præſumptionem iuris & de iure.part. iiij.ſect.materia iſta.nu.14. 466
Probatio debet de neceſſitate concludere. parte iiij.ſectione,materia iſta. n. 116 512
Probatio an plena inducatur ex ſubſcriptione teſtium, & partium eis etiam mortuis.parte j.ſectione, quæritur etiam.num.55.& 56. 134.135
Probatio ſemiplena inducta ex ſcriptura priuata in antiquis,an locum habeat cõtra tertium. parte j.ſectione, uiſo de uerbis. nume. 2. 6
Probationes leuiores,non admittuntur, ſi agatur de nõ antiquo.part.j. ſectione,uiſo de fama.numer. 34. 228
Probationes per indicia & coniecturas,non ſufficiunt in antiquis, in materia, in qua lex uel ſtatutum requireret plenam probationẽ. nu. 35. 229
Probationes leuiores facilioreſque ſufficiũt in antiquis parte j.ſectione,uiſo de fama.nu.30. 227
Probationes leuiores ſufficiunt in antiquis. part.j. in prin.nu.1. 7
Probationes leuiores an ſufficiãt in ſcriptura priuata, cõtra tertium, in antiquis part.j.ſectione,uiſo de uerbis.num.5. 87
Probationes leuiores ſufficiunt in his, quæ ſunt modici præiudicij. parte j.ſection. propoſitum noſtrũ. nu.62. 60
Probationes factæ contra authorem, probant cõtra ſingularem. part. j. ſectione, ampliatur nunc. nu. 23.& 24. 72
Probationes finium, quę & quales requirantur. part. j.ſectione, uiſo de uerbis. nu.62. 106
Procurator an poſſit tutori aut negotiorum geſtori cõparari, circa fidem ſcripturę.part.j.ſectione, quartò limitatur. nu.26. 157
Procurator producens inſtrumentum mãdati minus legitimi,pars nihil opponẽs, cenſetur illud approbare. Quid de teſtimonio patris pro filio,aut econtra.Quid de teſtimonio fratris pro fratre,uxoris, pro marito, part.j.ſect.quęritur etiam. num.26. 27. 28. 125
Procurator, an eò cenſeatur conſtitutus,quòd dominus comparet cum eo in cauſa & aſſerit eum ſuum procuratorem.parte j. ſectione, quartò limitatur.num.58 169

169

Procuratoris cõparitio generalis, pro omnibus meis cauſis coram uobis pendẽtibus, ualet. parte j. ſectio. quæritur etiam.n.19.& 21. 123

Prodeſſe, & nocere differentia nec confesſio unius,alij præiudicare poteſt. part.j. ſect. propoſitum noſtrum. nu.38. 51

Promisſio de dote reſtituenda,expreſſa dicatur,ex eo, quòd maritus confeſſus eſt eam ſe recepiſſe. parte j.ſectione,ampliatur nunc.nu. 39. 77

Promittens de ſuo facto tantum, an teneatur de facto hæredis.diſting.num.127. Et quid de facto defuncti, cuius eſt hæres.part.iiij.in prin.nu. 126. 356

Promotio ad ordines ſacros præſumitur quando quis diu ſeruit in beneficio, tanquàm promotus.Et quid ſi diu ſtetit ĩ poſſesſione ſeu quaſi clericatus in beneficio, an præſumatur clericus.ſectio.uidimus in genere.nu.33. 294

Prohibitionis cauſa ceſsãte, ceſſat prohibitio.ſup quæſtione ſtatuti Ferre.nu.50. 581

Statutum ſtrictisſimi iuris, ſuper quæſt.ſtat.Fer. n.51. 581

Prohibitum directo, an posſit per indirectum concedi. part.iiij.ſecti.abſolutis differentijs. nu. 54. 428

Proteſtatio producẽtis in partibus tantùm pro ſe facientibus, quando eum non uitiet.part.j. uiſo de uerbis. nu.82. 113

Pro prouinciali maximè præſumitur, perindè ac pro præfecto prætorio. parte j. ſectione, quid in libro officialium.num 15. 186

Proprietas uerborum non attenditur, cùm de teſtatoris uoluntate conſtat. nu. 164. 706

Puto,uerbum aptum ad fidei commiſſum. nu. 179. 718

De litera Q.

Quædam dictio, ĩproprietatis, nota. nu. 115. 680

Qualitas quæ præponderat in actu mixto conſideratur.num. 152. 700

Qualitas, quam ſubſtantia facilius probari poteſt. Item & faciliùs inducitur. parte ij.in prin.nu. 63. 263

Queſtio ubi eſt de aliqua qualitate, in qua præſens rei ſtatus non conuenit cum primo,

primo,ex præſenti nõ præſumitur in futurum. parte. v.in prin. nu.5. 502

De liera R.

RAti promisſio, an ſit ſuperflua & an alteret naturam principalis diſpoſitionis. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar.nu.7.& 48.556 579

Ratificatio & approbatio nõ inducitur ex ſolæ taciturnitate.parte.i. ſect. uiſo de uerbis.num. 20. 92

Ratio expreſſa,uel unica tantum,paria ſunt.part.iiii.in prin.nu.93. 343

Ratio expreſſa, quid differat à tacita.nu.94. eo.

Ratio coniecturanda eſt in ſtatuto, quę potuerit mouere principem, ad ſic diſponendum.nu. 95. eo.

Ratio naturalis, certa eſt & indubia, & habetur pro lege & æquitate ſcripta, ad quam eo animum ſuum cõponere debet Index. num. 96. 343

Ratio ubi una tantum poteſt asſignari, illa habetur pro expreſſa:& extendi poteſt. part.iiii.in princ. num.83. 337

Ratio ampliat dictum.parte. iiii.ſect.materia iſta. num. 51. 483

Ratione expreſſa in materia corrrectoria, an ſimpliciter fiat extenſio ad alium caſum, an uerò ita demum ſi alius caſus comprehendi posſit ſub expreſſo, de lata uocabuli ſignificatiõe.par. iiii.in prin.num. 86. & 88. 339

Referenti an credendum ob temporis antiquitatem, licet non conſtet de relato. parte iii.ſectio. uidimus in genere.nu. 38. 287

Regalia aut principi reſeruata, an acquiri posſint per præſcriptionem tanti temporis,cuius initii memoria non extat in contrarium. parte iiii.ſection.abſolutis differentijs. nu. 13. 409

Regalia aut principi reſeruata ſi quis præſcribit, ipſo principe ſciente & an patiente, an iſto caſu adhuc erit præſcriptio temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium. parte iiii.ſecti.abſolutis differentiis.nu.16. 410

Regalia aut reſeruata principi, ſunt incorporalia quæ præſcribi non poſſunt ſine ſcientia & patientia ipſius principis.& ibid.nu. 17.& 18. 411.412

Regalium aut reſeruatorum principi

principi præſcriptio,an neceſſariò requirat ſcientiã principis.part.iiij. abſolutis differentijs.nu. 14. fol. 408
Regis teſtimonium, maioris eſt ponderis, quam unius notarij in publico inſtrumento.parte j. ſectione nõ omitto.nu.27. 32
Relatio fit ad proxima. nu.4. 594
Relinquo, uerbum, pertinet ad ultimam uoluntatem. part.iiij.ſection. circa præmiſſa.nu.20. 528
Relinquo uerbum, adiectum uniuerſitati bonorũ, quòd inſtitutionem importet.n. 72. 654
Relinquo uerbum commune dicitur hæredis inſtitionẽ importans. nu. 74. 656
Relictum ſub conditione, ea deficiente relictum non dicitur. Et deficiente conditione contractus perinde eſt ac ſi nũquàm fuiſſet celebratus.nu. 81. 278
Renouatur quid faciliùs,quã de nouo inducatur.part. v. in princip.num. 15. 546
Renuntiatio hæreditatis, aut pactum de non ſuccedendo, firmatum iuramento, non decet, deficiente perſona, cuius contemplatione talis renunciatio facta eſt.parte iiij.in prin.n.131 359
Renuntiatio iuris ſui non inducitur ex actu, qui fit propter honeſtatem ſeruandã part.iiij.ſect.uideamus modo.nu.40. 396
Renuntiationes & pœnæ appoſitæ in compromiſſo, habent tacitam conditionem ſi laudum ualidum ſequatur. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrar.nu.6. 556
Res geſte à principe etiam motu proprio, reſcindi nõ debet: alioquin ſuſpicione non caret: part.j. ſecti. non omitto. nu.12. 29
Res inter alios acta, quæ alijs plenè non præiudicat, an ſaltem aliquod, aut quale præiudicium pariat. par.ij.in prin.44. 255
Res probanda per librum rationum, debet eſſe uериſimilis.part.j. ſect. quarto limitatur.nu.35. 162
Res ſacra præſcribi non poteſt,neque poſſideri. part. i. ſection. uiſo in hac prima.nu.9. 221
Res ubi reuertitur ad dominum, & ad naturam ſuam, ibi non agitur de mera pęna. Et priuare uaſallũ feudo & utili dominio, dicitur pœna quo quidem feudo ſine culpa priuari non poteſt.

poteſt. & omnis priuatio, pœna dicitur. part.iiii.in prin.nu.152. 371
Res præſcripta ſi perueniat ad tertium poſſeſſorem,& dominium directum dicatur acquiſitũ præſcriptione, dominus directæ non poterit agere contra tertium poſſeſſorem.par. iiii. ſectione, materia iſta. nu. 26. 471
Res inter alios actu, quod p̃ſumptionem aliqualem & leuem faciat contra tertiũ parte ii. in princ. num.48. 256
Res inter alios acta, in anti quis, contra tertium inducit ſemiplenam probationem.nu. 49. eod.
Rem ſuam alicui auferre legitimè an liceat, cauſa utilitatis publicæ.part.iiii.in prin.nu.20. 311
Reſcripti qualitas probari poteſt.parte i. ſectione,ui ſo de fama. numero 25. f. 226
Reſcriptum impugnans ex capite taciturnitatis ueri, nõ dicitur impugnare narrata & expreſſa in ipſo reſcripto.part. i.ſect. uiſo de uerbis nu. 85. 114
Reſcriptum dicitur nullum, ob reptitium, continens quid,ad quod is, eſt minus habilis, cuius nomine fit impetratio.part. i.in prin. nu.66. 25
Reſcriptum legitimationis, non continens ætatem legitimandi,uiuatur. nu.68. 25
Reſcriptum in Francia non conſiſtit, niſi cauſa probata in impetratione. parte i.ſection. non omitto. nu. 1.& 21. 25.26
Reſtitutio in integrum an cõpetat priuato maiori, ex cauſa ignorantiæ probabilis carte iiii. ſection. materia iſta.nume.50.54.& 57. 482.433.484
Reſtitutio in integrũ aduerſus præſcriptionem centenariam aut cuius initii memoria non extat in contrarium, an competat. parte iiii. ſect. materia iſta num. 44. 46. & 47. 480.481. 481
Reſtitutio in integ. aduerſus præſcriptionũ quadragenariam ex capite ignorantiæ, intra quantum tẽpus peti debeat à laicis & maioribus.patr.iiii.ſectio. materia iſta.nu.63. 487
Reſtituti.in integ. datur etiã contra uerum expreſsè & habitum inter partes titulũ.Itẽ remedium reſciſſoriũ, ob cauſam enormis

læſionis.part.iiii.ſectióne, materia iſta.num.69.folio 491
Reſtitutio in integrum, non datur ob cauſam læſionis, tantum per niſi etiam con currat ignorantia læſionis quæ curſũm temporis im pedit.nu.70. 492
Reſtituiotutio in integrum competit aduerſus præſcri ſcriptionem quadragena riam: quam nec uerba legis tollere poſſunt, niſi ſpe cialiter dicatur.part.iiii.ſe ctione, materia iſta.nu.58. 485
Reſtitutionem petentes in integrum aduerſus præſcri ptionem longisſimi temporis, ignorantia non pro batur per eius iuramentũ. parte iiii.ſection. materia iſta.nu.62. 487
Reſtitutioni in integrum, ut locus, ſit in re dubia adhiberi debet interpretatio contra præſcripttonẽ. Eſt enim odioſa præſcriptio. parte iiii.ſect.materia iſta. num.61. 487
Reſtrictio cuiuſlibet diſpoſitionis etiam uniuerſalis, fit à ſua cauſa finali. ſuper quæſtione ſtatuti Ferra.n. 27. 567
Rochi lapſus. parte iiii. in princ.nu.84. 338

De litera S.

SAltem, dictio eſt implicatiua, implicans etiam alium, qui non compreheñderetur ſub caſu expreſſo, de lata ſignificatio ne.par.iiii. in princip. nu. 89. 241
Scriptura ubi continet plura capitula diuerſa & ſeparata, poteſt acceptari parte, & in parte non parte i. ſectione, uidimus & abundè. num.24. 199
Scriptura priuata reperta in actis, plenam fidem an faciat.parte i. ſection. quarto limitatur. nu.20. 173
Scriptura priuata, an probet in antiquis par.i. ſect.uiſo de uerbis.nu.1. 66
Scriptura priuata, approbata dicitur, parte, cõtra quã producitur, nihil opponente parte i.ſectione, quæritur etiam.n.23. & 24. fol. 124. 125
Scriptura priuata, facta manu alicuius tertii, non poteſt in parte acceptari, ét in capitulis ſeparatis. par. i.ſection. uiſo de uerbis n. 71. 141
Scriptura habens partium ſubſcriptionem, & unius teſtis

teſtis tantum & probata per comparationem literarum, etiam reſpectu ſubſcriptionis illius teſtis, an quid illa probabit. part.j. ſectiõn.quæritur etiam. n. 57. 136

Scriptura an etiam debet eſſe contra firmata ſubſcriptione trium teſtium, quãdo agitur contra ipſum debitorem principalem qui negat illã ſcriptura eſſe, ſuam, an uero, quando agitur contra tertium tantum.nu.56. 137

Scriptura, qua teſtes dicunt debitorem coram ſe confeſſum eſſe ſcripturã à tertio, de partium uoluntate, ſe tamen non fuiſſe præſẽtes tali ſcripturæ, an probet parte j.ſectio.quęritur etiam nu. 75. 142

Scriptura priuata recognita per ſcribentem, probat cõtra eum, & habentes cauſam ab eo, par.j.ſectio.uiſo de uerbis.num.15. 122

Scriptura priuata fidem facit contra tertium habentem cauſam à recognoſcẽtem, an ceſsionem in aliũ factam: ſecus, ſi poſt nu. 16. 123

Scriptura priuata an probet contra partem, quando pars dixit, quod ſemper ſi dem ſcribentis probauit. nu.17. 123

Scriptura priuata inter duos cum uno teſte integro an plenè probet. Quid de libro æſtimi: num præſumptionem faciat contra tertium faciat contra tertiũ. te.ii.in princi.num. 45.fo. 255

Scriptura officialis, in cauſa uniuerſitatis an fidem faciat.parte.i.ſectione, quarto limitatur.nu. 79. 176

Scriptura priuata, excepta, apocha, probata per comparationem literarum, an fidem faciat contra tertiũ licèt non habeat partium ſubſcriptionem & teſtiũ. parte i.ſectione, quæritur etiam.num.69. 141

Scriptura priuata, ad iura cõparatione, literarum, non probat, etiam ſemiplenè, contra tertium.nu. 70.fol. 141

Scriptura priuata, longo tẽpore obſeruata pro publica, probat. Et illa diuturna & longa obſeruãtia an ubique ſit neceſſaria quomodoque id accipiatur parte 1.ſectione, quartò limitatur. numer.14. 15.& 16. 158

Scriptura facta aliena manu, pro ſe magis probat, quàm

ſi propria. Contra uerò ſe ipſum, magis probat propria parte j. ſectione, uidimus & abundè. nu. 21. 198
Scriptura priuata habēs ſubſcriptionem trium teſtiū, fidem facit in antiquis parte. j. ſection. uiſo de uerbis. nu. 10. 89
Scriptura priuata non probat, nec præſumptionem facit, in antiquis: niſi habeat requiſita ſolennia ad ſcripturam publicam. nu. 31. 95
Scriptura priuata nō probat, etiam fauore piæ cauſæ. n. 14. eod.
Scriptura priuata facit fidem modò ſit in loco publico & manifeſto. idque de partium uoluntate. parte. j. ſectione, octaua datur limitatio. num. 12. 211
Scriptura in publico loco ſita, in antiquis præſumitur in dubio de partium conſenſu ibi locata. nu. 13. eo.
Scriptura priuata inciſa in lapidibus aut columnis, an probet plenè, aut certè ſemiplenè, in antiquis. Et quid in facto recenti. num. 14. & 15. 212
Scriptura quæ requirit trium teſtium & partium ſubſcriptionē, ſi pars cuius ſubſcriptio requirebatur, non fuerit adhibita, cùm totū ipſa ſcripſerit, an ſufficiat. part. j. ſectione, quæritur etiam. 42. & 43. 130. 131
Scriptura præſumitur ex antiquitate temporis, modo interueniat factum hominis. part. iiij. ſectione. uidimus in genere. nume. 40. 295
Scriptura ſupplet defectum præſentię, poſt quàm peruenit ad manas eius, cui ſcribitur ſup quæſtione ſtatuti Ferra. n. 31. & 55. 583
Scriptura priuata, an probet coram arbitratore. part. j. ſectione, octaua datur limitat. nu. 1. & 3. 207
Scriptura tertij facta utraque parte mandante, an plenè probet. Et an neceſſaria ſit partium ſubſcriptio. parte. j. ſectione, quæritur etiam. nu. 77. & 78.
Scriptura priuilegij antiqui, non probat, quando ſigillum aſt corruptum, aut nō plenè apparet part. j. ſect. octaua datur limitatio. nu me. 8. 209
Scriptura non priuata omninò, in aliquo deficiens, an probet in antiquis. part. j. ſect. octaua datur limitatio. nu. 16. 20
Scriptura requirens partium ſubſcriptionem an conten

ta ſit earum ſigillo, loco ſubſcriptionis. part.j. ſect. quæritur etiam. n. 44. 131
Scriptura priuata an cenſeatur approbata ab eo, qui eam ſępè pro manibus habuit, nec contradixit. part. j. ſect. uiſo de uerbis. nu. 22. 52
Scriptura priuata in factis nõ antiquis, non probat. Facit tamen aliqualem præſumptionem. part. j. ſectione uiſo de uerbis. num. 6. & 7. 847
Scriptura priuata, an habeat iuris pręſumptionem pro ſe. nu. 7. & 12. 898
Scriptura ſcripta aut ſubſcripta à partibus, & tribus teſtibus, an per ſe fidem faciat, ſine recognitione ipſorum teſtium. part. j. ſect. quæritur etiam. num. 50. 133
Scriptura facta manu creditoris, ſubſcripta tribus teſtibus, ſine alia ſubſcriptione debitoris, an fidem faciat, concurrentibus recognitione teſtium, & comparatione literarum. par. j. ſect. quæritur etiam. nu. 80. & 81. 145
Scriptura probat, ſubſcriptis teſtibus mortuis modò facta literarum comparatione. part. j. ſectione, quæritur etiam. nu. 54. 60
Scriptura priuata reperta in actis, ut fidem faciat opus eſt teſtimonio notarij actorum. part. j. ſect. quartò limitatur. nu. 22. 156
Scriptura priuata reperta in archiuo publico, an debeat eſſe locata inter authenticas, ad hoc ut probet. part. j. ſectione, quartò limitatur. nu. 2. 151
Scripturæ probatio quando fit ex recognitione teſtiũ, & comparatione literarũ, an ſit etiam neceſſaria literarum comparatio, etiã quo ad ſubſcriptiones ipſorum teſtium. part. j. ſect. quæritur etiam. n. 79. 145
Scripturæ priuatæ approbatio in antiquis, an ualeat. part. j. ſectione, uiſo de uerbis. nu. 25. & 26. 93
Scripturæ fides, indiuiſibilis eſt. parte j. ſect. uiſo de uerbis. nu. 75. 111
Scripturæ minus ſolenni, ex obſeruantia longi temporis datur fides. par. j. ſectio. quartò limitatur. num. 17. 155
Scripturę minus ſolennis approbatio, an proſit erat tertio abſenti. part. j. ſect. uiſo de uerbis. nu. 43. & 47. 100
Scripturæ maior fides datẽ ex morte uiri inculpatæ & in

tegræ uitæ & opinionis. parte j. ſectione quid in libro officialium.nu.13.186

Scripturam omninò priuatā producens, an cenſeatur illam approbare.part.j.ſect. uiſo de uerbis. nu. 42. 99

Scriptura producens continētem plura capitula, an poſſit in parte producere, & in parte non part.j. ſect.uiſo de uerbis. nu. 72. & 74. 109. 110

Scripturam aliquam producens, an cenſeatur fateri etiam ea, quæ enuntiatiuè ſcripta ſunt.part.j. ſect.uiſo de uerbis. nu. 60. & 61. 105

Scripturam minus ſolēne eū approbare, qui contra nihil opponit, quomodò accipiendum. parte j. ſectio. quæritur etiam.num.32.& 33. 125

Scripturam producens in iudicio minus ſolenne,an eo dicatur eā approbare. par. j.ſectio. uiſo de uerbis. nu. 35.& 36 97. 98

Scripturam non ſolenne producens,an præter ea, quæ ſcripta ſunt, quis cēſeatur approbare.num. 37.& 38. 128

Scripturam inſtrumenti producens, an cenſeatur confiteri omnia contenta eſſe uera: & ſibi eo præiudicet. nu.39. 129

Scripturam minus ſolennem contra ſe productam, an poſſit quis accceptare in parte, & in parte non data capitulorum diuerſitate. par.i.ſectio.uiſo de uerbis. nu. 68. 108

Scripturam producēs minus ſolennem, ſi aduerſarius contra eam agat, an tenebitur ei ſtare.part.j.ſectio. uiſo de uerbis.num.50.diſting.nu.51. 102

Scripturarum cōparatio quo modò & qualiter facienda ſit.parte j. ſectio. quæritur etiam.nu.74. 142

Sententia dicitur de antiquo quando lata eſt contra abſentem & contumacem uera contumacia. parte.ij.in princ. nu. 2. 237

Sententia lata inter alios per uerba enūtiatiua facit præſumptionem contra tertium.part.j.ſect.propoſitū noſtrum.nu.23. 21

Sententia & iuramentum,nō æquiparantur reſpectu maioris præiudicij.parte.j.ſectio.propoſitum noſtrum. nu.39. 52

Sētentia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam,ſolennitatum præſumptionem habet quando agitur ad eum effectum,

effectum, ad quem iudex pronũtiauit. Et quid ſi agatur ad alium finem, modò non ex diuerſa cauſa. maximè ubi obſtat exceptio rei iudicatæ. part. ij. in princ. nu. 32. & 33. 251

Sententia an ualeat de recẽti, uel de antiquo, ut præſumatur pro ea diſtinctione opus: maximè an ſolennium enuntiatio ſit neceſſaria. parte ij. in prin. num. 41. 254

Sententia an præſumatur cõtinere acta requiſita, non facta de eis ſpecificè mentione diſting. Pro qua facilius præſumit̃ quo ad acta quàm reſpectu ſolennitatis. part. ij. in princ. num. 8. 240

Pro ſententia, in qua exprimitur ſolennitas in genere, præſumitur. nu. 9. 241

Sententia quando dicatur de antiquo lata, ut pro ea prę ſumatur etiam in ea nõ facta mentione ſolennium aut actorũ. parte ij. in prin cip. nu. 37. 252

Sententia & decretum, quid differant. Et an æquè ſuper eis iudicis aſſertioni credatur, quantum ad ſolennia. parte. ij. in princip. nu. 15. 244

Pro ſententia an magis præſumatur, quàm pro decreto. diſting. num. 17. & 18. 245

Sentẽtia, dicitur ſtricti iuris. Et quo modo eius uerba ſint accipienda. part. iiij. in princ. nu. 64. 329

Sententia reſtitutionis in integrum, ſuper principali, an trahatur ad fructus, qui acceſſoriè ueniunt. nu. 65. 330

Sentẽtia iudicis, an extendat̃ ad antecedens neceſſariũ. nu. 66. 330

Pro ſentẽtia præſumitur, quę tranſiuit in rem iudicatam contra præſentem uel abſentem. in his, in quibus non ualet ſententia ex defectu conſenſus partium. part. ij. in princ. num. 50. 257

Sentẽtia lata de antiquo, an ita pro ea demùm præſumatur ſi lata ſit contra prę ſentem, aut contumaciter abſentem: an uerò etiam, ſi contra abſentem non cõ tumacem. diſting. part. ij. in princip. nu. 39. 253

Sententia lata præſentibus partibus non præſumitur habere omnes ſolennitates enuntiatas, niſi poſt lapſum tempus ad appellandum part. ij. in princip. nu. 4. 239

Pro ſententia in antiquis, an præſumatur quo ad acta, non facta de eis in ea men tione. Quid de laudo. Quid de inſtrumento unionis. n. 5. & 6. 239

Pro ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur, etiam reſpectu ſolẽnitatis & ordinis iudiciarij. part. ij. in princip. num. 52. 258

Sententia in quibus præiudicat tertio, uidetur pariter contra tertiũ præſumi pro ſententia. parte ij. in princ. num. 43. 253

Sententia lata inter alios, inducit præſumptionem propter calorem iudicij. parte j. ſecti. propoſitum noſtrũ. nu. 30. 49

Sententiæ notitia, pręſumitur propter temporis diuturnitatem, in his caſibus, in quibus abſens poſt notitiam habitam tenetur appellare. part. ij. in princip. nu. 40. 254

Sententiæ iudicis reclamans poſt debitum tempus, tenetur probare aliter eſſe, quàm iudex aſſeruerit: ſi ex tali aſſertione uelit arguere utilitatem. parte ii. princip. nu. 25. 248

Sententiæ nullitas, cauſatur ex libelli ineptitudine. Et an pro ea ſententia poſſit præſumi. part. ij. in princ. nu. 53. 258

Sententiæ approbatio præſumitur, ex præſentia & taciturnitate partium. part. ij. in princip. nu. 19. 245

Sententiæ inſtrumentum, niſi fuerit publicũ, & in forma probante, pro ea non pręſumitur. par. ij. in prin. nu. 57. 260

Sententiam latam ſine cauſæ cognitione, ubi apparet, ceſſat præſumptio, quæ ceſſat in caſu claro, ubi aliter de ueritate apparet. parte. ii. in prin. nu. 51. 257

Separata quæ dicantur. num. 54. 640

Separatorum ſeparata eadẽ, ratio: num. 53. 639

Significatio propria dicitur quæ ſtricta eſt naturalis. n. 49. 636

Separationem quæ non recipiunt, poteſt quis in eis cõſiderari non tanquam ipſe, ſed tanquàm alius tertius aut extraneus. part. iiii. ſectione abſolutis differentiis. nu. 34. 421

Seruus poteſt ſtipulari domino. parte j. ſectione, propoſitum noſtrum. nu. 53. 56

Sigillans an teneatur atteſtari ſed illud ſigillum poſuiſſe. parte j. ſectione, quæ

ritur etiam.num. 47.48.& 49. 132.133
Sigilli conſumptio aut deletio, ob temporis antiqui tatem, inſtrumenti fidem tollit. Et quid de cæteris ſolennitatibus.part.j. ſect. uiſo de forma.numero.40. 100
Sigillum ſubſcribentis nõ ſuf ficit,quãdo requiritur ſubſcriptio de ſolennitate & pro forma.parte j. ſection. quæritur etiam.nume. 45. 132
Sigillum quibus caſibus ſuffi ciat loco ſubſcriptionis,ad arguendum conſenſum,an neceſſario debeat conſtare eſſe eius, uel mandato eius,cuius nomine fuit appoſitum.ibid. nu. 132
Simoniæ uitium non committitur, quando in pactũ deducitur,quod iure communi conceditur. part.iiij. ſectio. circa præmiſſa. nu. 30. 533
Socius criminis, an admittatur contra apprehendentẽ uel cuſtodientem ſeipſum. Tum quot & quales teſtes requirantur contra legis præſumptionem. parte. ii.in prinnip.nume. 47.fo. 256
Solués,& tertius, an quid dif ferant.parte j. ſectio, quis in libro officialium nu.10. 184
Soluens debitum tributum, eſt acceptilationem referens à theſaurario, aut ex actore, non tamen à notario ſubſcriptam, an liberetur.parte j.ſect. quartò limitatur.nu.64. 171
Solutiones utriuſque penſionis, ſæpius confunduntur. par.j. ſectione quid in lib. officialium.nu.14. 186
Solennitas extrinſeca, & notariatus qualitas,quid differant in probandi modo & ratione parte iij. ſectio. uidimus in genere. nu. 11. 288
Solennitas extrinſeca,ex antiquitate tẽporis, in exemplatiõe inſtrumẽti,an præſumatur. ibidem. num 12 eod.
Solennitatis præſumptio pro cedens ex temporis antiquitate, tollitur etiam per alia præſumptionem in alium.part.iij.in prin.num. 30. 280
Solennitas citationis & ſentẽtiæ non præſumitur,ubi producuntur acta, ex quibus apparet ſententiam eſſe nullam. contra Dec.fal ſo quid in eum locum tribuentem Paulo de Caſtr. nu. 31. eodem

Solēnitas extrinſeca ob temporis antiquitatem, an prę ſumitur in eo, qui actū gerere non poteſt. parte iiij. in princi. nu. 25. 120

Solennitas extrinſeca ob tēporis antiquitatem, non præſumitur, ubi inſtrumentum de antiquo fidem non faceret. nu. 26. 278

Solennitas extrinſeca nō prę ſumitur ob temporis antiquitatem, ubi ex inſpectatione inſtrumenti probaretur ſolennitatem non eſſe adhibitā, Et id quomodò intelligatur. numero. 27. 279

Solennitas num p̃ſumatur, ob antiquitatem temporis, ubi agit̃ de ſubſtātia actus par. iij. in princ. nu. 22. diſting. nu. 23. 277

Solennitas exemplationem. inſtrumenti, quantum requiratur, ut præſumatur interueniſſe. part. iiij. ſect. uidimus in genere. nu. 17. 187

Solennitas extrinſeca ut prę ſumatur, an neceſſario debeāt concurrere ſciētia & patientia eius, cuius, cōſenſus erat neceſſarius ad actū part. iij. in princ. nu. 18. diſting. nu. 19. 275

Solennitas ampliationis ubi in quæſtionem uenit, præſupponitur, quod aliunde omnia ſint habilia. par. iij. ſect. uidimus in genere. n. 21. 290

Solennitas extrinſeca præſumitur interueniſſe in actu, quando defectu ſolennitatis non fuit à parte allegatus part. j. ſect. quæritur ēt nu. 30. 126

Solennitas extrinſeca præſumitur ob tēporis antiquitatem, m̄ alienatione rei eccleſiaſticæ. ſect. uidimus in genere. nu. 25. 292

Solennitas extrinſeca quot annorum tempus deſideret, ut res dicatur de antiquo. part. iij. in princip. 2. 268

Solennitas extrinſeca an preſumatur, quandol concurrit ſola antiquitas temporis, ſine alio adminiculo poſſesſionis aut alio, & agitur de magno præiudicio. Et an tempus. xxx. ann. ſufficiat contra tertium. parte iij. in princi. nu. 6. 7. diſting. nu. 8. 270

Solennitas extrinſeca an præſumatur ex lapſu decē annorum ubi agitur etiā de graui præiudicio, concurrente poſſeſſione decennali, cum ſcientia & patientia partis: idque in præiudicium tertij. nu. 9. diſting. nu.

nu. 10. 270
Solennitas extrinſeca an præ ſumatur in extraiudicialibus, licèt illa non enuntietur in actu. Et an ſit neceſſe illam enuntiari in ſententia in antiquis num. 11. diſting. num. 12. 271
Solennitas curatoris, an præſumatur per aſſertionem adultorum, poſt lapſum uiginti annorum. nu. 13. 272
Solennitas extrinſeca, & ſola tēporis antiquitate an præſumatur etiam ex lapſu 30. annorum niſi concurat alia præſumptio, ut poſſeſſio uel quaſi. parte iij. in princ. nume. 15. 273
Solennitas extrinſeca an propter antiquitatem temporis non præſumatur, eo forte, quod pars, cū qua actū eſt, negat ſolennitatem interueniſſe. Et quando pars debeat opponere. nu. 16. & 17. 274
Sponſalia quādo cenſeantur ex taciturnitate approbata. parte j. ſectione, uiſo de de uerbis. nu. 24. 93
Spurius præſcribit hæreditatem paternam, ſpatio triginta annorum: licèt erret in iure, putans ſe capacē. part. iiij. ſectione materia iſta nu. 8. 463
Statuta cōdere an ſolus princeps poſſit: non item dominus. parte iiij. ſectione, circa præmiſſa nu. 5. 521
Statuto requirente probationem per inſtrumētum publicum, an ea ipſa fieri poſſit per teſtes. par. j. ſectio. quartò limitatur. n. 88. 179
Statuto diſponente, quòd mater teneatur relinquere certas partes bonorum ſuorum filiis, filii illas partes conſequuntur non tanquam hæredes matris, ſed tanquam uniuerſales ſucceſſores ex forma ſtatuti. par. iiij. in prin. n. 141. 365
Statuto ſtante, quod inſtrumenta habeat executionē paratam, mulier habēs inſtrumentum quo uir confeſſus eſt ſe dotem recipiſſe, de cuius reſtitutione etiam uerbum nullum, poterit mulier uti benficio ſtatuti contra hæredes mariti, uirtute ſtipulationis, ad executionem ipſius inſtrumenti. part. j. ſectione, ampliat nūc. n. 40. 77
Statuto cauente, quòd ſolutio probari non poſsit, niſi per inſtrumentum publicū, an ſatis erit eam probari p ſcripturā aut librū officialis publici, caſu, quo eius libro fides deē part. j. ſectione, quartò limitatur. nu.

nu.83. 178

Statutum ligans omnes de vniuerſitate non habet niſi omnes &ſinguli & conſentiant:adeo, quòd nec maior pars ciuitatis ſufficeret nu.29.& 31. fol. 532. 533

Statutum debet intelligi ſecundum ius commune, ut minus illud corrigat, quã ſit poſſibile, & id quod eſt de iure cõmuni dicitur de mente ſtatuti ſuper quæſtione ſtatuti Ferrarien. n. 25.fo. 566

Statutum pœnale dicitur, eo etiam quod patrimonium alicuius minuit. Et quid pœna dicatur part iiii. in prin.nu.153.fo. 372

Quid,dictio uerificatur ĩ qualibet re, etiã minima par. iiii.in prin.nu.154.fo.373

Statutum cogẽs ſubditos ad molendum & coquendum in molẽdinis aut furnis domini aut ciuitatis, quando eſt prę iudiciale aliis dominis molendinorum an ualeat. Et quid ſi in ꝑiudiciũ eccleſ. par.iiii.& 10.f. 525

Statutum pœnale loquens de perſona uera nõ extẽditur ad repreſentatam par. iiii. in princ.nu.149.fo. 309

Statutũ loquẽs de inſtrumẽti productione, quomodo accipiendum parte prima ſectione,quæritur etiã nu. 7.& 8 fo. 120

Statutum ſi requirit bonã fidem in teſte, illam probari debet par.j.ſectione,quęritur etiam nu.40.fo. 130

Bonę fidei probatio unde colligatur part.j.ſection. quæritur etiam nu.41.fo. 131

Statutum Ferrar. ſub rubr.de indemnit. mulie. an dicatur fauorabile. ſuper quæſtione ſtatuti Ferrarien.n. 8.fo. 556

Statutum uel conſuetudo, ꝙ credatur ſcripturæ priuatę alterius,quomodo debeat accipi.par. j. ſectio.uiſo de uerbis nu.23.f. 92

Statutum aut conſuetudo, ꝙ credatur omni ſcripturæ mercatoris,aut perſonæ alterius priuatæ non ualeat. part.j. ſect.uidimus & abũdè nu.6.& 7.fo. 193

Scriptura priuata ut probet ſemiplenè contra tertium in antiquis, an ſit neceſſe cõſtare eã eſſe illud, qui dicitur ſcripſiſſe, ſi negetur. part. j. ſectio. uiſo de uerbis. nu.3.fol. 86

Subditorũ appellatiõe,an cõprehẽdatur eccleſ. habens molẽdina,ſtatuto ſtante & cogẽte ſubditos ad molendum in molẽdinis ciuitatis part.iiii.ſection. circa præmiſſa

miſſa.nu.32.fo. 533
Subſtitutio quare in dubio di
recta iudicetur nume.130.
fol. 688
Subſtitutiones an dicãtur ac-
ceſſoriæ ad teſtamentum
ſicut legata,aut æquè prin
cipaliter conſiderentur nu
me.35.fo. 607
& nu.37.fo. 607
In ſucceſſionibus inteſtato-
rum ex ordine proximio-
res remotioribus præferũ
tur nu.3.fo. 593
Stylus à quo induci poſſit, &
an & quando cõtra ius ad
mittatur part.iiii.in princ.
nu.36.fo. 318

De litera T.

TACENS in iu
dicio, & non
opponens con
tra partis pro-
teſtationẽ, cẽ-
ſetur illi proteſtationi con
ſentire par.j.ſect. quæritur
etiam nu.29.fo. 125
Tacens in iudicio habetur ꝑ
conſentientes part. j. ſect.
quæritur etiã nu.25.f. 126
Tacitum nõ dicitur,quod uis
uerborum expreſſorum in
fert & ſignificat par.j.ſect.
ampliatur nunc. nume. 43
fol. 78
Taciturnitas plus operatur
interdum in iudicio,quàm
conſenſus part.j.ſect.quæ-
ritur etiam nu.31.fol. 120
Taciturnitas quando conſen
ſum inferat part.j.ſect. ui-
ſo de uerbis nu.13.fol. 92
Temporis antiquitas an ſup-
pleat fidem inſtrumenti,
ubi ſubſtantialia,inſtrumẽ
ti corroſa uel deleta ſunt
ex temporis antiquitate.
part.j.ſectio.uiſo de fama.
nu.39.fo. 230
Temporis diuerſitas,inducit
factorum diuerſitatem, &
reddit teſtes ſingulares, tã
quam deponentes de di-
uerſis factis part. iiii. ſect.
abſolutis differentiis. nu-
me.63.fol. 437
Tempus non eſt modus indu
cendæ obligationis part.
iiii.in princ.nu.27.fo. 114
Tempus excedẽs quadragin
ta annos,licet non dicatur
de antiquo in probationi-
bus,tamen facit ut inde fa
cilius habeatur plena pro
batio part.j.in princip.nu.
5.fol. 8
Tempus quadraginta anno-
rum ſufficit ad plenã pro-
bationem, ubi quæſtio eſt
leuis præiudicii numer. 6.
fol. eod.
Tempus petendæ reſtitutio-
nis in integrum an currat
ignoranti: nempe quadriẽ
nium

nium part.iiii.ſect.materia iſta nu.45.fol. 480
Tertius contra quem nō probant uerba enuntiatiua, etiam in antiquis, quando agitur de graui præiudicio quomodo accipiatur part. j.ſectione,ampliatur nunc. nu.22.fo. 72
Contra tertium non prçſumitur pro ſententia part. ii. in princ.nu.42.fo. 254
Teſtamenti ueritas,non ſufficit ſine ſolennitate part. j. ſectio.uiſo de uerbis num. 40.fol. 99
Teſtamentum non probatur per confeſſionem partis confitentis illud factum, ſed minus ſolenniter part. j. ſectio. uiſo de uerbis nu. 41.fo. 99
Teſtamentum quid num.27. fol. 604
Teſtamentum an ualeat ut codicillus, quando ut teſtamentum ualere nō poteſt, ubi latè de intellectu l. nō codicillum.C.de teſta. nu. 43.fo. 630
Teſtamētum proprie pro hæredis inſtitutione accipitur, largè uero pro mentis teſtatione num.33.fo.607
Teſtamētum largè ſumptum contractum dici. ibid.
Teſtamenti appellatione largè ueniūt codicilli, niſi de utroque expreſsè mentio ſeparatim facta ſit nu.9. & 11.fo. 596.597
Teſtamenti uerba debent intelligi ut aliquid operentur etiam illa impropriando nu.141.fol. 696
Teſtator in teſtamento ſi dicat:Dono Zacheo fundum qui prçſens ſit, & acceptet an erit donatio inter uiuos an legatū num.122. f. 683
Teſtatoris uoluntas non minus facto,quàm uerbis declaratur num.139.fo. 695
Teſtatoris uoluntas ubi conſtiterit,uerborum proprietas non attendilut nu. 135 fol. 691
Teſtari prohibitus, cenſetur codicillari prohibitus quo modo intelligatur nu. 15. fol. 599
Teſtes ſingulares coniunguntur,quando alii de ueritate facti deponunt, alii de confeſſione parte iiii.ſect. ſed enim nu.24.fo. 449
Teſtes deponētes de duabus cōfeſſionibus factis abſente parte,diuerſis loco & tēpore non ſunt coniungendi ibid.nu.25.fol. 450
Teſtes ſingulares multum adminiculantur quando concurrunt aliæ coniecturæ coadiuuantes eorum dicta etiā in his in quibus aliàs non

non probant, nec coniunguntur nu.26.fo. 451
Teſtes de auditu, ubi admittuntur, eſt neceſſe nominare perſonas, à quibus dici audiuerunt, an ſufficiat, ꝙ à diuerſis perſonis, & pluribus dici audiuerint. parte j. ſectione, uiſo de fama. nu.11.fo. 221
Teſtes dicentes ſe à diuerſis perſonis audiuiſſe, an dicātur ſingulares. numero. 12. fol. eod.
Teſtes domeſtici, etiam uxoris admittūtur in antiquis aliis probationibus deficientibus nu.13.fol. 222
Teſtes deponentes ſolum de credulitate, producens, an cenſeatur eorum dicta approbare quo ad plenam fidem part. j. ſectio quæritur etiam num.13.fol. 121
Teſtes producens, deponentes aliquid contra ſeipſum non ſolum de credulitate: ſed etiam de ſcientia & affirmatiue poteſt ne eos reprobare, adhibita in contrarium probatione: modo id ignoranter is fecerit nu. 14.fol. 122
Teſtes nominans, an uideatur eo ipſo, illos approbare nu.15.fol 122
Teſtes an reddat ſingulares, tempus & locus, ubi illa non ſunt de actus ſubſtantia part.iiii.ſect. ſed enim. nu.17.19.20.& 23.fo.447.448.449.
Teſtes ſingulares, qui propriè dicantur parte iiii. ſectione, ſed enim nume. 5. fol. 440
Teſtes ſingulares, an coniungantur ſimul, ut probent plenè uel ſemiplenè diſting. pro triplici teſtiūm differentia ibid.nu.6. 7. 8. & 23.fol. 441.442
Teſtes mortui probant in antiquis, etiam in tertii præiudiciū part. j. ſect. ampliatur nunc. nu.11.fo. 31
Teſtes recognoſcentes ſuam ſubſcriptionē, debent etiā recognoſcere ſubſcriptiones ſociorum part. j. ſect. queritur etiam numer. 61 fol. 138
Teſtes duo de uniuerſitate ſufficiant ne quando plures haberi nō poſſunt par. j. ſectio. quid in libro officialium num.18.fol. 187
Teſtes ſingulares an probent ubi plures actus habēt unā cauſam & unam originem part.iiii.ſect. ſed enim nu. 14.fol. 447
Teſtes maſculi præferuntur fœminis, cæteris paribus. part.j.ſect. quæritur etiam num.35.fo. 128

Teſtes

Teſtes ď uniuerſitate an ſint idonei quando aliàs eſt im ponenda collecta parte j. ſectio.quid in libro officia lium nu.21.fo. 189

Teſtes de credulitate an pro bent plenè part.j. ſection. uiſo de fama nu.1.fo. 218

Teſtes ſingulares concordan tes in dicto principali, licet in cauſa dicti pugnantes,an probent.part.iiii.ſe ctio.ſed uim nu.10 fo.443

Teſtes ſingulares an ſufficiãt ad probandum quid in genere, quòd ſic ibid. nu.11. & 12.fol. 444.445

Teſtes deponentes de tracta tu non probant part. j. ſe ctione.uidimus & abundè. nu.13.fo. 196

Teſtibus non ueriſimilia deponentibus poteſt iudex fi dem non adhibere part. j. ſectione,quarto limitatur nu.40.fol. 163

Teſtis qualitas, nempe graui tatis, aut peritiæ ſummæ, probanda parte j.ſectione, quæritur etiam nu. 38. & 39.fo. 129

Teſtium ſola recognitio, an probet in apocha parte j. ſectione, quæritur etiam. nu.76.fo. 64

Teſtis debet ſolum deponere ſuper facto,non ſuper iu re.& quid de notario. par. ii.in prin.nu.35.fol. 250

Teſtis unus an probet ſemiplenè.& quid de confeſſio ne ſimplici incidenter facta propter aliud part. j. ſe ction.propoſitum noſtrum nu.32.fo. 30

Teſtis inhabilis, quando admittatur in ſubſiduum par te. j. ſect. uiſo de fama nu. 19.fo. 219

Teſtium uno ex tribus ſubſcriptis,mortuo,an reliqui duo recognoſcentes ſuam & mortui ſubſcriptionem ſufficiant parte j.ſectione, quæritur etiam nu. 51. 52. & 53.fo. 133

Teſtium ſubſcriptorũ in ſcri ptura,qualis recognitio eſ ſe debeat part. j. ſectione, quæritur etiã n. 59.fo. 137

Teſtium ſubſcriptorum non debet eſſe nimis generalis & incerta recognitio nu.60.fol. 137

Teſtium numerus, non ſupplet defectum, quando teſtes ſunt omnino inhabiles parte prima ſectione, quid in libro officialium.nu.19. fo. 188

Teſtium confeſſio aſſeuerantium ſe uidiſſe talem ſcripturam fieri, an fidem faciat, non adiuta literarum comparatione parte j. ſectione, quæritur etiam nu mero

mero ſeptuageſimoprimo, fol. 141
Teſtium triplex eſt ſingularitas parte iiii. ſectione, ſed enim nu.j.fol. 439
Teſtium ſingularitas obſtatiua conſideratur in actu reiterabili,nec plenè, nec ſemiplenè probat.n.2.f.eod.
Teſtium ſingularitas cumulatiua & adminiculatiua inducit ſemiplenam probationem nu.3.fo. 440
Teſtium ſingularitas diuerſificatiua uerbi & effectus, conſideratur in actu reiterabili nu.4.fol. eod.
Teſtium integritas & probata opinio an ſit probanda, uel a iure præſumatur parte prima, ſectione, quæritur etiam numero trigeſimoſexto & trigeſimoſeptimo,fol.120. 128
Teſtimonium de auditu,licèt non probet in antiquis: an tamen onus probandi trāſferat in aduerſarium parte j.ſectione ,uiſo de fama. numero 7.& 10.f.220.221
Teſtimonium domeſticorum quo caſu,etiam in non antiquis, admittatur parte j. ſectione, uiſo de fama nu. decimoquinto fol. 222
Teſtimonium domeſtici pro domeſtico, an admittatur in antiquis. & quid contra domeſticum. numero decimoſexto,fol. eod.
Teſtimonium domeſticorum contra domeſticos requiri in ſubſidium,quomodo accipiendum. parte j. ſectione, uiſo de fama.numero decimooctauo.fol. 223
Teſtimonium de auditu, & de auditu auditus, an plenè probet. parte prima,ſection.uiſo de fama. numero ſecūdo & quarto.f. 218
Teſtimoniū de auditu famæ ineſt neceſſario numer. 3. fol. 218
Teſtimonium de auditu, non ſufficit niſi ubi agitur de cauſa conſanguinitatis,aut parentelæ nu.5. fol. 219
Teſtimonium de auditum, proſternitur, ſi teſtes in aliquo deficiant par. j. ſectione, uiſo de fama nume. 9. fol. 219
Tituli allegatio, & eius probatio per ſolum lapſum tēporis,an ſufficiat part. iiii. ſect. abſolutis differentiis. nu.57.fo. 433
Tituli allegatio, neceſſaria eſt in præſcriptiōe, in qua interuenit actus poſitiuus. nu.58.fol. 434
Tituli allegatio,an ſit neceſſaria in præſcriptione tanti tēporis,cuius initii memoria non extat in contrarium.

rium.part.iiii.ſectione, ab ſolutis differentiis nume. 49.fol. 429

Tituli inualidi confirmatio, inducitur ex antiqui temporis patientia part.iii.ſectione uidimus in genere nu.18 fol. 289

Tituli antiquitatis uim confert lex propter bona fidẽ præſcribentis,quæ præſumi uidetur ex lapſu tanti temporis part. quarta ſectio. materia iſta nume.4. fol. 460

Titulum inualidum præſtatio ſubſecuta confirmat. part. iiii. ſectione materia iſta nu.15.fo. 466

Titulus legalis ceſſat, ubi producitur hominis titulus part.quarta ſect.materia iſta nu.3.fo. 460

Titulus non præſumitur ex ſolo temporis lapſu,ſed cõcurrente etiam poſſeſſione x.ann.part.iii.in princ. nu.3 &. 5.f.116.& 117

Titulus an requiratur in præſcriptione temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium part. iiii. ſectione abſolutis differentiis nu.48.fo. 429

Titulus minus legitimus, an impediat præſcriptionem longiſſimi temporis. Negatiuam parte quarta ſect. materia iſta numero .6.7. fol. 461.462

Tutelæ ſolennitas præſumitur,quando quis diu ſe geſſit pro tutore.Quid de executore. Quid de mandato unde præſumâtur par. iiii. ſectione, uidimus in quem nume.37.fol. 476

Titulorũ diuerſitas, effectus diuerſitatem arguit num. 113.fol. 688

Tractatum quæ maiorem deſiderant, præferenda ueniunt nu.56.fol. 641

Tranſlatio quando cenſeatur facta in omnibus ſuis qualitatibus nu.82.fol. 667

Tranſlatio legari cenſetur facta cum onere,aut qualitate, quando in ipſa tranſlatione nouum aut ſpeciale onus adiicitur numer. 83. fol. 664

Tutor, procurator, & negotiorum geſtor, quantum circa fidem librorum, an æquiparentur parte prima ſectione,quarto limitatur. nu.25.fol. 157

De litera V.

VASALLVS feudo priuatur quãdo quis agit contra iuſtitiam fidelitatis & uaſalli. parte quarta in principio.numero. 155. fol.

fol. 161
Verbum quæcunque perſona uidetur comprehêdere per ſonam etiam principis par te iiii. ſectio. abſolutis dif ferentiis nu.41.fol. 426
Veriſimilitudo ſæpè fidem fa cit. parte prima ſectione, quarto limitatur num. 37. fol. 163
Veriſimilitudo facit, ut ſte- tur confesſioni alterius, in tertii præiudicium numer. 38.fol eod.
Verbum obliquum adiectum certe rei inſtitutionem nõ importat nu.68.fol. 652
Verba ad quem referantur ni hil refert, modo contem- platione cuius proferan- tur attendatur. num. 119. fol. 682
Verba cui non conueniunt, nec diſpoſitio cõuenit. nu. 62.fo. 645
Verba doctisſimi uiri, quòd propriæ accipienda ſint. nu.13.fo. 598
Verba dubia interpretanda ſunt contra illum qui ſe fundat in illis nume. 132. fol. 689
Verba in dubio ſpecificè non genericè accipienda num. 144.fo. 699
Verba in dubio ut donationẽ reuocabilem potius quàm irreuocabilem comprehen dant, intelligi debent nu. 125.fol. 685
Verba potius intelliguntur ecundum naturam actus quam ſecundum perſonæ facientis qualitatem num. 184.fol. 723
Verba quãdoque impropriã da ut intentioni deſeruiãt nu.117.fol. 681
Verba ubi duplicem diſpſitio nem inducunt, illa eſt ca- pienda quæ plenior ſit nu. 29.fol. 605
Verba enuntiatiua an plenè probent in antiquis, ubi a- gitur de magno præiudi- cio. Et an ſaltem quid pro bent parte prima ſectione ampliatur nunc.num. 9. & 10.fol. 68
Verba enunciatiua, prolata incidenter propter aliud, an præſumantur enuntiata contra ueritatem parte j. ſectione, propoſitũ noſtrũ. nũ.33.fol. 50
Verba taxatiua habent in ſe implicitam negatiuam, ꝙ aliter fieri non poſſit par te quarta in prin. nu.111. fol. 305
Verba triplicis generis, in materia probationis. par te prima ſectio. ampliatur nunc.nu.28.fo. 73
Verba enunciatiua & diſpoſi tiua, quid differant nume. 29.&

29 & 30.fol. 74
Verba enuntiatiua & aſſertiua, quid inter ſe differant. nu.31.fol. eod.
Verba enuntiatiua, an aliquã do diſponat, & quomodo. ibid.nume.32.& 34.fo. 75
Verba enuntiatiua conta tertium, plenè probant, in antiquis, quorum eſt probatio difficilis par.j. ſect. ampliatur nunc.nu.12.fo 69
Verba enuntiatiua probare plenè uel ſemiplenè, aut præſumptiue, ſiue in antiquis, ſiue in facto recenti, quomodo hoc ipſum accipiatur.parte j.ſectione,ampliatur nunc. numer. 26. fol. 73
Verba quando dicantur principaliter propter ſe emiſſa parte prima ſectione, propoſitum noſtrũ nu. 17. fol. 46
Verba enuntiatiua papæ aut principis, propter aliud emiſſa, num inducant præſumptionem. Et quid de uerbis enuntiatiuis aliorum inferiorum, emiſsis propter aliud nu.18.& 19. fol. 47
Verba enũtaitiua emiſſa propter aliud, inter contrahẽtes, an probent: & contra quos nu.20.fol. 47
Verba enuntiatiua propter aliud inter inferiores, & priuatos: probant in principe minus. Et quid ita num. 21.fol. 48
Verba enũtiatiua priuatorũ, emiſſa propter aliud, in fauorem tertii, an præſumptionem faciãt, cui ſit ſtandum nu.22.fol. 48
Verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum de antiquo, plene probant. part.j. ſecti.ampliatur nunc.num. 14.limitatur nu. 17. 18. & 19.fol. 71
Verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum, etiam in facto recenti.probant. nu. 15.fol. 70
Verba enuntiatiua emiſſa ꝓpter aliud inter contrahentes, an probationem aut præſumptionem faciant, tertio abſente parte prima ſectione, propoſitum noſtrum num.24.fol. 48
Verba enuntiatiua inter extraneos emiſſa propter aliud an probent nume.26. fol. 48
Verba enuntiatiua prolata in iudicio facilius probãt propter calorem iudicii num. 27.fol. 48
Verba enũtiatiua emiſſa propter aliud in antiquis, an probent in præiudicium tertii parte prima ſectione

ampliatur


ampliatur nunc.nu.4. & 5. fol. 67
Verba inſtrumenti, etiam facti inter alios, in antiquis probant confines num. 23. fol. 72
Verba enũtiatiua emiſſa propter aliud, non diſponunt in materia odioſa & pœnali. parte prima ſectio ampliatur nunc.nume.53.fo. 82
Verba enuntiatiua propter aliud,nõ diſponũt, quoad antecedens neceſſarium. nu.54.fo. 82
Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, non probãt inter eiuſdem partes,quãdo poſteà principaliter diſputatur de ueritate enuntiati. Et quid,an inducant ſaltem præſumptionem. par.j.ſecti.propoſitum noſtrum.num. 55. & 59. fol. 57.58
Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, probant in antiquis. parte. j. in prin. nu.7.fol. 8
Verba enuntiatiua in priuilegijs aut reſcriptis principis,propter aliud facti alieni emiſſa,probant. num.8. fol. 9
Verba enũtiatiua emiſſa propter aliud,inducũt præſumptionem,cui ſtatur, donec firmior probatio in contrarium aſſeratur. parte j.ſectione,propoſitum noſtrũ. numero. 57. & 58. fol. 58 59
Verba de futuro, diſpoſitionem non inducunt. nu.70. fol. eod.
Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud, in antiquis, probant: etſi ea non interuenerint tempore actus geſti. parte j. ſectione, ampliatur nunc. num. 1. folio 66
Verba enuntiatiua, incidenter prolata propter aliud, ſaltem inducunt præſumptionem in fauorem tertij abſentis: quæ onus probandi transferat in aduerſarium. parte j. ſectione, propoſitum noſtrũ. nu.49. limitatur.nu.50. & 51. fol. 55.56
Verba enuntiatiua emiſſa incidenter propter aliud, an probẽt ſolùm ea, quæ ſunt de ſubſtantia actus. num. 52.fol. 56
Verba enuntiatiua alterius inſtrumenti, an illud non probent, niſi inter ipſos contrahentes. parte ſecunda in princip. numer. 62. fol. 263
Verba enuntiatiua,prolata per modũ cauſæ plene diſponunt

nût ēt quò ad actionē realem in ultima uoluntate. part.j.ſecti. ampliatur nûc nu.44. 77
Verba enuntiatiua, prolata per modum cauſæ, plenè an diſponât in actionibus inter uiuos.n.45.46.& 47. 78.79
Verba enuntiatiua principaliter emiſſa propter ſe, in ultima uoluntate inducût diſpoſitionem omnino expreſſam. num. 48. 79
Verba enuntiatiua, propter aliud prolata, ex uериſimili mente diſponâtium, diſpoſitionem inducunt. nu.49. 80
Verba enûciatiua, emiſſa propter aliud diſponnnt, quâdo probare non poſſunt. nu.50. 81
Verba enunciatiua diſponût in ſententia cenſuræ. nu. 51. eodem
Verba enunciatiua tum demum probant, ſi principaliter & propter ſe ſint enûtiua. part. j. ſectione propoſitum noſtrum. nu. 77. 64
Verba enunciatiua probant in antiquis. part. j. ſectione propoſitum noſtrum. num. 29. 49
Verba enuntiatiua propter aliud emiſſa, probant inter præſentes, in his, quæ dependent, à poteſtate libera partium. parte j. ſect. propoſitum noſtrum. nu. 63. 60
Verba enûtiatiua, emiſſa propter aliud, plenè probant quo ad tertium, quando ſunt geminata. part. j. ſect. propoſitum noſtrum. num. 31. 50
Verba legis generalia reſtringi debent ad id, quod eſt rationis. parte iiij. ſectio. materia iſta. nume. 60. 486
Verba diſponentis, intelligi debent ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ubi non apparet quòd diſponens uoluerit recedere à iure communi. parte iiij. in princip. numer. 115. 352
Verba enûtiatiua emiſſa propter ſe principaliter, non diſponunt. parte j. ſect. ampliatur nunc. num. 55. 82.
Verba in materia fauorabili largè & impropriè intelliguntur. ſuper queſtione iſta tuti Ferra. nu. 10. 557
Verba enunciatiua propter aliud emiſſa incidenter, an probent, fauore liberorum. parte prima ſectione, propoſitum noſtrum num. 61. 59
Verba non ſufficiunt, ubi eſt facto opus, parte prima ſectione

ctione quæritur etiam.nu. 9. 121
Verba enuntiatiua inter con trahentes emiſſa propter aliud,an nihil probét, quò ad tertium abſentem.parte prima ſectione, propoſitum noſtrum. numero 37 51
Verbis enũtiatiuis probatio facta confirmatur, ubi ultra antiquitatem temporis,cohcurrit longa rei poſſeſſio parte.j. ſectione,ampliatum,nunc.numero.20. 32
Verbis enuntiatiuis Papæ aut principis ſuper facto alieno non creditur. part.prima in princ.num. 9. limit. 10. 9
Verbis enuntiatiuis inſtrumenti,non creditur, niſi illud enuntiatum interueniſſe potuerit tempere confecti inſtrumenti.part.j.ſect. ampliatur nunc.num.2.limi.nu. 3. & 7. 67
Verborum diſſonantia aut diuerſitas in cortice, non nocet, quando idem ſemper eſt effectus. Et quid de diuerſitate temporis aut loci.part.iiij.ſectione,ſed.n. nu.21. 448
Verbum ratio, & mens,unũ & idem operantur. parte. iiij.ſectio.materia iſta. nu. 52. 483
Vniuerſaliter loqui, plus eſt, quando generaliter aut indiffinitè j.ſectione,uiſo de uerbis. nu. 73. 109
Vniuerſitas eſt potentior & ditior priuatis.Et reſpublica ſóluẽdo ſemper eſt.par. 4.ſectione, circa præmiſſa num.34. 354
Vniuerſitas præſumitur legitimè congregata, ob temporis antiquitatem.nume. 41. 538
Vniuerſitati licèt ſit integrũ exigere onera: tamen cum tali facultate cõiuncta eſt actio competens cõtra fórenſem ad ſolutionem ipſorum onerum, quæ actio dicitur condictio ex lege. nu.36. 533
Volo,uerbum aptum ad fidei commiſſum. nume. 176.& 178.717.718
Voluntas diſponentis ubi reſtringitur ad certum actũ, ſi nõ ualet, actus ut agitur nõn ualet ut ualere poteſt nu.44. 631
Voluntas & poteſtas, actum perficiunt.part.j.ſectione, ampliatur nunc. nu. 52.81
In uoluntatis declaratione fit retrotrahitio, etiam ex tremo,ad quod, inhabili. parte. j. ſectione, uiſo de uerbis.nu. 49. 102

Voluntatis declaratio facta cum uno, præiudicat quo ad omnes. part. j. ſectione. niſo de uerbis. numer. 46. 100
Voluntatis mutatio præſumptio debet: nullo interueniente facto contrario, ex quo illo arguatur. pat. iiij. ſectione, materia iſta. nu. 115. 512
Vſurarum deteſtatio, maximè in presbytero. par. iiij. ſectione, ſed enim. nu. 13. 445
Vxor an cogi poſsit ad deponendum contra maritum. Et quid de marito contra uxorem. part. j. ſectione, uiſo de fam. nu. 17. 220
Vxor putatiua nũ perdat dotem, propter adulterium, ſicut uera. part. iiij. ſectio. uideamus modò. n. 12. 383

FINIS.



Series Cartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp
Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz. AA BB CC DD EE



778

280

2 $\frac{1}{2}$

560

140

700

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA -
1971